Bibliotheca
i Coll. Rom.
ɩciet. Jesu

Orat · Cic · cum
Cōment · fom · 2 5.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN OMNES

M. TVLLII CICERONIS ORATIONES SELECTA

COMMENTARIA

NOTÆ, SCHOLIA ET ANNOT.

DOCTISSIMORVM

virorum:

Tomus II.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SERIEM INTERPRETVM SEQVENS OSTENDET pagina.



COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Sumptibus ANTONII HIERATI:

M. DC. XXI.

Collegii Rom. Soc. Jesu
Catal. Inscri.
B. S.

Guido [illegible]

[illegible]

IN ORATIONES CICERONIS

TOMI II.

INTERPRETES:

Adrianus Turnebus,
Aonius Palearius,
Bernardinus Lauredanus Venetus,
Eabulus Dynaretus,
Benedictus Herbeſtus,
Franciſcus Fabricius, & Ot. & Syluius,
Gabriel Faernus,
Iac. Bugelius.
Ioach. Camer.
Mich. Toxites.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN ORATIONEM CIC. XIII.

Pro lege Manilia ad populum Rom. Franc. Fabricius. pag. 34.
Franc. Ot. Iuriſc. pag. 1.
XIV. Pro A Cluenrio Auito. Franc. Syluius. p. 35.
XV. XVI. XVII. De Lege Agraria conrra P. Seruilium Rullum Trib. pl. 1. in Senaru 2. & 3. ad pop. Rom.
Bernardinus Lauredanus Venetus. p. 144.
Itē Iac. Bugelius p. 217. & Eubuli Dynateri p. 316
XVIII. Pro C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites Adrian. Turnebus. p. 320.
Fr. Ot. p. 338. 19. 20. 21. 22. In L. Catilinam.
Prima & quarta in Senatu habita. Secunda & tertia ad Quirites: M. Antonius Muretus I. pag. 347. II. p. 379. III. p. 397. IV. p. 417.
XXIII. Pro L. Murena. Ioach. Camer. p. 430.
Contra Murænam Oratio Aonij Palearij. p. 491.
XXIV. Pro L. Flacco Scholia Gabr. Faerni. p. 514.
XXV. Pro P. Sulla: Franc. Syluius. p. 523.

)(((2 Clau-

Claudius Minos. pag. 554.
XXVI. Pro A Licinio Archia Poeta Io. Lætius. p.617.
Franc. Ot. p.611.
Archiæ Poetæ Epigrammata Gr. Lat. p.660.
XXVII. Poſt reditum ad Quirites Benedict. Herbeſtus. p.678.
Franc. Ot. p.717.
XXVIII. Poſt reditum in Senatu Franc. Ot. p.725.
XXXIX. Pro domo ſua ad Pontifices Franc. Ot. p.741.
XXX. Pro aruſpicium reſponſis in Senatu Franc. Fabricij notæ. p.751.
XXXI. Pro Cn. Plancio Michael Toxites. p.757.

COMMEN-

A

COMMENT. SELECT. IN CICER. ORAT. TOM. II.

B

PRO LEGE MANILIA AD POPVLVM,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ORATIO XIII.

C

ARGVMENTVM. Fr. O.

M*ÆMYLIO, L.Volcatio Coſs.L.Lucullus qui bellum aduerſus regem Mithridatem annos iam prope ſeptem Proconſulari imperio adminiſtrarat, à Senatu reuocatus eſt. cum repente C.Manilius Tribunus pl.rogationem ad populum tu-* D *lit, vti eius belli adminiſtratio Cn.Pompeio, qui tum ſummo cum imperio bello maritimo præfectus erat, tranſmitteretur. Rogationis capita Plutarchus in Pompeio hac enumerat. Vt prouincia vniuerſa cui Lucullus præfuerat, omneque ipſius imperium, exercitus, & copia Pompeio mandarentur: & hoc amplius Bithynia adiungeretur, cui Clabrio praerat: claſſis item & copia omnes maritimæ quas ipſe initio belli piratici habuerat. omneſque praterea prouincia, quibus ſolis ſuperiore lege non præfuerat,* E *Phrygia, Lyaconia, Calatia, Cappadocia, Cilicia. Colchis ſuperior, & Armenia. Eam legem Cicero creatus Prætor hac Oratione ſuadet. Genus ergo deliberationis eſt, exornatione mixtum. Habita eſt iis Coſs. quos nominaui. quod vt putem facit, quod hanc Orationem Prætor habuit, vt ſæpe in ea oſtendit. Præturam autem geſſiſſe Lepido, Volcatio Coſs. Aſconius aperte ſcribit in Orat. pro Cornelio: tametſi paucis poſt verſibus in loco deprauato ſcriptum ſit, anno inſequenti, L. Gotta, L. Torquato Coſs. & apparet ex duorum*

A *annorum ratione, quos ab AEdilitate vacuos ordinarijs magiſtratibus intercedere oportebat. AEdilitatem enim geſſit Q Hortenſio, Q. Metello Coss. itemque ex eo, quod hic annus eſt, ex quo ipſe natus eſt, vnus & quadrageſimus : qui annus eſt* Prætura *legitimus.* anno autem ſuo, omnibus functus honoribus : *vt ipſe dicit in libro de Offic.* II. Legem *autem hanc appellat ſuo more : cum* plebiſcitum *ſit potius. Tribuno enim plebis rogationem ferente, & tributis comitijs, plebe ſola per tribus fuſe conuocata,* Plebiſcitum
B *dicitur. cum ex Centuriatis comitijs feratur, & à Conſule, aut Pratore. vide Gel. lib. v. cap.* XXVII.

COMMENTARIVS Fr. O.

Frequens conſpectus veſter.) Magiſtratus, quibus ſolis cum populo agendi ius erat, legem trinundino per præconem promulgari in foro iubebant, vt tertia die comitia haberentur, & populus ſuffragia ferret : id eſt, legem latam aut iuberet, aut antiquaret. Eam, vt ſcribit
C Quinctilianus libro II. pro concione ſuadere aut diſſuadere moris fuit. Lucius ergo Manilius Tribunus pl. comitia in foro habebat conuocatis tribubus, legemque ferebat, quam Cicero Prætor frequenti populo hac oratione ſuadet.

Hic autem locus.) Templum in foro, roſtris, vt Liuius ſcribit, nauium Antiatium exornatum. hic ipſe paulo poſt, *Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi R. in hunc ipſum locum aſcendere, cum eum vobis maiores veſtri exuuiis nauticis & claſſium ſpolijs ornatum reliquiſſent. Teſtorque omnes deos, & eos maxime qui huic loco temploque præſident.* Ex roſtris igitur haberi ſolebant ad populum conciones à magiſtra-
D tibus : vt infra dicemus. nam de ſuperiore loco, Magiſtratus cum populo : ex æquo & plano, patroni in iudicijs cauſas agebant. Roſtra autem tum ante curiam Hoſtiliam fuiſſe Varro teſtatur, quorum inde vocabulum fictum tradit, quod ibi Roſtra ex hoſtibus capta, fixa eſſent.

Ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus.) Ex Meſſalæ libro De minoribus magiſtratibus Gellius lib. noct. Att. XIII. docet aliud eſſe *Agere cum populo,* aliud *Concionem habere. Nam, cum populo agere,* inquit, *eſt rogare quid populum, quod ſuffragijs ſuis aut iubeat, aut ve-*
E *tet Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum, ſine vlla rogatione.* Ergo *ad agendum ampliſſimum* appellat, quod nullis niſi amplitudine præditis viris, magiſtratum ſcilicet gerentibus, agere cum populo liceret : *ad concionandum* autem ſiue *ad dicendum ornatiſſimum,* quod ornamento eſſet ijs, qui concionabantur, vt adoleſcentibus qui de laude alicuius pro Roſtris Orationes ad populum habebant.

Optimo cuique maxime patuit) Licebat enim, etiam priuatis hominibus, quibus dicendi copiam magiſtratus fecerant, in ſuperiorem locum aſcendere, & concionari. Cicero in Vatinium. *In illo augurato templo ac loco collocatis, quo auctoritatis exquirendæ cauſa*

cæteri

uteri Tribuni pleb. principes ciuitatu producere conſueuerunt. Idem lib. epiſt. ad Attic. IV. epiſt. I. *Habui*, inquit, *concionem: omnes magiſtratus præſentes, præter vnum Prætorem, & duos Tribunos pl. dederunt.* Et epiſtola inſequenti, de Clodio Tribunitio ac priuato loquens, *Tum ſubito*, inquit, *ille in concionem aſcendit, quam Appius ei dedit.* Appius autem Præturam tum gerebat. Aſconius autem in Milonianæ argumento, *Concionem*, inquit, *Miloni poſt aliquot dies dedit M. Celius Tribunus pl. & Manilius Canianus eius collega.* A

Mea vitæ rationes.) Quas proxime declarat, cum ait, *Omne meum tempus amicorum temporibus, &c.*

Nam cum antea per ætatem.) Nondum cognita & pertractata Republic. nam Quæſturam quidem geſſerat, & Ædilitatem: ſed illam in Sicilia: hanc ætate minore, quem vt perfectum quidquam ingenio huius loci auctoritate dignum afferre poſſet. B

Huius auctoritatem loci.) In quem non niſi magiſtratibus licebat aſcendere. Itaque Verrina VII. quam Orationem Ædilis creatus habuit, *Populus quidem Rom.* inquit, *quoniam mihi poteſtatem, apud ſe agendi dedit, ius ſuum me agente ante Calen. Februar. recuperabit.* & Verrina III. *Hanc ego cauſam cum agam beneficio populi Rom. de loco ſuperiore.* C

Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui. *Tranſmittendum*, id eſt tribuendum, addicendum. nam temporibus in tertio caſu poſuit, quaſi diceret, dedere & conſecrare. Similis locutio in hac eadem Orat. *Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum tranſmittendum ſit?* id eſt, committendum. Statius, *Operi tranſmittere noctem.* Tempora autem negotia, pericula, neceſſitates, vt vulgus loquitur, ſignificant. vt libr. De offic. II. *Tantum erat philoſophia loci, quantum ſuperfuerat amicorum & Reipub. temporibus*: id eſt, negotijs, neceſſitatibus. D

Ita neque hic locus.) Senſus eſt, Eo pacto dum priuatis ſeruio, veſtram mihi beneuolentiam conciliaui: cum interea tamen deſertus hic locus non eſſet.

In priuatorum periculis.) Eis enim qui in magiſtratu erant, diem dicere non licebat. loquitur enim de publicis iudicijs, cum dicit *Pericula.* nam in cauſis priuatis quæ conſuetudo fuerit, dixi Verrina III.

Caſte integreque verſatus.) Propter legem Cinciam hoc dicit, quæ donum pecuniamve ob cauſam orandam accipere vetabat. E Liuius lib. 34. Tacitus XI. & XIII. Cicero in Catone, & de Oratore II. In hanc autem ſententiam ſcribit in Oratione pro Muræna his verbis, *Neque enim iam mihi licet, neque eſt integrum, vt meum laborem hominum periculis ſubleuandis non impertiam. nam cum præmia mihi tanta pro hac induſtria ſint data, quanta antea nemini: labores, per quos ea ceperis, cum adeptus ſis, deponere, eſſet hominis & aſtuti & ingrati.*

Propter dilationem comitiorum.) Differebantur plerunque propter obnuntiationes. nam ſi dum comitia haberentur, Augur aliquis de cœlo ſeruaſſet, Magiſtratus obnuntiare poterat, & comitia in

A alium diem differre. Cicero ad Q. Fratrem, lib. 3. *Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum omnium:* Plutarchus in Catone Vtic. ἥτις πρώτη κληθεῖσα τῶν φυλῶν ἐκεῖνον ἀπέδειξεν, ἐξαίφνης ὁ Πομπήϊος βροντῆς ἀκηκοέναι ψευσάμενος, αἴσχιστα ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν, εἰθισμένον ἀφοσιοῦσθαι τὰ τοιαῦτα. καὶ μηδὲν ἐπικυροῦν διοσημείας γενομένης. *Tribus Prima nominata Pratorem illum declarauit, cum repente Pompeius mentitus ſe tonitru audiſſe, comitia turpiſſime diſſoluit. Solebant enim ſigno à Ioue dato arbitrari fas non eſſe cum populo agere, & quicquam ratum habere.* Differebantur præ-
B terea per Tribunorum interceſſionem: vt ibidem Plutarchus oſtendit, *Catonem cum in comitijs Ædilitijs fraudem in tabellis factam animaduertiſſet*, τῶν δημάρχων ἐπικλήσει τὴν ἀνάδειξιν λῦσαι. id eſt, *per Tribunorum appellationem comitia deſignationemque Ædilis Fauonij diremiſſe.* Has autem obnuntiationes, dilationeſque comitiorum, candidatorum ſcilicet gratia faciebant: cum aliqui ſibi paratam repulſam videbant.

Prætor primus.) Prætorum certus numerus non fuit. nam pro eo ac tempus Reipub. poſtulabat, numerus auctus eſt, vt docet Pomponius Iuriſc. ſub T. de orig iuris. Ætate Ciceronis octo fue-
C runt: vt ex Piſoniana intelligitur. Primum autem ſe declaratum fuiſſe docet etiam in eadem Orat. his verbis, *Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis ſuffragijs populus R. faciebat: homini ille honorem, non generi; moribus, non maioribus meis: virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat* Docet præterea in Bruto: vt poſtea dicemus. & item Plutarchus in eius vita his verbis, στρατηγίαν μετιόντων ἅμα σὺν αὐτῷ πολλῶν καὶ μεγάλων, πρῶτος ἁπάντων ἀνηγορεύθη. καὶ τὰς κρίσεις ἔδοξε καθαρῶς καὶ καλῶς βραβεῦσαι, id eſt, *Cum multi, ijque ſummi viri Præturam ſimul cum eo peterent, primus omnium renuntiatus eſt:*
D *diciturque iudicia pure & incorrupte exercuiſſe.* Qualem autem Prætor quæſtionem exercuerit, notum eſt ex Cluentiana, & fragmentis Orationis pro Cornelio apud Aſconium: vbi ſic ſcriptum eſt, *Poſtulatur apud me Prætorem de pecunijs repetundis.* & ex Orat. pro Rab. Poſth. *De pecunijs repetundis iudex ſedi, Prætor quæſiui.* Ex quibus locis error interpretis Plutarchi intelligitur, qui Licinium Marcum peculatus reum apud Ciceronem Prætorem poſtulatum fuiſſe ſcribit: cum apud Plutarchum ſcriptum ſit, κρινόμενος κλοπῆς: id eſt, vt Valerius Maximus exponit, *repetundarum reus.*

Centurijs cunctis.) Maiores enim Magiſtratus, vtpote Cenſores,
E Conſules, Prætores, ijs comitijs fiebant, quæ *Centuriata* dicebantur: quod in ijs populus non tributim, id eſt, per xxxv. tribus deſcriptus, neque ex generibus hominum: ſed centuriatim, id eſt, per centenas turmas ex cenſu, ordinibus, & ætate diuiſus ſuffragia ferret.

Quid de me iudicaretis.) Hoc demonſtrat in Bruto his verbis, *Nos autem non deſiſtebamus cum omni genere exercitationis, tum maxime ſtylo noſtrum illud quod erat, augere, quantumcunque erat. Atque (vt multa omittam) in hoc ſpatio, & in ijs poſt Ædilitatem annis & Prætor primus, & incredibili populari voluntate ſum factus. nam cum propter aſſiduitatem in cauſis & induſtriam tum propter exquiſitius & minime*

vulgare

vulgare orationis genus, animos heminum ad me dicendi nouitate conuerteram. A

Quid alijs praſcriberetis.) Quam vitæ rationem probaretis, & alijs ciuibus exemplo meo præſtitueretis.

Nam cum & auctoritatis.) Omnes alij, *Nunc cum*, & ſic emenda-

Honoribus mandandum.) Nihil muto. magis tamen placeret, *Mandandis*, in ſexto caſu: ſed ita, ſi modo libri veteris auctoritas accedat. Eius autem mutationis ſententiam quiuis facillime perſpicit; auctoritatem ſcilicet Ciceroni tribui per honores ei mandatos. B

Ei quoque rei.) Dicendi facultati.

Duobus potentiſſimis regibus.) Ipſe in Lucullo Mithridatem regem poſt Alexandrum maximum appellat.

Mithridate & Tigrane.) Altero Ponti, Altero Armeniæ rege, & ſuperioris ſocero, vt Appianus: genero, vt Plutarchus ſcribit.

Alter relictus, alter laceſſitus.) *Relictus*, inuidioſe in Lucullum. Cæſis Mithridatis equitibus ad Galorum, quo ſe paulo ante Mithridates clade accepta receperat, (quæ ciuitas hodie Garipo dicitur, ad Halym fluuium ſita, in Galatia, non procul ab Amiſo) Lucullus Mithridatem perſecutus à militibus (vt hiſtorici ſcribunt) deſertus eſt: qui cum nihil propius eſſet, quam vt Rex caperetur, effuſis de ipſius regis ſententia theſauris & pecunijs omnibus, in eas ſeſe relicto Rege proiecerunt. ita Rex in Armeniam ad ſocerum Tigranem profugit. Eam fugam Cicero Luculli culpæ atque auaritiæ tacite adſcribit. nam cum eo Lucullus ad huiuſce belli mandandam adminiſtrationem comparabatur. C

Alter laceſſitus.) Hoc verbo res à L. Lucullo aduerſus Tigranem geſtas extenuat, eadem de cauſa: cum reuera non tam paruæ eſſent, quam eas videri vult. Etenim parua admodum manu Tigranis ingentes copias prælio fuderat: vt ſcribit Appianus: & Tigrano certam vrbem regiam & opulentiſſimam occuparat. iterumque non ita multo poſt eundem Tigranem profligarat, vt in extremam Armeniam relicto Mithridate profugerit. D

Ad occupandam Aſiam.) Quam annos ab hinc centum & xxvi. Cornelius Scipio ſub imperium populi R. victo Antiocho rege ſubiunxerat.

Magna res aguntur.) Magnæ opes, magnæ facultates, & *Magna res occupata*, non à Mithridate: ſed occupatæ & impenſæ in vectigalibus exercendis. E

In veſtris vectigalibus exercendis.) Equitum Rom. ſocietates quinto quoque anno menſe Martio actione in foro conſtituta à Cenſoribus vectigalia populi R. conducebant. hi quod publica conducerent, *Publicani* nominati ſunt. Cum autem ſocietatem, vt dixi, eatum rerum coiiſſent: alij in operis erant, alij Romæ manebant. & quæcunque ſocietatis ſcire intereſſet: qui in operis erant, ad vnumquempiam de ijs, qui Romæ eſſent, qui Magiſter ſocietatis dicebatur, perſcribebant: ac viciſſim qui in vrbe manſerant, ad eum qui in prouincia *Promagiſter* dicebatur, literas mittebant.

A omnes ad vnum,viros,mulieres,pueros, qui in Aſia eſſent, trucidarent,& necatos ne ſepelirent, ſed eorum corpora feris obiicerent: vt auctor eſt Appianus. Occiſa autem ciuium R.centum quinquagin ta millia Plutarchus in vita Sylla ſcribit: Val.Max.octoginta millia.

Inſignia victoriæ) Triumphos.

Laus eſt tribuenda, quod egerunt.) *Quod*, coniunctio, pro *Quantum ad illud attinet, quod egerunt*; vt paulo poſt, *Quod reliquerunt*, pro *Quantum ad illud attinet quod reliquerunt*; vt apud Terent. *Vt id oſtenderem; quod te iſti facilem & feſtiuum putant, id non fieri ex vera vita.* Et in Eunucho: *Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe,hic nebulo magnus eſt.*

B *Syllam in Italiam Reſp*) Oppreſſa à Mario, & Cinna, & Carbone, qui nobilitatem quæ in vrbe manſerat, fere totam trucidarunt, Sylla Reipub.hoſte à Senatu iudicato. Pacem igitur, inquit Liuius,cum Mithridate fecit,ita vt his cederet prouinciis,Aſia,Bithynia,Cappadocia.

Murænam Sylla reuocauit.) Propter pacem, quam ipſe cum Mithridate fecerat: nam ille in Aſia legatus à Sylla relictus cum duabus legionibus, vt Aſiæ negotia conſtitueret, triumphi cupiditate incenſus Regi bellum facere non deſiſtebat, vſquedum per A.Gabinium à L. Sylla reuocatus eſt. Hac de re ſcribit idem in orat. pro Muræna

C his verbis: *Mithridatem L. Sylla maxime & fortiſſime exercitu, pugna excitatum, non rudis imperator, vt aliud nihil dicam, cum bello inuectum totam in Aſiam cum pace dimiſit: quem L. Muræna pater huiuſce vehementiſſime vigilantiſſimeq; vexatum repreſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit.*

Boſphoranis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet.) Qui Boſphorum Thracium incolunt, nam Ponti ab occaſu finis eſt Boſphorus Thracius. *His*, vt Appianus ſcribit, *Mithridates reuerſo Sylla, quod ab ipſo deſciuiſſent, bellum intulit, eiuſq; ſub imperium redactis Macharem filium ſuum regem impoſuit. Tantas autem copias paraſſe dicitur, vt in ſuſpicionem populo*

D *R. venerit, aduerſus ſe bellum illud moliri: eo magis quod nondum integrum Cappadociæ regnum Ariobazani reſtituiſſet.*

Vſq; in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit.) Strabo Mediam duas in partes diuidit; quarum alteram, inquit, maiorem vocant: cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput. Media autem in Tigranis imperio, ad quem ipſe profugerat. *Legatos* ipſe nominat Oratione Verr. III. *L. Magium & L. Fannium*: qui à Mariano exercitu ad Mithridatem profugerant; vt Aſconius auctor eſt.

Ad eos duces) Sertorium; & vide quæ dixi Ver. III. nam ineptum
E eſt eadem iterare.

Duobus in locis disiunctiſſimis) In Aſia & Hiſpania: ab illa enim quam eſt hæc,nihil poteſt eſſe disiunctius.

Vno conſilio, ab vno hoſtium copiis) Sertorij enim copias cum ſuis coniuncturum ſe putabat, vt ſcribit hic ipſe in Muræniana his verbis: *Qui Rex tibi aliquot annis ſumptu ad confirmandas rationes & copias belli tantum ipſe opibus conatuq; inualuit, vt ſe Oceanum cum ponto, Sertorij copias cum ſuis coniuncturum putaret.*

De imperio dimicaretis.) Id eſt,non de aliqua imperij parte,ſed omnino in imperij totius certamen & diſcrimen deueniretis;& *Ancipiti*, quoniam vtrinq; bellum inferebatur,ab Aſia ſcilicet,& Hiſpania.

Sertoriana atq; Hiſpanienſis.) Q. Sertorius dux partium Marianarum, à L. Sylla victore proſcriptus, in vlteriore Hiſpania ingens bellum aduerſus populum R. excitauit, plurimasq; ciuitates in poteſtatem ſuam redegit. Octauo ducatus ſui anno Cn. Pompeio bellum ei inferente à M. Antonio & M. Perpenna aliisq; coniuratis proditus, & in conuiuio interfectus eſt. Florus, Appianus, Plutarchus. A

Initia illa geſtarum rerum.) Mithridatem enim prælio fudit in Ponto; vt ille in extremam Armeniam profugerit ad Tigranem: quorum vtrunq; poſtea vno conſilio, vnis copiis in ſe inuadentem repulit ac profligauit. Florus, Plut. Appian. B

Hac autem extrema.) Clades accepta primum à Fabio, deinde à L. Triario; Mithridatis reditus in Pontum & magni ſui regni partem: multarum nationum contracta belli ſocietas cum Tigrane & Mithridate aduerſus populum R. de quibus infra

Tot ciuium R millibus.) Centum & quinquaginta, vt Plutarchus teſtatur.

Legati quod erant appellati ſuperbius.) Liuius & Aſconius, *quod pulſati ac violati eſſent.* Strabo, *quod ſordes ex tectis in eos prætereuntes coniectæ dicerentur*; ipſe in II. orat. contra Rullum ſic, *Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtiis atq; in faucibus Græciæ ſic, vt terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maxime nauigatione diuerſa pene coniungeret, cum pertenui diſcrimine ſepararentur.* De legatorum vero corporibus quæ ſancta dicebantur, præter ea quæ ſcripſimus Verr. III. Martianus in l ſanctum. D. de rer. diuiſ. ſic inquit, *Sagmina herba quædam ſunt, quas Legati populi R. ferre ſolebant; ne quis eos violaret: ſicuti Græcorum ferunt ea quæ vocantur κηρύκεια.* C

Extinctum eſſe voluerint) Libri veteres, *Extinctam*: vt ad *Corinthum* referatur; nihil muto tamen: poteſt enim ad verbum *lumen* reſpondere: quod vſurpauit alludens, opinor, ad Leptinis dictum, qui *Corinthum alterum Græciæ oculum, Athenas alterum appellabat.* D

Legatum populi R. conſularem) Florus *legatum* ſine prænomine *Aquilium* nominat, & in vincula coniectum ſcribit. Cum autem *Conſularem* Tullius appellet, non video quem alium intelligamus, niſi M. Aquilium, C. Marij ſextum Conſulis collegam, qui ſeruile bellum in Sicilia confecit: & cuius tunicam Antonius orator diloricauit. Atilium tamen Appianus vbiq; nominat: ſed menda ſunt apud Græcos hiſtoricos in Romanorum nominibus innumera. De Atilij contumelia dixi paulo ante ex Appiano.

Regno expulſus eſt Ariobarzanes.) Hoc dictum eſt in enarratione infra.

Socius populi R. atq; amicus.) Hoc quanti fuerit, ex his Liuij verbis intelligitur ex libro XXXI. *Itaq; pacem illi prius petendam à populo R. eſſe, quam vt Rex, ſociusq; & amicus appelletur: nominis eius honorem pro magnis erga ſe Regum meritis dare populum R. conſueſſe.* Præterea ex verbis Cæſaris, qui libro primo, de bello Gallico, ſic ſcribit: *Vbi eo ventum eſt, Cæſar initio orationis ſua Senatusq; in eum* (de Arioiuiſto loquitur) *beneficia commemorauit, quod Rex appellatus eſſet à Senatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa. Quam rem & paucis contigiſſe & à Romanis*

 pro ma-

A *pro maximis hominum officiis conſueuiſſe tribui dicebat.* Illud autem animaduerſione dignum, quod Dionyſius Halicar. Liuius, Appianus, & Tacitus teſtantur: *Regibus appellatis Senatum dono mittere ſolitum auream coronam, auream pateram, ſellam curulem eburneam, & ſcipionem eburneum, togam pictam, & palmatam tunicam* Salluſtius autem in Iugurthino Plutarchus in Pompeio demonſtrant, *Regibus à Senatu appellatis moris fuiſſe, vt in exteris regionibus ſolium ſuum iuxta Imperatorum populi R. ſellam ponerent, & cuſtodia cauſa turmam equitum R. haberent.* Et alio loco, *Amicos,* inquit Salluſtius, *populi R. qui amicitiam diligenter colerent, nullum laborem ſuſcipere: cæterum ex omnibus maxime tu-*
B *tos eſſe.* Valerius Maximus lib. v. cap. vii. conſuetudinem Imperatorum qui Regem aliquem appellabant, fuiſſe docet, vt eum in ſuo tribunali ac ſella curuli collocarent.

Vos alium miſeritis.) Glabrionem, opinor, ac ne illum quidem Appianus nominat: ſed tantummodo à quodam reuocatum eſſe Lucullum ſcribit, quem populus R. Aſiæ præfecerat.

Summo ſine periculo) Ne Glabrionem offendant, qui cum ſummo imperio prouinciam adminiſtrabat.

Vnum virum eſſe.) Significat C. Pompeium.

Et eum prope eſſe) In bello maritimo aduerſus prædones & piratas,
C quos toto mari mediterraneo perſequebatur. Ergo maris mediterranei partem ſignificat Aſiæ finitimam: illud enim ad vſq; Ciliciæ fines & Amanum montem diffunditur.

Eiuſmodi in prouinciam homines.) Prætorem illum deſignat, quiſquis is fuit, qui Aſiam prouinciam adminiſtrabat: & non obſcure rapacem & improbum magiſtratum fuiſſe ſignificat.

Diutiſſime commoraretur) *Commoratur*, omnes antiqui libri: & ſic emenda.

Cum Antiocho, cum Ætolis, cum Pœnis) Hoc amplius libri omnes alij, *cum Antiocho, cum Philippo, cum Ætolis &c.* quod ſine cauſa omit-
D tendum non putamus. *Antiocho* rege Syriæ, qui cum Ætolis ſocietate facta Græciæ ciuitates fœderatas bello vexabat, & Lyſimachiam vrbem in litore Thracio ſitam repetebat, populus R. Attilio Glabrione duce bellum intulit: Philippo Macedoniæ regi, quod Athenas ſociorum vrbem obſideret. Pœnis autem Appio Claudio duce primum bellum fecit propter ciuitatem Meſſanam fœderatam, quam illi, ſocietate cum Hierone Syracuſarum tyranno facta, oppugnabant. Polybius, Liuius, Appianus.

Vbertate agrorum) Genera vectigalium tria complexus eſt. *Decumas*, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis: *Scripturam*,
E quæ ex paſcuis: & *Portorium*, quod ex mercium exportatione recipitur. Hæc omnia Cenſores publicanis vendere conſtituta auctione ſolebant: qui quanti mancipes redemerant, tantum Quæſtoribus Vrb. ad ærarium populi R. repræſentabant, id eſt, ante perceptos fructus perſoluebant. Nam poſtea qui in operis erant *Decumani, Pecuarij, Portitores*, ea legibus Cenſoriis à prouincialibus exigebant: ſuiſque commodis & rationibus in ea conductione conſulebant.

Neq; ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt.) *Ex ſcriptura*, id eſt, ex publicis paſcuis: vt in orat. pro Flacco, *Mirandum vero eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura, decumæ,*

portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi. Vnde *Scripturarius ager*, vt ſcribit Feſtus, *in quo vt pecora paſcantur, certum æs eſt, quod Publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore*: nam proprie *Scriptura* pecuariorum ratio dicitur. A

Publicani maximas familias, quas in ſalinis habent) Vectigal ex ſalinis in Aſia aut alia vlla prouincia fuiſſe, non memini me legiſſe: nam quod Liuius, *Salinator* qui dictus eſt, inuenit, id in prouincia non fuit, & omnino cum hic locus ſuperiori reſpondeat, in quo de portu, decumis, & ſcriptura mentio facta eſt, triaq; tribus reſpondere debeant; non video quorſum *Salinarum* mentio hic pertineat, aut non potius *Salictis*, aut *Saltibus*, quam *Salinis* legendum eſſe videatur. Salictorum enim nomine paſcua, quæ plerunque ſalicibus conſita ſunt, non difficile eſt intelligi. Pomponius autem in l. Si quis, D. de vſufructu, ex multis ſaltibus paſtione fructus percipi teſtatur. B

Suas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt.) *Rationes* pro facultatibus & rebus omnibus ad quæſtum pertinentibus dictum puto; vnde *Conſulere, proſpicere, prouidere ſuis rationibus*, pro *ſuis commodis*, apud hunc ipſum frequentiſſime; nam *Rationes* pro literis & tabulis rationum, quæ calculis ſubducuntur, non video quemadmodum exponere poſſimus: cum ſatis conſtet Magiſtrum ſocietatis in vrbe manere ſolitum, & omnium tabularum, rationum, ac literarum, quæ vndique ab iis qui operas dabant, Romam mittebantur, curam habuiſſe: de qua conſuetudine dictum eſt Verrina III. C

Firmamentum cæterorum ordinum.) Similiter in Orat. pro Plancio, *Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip. publicanorum ordine continetur.*

Cæteris ordinibus.) Diuerſos igitur facit negotiatores à publicanis. Item vt in epiſt. 2. ad Q. Frat. *negotiatores enim Aratores, & pecuarios præſertim appellant* in orat. pro Fonteio. Notandum etiam hoc loco *Argentarios* à *Negotiatoribus* diſtingui. In illa autem pro Fonteio non diſtingui. D

Partim ſuas & ſuorum in ea prouincia pecunias collocatas habent.) Innumeros tum in Aſia publicanos ac fœneratores fuiſſe, totamq; prouinciam omnibus incommodis vexaſſe. Plutarchus auctor eſt in vita Luculli.

A Repub. ſeiunctam eſſe non poſſe.) Hoc eſt quod dicit lib. De officiis III. *Singulorum enim facultates & copiæ, diuitiæ ſunt ciuitatis.*

Etenim illud primum parui refert.) Poteſt per ironiam dictum intelligi: magis tamen placeret, vt pro *Etenim*, *Nec enim* reponeremus. E

Iiſdem redimendi facultas erit.) *Eidem* ſocietati, quæ hoc tempore vectigalia conduxit. *Redimere*, conducere eſt; vnde *Redemptores*, publicani mancipes, qui auctione conſtituta vectigalia redemerunt, & pecuniam pro iis repræſentarunt: ſed de hoc vocabulo fuſius explicauimus in Verrinam III.

Id quod certe calamitate docti.) *Quod* abundant, & ſine controuerſia ita legendum eſt: *Id certe calamitate docti &c.*

Permulti amiſerunt.) Mithridatis imperio trucidatis CL. ciuium R. millibus.

Fidem

A *Fidem concidiſſe.* His temporibus, quibus erat opus pecunia.ex argentariorum menſis ſumere ſolebant,non modo, qui ſuas pecunias apud eos collocarant: verùm etiam alij, qui modo ſoluendo eſſe viderentur. Sed de Romanorum conſuetudine dixi copioſe Verrina. III. *Fidei* anceps eſt ambiguumq; vocabulum. tam enim ad eum qui fidem habet refertur, nimirum argentarium, quàm ad eum qui fidem ſeruat, pecuniamque diſſoluit. Priorem ſententiam hæc continet loquutio apud Plautum frequens, *Et rem & fidem perdidi*: quod Gallicè dicimus *Creditum.* Poſteriorem hic locus Cæſaris, ex libri de bello ciuili tertij principio, *His rebus confectis, cum fides tota Italia eſſet*
B *anguſtior, neque credita pecunia ſoluerentur, Cæſar conſtituit, vt arbitri darentur: per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atq; ea creditoribus traderentur.* Sic apud Ciceronem nonnullis locis *Fidem ſuam tueri*, id eſt, debitam pecuniam perſoluere. vt libro epiſt. ad Attic XI. *Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S bis & vicies. huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere.*

Quæ in foro verſatur.) Apud Argentarios. nam qui argentariam faciebant, ſuas circa forum tabernas habebant. vnde *Circumforaneum æs* Cicero appellat epiſtola I. lib. ad Att. II. Liuius libro VI. tertiæ decadis, *Annibal*, inquit, *vocato præcone tabernas argẽtarias, quæ circa forum*
C *Romanum tunc eſſent, iuſſit venire.* id eſt, eas quæ tum erant: nam aliæ poſtea ſunt additæ. Has à Tarquinio rege in foro poſitas Dionyſius Halicarnaſſ. lib. III. docet his verbis: τήν τε ἀγορὰν ἐν ᾗ δικάζουσι καὶ ἐκκλησιάζουσι καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις, ἐκεῖνος ἐκόσμησεν, ἐργαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις περιλαβών. id eſt, *Forum in quo ius dicitur, & conciones fiunt, aliaq; ad Rempub. pertinentia tranſiguntur, ille tabernis & alijs ornamentis circundatum exornauit.*

Implicita eſt cum illis pecunijs Aſiaticis.) Societate negatorum.

Quare videte.) Concinna frequentatio, qua hoc primo capite quæ
D dicta ſunt curſim enumerat.

Ne forte à vobis.) Satis aptus elicitur ſenſus ſed fortaſſe ſine præpoſitione *A*, concinnior ſententia videretur.

Me L. Lucullo tantum imperatori laudis.) De eiuſdẽ laude in libro qui Lucullus inſcribitur, ſcribit his verbis. *Poſt ad Mithridaticum bellum miſſus à Senatu, non modo opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum: idque eo fuit mirabilius, quòd ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur qui adoleſcentiam in forenſi opera. Quæſtura diuturnum tempus, Murænâ bellum in Ponto gerente, in Aſia pace conſumpſerat. ſed incredibilis quædam ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem*
E *vſus diſciplinam.* Et pag. in ſequenti, *Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, prælijs, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiuſque belli inſtrumentis & apparatu, vt ille rex poſt Alexandrum maximus* (de Mithridate loquitur) *hunc à ſe maiorem ducem cognitum, quàm quempiam eorum quos legiſſet fateretur.*

Maximas Mithridatis copias.) Appianus ad trecenta hominum millia fuiſſe ſcribit: Plutarchus peditum centum & viginti millia, equitum decem & ſex millia.

Vrbemque Aſiæ clariſſimam.) Florus in epit. lib 95. *L. Lucullus*, inquit, *Proconſul ad Cyzicum vrbem exercitum Mithridatis fame ferroque deleuit, pulſumque à Bithynia Regem variis belli ac naufragiorum caſibus fractum coegit in Pontum profugere.* De eadem obſidione Appianus plu-

nus pluribus verbis in Mithtidatico,& Plutarchus in Lucullo. Cicero autem in Muræniana his verbis, *L. Luculli vere res tantæ extiterunt, vt neque maius bellum commemorari poſsit, neque maiore conſilio & virtute geſtum. nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorum mœnia conſtitiſſet, eamque vrbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore putauiſſet, qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc ſunt omnia, vt vrbs fideliſsimorum ſociorum defenderetur, vt omnes copiæ Regis diuturnitate obſidionis conſumerentur.* In Oratione autem pro Archia poeta, *Populi*, inquit, *Romani laus eſt, vrbem amiciſsimam Cyzicenorum eiuſdem conſilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam eſſe atq; conſeruatam.* A

Ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur.) Hęc eſt, opinor, de qua in Oratione pro Muræna ſic ſcribit: *Quid illam pugnam naualem ad Tenedum, cum contento curſu, acerrimis ducibus, hoſtium claſsis Italiam ſpe atque animis inflata peteret, mediocri certamine & parua dimicatione commiſſam arbitraris?* Et in Orat. pro Archia, *Noſtra ſemper feretur & prædicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſsis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis: noſtra ſunt trophæa, noſtra monimenta, noſtri triumphi.* Sed apud Plutarchum & Appianum non *ad Tenedum*, ſed *ad Lemnum* (quæ non magno interuallo disiuncta eſt) prælium cum Sertorij duce commiſſum dicitur. neq; claſſem illam in Italiam profectam ſcribunt, ſed à Mithridate aduerſus Lucullum miſſam, qui magnam partem exercitus regij Lampſacum obſidione ſoluta profugientis perſequebatur. nam ei claſſi M. Varum Sertorij legatum Mithridates, vt Appianus ſcribit, præfecerat: eique Alexandrum quendam Paphlagonium, & Dionyſium Eunuchum adiunxerat. Plutarchus autem Marium nominat Sertorij legatum ἑτερόφθαλμον quem in eo bello captum fuiſſe teſtatur. B C

Studio inflammato raperetur) Rapide & ſummo impetu ferretur, infenſiſſimis ducum animis & nocendi cupiditate incenſiſſimis.

Patefactumque noſtris legentibus eſſe Pontum. Fugato Rege, & in Armiam profecto, Lucullus maritimo itinere in Pontum profectus, omnes fere vrbes occupauit. in his Amaſtrim & Heracleam, Sinopen & Amiſum. D

Medea illa quondam profugiſſe dicitur.) Hanc Æetæ Colchorum regis filiam fuiſſe ſcribit lib. De natura deorum III. quo in libro hi verſus ex vetere poeta recitantur.

Poſtquam propter appropinquat, iamque pene vt comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraq; articulatim diuidit,
Perq; agros paſſim diſpergit corpus: id ea gratia: E
Vt dum nati diſsipatos artus captaret parens,
Ipſa interea effugeret: illum vt mæror tardaret ſequi,
Sibi ſalutem vt familiari pareret parricidio.

Cætera lege apud Ouidium lib. Metam. VII.

In ponte omnem reliquit.) Plutarchus & Appianus retardatos Luculli milites ſcribunt aſtutia & calliditate Mithridatis, qui cum propius nihil eſſe videret, quam vt in fuga caperetur, mulum illis onuſtum auro oppoſuit, pecuniaſque omnes effudit, quibus colligendis ac diripiendis dum milites intenti eſſent, ab illorum manibus effugit.

A *Ita illum in per.*) *Illum*, Ætatem, Medeæ partem. *Hos*, Luculli milites: ſed in illorum numero tacitè etiam Lucullum ipſum vult intelligi. nam his illum verberat verbis, vt cauſæ ſeruiat, & eum ab exiſtimatione boni imperatoris remoueat.

Plures etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitatæ ſunt. Plutarchus numerat Medos, Adiabenos, Arabes, Albanos, Iberos, & qui circa Araxen ſine rege ſunt.

Fani locupletiſſimi.) *Fanum*, opinor, Cumarum vrbis ſignificat, quod à Muræna impulſu Archelai, qui à Mithridate ad illum deſciuerat, direptum & ſpoliatum eſt. Appianus in Mithrid. Μουρήνας μὲν
B δὴ διὰ Καππαδοκίας αὐτίκα ἐσβαλὼν ἐς Κόμανα, πόλιν ὑπὸ τῷ Μιθριδάτῃ μεγίστην, σεβάσμιον ἱερὸν καὶ πλούσιον ἔχουσαν, ἱππέας τινὰς ἔκτεινε τοῦ Μιθριδάτου. καὶ πρέσβεσιν αὐτοῦ τὰς συνθήκας προτείνουσιν, οὐκ ἔφη συνθήκας ὁρᾶν. οὐ γὰρ συνεγέγραπτο Σύλλας· ἀλλ' ἔργῳ τὰ λεχθέντα βεβαιώσας, ἀπήλλακτο. ταῦτα δὲ εἰπὼν ὁ Μουρήνας, εὐθέως ἐλεηλάτει, καὶ οὐδὲ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἀποσχόμενος, ἐχείμαζεν ἐν Καππαδοκίᾳ id eſt, *Muræna per Cappadociam continuo Cumas aggreſſus, (vrbes earum quæ Mithridati parerent maximam, in qua religioſum fanum & opulentum erat) equites quoſdam Mithridatis interfecit, & legatis*
C *ipſius fœdus proferentibus, reſpondit ſe fœdus non videre: neq; enim Sylla conſcripſerat, ſed reipſa quæ inter eos conuenerant confirmans, diſceſſerat. quæ cum Muræna dixiſſet, ſtatim regionem populatus eſt, neq; à rebus ſacris abſtinuit, deinde in Cappadocia hyemauit.* Hæc Appianus, cuius hiſtoriam, quod eam ex Plutarchi παραλλήλοις magna ex parte ad verbũ deſcriptam animaduertimus, Latinam facere deſtitimus.

Etſi vrbem ex Tigranis regno ceperat.) *Tigranocerta*, ſiue *Tigranocertam* (vtrunq; enim dicitur) quam *Tigranes* ex ſuo nomine appellarat, in quam copioſiſſimos quoſq; & locupletiſſimos totius imperij ſui ci-
D ues quaſi in coloniam deduxerat: quam omnes vt Regi gratificarentur, certatim donis ac muneribus pretioſiſſimiſq; quibuſq; rebus ornarant, atque inſtruxerant: in qua (inquit Plutarchus) præter alias opes immenſas, talentorum octo millia Lucullum reperiſſe conſtat. Etſi ergo, inquit, noſter exercitus vrbem opulentiſſimam ceperat, eamq; (vt idem ſcribit) exceptis theſauris militi diripiendam Lucullus conceſſerat, & octingentas præterea drachmas ſingulis militibus ex hoſtiũ ſpolijs dederat: tamen &c. Pungit Lucullum non obſcurè.

Nimia longinquitate locorum) Confert in milites, quod vult tamen ad Lucullum pertinere intelligi. Dionis autem verba ad hunc lo-
E cum pertinentia hęc ſunt ex reliquijs libri 35. Λούκουλλος δὲ Τιγράνην μὲν οὐκ ἐπεδίωξεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ κατὰ σχολὴν σωθῆναι εἴασε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰτίαν ὡς οὐκ ἐθελήσας τὸν πόλεμον. ὅπως ἐπὶ πλεῖον ἄρχῃ καταλῦσαι, παρά τε τοῖς ἄλλοις. καὶ παρὰ τοῖς πολίταις ἔσχε. καὶ διὰ τοῦτο τότε ἐς τοὺς στρατηγοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἐπανήγαγον, καὶ μετὰ ταῦθ' ὡς καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποιηκέναι ἔδοξε. τὸν ὕπατον αὐτῷ τὸν κατ' ἐκεῖνον χρόνον ὄντα, διάδοχον ἔπεμψαν, id eſt. *Lucullus autem Tigranem non eſt perſequutus, eique longiſſimum ſpatium ſaluti ſuæ conſulendi permiſit. qua de cauſa, cum ab alijs, tum à ſuis ciuibus inſimulatus eſt, prorogandi imperii ſtudio bellum dirimi noluiſſe. ob eamq; cauſam tunc Aſiæ im-*

rium ad Pratores tranſtulerunt, ac poſtea cum hoc ipſum rurſus facere videre- A *tur, eum qui tum erat Conſul, ſucceſſorem ei miſerunt.*

Mithridates autem & ſuam manum iam confirmarat.) Appianus *manum* ait fuiſſe militum quatuor millium: & totidem illi regem Tigranem tradidiſſe.

Regum afflicta fortuna.) Hoc eſt quod dicit in Epiſtolis famil. *Nihil tam miſerabile, quàm ex beato miſer.*

Clarum atque victorem.) Primum in L Flaccum, quem in Ponto Lucullus reliquerat. nam & illum fugauit, & quingentos ex illius militibus interfecit. deinde in C. Triarium Luculli legatum, qui in Flacci locum cum exercitu nouo miſſus eſt. nam hic Lucullum aduentare B ſentiens, triumphi cupiditate impulſus prælium cum Mithridate commiſit: quo in prælio cæſi ſunt Tribuni quatuor & viginti, centuriones centum quinquaginta, ciuium ſupra ſeptem millia interfecta. vt Appianus & Plutarchus ſcribunt.

Sinite hoc loco.) Simulata præteritio: quam Græci παράλειψιν appellant, cum id oblique dicimus, quod velle tacere videbamur.

Non ex prælio nuntius.) Acerbe dictum. ſignificat enim ex eo prælio neminem omnino ſuperfuiſſe.

Veſtro iuſſu coactus.) Maieſtatis populi R. hæc pars erat, vt & imperium daret, & adimeret. Tota autem in hiſce tribus verſabatur, in C dando ſcilicet adimendoque imperio, iubendis & abrogandis legibus, bellis inferendis aut diſſoluendis.

Imperii diuturnitati.) Conſul cum Aurelio Cotta prouinciam Aſiam (vt Plutarchus ſcribit) ſortitus eſt: in eamq́; eſt anno inſequenti cum exercitu aduerſus Mithridatem profectus. Annos ergo ſeptem totos in imperio permanſit. nam totidē anni ſunt ad Lepidi & Tulli conſulatum, quo anno Prætor Cicero hanc legem ſuaſit. Et de imperij diuturnitate Mamercus Æmylius Dictator cū de minuenda cenſura cum populo ageret, apud Liuium lib. 4. ſic inquit, *Maximam libertatis populi R. cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent: & temporis modus imponeretur, quibus iura imponi non poſſet.* D

Qui tum ſtipendiis confectis erant.) Id eſt, Veterani, qui iam emeritis ſtipendijs erant. Ciues Romani ab anno 17. ætatis, ad annum 45. annos nouem militare & ſtipendia facere iubebantur: vt patet ex Liuij libro 23. & Dionyſij Hal. libro 3. Hos autem Plutarchus Fimbrianos milites fuiſſe tradit: id eſt, eos qui duce C Fimbria cum L. Valerium Flaccum Conſulem occidiſſent, eum imperatorem delegerunt.

Partem Glabrioni tradidit.) Opinor, qui Conſul anno ſuperiore fuerat cum C Calpurnio Piſone. nam, vt ſupra diximus, Dion ſucceſſorem hunc Lucullo miſſum teſtatur. Appianus autem nomen reticuit, & tantummodo dicit Lucullum ab eo, qui miſſus erat in Aſiam vt Lucullo ſuccederet, reuocatum: & præconem in eius exercitum miſſum, qui abrogatum eſſe Lucullo imperium militib. renuntiaret. E

Quantum illud bellum futurum putetis.) Deeſſe aliquid apparet, & opinor tale quiddam eſt, *Tantum cogitate Quirites,* quinetiam pro *Futurum, Factum* vitioſe legitur in alijs codicibus.

Coniungunt reges potentiſſimi) Mithridates & Tigranes.

Agitate nationes.) Quæ vtriuſque regis imperio parent.

Integra gentes.) Nondum bello à nobis laceſſitæ. dixit ſuprà *magnas aduentitias multorum regum & nationum copias.*

Bello

A *Bello maximo, atque acerrimis hoſtibus,*) Cinna, Carbone, Sertorio, ciuili bello aduerſus L. Syllam.

Ad patris exercitum.) Cn. Pompei Strabonis, Catonis in Conſulatu collegæ. Is bello Italico Proconſul, cum ſatis feliciter Remp. geſſiſſet, anno inſequenti Q. Pompeium Syllæ in conſulatu collegam, qui ad capiendum iuſſu populi à Cn. Pompeio exercitum profectus erat, in tribunali interficiendum curauit. Itaq; in Italia Cinnano bello exercitum habuit, in quo exercitu hunc quoq; Cn. Pompeium ipſius filium adoleſcentem fuiſſe Plutarchus auctor eſt. Eundem Cneum, Cnei Pompeij patrem, anno vertente, cum Cinnam ab vrbis mœ-
B nijs depelleret, fulgure ſimul cum alijs quam multis interemptum ex hiſtoria conſtat.

Extrema pueritia miles fuit.) Similis locus in Orat. pro Balbo, *Quid enim abeſt huic homini, &c. vſuſne rerum? qui pueritia tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum: cuius plerique æquales minus ſæpe caſtra viderunt, quàm hic triumphauit: qui tot habet triumphos, quot oræ ſunt parteſque terrarum: tot victorias bellicas, quot ſunt in rerum natura genera bellorum.* Et lubet hoc loco particulam eius orationis, quam ipſe Pompeius ad populum habuit, dum lex Gabinia de bello maritimo ferretur, deſcribere. extat apud Dionem in
C hanc fere ſententiam. *Magna me profecto Quirites, ij quos mihi mandatu honores lætitia afficiunt. natura enim omnes homines beneficijs ſibi à ſuis ciuibus tributis maiorem in modum delectantur. ijſque acceptis exultant. ego vero qui honoribus à vobis atque ornamentis omnibus tam ſæpe ſum affectus, ſane quam ſatis magnam pro recentibus veſtris in me beneficijs voluptatem animo capiam, conſtituere non poſſum: tametſi neque vos decere arbitror, ita in me affectos eſſe, vt ſatiari deferendis mihi honoribus non poſſitis: neque mihi conuenire, in continuis imperijs ac magiſtratibus verſari. Etenim ſic ſe res habet Quirites, vt mihi ſemper ab ineunte ætate Reſpublica gerenda fuerit: vobis vero aliorum quoque ratio habenda eſt. Ecquid memoria tenetis, quàm*
D *exercitus bello Cinnano puer adhuc, neque dum ineunte adoleſcentia, fuerim? quantos labores in Sicilia, in Africa vixdum in iuniorum cenſum relatus ſubierim? quanta in Hiſpania pericula nondum in Senatum cooptatus ſuſceperim? Quæ non eo dico Quirites, quaſi in me ingrati atque immemores fueritis: nihil, nihil profecto minus. etenim præter ea ornamenta, quibus à vobis ſum affectus, quæ & magna & multa ſunt, commiſſa mihi Sertoriani belli adminiſtratio tum, cum alius qui eam aut vellet, aut poſſet ſuſcipere, nemo reperiretur: & hoc amplius, triumphus contra leges decretus, ſummum plane, & eximium quendam mihi honorem ornamentumque attulerunt.*
E Hæc Dio. Lubet etiam alterum A. Hircij locum deſcribere, ex lib. de bello Africano, in quo ita loquitur. *M. Cato interim, qui Vtica præerat Cneum Pompeium filium multis verbis aſſidueque obiurgare non deſiſtebat: Tuus,* inquit, *pater, iſtius ætatis, cum eſſet, & animaduertiſſet Rempublicam ab audacibus ſceleratiſque ciuibus oppreſſam, bonoſque aut interfectos, aut exilio multatos patria ciuitateque carere: gloria & animi magnitudine elatus priuatus atque adoleſcentulus, paterni exercitus reliquijs collectis penè oppreſſam funditus & deletam Italiam vrbemque Romanam in libertatem vindicauit: idemque Siciliam Africam, Numidiam, & Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit: quibus ex rebus ſibi eam dignitatem, quæ eſt per gentes clariſſima notiſſimaque, conciliauit: adoleſcentuluſque atque eques Romanus triumphauit.*

Miles fuit ſummi imperatoris.) L. Syllæ ex Aſia in Italiam victorem A
exercitum reportantis.
Maximi ipſe exercitus imperator.) Plutarchus & Florus, eum in a-
gro Piceno priuatum hominem, annos tres & viginti natum, volun-
tarium exercitum conſcripſiſſe tradunt, & eum tribus legionibus ad
L. Syllam veniſſe, ad eumque ſe nobilitatem omnem contuliſſe:
vt deſerta vrbe ad caſtra veniretur, complures in itinere Italiæ ciui-
tates ſollicitaſſe: Scipionem & Carbonem aduerſæ partis duces
prælio laceſſiſſe: mox ad Syllam cum exercitu inſtructiſſimo & pa-
ratiſſimo profectum, Imperatorem ab ipſo Sylla ſalutatum: ſtatim- B
que in Celtiberiam miſſum eſſe.
Sæpius cum hoſte conflixit.) *Hoſtes* publiee tantum dicuntur, ſcilicet
quibus bellum populi Rom. iuſſu à collegio Fecialium indictum
eſt: *Inimici* priuatim, à quibus animo alienati & diſiuncti ſumus.
Plura bella geſſit.) Quæ ante hoc tempus bella geſſerit, quas pro-
uincias confecerit, ex pagina inſequenti cognoſces.
Ciuile, Africanum) De quibus omnibus mox dicetur.
Virtutes imperatoriæ.) De quibus lege Xenophontem lib. de Cyri
vita & diſciplina.
Teſtis eſt Italia.) Italico bello extremo, ciuile exortum eſt: quo
tempore diuiſa Italia diuerſas partes ſecuta eſt. In eo bello iam C
ſupra dictum eſt Cn. Pompeium voluntarium exercitum conſcripſiſ-
ſe, & proſpere rem geſſiſſe.
Huius virtute & conſilio.) Alij prope omnes, *Subſidio.* quod rectum
eſſe patet ex ijs, quæ modo diximus. Annos enim tres & viginti na-
tus ſubſidium L. Syllæ in Italiam attulit, & veriſimile eſt hoc po-
tius ſignificaſſe Tullium, quam à conſilio hominem peradoleſcen-
tem laudare voluiſſe.
Teſtis eſt Sicilia.) Quam Perpenna & Carbo ex Italia pulſi vi oc-
cuparant ea ſpe, vt hoc propugnaculo aduerſus Syllam vterentur.
Ergo Senatuſconſultum factum eſt, vt Pompeius eo cum imperio D
proficiſceretur. Cuius audito aduentu Perpenna profugit. at Carbo
captus, & à Pompeio damnatus, interfectus eſt. eius caput ad Syl-
lam miſſum Appianus ſcribit. Hæc ex Plutarcho, Floro, &
Appiano.
Teſtis eſt Africa) In quam poſtea miſſus eſt aduerſus Cn. Domi-
tium proſcriptum, & Hiarbam Numidiæ regem, bellum aduerſus
Syllam molientes, quos prælio victos interemit. Quo bello intra
dies XL confecto Romam rediji, & quatuor ac XX. annos natus ad-
huc eques Rom. quod quidem memini antea contigerat, ex Afri-
ca triumphauit, Magnuſque à L. Sylla appellatus eſt. Florus & E
Plutarchus.
Ipſorum ſanguine redundauit.) Plutarchus ex viginti hoſtium milli-
bus tria tantum millia effugiſſe tradit.
Teſtis eſt Gallia) De bello tranſalpino apud Plutarchum in Pom-
peij quidem vita verbum nullum. Scribit autem Florus in epitome,
& Plutarch. in Sertorij vita, Metellum & Pompeium ab obſidione
Calaguri oppidi (quod in Hiſpania eſt) depulſos, ac coactos in di-
uerſas regiones petere: Metellum vlteriorem Hiſpaniam, Pompe-
ium Galliam quo tempore bellum hoc geſſiſſe illum arbitramur.
ſcribit enim ſic Plinius lib. VII. *Et ſtatim ad ſolis occaſum tranſgreſſus,*

A *excitatis in Pyreneo trophais, oppida DCCCLXXVI. ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ vlterioris in ditionem redacta victoria ſua adſcripſit.* Libro tamen tertio capite de Hiſpania citeriore, *oppida DCCCXLVI.* ſcriptum legimus.

Gallorum internecione.) Omnes libri veteres *Intenſiene.* ex quo corrupto aliud corruptius natum eſt in impreſſis omnibus, *Interemptione.* quorum vtrunque repudio.

Teſtis eſt Hiſpania.) In qua Sertorium octauum iam annum cum populo R. bellum gerentem deuicit. de Sertorio ſupra.

Teſtis eſt iterum & ſæpius Italia.) Seruili bello, quod à Spartaceo B gladiatore conflatum eſt. de Spartaco plenæ ſunt hiſtoriæ. de Pompeio autem hoc dicit Tullius ad tempus. nam de Spartaco Craſſus victoriam reportauit, & ouans in vrbem ingreſſus eſt. Atque hoc eſt, quod Craſſum in hac Oratione grauiter tuliſſe Tullius ſignificat ad Atticum ſcribens, lib 1. epiſt *Vereor, Proximus Pompeio ſedebam: intellexi hominem moueri, vtrum Craſſum inire eam gratiam quam ipſe prætermiſiſſet, an eſſe tantas res noſtras, quæ tam libenti Senatu laudarentur ab eo præſertim, qui mihi laudem eo minus deberet. quod meis omnibus literis in Pompeiana laude perſtrictus eſſet.* Scribit tamen Plutarchus, miſſum tandem ad id bellum Cn. Pompeium fuiſſe: opinor, qui Craſſo ſuc- C cederet, eoque Craſſum ea re audita continuo triumphi cupiditate prælium cum Spartaco commiſiſſe: proſpereque rem geſſiſſe, cæſis hoſtium XII. millibus, & præterea trecentis fortunam tamen eius victoriæ expertem eſſe Pompeium non ſiuiſſe: hoſtium enim quinque millia, qui ex eo prælio euaſerant, illi profliganda reſeruaſſe. Cæſis autem illis ſcripſiſſe Pompeium ad ſenatum, Craſſum in acie gladiatores quidem fudiſſe, ſe vero bellum funditus euelliſſe.

Teſtes vero iam omnes oræ.) Maritimo bello, aduerſus piratas ortos ex Cilicia. de quibus late ſcribit Appian. in Mithri. & Plutarc. in Pompeio.

D *Tam turpe, tam vetus.*) Nam Octauio & Cinna Coſs. cœptum eſt, vt ex Appiano intelligitur, qui Proconſule Sylla in Aſiam miſſo hoc bellum initium habuiſſe ſcribit. Confectum eſt autem hoc ipſo anno Lepido & Tullo Coſs. Vetus ergo, ab hinc annis videlicet tribus & viginti, exortis è Cilicia prædonibus: vnde *Cilicum bellum* in Verrinis Orationibus appellatur.

Aut ab omnibus annis.) Bellum intra quadrageſimum diem à Pompeio confectum tradunt Florus, Appianus, Plutarchus.

A prædonibus captas vrbes.) Quadraginta, vt ſcribit Plutarchus.

Brundiſio nunquam niſi ſumma hyeme tranſmiſerint.) Quare nomina- E tim *Brundiſio?* quia per hoſce annos, quibus aduerſus piratas & Mithridatem bellum geſtum eſt, exercitus populi R. Brundiſio tranſmittebant. quæ ciuitas eſt in Calabria, portu nobili, vnde in Græciam iter eſt. ſic infra. *Pompeium Brundiſio profectum dicit ad bellum contra piratas. Piratas maritimam oram circa Brundiſium inuaſiſſe* ſcribit Appianus in libro qui Mithridaticus inſcribitur.

Legati populi Rom. redempti ſint) Hac de re nihil adhuc ſcriptum reperi.

Duodecim ſecures.) *Duos,* inquit Plutarchus, Prætores, Sextilium & Bilinum in ipſis prætextis cum miniſtris lictoribuſque ac cæteris eius magiſtratus inſignibus captiuos abduxerunt. Prætoribus autem

ſene-

ſenos lictores præire ſolitos, alibi ſæpenumero dictum eſt. In vrbe autem faſces tantum & Prætoribus & Conſulibus præferebantur: in prouincijs, etiam ſecures. A

Colophonem aut Samum.) Vrbes Ioniæ.

Veſtros portus.) Caietæ, Miſeni, & Hoſtiæ.

Vitam & ſpiritum ducitis.) Id eſt, eas res quibus vita & ſpiritus continetur. Frumentum enim ex Aſia, Africa, Sicilia, Sardinia eo comportabatur.

In prædonum fuiſſe poteſtatem.) Sic Gellius libri 1. cap. 14. Ipſe in Diuinat.. *Ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi R. ditionemque eſſent.* Apud Terentium, *Ille vbi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem.* B

Portum Caietæ.) Portus eſt Campaniæ, de quo Virg. initio libri VII.

Tu quoque litoribus noſtris Æneia nutrix,
Æternam moriens famam Caieta dediſti:

Inſpectante Prætore.) Quem Prætorem dicat, neque ex Plutarcho, neque ex Appiano, neque ex Dione cognoſcere poſſumus. Fortaſſe tamen M. Antonium ſignificat, qui ante Pompeium contra piratas miſſus male rem geſſit, & indicto Cretenſibus bello ibidem interijt: vt Aſconius tradit, & Florus in Epit. Coniecturam iuuat quod ſcribit Plutarchus, eius filiam à prædonibus captam fuiſſe.

Ex Miſeno autem.) Italiæ promontorio, à Miſeno Æneæ tibicine: de quo Virgilius libro Æneidos III. & VI. C

Eius ipſius liberos.) Eius Antonij filiam: quam tamen magna pecunia redemptam poſtea reddiderunt.

Hoſtienſe incommodum.) *Hoſtiam* vrbem ab Anco (vt Liuius ſcribit) Martio conditam Strabo libro Geog. V. *vrbis Romæ nauale* appellat, quo Tyberis erumpit, eam præterlabens. extenditur autem in longum in Campaniam vſque & Samnitium montes. Hac autem ipſa de re Dion. libro XXXVI. ſic ſcribit: Προσχωρησάντων δὲ αὐτοῖς τούτων, καὶ ἐς τὴν ἤπειρον ἀνέβαινον, καὶ πολλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς μηδὲ χρωμένους τῇ θαλάσσῃ ἐλύπουν καὶ ταῦτα οὐ τὴν ἔξω συμμαχίδα αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰταλίαν αὐτὴν ἐποίουν. τότε γὰρ κέρδη τὰ αὐτόθεν μείζω χήσειν, καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς ἐπὶ πλέον ἐκφοβήσειν. ἂν μηδὲ ἐκείνης ἀπέχονται, νομίζοντες, ἔς τε τὰς ἄλλας τὰς πόλεις, καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ὄστια ἐσέπλεον, καὶ τὰς τε ναῦς ἔκαιον, καὶ πάνθ' ἥρπαζον. καὶ τέλος ὡς οὐδεμία σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο, τὰς τε διατριβὰς ἐν τῇ γῇ ἐποιοῦντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅσους μὴ διώλλυσαν, τά τε σκῦλα ὅσα ἐλάμβανον, ἀδεῶς ὥς γε καὶ ἐν οἰκείᾳ διετίθεντο D

Id eſt, *Prædones cum illi ſe ad ipſorum amicitiam adiunxiſſent, in continentem etiam ſe intulerunt, multiſque incommodis etiam eos qui nauigare non ſolebãt, affecerunt. idque non extra ſociorum ſuorum fines duntaxat, verum in ipſa etiã Italia. nam & quod maiores quæſtus illinc ſe conſequuturos, & alijs maiorem terrorem iniectum iri ſperabant, ſi ne ab ea quidem abſtinerent: cum in alias eius vrbes, tum in ipſam Hoſtiam ſuas naues appulerunt: ibique Romanorum naues incenderunt: omniaque diripuerunt: & tandem quaſi de redditione non cogitarent, & in terra morabantur, & eos omnes quos non interfecerant, prædamque vniuerſam ſecure tanquam in ſuis finibus depoſuerunt.* Hæc Dion. E

Hoſtiæ porro ſitum & Tiberis curſus ad vrbe Roma vſq; in mare deſcriptionem nemo, quod ſciam, elegantius deſcripſit Procopio, li. de bello Gottorum I.

A *Conſul populi Rom*) Hic quis fuerit, adhuc reperire non potui.

Tantane vnius hominis.) *Tantamne*, ſine controuerſia reponendum, vt ad vocabulum *Lucem* referatur.

Intra Oceani oſtium.) A freto Herculeo, vnde Oceanus in mediam terram influit.

Prætereunda non ſunt.) Sic omnes alij libri, quare nihil auſim immutare. planius tamen ſingulari numero legeretur, *prætereundum non eſt.*

Aut obeundi negotij, aut conſequendi quæſtus) Altero negotiatores ſignificat, altero mercatores. quorum illi, ſunt qui negotia in pro-
B uincijs obeunt, veluti publicanorum ſocietates: Senatores etiam qui hæreditates, legata, aut nomina ſua perſequuntur: hi, qui Romam merces ab exteris nationibus important.

Belli impetus) Pompeij claſſis, in qua bellum impetu & violenta quadam incurſione ferebatur.

Qui Siciliam adijt, Africam explorauit, inde Sardiniam cum claſſe venit.) Hæc omnia prædonum bello in mari mediterraneo geſta ſunt. Sed *Sardiniam venit*, pro *in Sardiniam* locutio ſuſpecta eſt, quam tamen omnes ad vnum tum ſcripti tum impreſſi libri conſeruant.

C *Duabus Hiſpanijs.*) Eam quæ eſt eis, & alteram, quæ eſt vltra Iberum flumen.

Gallia Ciſalpina) Italiæ parte ab Alpibus ad Rubiconem flumen, quæ Gallia dicta eſt ab ijs Gallis, qui Tarquinio Priſco (vt Liuius libro quinto demonſtrat) regnante, ducentis ante vrbem captam annis, Alpes tranſgreſſi, mediam prope Italiam occuparunt. Hanc igitur Romani *Ciſalpinam*, alteram vero vnde venerant, *Tranſalpinam* vocarunt. Cæſar hanc *Vlteriorem*, illam *Citeriorem* perpetuo appellat.

Italia duo maria) Adriaticum & Tyrrhenum.

D *Vnde quinquageſimo die*) Florus in Epitome, *intra quadrageſimum diem.*

Idem Cretenſibus) Prædonibus, qui Cretam inſulam occuparunt: quos Q. Metellus eo cum imperio miſſus, oppugnabat. Florus in Epit.

Legatos deprecatoreſque miſiſſent.) Oppugnari à Metello legatos ad Cn. Pompeium miſerunt, vt ſi facultas eſſet, inſulam ei potius quam Metello dederent, quem ſatis intelligebant acerrimum de ipſis ſupplicium ſumpturum eſſe. Pompeius vt fructum eius laudis Metello præcerperet, L. Octauium Legatum ad Metellum miſit: vt ab op-
E pugnatione deſiſteret: ipſeque Legatus in vrbem ingreſſus piratis contra Metellum præſidium tulit: ſed Metellus nihilominus obſeſſos in deditionem compulit, & in eos pro ſuo iure animaduertit. Hæc cum ita ſe habeant, tamen oratione Tullius quæ ſumma vituperatione digna ſunt, laudi & gloriæ vertit.

Ineunte hyeme apparauit) Plutarchus confectum bellum ſcribit ſpatio trium menſium. Appianus ſic, *intra ſeptuaginta dies omnes piratarum naues, id eſt, amplius trecenta in eius poteſtatem venere, partim vi capta, partim ipſis dedita: centum autem & xx diebus cunctas illorum vrbes, arces, perfugia, caſtella, receptacula in ditionem populi R. ſubiunxit, cæſis ipſorum plus minus decem millibus.*

Multa

Multæ ſunt artes eximiæ.) *Artes eximiæ*, virtutes : vt libro de Finibus A
II. vbi *maximas artes* appellat ; & contra, *inertes*, nulla virtute prædi-
tos. *Sed luſtremus*, inquit, *animo non has maximas artes quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur.*

Quanta facilitate.) Sic permulti antiqui & impreſſi libri, alij *Felicitate.* quod perſpicue falſum eſt, cum de virtutibus loquatur : & *Facilitatis* nomine comitatem & humanitatem Pompeij ſignificet. De qua Valerius Max. commemorans ſcribit, *regem Armeniæ Tigranem, qui & per ſe magna cum populo Rom. bella geſſerat, & infeſtiſſimum vrbi Mithridatem Ponto pulſum, viribus ſuis protexerat, in conſpectu ſuo diutius iacere ſupplicem paſſum non eſſe : ſed benignis verbis recreatum, diadema* B
quod abiecerat, capiti reponere iuſſiſſe : ceteriſque rebus imperatis in priſtinum fortunæ habitum reſtituiſſe : æque pulchrum eſſe iudicantem & vincere reges, & facere. quod idem Plutarchus etiam in ipſius vita teſtatur.

Qualia ſint in Cn. Pompeio.) *Quanta ſint*, plerique libri veteres, & rectius omnino, meo iudicio.

Quem enim poſſumus.) Apparet hæc dici in Lucullum, cum contra eum ſolum pugnet, qui ſibi rerum geſtarum gloriam eripi querebatur.

Pecuniam ex ærario depromptam) Imperatoribus in prouinciam C
ituris pecunia Senatuſconſulto, ex ærario attribuebatur, quam Quæſtores ærarij adnumerabant. patet ex Verrina III. Aſconio & alijs. Hæc pecunia, *Attributa* dicebatur : vt Varro demonſtrat.

Propter cupiditatem prouinciæ.) Magiſtratus populi R. propter auaritiam, prouinciarum cupidiſſimos fuiſſe nemo mediocriter quidem eruditus ignorat.

Romæ in quæſtu reliquerit.) Apud Argentarios.

Veſtra admurmuratio.) De admurmuratione populi & clamoribus cognoſce ex Verr. II.

Noſtri exercitus ferant.) Id eſt, afferant. D

Per hoſce annos in Italia.) Cum aduerſus Mithridatem, Cilices, Sertorium, Spartacum exercitus ducebant. nam cum his hoſtibus per hoſce annos bellum geſtum eſt.

Per agros atque oppida ciuium R.) Nam Italicis populis ciuitas data eſt annis ab hinc circiter XVIII.

Qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult.) Leuiter, opinor, id perſtringit quod tum notum fuiſſe omnibus videtur : paratum ſcilicet in Lucullum repetundarum iudicium fuiſſe, ſed eum ne id fieret omni ſtudio prohibuiſſe. Sane inimicos Lucullo fuiſſe, vel ex his Ciceronis verbis intelligitur in eo libro quem ipſius nomine in E
ſcripſit : *Quinetiam*, inquit, *tum victoria à Mithridatico bello reuertiſſet, inimicorum calumnia triennio tardius quam debuerat, triumphauit. nos enim Conſules introduximus pene in vrbem currum clariſſimi viri.*

Hic miramur hunc hominem.) Cn. Pompeium.

Sic in Aſiam peruenerunt.) Bello maritimo in Ciliciam & Pamphyliam.

Non modo manus) Non modo nihil rapuiſſe, ſed ne pedem quidem vbi non licebat poſuiſſe dicatur.

Incredibilem curſum initum.) Rectius putarem *Inuentum* : vt in alijs codicibus quam multis, vt ſit ſenſus, Quanam arte tanta celeritas

reperta

A reperta eſt? quæ res tantæ celeritati cauſam præbuit? nam vnde initus ſit curſus, quærimus pro, Ex quo loco cœpit quis currere. quæ ſententia huic loco nulla ratione conuenit.

Ab inſtituto curſu) Tangit Luculli factum, quem auaritia à perſequendo Mithridate retardatum dixit ſupra.

Non nobilitas vrbis) Athenas. opinor, ſignificat: quo ingreſſum Pompeium Plutarchus ſcribit rem ſacram feciſſe, & habita concione continuo deceſſiſſe.

Quæ cæteri tollenda eſſe arbitrantur.) Ipſe de ea re in Verrina vii. ſic ſcribit: *At iſterum villæ ſociorum fideliſſimorum & pluriṁorum pulcherri-* B *mis ſpoliis ornatæ refertaque ſunt. vbi pecunias exterarum nationum eſſe arbitramini, quibus nunc omnes egent. cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chien, Samum, totam denique Aſiam, Achaiam, Græciam, Siciliam iam in paucis villis incluſas eſſe videtis?*

Homines R. hac quondam abſtinentia.) Exempla veteris continentiæ vide apud Valerium Maxim. libro iv. cap iii. & quod ſupra ex Athenæo memorauimus.

Tantum bellum hoc tranſmittendum.) Id eſt, committendum, mandandum: vt ſupra ab initio, *Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui.* id eſt, tribuendum & impen- C dendum.

Quoniam auctoritas multum in bellis.) *Auctoritatem* dicit grauem & vehementem opinionem de alicuius ſingulari virtute ac magnitudine conceptam.

Tanta & tam præclara iudicia feciſti.) Cum eques adhuc Romanus ante ætatem ſenatoriam triumphauit: adhuc Quæſtor: tamen proconſulari imperio aduerſus Sertorium miſſus ſit: iterum eques triumpharit: conſulatum ante alios magiſtratus geſſerit: vt infra.

Repletiſque omnibus templis.) Quæ circum forum ſunt. auctor libri D de optimo genere Orat. & Aſconius in Miloniana.

Ad commune omnium gentium.) Maritimum.

Tanta repente vilitas annonæ.) Quippe mercatores ſimul vt Pompeium maritimo bello præpoſitum audierunt, confiſi fore vt prædones ex maritimis locis profugerent, & libera eſſet nauigatio, magnum frumenti numerum Romam adduxerunt. Appianus, Plutarchus.

Accepta in Ponto calamitate.) C. Triario deuicto.

Ad eas regiones.) Maritimo bello, ad Pamphiliam & Ciciliam. huius rei nulla in hiſtorijs mentio.

E *In vltimas prope terras.*) Elate, pro *in Pamphiliam.*

Vſque in Hiſpaniam.) Cum quæſtor aduerſus Sertorium pro Conſule miſſus eſt.

Ad eum potiſſimum eſſe miſſum.) Cum ipſe Quæſtor tantum: alij qui idem bellum adminiſtrabant Q. Metellus, M. Perpenna, Conſulares eſſent.

Maximo, Marcello, Scipioni, Mario.) Horum omnium vitæ & res geſtæ à Plutarcho & alijs conſcriptæ ſunt. ex quibus quæ ad hunc locum pertinebunt, deligere eſt melius. nobis enim non hiſtoriam ſcribere propoſitum eſt, ſed quaſi digitos ad fontes intendere.

Vt in his ipſis locis adſit.) In prædonum bello, nam Appianus in Mithri-

Mithridatico ſic ſcribit, ἐπειδὴ τοῦτο ὀξέως τε οὕτω καὶ παραδόξως A
γενομένοις, οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Πομπήϊον μέγα ἐπαίροντες ἤδη ὄντα περὶ Κι-
λικίαν, εἵλοντο τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου στρατηγὸν, ἐπὶ τῆς ὁμοίας
ἐξουσίας αὐτοκρατέστερα ὄντα, ὅπη θέλοι, συντίθεσθαί τε καὶ πολεμεῖν, καὶ
φίλους ἢ πολεμίους Ῥωμαίοις οὓς δοκιμάσειε ποιεῖσθαι. στρατιᾶς τε πάσης
ὅση πέραν ἐστὶ τῆς Ἰταλίας, ἀρχὴν ἔδωκαν ἃ μηδενὶ πω παντάπασι
πρὸ τούτου ἐμοῦ πάντα ἐδόθη. καὶ ἴσως αὐτὸν καὶ διὰ ταῦτα Μέγαν στρατηγὸν
ὀνομάζουσιν. Id eſt, *His ita celeriter & præter omnium opinionem confectis,
Romani Pompeium, qui tum adhuc erat proxime Ciliciam, maiorem in mo-* B
*dum efferentes, elegerunt ducem belli Mithridatici, cum eodem ſummo imperio
ac poteſtate, vt quacunq; ratione vellet & paciſceretur, & bellum gereret, &
amicos aut hoſtes Romanis, quos illi videretur, faceret; exercituſq; omnis qui
extra Italiam eſſet, imperium ei dederunt, quæ nemini adhuc omnino antea ſi-
mul omnia data fuerant, & fortaſſe eum etiam ob eam cauſam Magnum Im-
peratorem appellant.*

Veſtris ampliſsimis beneficiis affectus Q. Catulus.) Omnibus functus ho-
noribus. Conſulatu quidem XII. ab hinc annis, collega Æmylio Le-
pido: nam hæc ſunt populi beneficia, vt ſæpe dixi.

Summis ornamentis honoris.) Omnes adepti magiſtratus. Conſula- C
tum autem ante annos tres, collega C. Cæcilio Metello.

Omiſsis auctoritatibus, ipſa re ac ratione) Similiter lib. I. De nat. deor.
Non tam, inquit, *auctoritatis in diſputando, quam rationum momenta quæ-
renda ſunt*; cuius fere conſimilis eſt apud Platonem ſententia, in dia-
logo qui Laches inſcribitur, ἐπιστήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ' οὐ
πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κρίνεσθαι.

Ad vnum tamen omnia deferri non oportere.) Deferri hac lege ad Pom-
peium omnia Plutarchus docet in eius vita, his verbis, quæ quia ad
hunc locum intelligendum magnopere conducunt, ſubſcribemus:
γράφει νόμον εἷς τῶν δημάρχων Μανίλιος (Μάλλιος legitur in libris D
quos vidi omnibus) ὅσης Λεύκουλλος ἄρχει χώρας καὶ δυνάμεως,
Πομπήϊον παραλαβόντα πᾶσαν. προσλαβόντα δὲ καὶ Βιθυνίαν ἣν ἔχει
Γλαβρίων, πολεμεῖν Μιθριδάτῃ καὶ Τιγράνῃ τοῖς βασιλεῦσιν. ἔχοντα καὶ
τὴν ναυτικὴν δύναμιν, καὶ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης, ἐφ' οἷς ἔλαβεν ἐξ-
αρχῆς. τοῦτο δὲ ἦν ὑφ' ἑνὶ συλλήβδην γενέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. ἃν
γὰρ ἐδόκει μόνων ἐπαρχιῶν μὴ ἀφικνεῖσθαι τῷ προτέρῳ νόμῳ, Φρυγίας,
Λυκαονίας, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Κιλικίας, τῆς ἄνω Κολχίδος, Ἀρ-
μενίας, αὗται προσετίθεντο μετὰ στρατοπέδων, καὶ δυνάμεων, αἷς Λευ- E
κοῦλλος κατεπολέμησε Μιθριδάτην καὶ Τιγράνην. *Manilius*, inquit,
*vnus è Tribunis pl. legem fert, vt prouincia tota cui Lucullus præfuiſſet, omneq;
illius imperium Pompeio transmitteretur: adiungeretur etiam Bithynia, quæ
Glabrioni obuenerat; itaq; bellum aduerſus reges Mithridatem & Tigranem
adminiſtraret: hoc amplius, claſſem quoq; & copias omnes nauales haberet, quas
initio belli maritimi habuerat: quod quidem aliud nihil erat, quam ad vnum
vniuerſum plane Romanorum imperium deferri: quas enim ſolas ſuperiore lege
prouincias non videbatur habuiſſe, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam, Cappa-
dociam, Ciliciam, Cholchidem ſuperiorem, Armeniam, hæ omnes adiuncta atq;
attributa ſunt, vna cum exercitu & copiis, quibus Lucullus Mithridatem &
Tigranem reges deuicerat.*

A *Obſoleuit iam iſta oratio*) Reiecta ac repudiata eſt: tranſlate dicitur ab iis, quæ ex vſu remota reiiciuntur.

Contra virum fortem A. Gabinium.) Tribunum pl. qui legem tulit de adminiſtratione belli maritimi Pompeio mandanda. Extant apud Dionem Gabinij & Catuli orationes contrariæ, idemq; Dion & præterea Plutarchus auctores ſunt, legem magna Senatus diſſenſione latam eſſe: & alterum Conſulem cum vehementius legi refragaretur, prope à plebe diſcerptum fuiſſe. Catulum quidem ſumma contentione primum repugnaſſe: ſed poſtea cognito tanto populi ſtudio atq; voluntate, deſtitiſſe. Cicero autem in orat. pro Cornelio, apud B Aſconium, & ipſe quoq; Aſconius L. Trebellium Tribunum pl. pertinaciter interceſſiſſe ſcribunt, Senatuiq; promiſiſſe, moriturum ſe ante, quam illa lex perferretur: cum Aulus Gabinius introuocare tribus cœpit, vt Trebellio magiſtratum abrogaret: & aliquandiu Trebellium ea re non perterritum adfuiſſe, perſtitiſſeq; in interceſſione, quod omnia magis, quam perſeueraturum eſſe Gabinium, arbitrabatur: ſed poſtquam x. & vii. tribus rogationem acceperunt, & vna mens eſſet populi qui ſupererat, vt iuſſum conficeret, remiſit interceſſionem Trebellius; atq; legem Gabinius de piratis perſequendis pertulit. Qua de re etiam Dion eodem loco meminit.

C *Ex hoc ipſo loco.*) Ex ſuperiore loco, ex Roſtris.

Legati, Prætores, Quæſtoresq; capiebantur) De Legatis & Prætoribus ſupra dictum eſt; de Quæſtoribus nihil compertum habeo.

Commeatu & publico & priuato.) Puto me iam ſupra dixiſſe tum ex Plutarcho, tum ex Appiano, ante conſtitutum Pompeij imperium ſummam Romæ fuiſſe rei frumentariæ caritatem & inopiam. Dion autem lib. xxxvi. ſic ſcribit; οὔτε γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπακτῶν ἐφοίτα σφίσι, καὶ ἡ σιτοπομπεία παντελῶς ἀπεκέκλειστο.

Vt neq; priuatam rem.) Mercatores nauigare non auderent.

Neq; publicam iam obire.) Magiſtratus qui in prouincias mittebanD tur, proficiſci non auderent.

Satis late quondam mare tenuiſſe dicitur.) Quam late docet Dionyſius Hal lib. 1. Antiq. his verbis: Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ αὐτῆς μόνον ἦρξαν τῆς παραλίου, δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ οὐδὲ ταύτης ἁπάσης, ἀλλὰ τῆς ἐντὸς Εὐξείνου τε πόντου, καὶ τοῦ Παμφυλίου πελάγους, ὅτε μάλιστα ἐν θαλάσσῃ ἐκράτουν. Id eſt, *Athenienſes enim ipſius tantum oræ maritimæ dominatum annos duodeſeptuaginta tenuerunt: ac neq; illius quidem totius, ſed intra Euxinum Pontum & Pamphilum pelagus: quo tempore maxime maritimis viribus pollerent.*

E *Permultum claſſe maritimiſq; rebus*) De Carthaginenſibus Appianus in Libyco ſic ſcribit: καὶ δυναστεύοντες ἤδη λιβύης ἐκράτουν, καὶ πολλῆς θαλάσσης, ἐκδήμους τε πολέμους ἐστράτευον ἐς Σικελίαν, καὶ Σαρδώ, καὶ νήσους ἄλλας, ὅσαι τῆσδε τῆς θαλάσσης εἰσί, καὶ ἐς Ἰβηρίαν. πολλαχῆ δὲ καὶ ἀποικίας ἐξέπεμπον. ἥ τε ἀρχὴ αὐτοῖς ἐγένετο δυνάμει μὲν ἀξιόμαχος τῇ Ἑλληνικῇ, περιουσίᾳ δὲ μετὰ τὴν Περσικήν. Id eſt, *Cumq; iam magnam potentiam adepti eſſent, Libyam ſubiugarunt, marisq; magnam partem & longinqua bella gerebant in Sicilia, Sardinia, aliisq; inſulis quæ ſunt in illo mari, etiam in Hiſpania, multaq; in loca colonias mittebant; ac potentia quidem hæc illorum fuit: vt cum viribus quidem Græcorum potentiam*

tentiam æquarent, opibus ſecundum Perſas excellerent. Hæc ex verſione noſtra, quam magno ſtudio inſtitutam reliquimus, quod Appiam libros & mendis refertos, & magna ex parte ex Plutarchi παραλλήλοις deſcriptos perſpeximus. Quod ſane vehementer admirati ſumus, cum eadem ætate ambo fuerint: neque Plutarchi vllam Appianus mentionem faciat. A

Non Rhodiorum.) De Rhodiis Strabo libro XIV. his verbis: θαυμαστὴ δ' ἡ εὐνομία, καὶ ἡ ἐπιμέλεια περί τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ τὰ ναυτικὰ ἀφ' ἧς ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον, καὶ τὰ λυστήρια καθεῖλε. Id eſt, *Mirifica autem iuris legumque conſtitutio, & cura tum de aliis quibusque Reip. partibus, tum de rebus maritimis: ex quo factum eſt, vt diu maris imperium tenuerit, & piratas profligarit.* B

Non modo vtilitatis.) Interceptis vectigalibus.

Sed etiam dignitatis.) Ereptis XII. ſecuribus, captis quibuſdam Legatis, Quæſtoribus, & Prætoribus.

Antiochum regem claſſe Perſenque ſuperarunt.) Antiocho apud Thermopylas victo & Græcia expulſo, C. Liuius præfectus Romanæ claſſis adiuuante Eumene rege Aſiæ Polyxenidam Antiochi præfectum ad Corycum portum nauali prælio vicerunt, tredecim naues ceperunt cum milite ac remige, X. demerſerunt Anno inſequente L. Æmylius Regillus, qui Liuio ſucceſſerat, eundem Polyxenidam ad Myoneſum nauali prælio vicit, XLII. nauibus in ea pugna potitus: quarum XIII. captæ in poteſtatem ipſius venerunt, cæteræ incenſæ aut demerſæ. Hæc ex Liuio libro XXXVI. & XXXVII. De Perſe nauali pugna ſuperato apud Plutarchum nulla ſuſpicio: quin potius ſcribit Perſen apud Oreum cum Romanis prælio nauali proſpere decertaſſe, & XX. naues onerarias cepiſſe, alias merſiſſe quæ frumento onuſtæ erant, & hoc amplius quatuor quinqueremibus potitum eſſe. C

Omnibusque naualibus pugnis Carthaginenſes.) Annis à Carthagine condita ſeptingentis Romani Siciliam eis ademerunt: poſt Sardiniam ſecundo bello Punico Hiſpaniam: & cum maximis copiis inter ſe bellarent, Pœni duce Annibale Italiam annos quindecim perpetuos: Romani duce Scipione maiore Lybiam populati ſunt, donec Carthaginenſibus imperij ſummam, naues, elephantos ademerunt, & ſtipendium ipſis imperarunt. Secundæ induciæ inter Romanos & Carthaginenſes ad L. annos durarunt: donec illis diſſolutis tertium & poſtremum bellum inter ſe geſſerunt: quo bello Romani Carthaginem euerterunt duce Scipione minore: eamque ſacram eſſe voluerunt. Hæc ex Appiano, quem Latinum facere inſtituebamus. D E

Cum mercibus atque oneribus commeabant.) Delios portus ſummam eſſe opportunitatem, Strabo libro Geog. X. ſcribit: ſitam enim eſſe percommode in Aſiam ex Italia & Græcia nauigantibus: nauigantium autem frequentiam ibi mercatum quendam efficere.

Nihil timebat.) Propter populi R. ſocietatem: nam paulo ante fuerat Athenienſium: at hoc tempore capta fuerat à Mithridatis ducibus, vt idem eodem libro ſcribit.

Appia iam via carebamus.) M. Valerio Maximo, P. Decio Muræna Coſs. anno viceſimo poſt initium Samnitici belli Appius Claudius Craſſu

A Craſſus Cenſor, cui poſtea Cæco fuit cognomen, Appiam viam à porta Capena vſq; ad vrbem Captuam, muniendam curauit. Hoc ex Iulio Frontino; inde Brunduſium vſq; munita eſt, vt Strabo docet lib. v. qui ad Tarracinam ſcribit Viam Appiam mare contingere: ἐστρωμένην μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μεχρὶ Βρεντησίου. Prædones vero vniuerſum mare occuparant; quare Appiæ viæ pars maritima infeſta.

Non pudebat magiſtratus populi R.) Quibus ſolis licebat in concionem aſcendere.

In hunc ipſum locum.) Locum ſuperiorem, qui dicebatur *Roſtra*: de
B quibus Liuius lib. VIII. *Naues*, inquit, *Antiatium partim in naualia Romæ ſubducta, partim incenſa, roſtriſq́; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, Roſtraq́; id templum appellatum* Ex quo loco, & altero Plinij, quem modo proferemus, intelligitur, locum ipſum in quem concionatores aſcendebant, *Roſtris* ornatum fuiſſe, id eſt oratores ſuper ipſis roſtris ſtetiſſe, & ex iis, de loco ſcilicet ſuperiore, concionatos eſſe. Plinius enim lib. XVI. de coronis roſtratis loquens, *Antea*, inquit, *Roſtra nauium tribunali præfixa fori decus erant: veluti populo R. corona impoſita, poſtquam vero Tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cœpere: poſtquam vires ex publico in priuatum magis ſinguliſq́; ciuium quæri, & ſacroſancta omnia profana fecere: tum à pedibus eorũ ſubiere in capita ciuium Roſtra.* Liuius
C lib. VIII. docet ſub Roſtris partem inferiorem fuiſſe, vnde & priuati vocem mittere poterant. & lib. XXXVIII. vbi de P. Scipionis Africani iudicio commemorat, *Tribuni*, inquit, *in Roſtris prima luce conſederunt. Scipio reus citatus ad Roſtra ſubiit, ſilentioq́; facto, Hoc inquit, die cum Annibale pugnaui* Et paulo poſt, *ſub Roſtris & ſub Tribunorum pedibus eos ſtetiſſe* oſtendit. Et hoc ipſum eſt, quod ſignificat Cicero ſcribens ad Atticum lib. II. *Poſtero autem die Cæſar, is qui olim, Prætor cum eſſet, Q. Catulum ex inferiore loco iuſſerat dicere, Vettium in Roſtra produxit, eumq́; in eo loco conſtituit, quo Bibulo Cos. aſpirare non liceret.*

Dolori ſuo, quam auctoritati veſtræ) Rectius *dolori*, quam *voluntati*,
D aut *cupiditati*; nam dolorem ægritudinem modo dicit ex iniuria aliqua conceptam. De iniuria autem dictum eſt iam ſupra multis locis.

Ne legaretur A. Gabinius.) Legationem eius generis intelligit, quæ non à Senatu tantum, ſed à populo etiam mittebatur omnium maxime honorifica, ſumptu publico, vt Legatus quaſi Imperatoris vicarius eſſet: ſed de generibus Legationum diximus in Verrina orat. III. vnde cætera intelligentur.

Cum cæteri ad expilandos ſocios.) Lucullum, puto ſignificat, quem ſæpe in hac Orat latentes pungit.

Qui conſilio ipſius atq; periculo.) Nam ſi quam exercitus offenſionem
E accepiſſet, eius offenſionis culpa Legiſlatori & auctori adſcripta fuiſſet.

Anno proximo Legati eſſe potuerunt) Significat hunc morem fuiſſe, vt ne ij qui Tribuni pl fuiſſent, Legati anno proximo iis eſſent Imperatoribus, qui Tribunis illis conſtituti fuiſſent.

Sunt iam diligentes,) In retinendo more maiorum, quo Tribunis pl. Legatis anno poſt eſſe non licebat.

Etiam præcipuo iure eſſe deberet.) Notanda locutio: nam hoc ipſum eſt, quod vulgo dicimus, *Priuilegium aliquod habere.*

Ego me relaturum eſſe profiteor.) Quomodo? cum Conſules in vrbe eſſent

eſſent, & ei qui cum maiore poteſtate eſſet potiſſimum Senatus cõſulẽdi ius eſſet: vt ſcribit Varro apud Gellium libro 14. Hoc eſt quod modo ſignificat, cum ait, *Neque me impediet cuiuſquam Quirites inimicũ edictum.* Oſtendit enim edicturos Conſules, ne quis minore cum imperio Senatum habeat. Prætores autem abſentibus Conſulibus Senatum habuiſſe Cicero declarat in Epiſtola ad Plancum libro 10. *Placuit nobis vt ſtatim ad Cornutum Prætorem vrbis literas deferremus, qui quod Conſules aberant, Conſulare munus ſuſtinebant more maiorum. Senatus eſt continuo conuocatus, frequenſque conuenit, &c.* A

Veſtrum ius beneficiumq́ defendam.) *Ius* Præturæ ſignificat, *& beneficium* magiſtratus à populo accepti. nam Prætoribus quoq; ius erat ad Senatum referendi, vt modo diximus. B

Præter interceſſionem.) Varro apud Gellium eo quem ſupra dixi loco ſcribit intercedendi ne Senatuſcõſultum fieret ius fuiſſe ijs ſolis, qui eadẽ poteſtate, qua ij qui Senatuſconſultum facere vellent, maioreve eſſent.

Si quid de eo factum eſſet.) Valerius Maximus eodem prorſus modo, lib. 8. cap. 16. Plutarchus ſic, Κάτλου δὲ κατὰ τοῦ νόμου προσελθόντος πολλὴν μὲν αἰδούμενος ὁ δῆμος ἡσυχίαν παρεῖχεν, ἐπεὶ δὲ πολλὰ μετὰ τιμῆς ἀνεπιφθόνως ὑπὲρ τοῦ Πομπηίου διελθὼν, συνεβούλευε φείδεσθαι καὶ μὴ προβάλλειν τὸν τοιοῦτον ἄνδρα κινδύνοις ἐπαλλήλοις καὶ πολέμοις. ἢ τίνα εἶπεν ἕξετε ἄλλον, ἂν ἀπολέσητε τοῦτον, ἐκ μιᾶς γνώμης ὑπεφώνησαν ἅπαντες, σεαυτόν. ὁ μὲν οὖν Κάτλος, ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἀπέστη. id eſt, *Cum autem Catulus contra legem diceret, populus ipſum reueritus diu cum ſilentio attendit. Vbi vero multa large & honorifice de Pompeio loquutus ſententiam dixit, Conſeruandum, neque obijciendum periculis ac bellis continentibus talem virum: alioqui Quem, inquit, alium habituri eſtis, illum ſi amiſeritis? omnes vna voce acclamarunt, Teipſum. Catulus igitur, cum perſuadere non poſſet, deſtitit.* C

Semper in pace conſuetudini, in bello vtilitati. Huius rei exemplum ſuppeditat hiſtoria de C. Mario apud Valer. Max. *Duas, inquit, Camertiũ cohortes, mira virtute vim Cimbrorum ſuſtinentes in ipſa acie aduerſus conditionem fœderis ciuitate donauit: quod quidem factum & vere & egregie excuſauit, dicendo inter armorum ſtrepitum verba ſe iuris ciuilis exaudire non potuiſſe.* Lege eundem Valerium libro 7. cap. De neceſſitate. D

Duo bella maxima, Punicum & Hiſpanienſe ab vno Imperatore eſſe confecta) Dicit P. Scipionem Æmylianum, qui cum Ædilitatem peteret, & per decem annos Conſul fieri non poſſet, legibus ſolutus eſt: & Conſul creatus, extra ſortem in Africam miſſus, Carthaginem vrbẽ expugnauit ſeptingenteſimo anno, quàm erat condita, poſtea cũ vitio ducum bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, delatus eſt vltro Scipioni Africano à Senatu populoq́; Romano Conſulatus: quem cum ille capere, ob legem quæ vetabat quenquã intra decem annos iterum Conſulẽ fieri licere, minime vellet: ſicuti priori Conſulatu legibus ſolutus eſt. & quarto decimo anno poſt Carthaginem delatam Numantiam cepit, captamque deleuit. E

Idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum adminiſtraret. De bello Iugurthino cõfecto à C. Mario Cõſule. & Iugurtha vincto L. Syllæ Quæſtori tradito, nota eſt hiſtoria ex Iugurthino Saluſtij. Liuius tradit, Iugurtha in C. Marij triũpho ducto, & cũ duob.

filijs

A fi'iis in carcere necato, decretam ei prouinciam Galliam fuiſſe pro-
pter Cimbrici be'li metum, qui bellicoſis ſe Teuthonicis coniunxe-
rant: duobus deinde prælijs eos hoſtes deleuiſſe, in quibus cæſa tra-
duntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta: Marium abſentem
quintum Conſulem creatum, triumphum oblatum, donec Cimbros
viciſſet, diſt.uliſſe: deinde iuncto Q. Catuli Proconſulis exercitu, præ-
lio eos viciſſe, in quo cæſa traduntur hominum centum quadragin-
ta millia, capta ſexaginta. Cæſar Commenta. de bello Gall. I. ſcri-
bit Cimbris & Theutonis à C. Mario pulſis, exercitum non mino-
rem laudem, quam ipſum imperatorem meritum fuiſſe.

B *Adoleſcentulum priuatum.*) Annos tres & viginti natum; de hiſce o-
mnibus cognoſce infra.

Cuius à ſenatorio gradu ætas longe abeſſet.) In hanc ſententiam Plutar-
chus ita ſcribit: Δῆλον δ' ἐστὶν, ὅτι καὶ βουλῆς ἂν ἐθελήσας τότε ῥᾳδίως
ἔτυχεν. ἀλλ' οὐκ ἐσπούδασεν ὡς λέγουσι, τὸ ἔνδοξον ἐκ τοῦ παραδόξου θη-
ρώμενος. οὐ γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ πρὸ ἡλικίας ἐβούλευε Πομπήϊος, ἀλλ'
ὑπέρλαμπρον, ὅτι μηδέπω βουλεύων ἐθριάμβευε. τοῦτο δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς
εὔνοιαν ὑπῆρχε τῶν πολλῶν οὐ μικρόν. Id eſt, *Conſtat eum, ſi voluiſſet, fa-
cile in Senatum legi potuiſſe: ſed id non ſtuduit (vt aiunt) quippe rem glorio-*
C *ſam ex minus glorioſa captans: neq; enim magnum erat, ſi Pompeius ante æta-
tem in Senatum legeretur: ſed hoc perinſigne fuit, quod nondum in Senatum le-
ctus triumphabat. Hoc autem ei ad populi beneuolentiam conciliandam non
parum conduxit.* Quæ vero legitima hæc ætas fuerit, mihi non ſatis
conſtat, niſi forte cum ſenatores ex magiſtratibus legerentur: primus
autem magiſtratus Quæſtura fuerit, annum poſt Quæſturam, dica-
mus fuiſſe Senatorium. Cicero Philipp. v. *C. Cæſarem C. F. Pontif. Pro-
prat. Senatorem eſſe, ſententiamq; loco Prætorio dicere, eiusq; rationem, qua-
cunq; appetet, ita haberi, preut haberi lege liceret, ſi anno ſuperiore quæſtor
fuiſſet.*

D *Equitem R. triumphare.*) Florus in Epit. *Cn. Pompeius*, inquit, *in Afri-
ca Cn. Domitium proſcriptum & Hieram regem Numidarum bellum mo-
lientes victos interemit, & XXIV. annos natus adhuc Eques R. quod qui-
dem nemini contigerat, ex Africa triumphauit*: quod idem ſcribit Plinius
lib. VII.

Duo Conſules clariſſimi) Lepidus & Catulus: patet ex Floro & Ap-
piano.

Ad bellum maximum) Sertorianum; infra. Sed Cicero plerunq; ad
tempus loquitur, vt Philipp. XI. *De Cn. Pompeij imperio, ſummi viri atq;
omnium principis, Tribuni pl. turbulenti tulerunt: nam Sertorianum bellum à*
E *Senatu priuato datum eſt, quia Conſules recuſabant; cum L. Philippus pro
Conſulibus ſe eum mittere dixit, non pro Conſule.*

L. Philippus) Orator, de quo Cicero cum multis locis, tum in Bru-
to his verbis: *Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio L. Philippus proxi-
mus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus.* Et paulo poſt: *Sed ta-
men erant ea in Philippo, quæ qui ſine comparatione illorum ſpectaret, ſatis ma-
gna diceret, &c.*

Pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere.) Hac de re Plutarchus in Pom-
peij vita ſic ſcribit. ὅτε καὶ φασὶν ἐν συγκλήτῳ πυθομένου τινὸς καὶ θαυ-
μάζοντος, εἰ Πομπήϊον ἀνθύπατον οἴεται δεῖν ἐκπεμφθῆναι, Φίλιπ-

πος, οὐκ ἔγωγε φάναι τὸν Φίλιππον, ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων ὡς ἀμφοτέ- A
ρους τοὺς τότε ὑπατεύοντας οὐδενὸς ἀξίους ὄντας. id eſt, *Quo tempore
etiam aiunt in Senatu quærente quopiam & admirante, ſi Philippus Pompeiũ
Proconſule mittendum exiſtimaret: reſpondiſſe Philippum, ſe non pro Conſule,
ſed pro Conſulibus mittere: quaſi vtrunque eorum qui tum Conſules erant, pro
nihilo haberet.* Ex hoc autem loco intelligi poteſt, quod puto me alibi
dixiſſe, Proconſules non eos dici tantum qui ex Conſulatu in pro-
uinciam cum imperio Conſulari mittuntur: ſed eos omnes qui quã-
uis Conſules non fuerint, tamen cum eo imperio mittuntur. vt in li-
bro de Legibus I L. Gellius ex Prætura Proconſule in Græciam miſ- B
ſus dicitur. *Athenis*, inquit, *audire ex Phædro meo memini Gellium fami-
liarem tuum, cum Proconſule ex Prætura in Græciam veniſſet, Athenis phi-
loſophos in locum vnum conuocaſſe*, &c. Atque vt noſtram ſemel de Pro-
conſulibus & Proprætoribus ſententiam exponamus, ſic arbitramur:
cùm antiquitus auctis imperij finibus Prætores crearentur, qui in
prouincias ſummo cum imperio mitterentur (de quibus apud Li-
uium frequens eſt mentio) inſtitutum tandem fuiſſe, vt qui Romæ
Conſulatum aut Præturam geſſiſſent, ij anno inſequenti in prouin-
cias eodem cum ſummo imperio mitterentur: quæ iccirco Conſu-
lares & Prætoriæ vocabantur. quarum illæ biennium obtinebantur, C
hæ annum vnum: vt teſtis eſt hic ipſe in prima Philippica. qui vero
ex Conſulatu prouinciam obtinebant, Proconſules, ſiue Proconſu-
le: qui ex Prætura, Proprætores, ſiue Proprætore dicebantur. De Pro-
conſulibus quidem nemini dubium id eſſe arbitramur: de Propræ-
toribus vero quoniam dubitare nonnullos animaduertimus, teſti-
monijs confirmandum videtur. Cicero lib. De diuina II. *Bellicam rem
adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicato noluerunt: quam multi anni ſunt,
cum bella à Proprætoribus & Proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non
habent?* Quin igitur Gabinius qui ex Conſulatu Syriam obtinuit,
Proconſul: quin Verres qui ex Prætura Siciliam, Proprætor dici poſ- D
ſet, dubitaturum neminem exiſtimamus. At enim Prætor hic perpe-
tuo nominatur. Ita eſt: ſed aut Præturam magiſtratum eſſe annuum
negemus, aut per abuſionem id dici fateamur, neceſſe eſt. Repugnãt
enim Præturam Verris eſſe annuam, & Verrem Prætorio imperio tũ
Romæ, tum in Sicilia quadriennium præfuiſſe. Ac ne cui mirum vi-
deatur, verbum *Prætoris* pro *Proprætoris* vſurpari, locum ex Verrina. IV.
ſubſcribemus, in quo & *Conſul* pro *Proconſul*, & *Prætor* pro *Proprætor*
perſpicue vſurpatur: *Cum id quod omnes intelligebant diceret Heraclius, le-
gem eſſe Rupiliam, quam Prætor Rupilius ex S.C. de decem Legatorum ſentẽ-
tia dediſſet, hoc omnes ſemper in Sicilia Conſules Prætoresq́; ſeruaſſe, &c.* Sen- E
tentiam noſtram nunc ita perſpicuè cõfirmabimus, vt quod amplius
dubitetur, nihil futurum ſit. Celius ad hunc noſtrum ſcribens libro
Epiſt. 8. ſic ait, *Itemque Senatui placere, in Ciliciam prouinciam, inque 8. re-
liquas prouincias quas Prætorij pro Prætore obtinerent, eos qui Prætores fuerũt,
neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in
prouincias pro Prætore mitti oporteret, eos ſortito in prouincias mitti placere*: &
quæ ſequuntur. Videmus, opinor, aperte nunc eos ipſos qui Præto-
rij erant, Prætorio imperio in prouincias mitti moris fuiſſe. In quo
tamen illud intelligendum eſt, tametſi more id inſtitutoque fieret,
vt qui ex Prætura Conſulatuve exirent, in prouincias Proprætorio
Proconſularive imperio mitterentur, eoq́; hi magiſtratus eſſent or-
dinarij:

A dinarij: nonnunquam tamen extra ordinem tum Proprætores, tum Proconſules mitti conſueuiſſe, quorum imperium extraordinarium appellabatur. velut in his duobus, de quibus modo commemoratũ eſt, Cn. Pompeio, & L. Gellio, quorum vterq; cum Conſul antea nũquam fuiſſet, pro Conſule tamen in prouinciam eſt miſſus. nam de Pompeio quidem aperte id Cicero vndecima Philippica teſtatur: cuius verba paulo antè deſcripſimus. quod eodem modo intelligendũ eſt in ijs, qui cùm Conſules quidem fuiſſent, non tamen ſtatim ex Conſulatu in prouinciam proficiſcebantur: quemadmodũ Ciceroni vſuuenit, qui quia aliquot poſt Conſulatum annis in Ciliciam Pro-
B conſul profectus eſt, propterea extraordinarium ſuum imperiũ appellat, in Epiſtola 9. libri ad Atticum 5. *Faciam*, inquit, *vt ſumma modeſtia & ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium traducamus.* Atq; hęc quidem de Proconſulum imperio extraordinario. A quo Proprętorũ extraordinarium imperium nihil omnino differre hinc intelligi poteſt, quod Cicero Philippica 11. imperium à Senatu in ſuam ſententiã C. Cæſari adoleſcenti, neq; vllo vnquam magiſtratu functo, delatum vt Proprætor eſſet, extraordinarium appellat. *Atenim* (ait) *C. Cæſari adoleſcenti imperium extraordinarium mea ſententia dedi.* Significat autem S. C. quod in Oratione 5. perſcriptum eſt. Eiuſdemmodi fuit Cn. Pi-
C ſonis imperium, de quo Salluſtius in Coniuratione Catilinæ ſic ſcribit: *Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro Prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo, &c.* Non igitur aut Proconſulum aut Proprætorum perpetuo extraordinarium imperium fuit: quemadmodu placere quibuſdam video: ſed tum demum cum in prouinciam aut ante Conſulatũ Præturámve, aut non ſtatim ex Conſulatu Præturave, cum imperio mitterentur. Hæc cùm ita ſe habeant, illud tamen minimè ſilentio prætermittendum videtur, quoniam Prætoris vocabulo veteres pro eo qui exercitui pręeſſet vtebantur (quemadmodum ex Aſconio notum eſt) eos qui Ducis exercitus vicarij relicti eſſent, (quos *Locum te-*
D *nentes generales* Gallicè nominamus) Proprætore etiam appellari conſueuiſſe: quod vel ex eo intelligi licebit, quia Salluſtius in bello Iugurthino ſcribit Albinum Conſulem ad comitia profectum, Aulum fratrem in caſtris Proprætore reliquiſſe: quem paucis poſt verſib. *Legatum* appellat. & in eodem, C. Marium in expeditionem profectũ, L. Syllam Quæſtorē ſuum in caſtris pro Prætore reliquiſſe. Valerius autem Max. lib. 2. c. De diſciplina militari, *L.* inquit, *Martius Tribunus militum, cum reliquias duorum exercituũ P. & Cn. Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumq; ſuffragijs dux eſſet creatus, Senatui de reb actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus*
E *eſt: L. MARTIVS PROPRÆTOR. Cuius honoris vſurpatione vti eum Patribus conſcriptis non placuit, quia duces à populo, non à militibus ſolerēt creari.* Hæc Valerius. De Proconſulum autem & Proprætorum ordinario imperio lubet Appiani verba ex libro Syriaco ſubſcribere. καὶ στρατηγοὺς, inquit, ἐπὶ τῇ στρατιᾷ περιέπεμπον, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἑξαπελέκεας, ὅτι τῶν ὑπάτων δυόδεκα πελέκεσι καὶ δυόδεκα ῥάβδοις, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς, χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεως ἐσὶ τοῖς δὲ τοῖς στρατηγοῖς, καὶ τὰ ἡμίσεα παράσημα. Quę nos cum Appianum Latinũ faceremus, ſic cõuertimus: *imperatores cũ exercitu miſerunt, quos ipſi Sexſecuriũ magiſtratus (id eſt Procõſules aut Prætores) vocant: nam cũ vtantur Cõ-*

ſules

ſules duodecim ſecuribus, totidemq́; faſcibus, quemadmodum priſci Reges: dimi- A
dium autem poteſtatis illorũ magiſtratus iſti habeant: inſignium etiam partem
duntaxat habent dimidiã. Atq; hæc quidem vſq; ad Auguſti imperiũ ita
ſe, quemadmodũ diximus, habuerũt. Hic vero prouincias ita diuiſit,
vt aliæ Cæſaris, aliæ Populi dicerentur. Cæſaris, quæ validiores erãt,
& quas annuis (vt Suetonius ſcribit) magiſtratuum imperijs regi nec
facile tutũ erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eaſq; rectores mittere in-
ſtituit viros (vt ait Strabo) tum Conſulates, tum Prætorios, tum etiã
Equites: quos & ille generali nomine *διοικητάς*, & Iuriſconſulti in
Pandectis *Præſides* appellãt. *Nomen* (inquit Macer) *Præſidis generale eſt,*
eo quod & Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes licet Se- B
natores ſint, Præſides appellantur. Vbi tamen *SENATORES NON SINT*
cum negatione legendum videtur: vt Equites ſignificet, de quib. hoc
ipſum Strabo teſtatur: *Populi autẽ prouincijs qui præerant, Proconſules,* (vt
ait Suetonius) *dicebantur.* vnde caput eſt in libro Pandectarum I. De
officio Procõſulis: quod ad populi prouinciarum ſolos rectores per-
tinet. Nam etſi Populus in ſuas prouincias *στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους* (vt
Strabo appellat) id eſt, Prætores & Conſules (quibus nominib. abu-
ſus eſt pro Proprætores & Proconſules, vt continuo poſt demõſtrat)
tamen vtroſq; Procõſulum nomine appellari ſolitos & Suetonius te-
ſtatur, & ex Pandectarum libris facile intellectu eſt, cum ſcilicet ex- C
traordinarium eſſet eo tempore prope omnium in prouincijs impe-
rium. eoq; generali nomine (vt paulo ante moris fuiſſe oſtendimus)
Rectores omnes appellarentur. *Nam*, vt in eiuſdem Imperatoris vita
Suetonius ſcribit, *Auguſtus auctor Senatui fuit, ne magiſtratus depoſito ho-*
nore ſtatim in prouincias mitterentur: & vt cura ærarij à Quæſtoribus vrbanis
ad Prætorios Prætoreſue tranſiret.

Ex S. C. legibus ſolutus.) Solui legibus dicuntur, quib. præcipuo iure
vt ſint, neq; legibus teneantur, Senatuſconſulto permittitur.

Conſul ante fieret, quã vllum magiſtratum per leges capere licuiſſet) Annos
natus 33. plus minus vt conſtabit cõputanti annos à Seruilio & Pul- D
chro Coſſ. quo tẽpore annum agebat ætatis 24. vt ſcribit Florus in E-
pitome. Licebat autẽ primum honorẽ gerere, *Quæſturam* ſcil: qui mi-
nor eſt magiſtratus, anno 27. ſed curulis magiſtratus is non erat. pri-
mus erat *Ædilitas*, cuius annus legitimus erat 37. itaq; Valerij locum
interpretor, quem modo ſubijciam, *Initia magiſtratuum à ſummo im-*
perio cepit. At P. Scipio Africanus Ædilitatem capere poterat. Prætura
gerebatur anno 40. Conſulatus anno 43.

Iterum Eques R. ex S. C. triumpharet) Victo Sertorio. & ita Plin. lib. 7.
capite De laude Cn. Põpeij, & Val Max. lib. 8. *Eques R.* inquit, *Procõſul* E
in Hiſpaniã aduerſus Sertoriũ pari imperio cũ P. Metello principe ciuitatis miſ-
ſus eſt: nondũ illũ honorẽ auſpicatus, bis triũphauit: initia magiſtratuũ à ſum-
mo imperio cepit. Sed quomodo *Equitẽ R.* appellat. cũ Florus in Epito-
me *Quæſtorẽ* dicat miſſum aduerſus Sertoriũ, *Quæſtura* autẽ prima Se-
natoris adminiſtratio dicatur ab Aſconio & alijs? Huic ego quæſtioni
ſic reſpõdeo: nõ omnes qui magiſtratus gerebãt, etiã curules ac ma-
iores, Senatores fuiſſe: ſententiã tamen in Senatu eis dicere licuiſſe.
nã, vt ſcribit Feſtus Põpeius, *ij qui poſt luſtrũ conditũ ex iuniorib. magiſtra-*
tũ cepere, in Senatu ſententiã dicũt: nõ tamẽ Senatores vocantur antequã in ſe-
niorib. ſint cẽſi. Itaq; Valer Max. lib. 2 P. Craſſum triẽnio ante Quæſtorẽ
factũ ſcribit, quàm in Senatorium ordinem à Cenſorib. cõſcriptum.

quo a-

A *quo vno modo*, inquit, *etiam ijs qui honores geſſerant aditus in curiam dabatur.* Sed melius eſt A. Gellij verba ſubſcribere, quæ ad hunc locum magnopere pertinent. *Videtur*, inquit, *eos ſignificare, qui nondum à CESS. in Senatum lecti, Senatores quidem non erant: ſed quia honoribus populi vſi quidem erant, in Senatum veniebant, & ſententia ius habebant. nam & curulibus magiſtratibus functi qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant, & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias: ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque Coſſ. cum Senatores in curiam vocant, ſeruandæ conſuetudinis*

B *cauſa tranſlatitio vtuntur: Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet.* hæc Gellius. Huius autem edicti mentionem Liuius facit in lib. 23. *Conſules*, inquit, *edixerunt, quoties Senatum vocaſſent, vti Senatores, quibuſq; in Senatu dicere ſententiam liceret, ad portam Capenam conuenirent.* Qui in libro, paulo ſupra, ea quæ modo dicebamus planiſſime confirmat. *Dictator*, inquit, *recitato vetere Senatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Æmylium & C. Flaminium Cenſores curulē magiſtratum cepiſſent, necdum in Senatum lecti eſſent, vt quiſq; eorum Senator primus creatus erat. Tum legit, qui Ædiles, Tribuni, & Pretores, Quæſtoreſue fuerant.* Idem lib. 36 *P. Cornelius cos. edixit, qui Senatores eſſent,*

C *quibuſq; in Senatu ſententiam dicere liceret, quiq; minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum ab vrbe abiret*, &c.

A vobis comprobatam ſemper eſſe.) Vos ſemper illorum conſilium ſequutos, cum hæc in illo præter conſuetudinem & maiorum inſtituta conſtituebant.

Præſertim cum iam ſuo iure.) *Suo iure*, ſine illorum auctoritate: & quaſi iam iſtorum auctoritati minus eſſet obnoxius, quam leuem euentus eſſe iudicauit.

Difficile eſt in Aſia) Cum & procul à vobis remoti ſint, & in locis verſentur opulentiſſimis.

D *Cilicia, Syria.*) Hoc amplius veteres & impreſſi nonnulli. *Cilicia, Lycia, Syria:* quod non reijcio, non facile ob ſimiles propinquas ſyllabas prætermitti potuit.

Veſtrum imperatorem) Enallage, pro *Veſtros imperatores.*

Propter multitudinem.) Quales enim plerių; ſunt tales eſſe omnes exiſtimantur.

Nemo arbitrabatur.) Arbitratur, omnes alij libri: & ſic emenda.

Hoc anno cum imperio miſimus.) Glabrionem ſignificare videtur, qui ſucceſſor Lucullo miſſus fuerat.

Vrbes iam locupletes.) Senſus eſt, Vrbes iam locupletes omni ſtudio

E à rapacibus & auaris magiſtratibus requiruntur, quæ bello laceſſantur, & quibus detur occaſio belli aduerſus nos excitandi, vt poſtea feneſtram apertam habeant ad eas vrbes, vtpote hoſtiles, expilandas ac diripiendas.

Tribuni militum.) Singulis legionibus, quæ ſex millium militum erant, ſeni præficiebantur: qui interdum populi ſuffragijs interdum Imperatorum beneficio creabantur.

Manus, oculos, animum) Alludere videtur ad Sophoclis præceptum, de quo lib. De offic. 1. ſic commemorat, *Pericles cum haberet collegam in Pretura Sophoclem poetam, hiq; de communi officio conueniſſent, & caſu formoſus puer præteriret, dixiſſetq; Sophocles, O puerum pulchrum Pericle. at, At enim Pretorem Pericle decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.*

Videbat

Videbat enim populus Rom.) Reſtituo, *Populum Romanum.* eſt enim A
ſenſus, Ora maritima videbat pecuniam publicam & vectigalem non referri in ærarium, vt populi Rom. vniuerſi fieret, ſed à paucis ciuibus potentioribus interuerti: cum alij Imperatores ante Pompeium in maritimas regiones mitterentur.

P. Seruilius.) Cognomento Iſauricus: qui annos ab hinc XIII. Conſul cum Appio Claudio fuit: quo anno Sylla Dictaturam depoſuit, vt Appianus auctor eſt. Is Proconſul in Cilicia Iſauros domuit, cum Prædonibus aliquoties conflixit, arces eorum validiſſimas Phaſelim & Olympum euertit: Iſaurumque ipſam Ciliciæ arcem ſuſtulit: vnde Iſauricus cognominatus eſt Strabo libro XVI. & B
Florus in Epit.

Et C. Curio.) *C. Scribonius Curio*, qui cum Cn. Octauio Conſul fuit annis ab hinc decem. Proconſul Dardanos in Thracia domuit. Florus.

Cn. Lentulus.) Qui cum L. Lucullo Conſulatum geſſit ſex ab hinc annis. Conſul cum Spartaco pugnauit. Plutarchus.

Hac poteſtate Prætoria.) Quæſtura de pecunijs repet.

Qui huic loco temploque præſident.) Plinius libr. XXXIV. cap. De ſtatuis, tres Sibyllæ ſtatuas iuxta Roſtra fuiſſe tradit: vnam quam Sex. Pacuuius Taurus Ædilis pleb. reſtituit: duæ, quas M. Meſſala. C
Et eodem rurſus libr. aliquanto poſt *Herculis ſtatuam* nominat, *tunicati, Eleo habitu, torua facie, &c.* Suetonius autem in Iulio ſimulachrum Veneris genitricis pro Roſtris fuiſſe teſtatur.

Noſtra illa laborioſiſſima vitæ ratione.) In priuatorum periculis propulſandis. Idcirco initio dialogi De oratore hanc vitæ rationem in cauſis agendis occupatam, *ambitionem* appellat. *Si infinitus*, inquir, *forenſium rerum labor, & ambitionis occupatio de curſu honorum etiam ætatu flexu conſtitiſſet.*

Mihi non neceſſarias, vobis non inutiles.) Quid ſignificat? Tacite, opinor, Lucullo & alijs, qui hoc anno vel cum imperio, vel D
cum Legatione in Aſiam miſſi ſunt, quorumque ſimultates ſubituturum ſe ob hanc cauſam intelligit, denuntiat fore: vt per earum ſimultatum cauſam, eos in iudicium adducat, & plurimas res ab ijs minus honeſte geſtas patefaciat.

* * *

E

A

IN EANDEM
ORAT. PRO LEGE MANILIA,
NOTÆ
FRANC. FABRICII MARCODVRANI.

B

QVANTVM vos, honoribus mandandis eſſe voluiſtis.) Sic in vetere codice Saxonico, quo ſum vſus, ſcriptum eſt recte: Hoc eſt quantum mihi (*auctoritatis* ſcilicet) eſſe voluiſtis, in eo quod honores mihi mandauiſtis; vel, dum honores mihi mandatis.

C *Certe & ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos vtar qui eam mihi dederunt.*) Reperta hæc in codice illo antiquiſſimo, quod in vulgatis deſideratur.

Quibus eſt à vobis, & ipſorum, & reip. cauſa conſulendum.) Sic liber ille optimus; itaque in ſecunda editione Lambinus edendum curauit deleta voce *fruſtra* ante verbum *requiretis*.

Legatos ac literas.) Sic in antiquiſſimo illo ſcriptum, ſequiturque Lambinus, præſertim cum lectionem vulgatam, *legatos Hebatanis* ineptam iudicet, & abſurdam.

A binis hoſtium copijs.) Sic omnino legendum ex antiquo illo co-
D dice, non, vt editum eſt, *ab vnis hoſtium copijs*. Natum mendum de affinitate literarum V & B.

Vos ancipiti contẽtione diſtracti.) *Diſtricti* legendũ è codice Saxonico.

Ac nauicularijs.) Sic habet idem codex recte.

Niſi eos, qui vobis fructui ſunt.) Sic habet antiquiſſimus ille codex quẽ ſequitur Lamb. etſi vulgata ferri poteſt qui vobis fructuoſi ſunt.

Docuit id, quod certe, &c.) Potius vetuſtiſſimus ille codex, *docuit; id quidem certe, &c.*

Gallorum interitione) Sic codex ille Saxonicus: melius quam vulgo internecione aut interemptione.

E *Peruenerint? Quid Colophonem, &c.*) Recte membranæ pro quid, legunt *Cnidum, aut Colophonem.*

Deuocauit.) Sic habet codex ille Saxonicus, pro quo vulgati mendoſe *reuocauit.*

Quam hoſtes omnium gentium, Sanctiſſ.) Melius membranæ illæ: Quam hoſtes omnes omnium generum Sanctiſſ.

At enim vir clariſſimus, amantiſſimus reip. veſtris beneficijs.) τὸ amantiſſimus acceſſit è veteri illo codice, & abeſt copula, *&*, quæ in vulgatis redũdat. Lamb. hic Scholio 14. è Cæſare lib. 1. belli Gallici pro *belli emolumento*, legendum contendit *magno commeatu atque molimento*, contra Pet. Victorium, qui *emolumentum* ibi pro ſumptu belli accipit, libro XXII. Variar. Lectionum cap. X.

IN M.

A

IN M. TVLL. CICERONIS ORATIONEM PRO A. CLVENTIO AVITO. B

ORATIO XIIII.

ARGVMENTVM. Franc. Syluij. C

SASSIA A. Cluentij mater A. Aurio Melino genero, vna filia Cluentia, nupſit. Melinum Stathius Albius Oppianicus eques Romanus ex municipio Larinate interfecit. Huic nupſit Saſſia. Sororis iniuria & domus ignominia faciebãt, vt ſingularem matris libidinem Cluentius acerbo ferret animo. Hac de cauſa Cluentium mater oderat grauiſſime. Eundem oderat Oppianicus. nam Cluentius à Decurionibus & municipibus ſuis rogatus Oppianicum accuſarat, quod Martiales Martis miniſterio vindicaſſit, eoſque liberos & ciues Romanos eſſe defenderat. Oppianicus igitur, audaciſſimus homo & auariſſimus, qui iam vxores aliquot tantũ hereditatis earũ habendæ necauerat, Cluentium necare veneno conatus eſt, vt ei mater heres eſſet: cuius bona, vt vxorum ſuperiorum, ad ſe ventura ſperabat. Impurum hominem C. Fabricium Oppianicus ſollicitauit, vt necandũ veneno Cluentium curaret. Venenum Fabritius Scamandro liberto dedit. D E *Quum ægrotaret Cluentius, vtereturq; medico Cleophanto, medici ſeruum Diogenem Fabritius ad venenum Cluentio dandum ſpe & precio ſollicitare cœpit. Diogenes rem ad dominum detulit, qui cum Cluentio de hac re locutus eſt. A viris bonis conſulto latentibus deprehenſum venenum eſt, quod Scamander Diogeni conſilium diſſimulanti traderet. Scamandrum Cluentius vocauit in iudicium. Accuſauit P. Cannutius. M. Cicero Aletrinatium vicinorum precibus adductus, defendit. Scamander omnibus ſententijs*

A *prater vnam damnatus eſt. Ad eoſdem iudices Fabritius reus factus eſt. Accuſauit idem Cannutius: defenderunt fratres Cepaſii. Iudicum omnium ſententijs damnatus Fabritius eſt. In vtraque accuſatione Oppianicus criminis architectus arguebatur. Oppianicus his duobus praiudicijs iam damnatus, ad eoſdem iudices reus citatus eſt. Accuſauit idem Cannutius, defendit L. Quintius Trib. pleb. Accuſator Prætor hoc veneni crimen, cades multas vxorum, liberorum fratris & alienorum ab Oppianico factas enumerauit.*
B *In hac cauſa iudices erant triginta duo. Ex his decem & ſeptem ſibi corrumpendos Oppianicus putauit. Per Stalenum, qui & ipſe iudex erat, rem commode fieri poſſe ratus, ad eum, vt pactus erat, DCXL. millia nummum deferri iuſſit ad corrumpendos XVI. iudices, vt ſingulis quadragena millia daret. Ipſius autem Staleni ſententia ſeptima decima ſpe maiorum pramiorum accederet. Stalenus Oppianici pecunia domi condita, è re ſua putat Oppianicum damnari potius quam abſolui. Eo enim damnato non*
C *putat fore, qui pecuniam repetat. Aliquot iudicibus pecuniam ab Oppianico (ſe enim accepiſſe diſſimulat) promittit, vt eâ ante iudicium non tradita, infenſos ſibi hos iudices Oppianicus habeat. Iudicibus promiſſam pecuniam ante iudicium petentibus, Stalenus ab Oppianico ſe dicit deſtitutum. In conſilio iudicum manauit fama, pecunia mentionem inter iudices verſatam eſſe. Itur in conſilium. Oppianicus abſolui ſperans, damnatur etiam ab ijs, quos corruptos eſſe putarat. L. Quintius Oppianici patronus, concio-*
D *nibus turbulentis populum Romanum in iudices concitauit. Oppianicum enim hominem innocentem corrupto iudicio oppreſſum eſſe dicebat. nam in populum iactabat, iudices à Cluentio corruptos eſſe: quod populo magis erat credibile, quam ab Oppianico, quod Oppianicus damnatus eſſet. C. Iunius, qui in hac cauſa quaſitor fuerat, populi concitati furore damnatus eſt. Alij poſtea iudices damnati, alij à Cenſoribus notati ſunt. Anno quinto poſt hoc iudicium, Oppianicus cum exularet, ex equo decidit, latus offendit, fe-*
E *bri correptus eſt, quo ex morbo interijt. Saſſia, qua filium Cluentium cupiebat perditum, de Stratone, qui fuerat ſeruus A. Rupilij, quo medico Oppianicus vſus fuerat, & de Nicoſtrato Oppianici ſeruo quaſtionem habuit, vt vi tormentorum dicere cogerentur, Oppianicum à Cluentio necatum veneno. Iterum habita quaſtione, idem conſtanter dixerunt. ſe enim de veneno quicquam ſcire negauerunt. Amici & hoſpites Oppianici & Saſſia viri boni, qui ad eam quaſtionem aduocati fuerant, ſibi ſatis quaſitum videri dixerunt. Quaſtio igitur dimiſſa eſt. Triennio poſt, Strato*

in de-

in domo Saſſiæ furtum fecit. De hoc & de Nicoſtrato habita quæſtio eſt, vt quum de furto quæreretur, aliquid de veneno quod Oppianico Cluentius dediſſet, confiterentur. Horum in quæſtionem, confeſſionem Saſſia ipſa ſcripſit: de furto, de quo habebatur quæſtio, nihil ſcripſit: de veneno ſcripſit. poſtea Stratonem exacta lingua in crucem egit. De Nicoſtrato quid actum ſit, incertum fuit. Saſſia igitur ab Oppianico priuigno, cui filiam ex genere ſuſceptam ipſa deſpondit, impetrat, vt Cluentium accuſet, quod Oppianicum veneno in exilio necauerit. Anno octauo poſt damnatum Oppianicum, Cluentius infeſto matris odio, à T. Actio de veneficio accuſatur. In accuſatione Cluentij duo præcipue fuerunt, quæ Cluentium lædere viderentur: quod à Cluentio Oppianicum veneno necatum accuſator dicit, quod cauſæ proprium eſt: & inuidia iudicij Iuniani, quod à Cluentio corruptum, vt Oppianicus damnaretur, Actius dixerat, quæ per annos octo continuos durauit. Superius eſſe ſibi facile quod refutet, poſterius difficile quod tollat, Cicero dicit. Prius refutat id quod difficilius eſt, quod Cluentij cauſam lædere maxime videbatur. Vt doceat, illo iudicio Iuniano Oppianicum iure damnatum fuiſſe, primum oſtendit, quam impia in filium Saſſia fuerit, à qua omne hoc periculum Cluentij profectum eſt: deinde multa nefaria Oppianici flagitia enumerat, quæ in Oppianici accuſatione Cannutius dixerat, vt his cognitis, credibile ſit, non à Cluentio, nihil de victoria deſperante: ſed ab Oppianico, ſibi conſcio, ideoque ne damnaretur metuente, Iudices eſſe corruptos. Quod obiecit Actius de C. Iunij quæſitoris & iudicum poſt Oppianici iudicium damnatione, Cicero negat Iunij damnationem legitimo iudicio factam fuiſſe, ſed ſeditioſam populi concitationem eſſe potius quam iudicium. Id quamuis iudicium eſſet, oſtendit tamen Iunij cauſam cum Cluentij cauſa coniunctam non fuiſſe. Alia iudicia partim, nihil contra Cluentium valere, partim pro Cluentio eſſe demonſtrat M. Aquilium & T. Guttam iudices à Cenſoribus Senatu motos, ab ijſdem Cluentium notatum ob corruptum iudicium Actius dixit. Cenſoriam notam iudicij loco habendam non eſſe, oſtendit Cicero, eluditque quod dixerat, Actius Egnatium à patre exhæredatum, quod in eadem cauſa Iudex corruptus fuiſſet. Senatuſconſultum de corrupto hoc iudicio factum Cicero eleuat, purgatq́; quod poſt damnatum Oppianicum, quum C. Verrem accuſaret, Iunianum iudicium, vt Actius obiecit, corruptum dixerit. Iudiciaria lege, qua equites non tenebantur, Cluentius, qui ex equeſtri ordine erat, defendi noluit.

A B C D E

A *Eius legis æquitatem Cicero oſtendit. Leuia quædam maledicta in Cluentium leuiter diluit. Tribus veneficijs, quorum poſtremum eſt, quo Oppianicus dicitur necatus Cluentium Actius criminatus eſt. Ea Cicero refutat. Alio mortis genere Oppianicum interiſſe, & hoc crimen à Cluentij matre confictum eſſe oſtendit. Concludendo primum enumerat per capita, quæ in Saſſiam dicta ſunt, deinde Saſſiæ in filium impietatem amplificat, poſtremò flectit Iudices, vt Cluentij miſereantur. Oratio iudicialis eſt. Status coniecturalis. Acta eſt hæc cauſa ad gradus Aurelios. Q. Naſo Prætor, & Q. Voconius Quæſitor fuit. T. Actius adoleſcens accuſauit, & Cicero Prætor defendit.*

COMMENTARIVS Fran. Syl.

ANIMADVERTI *Iudices.*) In orationum iudicialium initio ad iudices ſermo conuerti ſolet. aliquando tamen cauſæ vtilitas poſtulat, vt ad alios conuertatur, vt in Ciceronem Salluſtius : *Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli.* & in Salluſtium Cicero :
C *Ea demum magna voluptas eſt Criſpe Salluſti, æqualem ac parem verbis vitam agere.* Sicut & fecerat in Catilinam, *Quouſque tandem abutere patientia noſtra?* Cicero quoque pro Scauro ambitus reo, in ipſo orationis initio proſopopœia loquentis pro reo : pro eodem Scauro repetundarum reo, & pro Rabirio Poſthumo exemplis: pro A. Gluentio partitione vſus eſt, vt ait Quintil. in lib 4. cuius eodem ex libro illa verba ſunt : *Docilem ſine dubio & hæc ipſa præſtat attentio, ſed & illud, ſi breuiter & dilucide ſummam rei, de qua iudex cognoſcere debeat, indicauerimus. quod Homerus atque Virgilius in operum ſuorum principijs faciunt.*
D nam iſtius rei modus eſt, vt propoſitioni ſimilior ſit quam expoſitioni : nec quomodo quicque ſit actum, ſed de quibus ſit dicturus orator oſtendat. Nec video quod huius rei apud Oratores poſſit reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro Cluentio: *Animaduerti iudices omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes, quarum altera mihi niti & magnopere conſidere videbatur, inuidia iam inueterata iudicij Iuniani : altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide & diffidenter attingere rationem veneficij criminum : qua de re, lege hac eſt quæſtio conſtituta.* Id tamen totum reſpondenti facilius eſt, quam proponenti : quia hic admonendus iudex, illic docendus eſt.

E *Inuidia iudicij Iuniani*) C. Iunius quæſitor fuerat in cauſa Oppianici, ideo iudicium de Oppianico factum, appellat *Iunianum.* C. autem Iunius poſtea damnatus eſt, quod in Oppianici cauſa corruptus fuiſſe dictus ſit.

Inuidia iam inueterata.) Quæ octo annos continuos durauit, tot enim anni fuerunt à damnato Oppianico ad hanc Cluentij cauſam. Ea autem inuidia eſt, quam L Quintius Trib. pleb. Oppianici patronus multis concionibus excitauerat.

Conſuetudinis cauſa timide.) Securitas oratoris & fiducia iudici ſuſpecta eſt ideoque crimina ipſa timide & diffidenter attingere orator debet.

Venefi-

Veneficij criminum.) A. Cluentium T. Actius accuſauit, quod ex malem Oppianicum veneno necaſſet. Id vt credibile magis faceret, ab eodem Cluentio C. Vibium Capacem necatum veneno, & ab eodem paratum venenum ad Oppianicum iuniorem necandum dixit. A

Lege eſt hac quaſtio conſtituta.) *Conſtituere legem, quaſtionem, & iudicium*, pro eadem re dici, hoc eſt, *decernere*, vt de commiſſo aliquo inſigni crimine quæratur & iudicium fiat, pro Milone ſcitiſsimus.

Lege) Lege Cornelia de ſicariis & veneficiis: qua tenetur etiam, qui hominis necandi cauſa venenum confecerit, habuerit, vel dederit, vt lib Pandect.48 ad legem Corneliam traditum eſt. *Vel lege noua* à Coſs.conſtituta, vt Cn.Pompeius Cos.legem tulit de cæde, quæ in Appia via facta eſſet, in qua P.Clodius occiſus fuit, vt ait Cicero pro Milone. B

Hac quaſtio.) Id eſt, hæc cauſa. Nam de veneficio tantum conſtitutum iudicium eſt: de eoque ſolo iudices pronunciare debent. De corrupto iudicio quæſtio conſtituta non eſt, alioqui duæ eſſent actiones. Sed vt maiore inuidia reus oneraretur, idque veneficij crimen magis eſſet credibile, hoc de corrupto iudicio additum eſt. C

Conſtituta eſt.) A Senatu quæſtiones conſtitui ſolitas, Cicero pro Milone ſignificat.

Subterfugere voluiſſe reticendo.) Id eſt, quod verum eſt reticere, vt ſubterfugiam: quod falſum eſt dicere, vt obſcurem. Pollicetur igitur ſe nihil celaturum quod verum ſit, nihil dicturum quod falſum.

Qua propria eſt iudicij veſtri.) Id eſt, de qua quæſtio conſtituta eſt: ideoq; de qua ſententiam laturi eſtis. Quamuis enim accuſator multa crimina reo obiiciat, vt id quod cauſæ proprium eſt, ſit magis credibile, iudices tamen de eo ſolo pronunciant, de quo quæſtio conſtituta eſt: id igitur iudici proprium eſt. D

Legitima quaſtione) Id eſt, cauſæ lege conſtitutæ.

Per mihi breuis) Id eſt, mihi perbreuis. Tmeſis eſt, vel vt Donatus, diæreſis: vt lib. Epiſt. ad Attic. 1. *Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt.* In eodem: *Per mihi, per, inquam, gratum feceris, ſi in hoc tam diligens fueris, quam ſoles in his rebus, quas me valde velle arbitraris.* Lib. 5. *Per mihi gratum erit, ſi id curaris ad me perferendum.* Lib. 10. *Per enim magni aſtimo tibi firmitudinem animi noſtri, & factum noſtrum probari.* Hæc autem dicendi ratio minus eſt oratoribus quam poëtis frequens, ſi altera compoſitionis pars præpoſitio ſit. E

Per mihi breuis.) Multo plura Cicero dicit, vt ab Oppianico iudicium corruptum oſtendat, quam vt veneficij crimina refutet.

Contentionis.) Id eſt, laboris. Contendere enim, laborare & niti ſignificat, vt in lib. Æneid. 1. *Defeſſi Æneada qua proxima littora curſu contendunt petere.* Inde contente pro fortiter & laborioſe Cicero dicit, libro Tuſculanarum quæſtionum ſecundo: *Genu. mehercule, M. Antonium vidi, quum contente ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere.*

Qua procul à iudicio remota eſt.) Id eſt, quæſtionis iudicij propria non eſt, id eſt, ea quæ eſt inuidia iudicij Iuniani.

A *Seditioſe concitatu.*) Ab aliquo Tribunorum pleb.

Audire.) In accuſatione, id eſt, de criminibus, quæ propria cauſæ ſunt.

Diſſolutionem) Id eſt, excuſationem, negationem, purgationem, vel refutationem. Illa autem ſententia eſt: Quum accuſator intendit, vel probat crimina reo obiecta, non continuo creditis, ſed expectatis eius qui reo patrocinatur diſſolutionem. Ideo ſpero fore, vt refutationem meam horum veneficij criminum expectetis. Id ſi feceritis, nihil dixerit accuſator, quod reum lædat.

Ab oratore.) Id eſt, à patrono: nam autore Donato in Hecyram Te-

B rentij, *orator eſt is cui cauſa defendenda mandatur.*

Ad ſalutem.) Id eſt, ad abſolutionem.

Sed quid oporteat dici, conſideretis) Quum ad ordines veſtros hæc inuidia pertineat.

In criminibus.) Veneficij ſcilicet.

Cauſa communis.) Iudicum omnium ſcilicet.

Alteram partem cauſæ.) De veneficij criminibus.

Vt vos doceamus.) Id eſt, credibile non eſſe vt doceamus crimina hęc à Cluentio admiſſa

Diligentia veſtra.) Id eſt, attenta veſtra auditio.

C *Fides imploranda.*) Id eſt, poſtulandum auxilium.

Nemo eſt qui inuidiæ.) Inuidia eſt mala gratia, & maleuolentia ex improbo aliquo facinore, aut huiuſmodi facinoris ſuſpicione contracta, aut improbi alicuius hominis ſermone excitata: quæ tantum habet momenti, tantum vitium ad opprimendam etiam innocentiam, vt eam viro forti metuendam eſſe Ariſtoteles lib. Ethicorum 3. ſcribat.

Quo me vertam neſcio) *Diaporeſis eſt, id eſt, addubitatio: qua vtimur*, vt ait Romanus Aquila, *quum propter aliquas res volumus videri dubitare, & quaſi ab ipſis iudicibus conſilium capere, quo potiſſimum genere orationis vta-*

D *mur.* Quale, inquit, eſt pro Cluentio proœmium: *Equidem quo me vertam iudices neſcio; negem fuiſſe illam infamiam, &c.* Autore Quintiliano lib. IX. *Affert aliquam fidem veritatis dubitatio, quum ſimulamus quærere nos vnde incipiendum, vbi deſinendum, quid potiſſimum dicendum, an omnino dicendum ſit. Cuiuſmodi exemplis plena ſunt omnia; ſed vnum interim ſufficit: Equidem, quod ad me, quo me vertam neſcio. Negem fuiſſe infamiam iudicij corrupti, &c.*

Negem fuiſſe, &c.) Id autem negare Cicero non poterat, quod ea infamia diuulgata ſit.

Agitatam in concionibus.) Conciones ſunt, populi R. vt forum iudi-

E cum, & curia ſenatorum. Sunt etiam conciones, orationes ad populum. L. autem Quintius populum R. ſuis concionibus concitauerat maxime, vti poſtea dicet.

In iudiciis.) Vt in cauſis Staleni, Bulbi, Guttę, Popilij, quorum de damnatione poſtea Cicero dicet.

Tam penitus.) Id eſt, tam altis velut radicibus.

Aliis locis) Vt in teſtamentis, in tabulis, in teſtimoniis, aliiſq; eiuſdem generis rebus. Vt à vero veritas ſæpius, ita à falſo falſitas rarius dicitur.

Imperitorum.) Id eſt, vulgi.

Sine inuidia, &c.) Autore Cicerone in lib. de Officiis 1. *optandum eſt, vt ij*

vt ij qui præſunt Reip. legum ſimiles ſint: quæ ad puniendum non iracundia, ſed æquitate ducuntur. A

Sine culpa inuidia.) Id eſt, falſa inuidia, ea ſcilicet quæ ſuſcepta eſt ſine culpa eius in quem ſuſcepta eſt.

Ponatur.) Id eſt, deponatur; vt in L. Piſonem: *Hoc ita fit, vt viri fortes, etiam ſi ferro inter ſe comminus decertarint, tamen illud contentionis odium ſimul cum ipſa pugna armiſq́ ponant.* In ea re id verbum ponere ſæpe dicitur: vt ponere arma, veſtem, dolorem, vitam, Cicero dixit. In primo de Officiis: *Ii qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum aries percuſſerit, recipiendi ſint.* In libro Tuſc. quæſtionum primo: *Iuuenes ij quos modo nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt.* lib. 5. *Atq; is quum pila ludere vellet, ſtudioſe enim id factitabat, tunicamq́ poneret, adoleſcentulo, quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur.* Ponere tunicam pro induere, vulgus indocte dicit. Lib. 3. *Quid eſt autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam quum eſt intellectum nihil profici, & fruſtra eſſe ſuſceptum?* Libro Epiſtolarum Familiarium nono: *Hoc deniq; animo ſum, vt ſi in hac cura atq; adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, præclare actum mecum putem.* B

Hoc poſtulo.) Quia iudices nobis conciliatos habere debemus, ſumma diligentia videndum eſt, an eorum animi alieni ſunt, vel præiudiciis, vel opinione domo allata, vel tacita, quum agitur cauſa, cogitatione, vt hanc animorum affectionem tollamus. C

Præiudicati.) Præiudicatum hic appellat, quod paulo poſt præiudicium: id autem eſt, quod ante in iudiciis ad cauſam ipſam pertinentibus pronunciatum eſt: vt paulo poſt, Scamandri & Fabricij damnationes, Oppianici præiudicia appellat. Quia igitur poſt damnatum Oppianicum C. Iunius, Stalenus, Gutta, aliiq́; multi, qui in Oppianici cauſa iudices fuerant, damnati ſunt, & Cluentius à Cenſoribus notatus, poſtulat Cicero ne hæc iudices habeant veluti præiudicia, ad hanc corrupti iudicij cauſam pertinentia.

Sed etiam nomen iudicum.) Nam ex aliorum ſententia, non ex noſtra, iudicium feremus. Quintilianus lib. 5. *in præiudiciorum refutatione dicit rogandos eſſe patrono iudices, vt rem potius intueantur ipſam, quam iuri iurando alieno ſuum dent.* D

Extorquebit.) Id eſt, extrahet, & falſam oſtendet.

Ne repugnetis.) Id eſt, ne pertinaciter illam opinionem retineatis.

Eamq́.) Opinionem.

Remittatis.) Id eſt, relaxetis atq; relinquatis.

Tum autem) Id eſt, tertio.

Ne ipſi quæ contraria ſint.) Id eſt, ne cogitetis ea, quæ ſunt iis quæ dicam contraria, i. eſt, contrariam opinionem ne habeatis, ſed ea ita audiatis, tanquam ſi nunc primum hæc cauſa ageretur. E

Annos octo continuos.) Nam octo anni fuerunt ab Oppianici damnatione, vſq; ad hanc Cluentij cauſæ actionem.

Ex contraria parte.) Id eſt, ab L. Quintio, aliiſq́; Cluentij aduerſariis. A rei iniquitate flectit iudices: naturalis enim fauor eſt pro laborantibus. Reo fauetur, ideoq; reo quam accuſatori plures ad agendum horæ dabantur: vt in cauſa Milonis accuſatori duæ, reo tres horæ datæ ſunt.

Si quis deus conciliarit.) Hoc ideo dicit, quia difficile eſt conciliatos iudices habere, qui tot annos aduerſam cauſam audiuerunt.

A *In hoc vno.*) Iudicio.

Deniq.) Id eſt, tandem.

Inſania.) Id eſt, inuidiæ.

Magna me ſpes tenet) Id eſt, multum ſpero; vt, tenet me odium tui, id eſt, odi te Cicero Actione in Verr. III. *Homines ſcitoto eſſe quoſdam, quos tantum odium veſtri ordinis teneat, vt hoc palam iam dictitent, ſe iſtum quem ſciant eſſe hominem improbiſſimum, hoc vno nomine abſolui velle, vt ab Senatu iudicia per ignominiam turpitudinemq́ auferantur.*

Sed ea quæ ſunt in cauſa, &c.) Id eſt, ſi beneuole me & attente audieritis.

B *Conſeſſumq́ veſtrum.*) Id eſt, veſtrum cœtum, qui ad iudicandum ſimul ſedetis. Autore Valla lib. 4. *nomina in us (quæ in io quoq; exeunt)* pro perſonis accipi ſolent: Conuentus non eſt conuentio, ſed *homines qui vnum in locum conuenerunt: Conſeſſus non eſt conſeſſio, ſed homines vno in loco conſidentes.* Nam vti lector quum recitat, teſtis quum dicit teſtimonium, orator quum agit, Senator quum dicit ſententiam, recti ſtant: ita iudex quum audit & quum pronunciat, ſedet: nam ſedendo & quieſcendo fit anima ſciens & prudens. Et ille apud Plautum; *Plus*, inquit, *ſapio ſedens.*

Horribilem atq; formidoloſum.) Putauerunt enim fore, vt à vobis Clu-

C entius damnaretur: quę res animos Iudicum aduerſariis alienat, tanquam illi aduerſarij iudicibus iam præſcripſiſſent, quid ipſi eſſēt pronuntiaturi.

Perfugium.) Vt in lib. de Offic. 2. *Regum, populorum, nationum portus erat & perfugium Senatus.* Perfugium autem, non vt vulgo dicunt refugium dicitur: quamuis confugere, non perfugere dicamus, pro eo quod eſt perfugium quærere. Verg lib. Æneid. I. *Ad te confugio, & ſupplex tua nomina poſco. Inde confugelam pro perfugio antiquos dixiſſe, Sex. Pompeius autor eſt.* Tametſi permulta ſunt. Quia oratio breuis eſſe debet, vtilis illa occupatio eſt, quum aliquid nos dicere nolle ſignificamus,

D metuētes ne prolixa noſtra oratio ſit: tum enim fortaſſe maiora, quā diceremus, animis iudices concipiunt, noſq; breuitati ſtudere cogitantes, nihil nos putant eſſe dicturos, niſi quod ad cauſam pertineat plurimum. Inde orationi noſtræ fides autoritaſq; accedit.

De communibus inuidiæ periculis.) Id eſt, Communis locus mihi tractandus videtur, quantum omnes etiam innocentes inuidiæ periculis ſubiecti ſunt.

Suſpenſa.) Incerta & dubia expectans refutationem: vt de lege Agraria contra Rullum: *Nolo ſuſpenſam & incertam plebem Romanam obſcura ſpe & cæca expectatione pendere.*

E *Aggrediar ad crimen.*) Simile illud eſt pro P. Seſtio: *Quanquam à Q. Hortenſio clariſſimo viro atq; eloquentiſſimo cauſa eſt P. Seſtij perorata, nihilq; ab eo prætermiſſum eſt, quod aut pro Rep. conquerendum fuit, aut pro reo diſputandum, tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potiſſimum defuiſſe videatur, &c.* Illud autem, *Aggredere ò magnos, aderit iam tempus, honores:* poetis magis familiare eſt.

Quæ mihi ſæpius, &c.) Hac enim deprecatione modo vſus eſt.

Quaſi hoc tempore, &c.) Id eſt, ne quid huc præiudicati afferatis, ne quam opinionem mentibus veſtris contra Cluentium domi comprehenſam audiendo hanc cauſam habeatis.

Hæc cauſa dicatur.) Reus, aut eius patronus cauſam dicit.

Digitized by Google

Sæpe iam dicta) In concionibus, in foro, in curia. A

Error) Quum enim ab Oppianico iudicium tentatum ſit, id à Cluentio corruptum vulgo creditum eſt.

Breuiter diluc.deq.) Oratio enim breuis & dilucida eſſe debet. Eius autem breuitas tum demum eſt, ſi nihil in ea ſuperuacaneum ſit. Itaque hæc oratio, quæ paginis multis perſcripta eſt, breuis eſt.

Benigne attenteq.) Illud ſæpe fit, vt quum ad aliud tranſimus, auditores admoneamus, eosq́; attentos faciamus Hac ratione oratio magis dilucida fit, & auditores prædicta mente recolligunt, atq; ad reliqua audienda ſe præparant.

Corrupiſſe dicitur) Proponit quid refutaturus ſit. B

Condemnaret.) Accuſatorem condemnare dicit, quid facit vt reus condemnetur.

Oſtendam iudices primum.) Partitio eſt, cuius ſunt tres partes, quamuis in partitione ea quæ initio huius orationis eſt, duæ partes ſint, illud tamen ſæpius facit Cicero, vt ſint tres partes: vt pro Sex. Roſcio, & L. Murena.

Innocentem) Oppianicum.

Circumuentum) Id eſt, oppreſſum & damnatum: vt poſtea circumuenire iudicio, in eadem re dicit: *Mulierem quandam Larino, atq; illam vsq; à mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circumuenire iudicio capitis, atq; opprimere filium poſſet.* Alioqui circumuenire decipere eſt, vt in lib. de Offic. 2. *In primisq; operam dabunt, vt iuris & iudiciorum æquitate ſuum quiſq; teneat, & neq; tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur, neq; locupletioribus ad ſua vel tenenda vel recuperanda obſit inuidia.* C

Neminem vnquam maioribus criminibus, &c) Ideo debuit condemnari, nec metuebat Cluentius vt is abſolueretur: itaque iudices non corrupit.

Grauioribus.) Id eſt, fide dignioribus: qui neque pecunia, neque gratia, neque odio, neque nimis ad dicendum falſum teſtimonium moueri poſſent. D

Præiudicia) Quibus Scamander & Fabricius damnati ſunt.

Ab ipſis iudicibus, à quibus) Idem fuit accuſator Scamandri, Fabricij, Oppianici, idemq́; iudices fuerunt.

Tentatum.) Id eſt, vt corrumperetur ſollicitatum. Iudices enim, qui à Staleno ſollicitati fuerant, vt Oppiani cum abſoluerent, eum damnauerunt, qui promiſſa pecunia non proferebatur, neq; ſequeſtribus ante iudicium data putabatur.

Non à Cluentio, &c) Quintiliano in lib 4 hæc partitio placere non videtur: *Si*, inquit, *vnum crimen varie defendimus, ſuperuacua partitio eſt;* E vt ſi ita partiamur: *Dicam non talem eſſe hunc quem tueor, vt in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam occidendi cauſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore, quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe: quæ omnia, antequam id quod vltimum eſt exequaris, inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim iudex ad id quod potiſſimum eſt, & velut obligatum promiſſo patronum, ſi eſt potentior, tacitus appellat: ſi vel occupatus, vel in aliqua poteſtate, vel etiam ſi moribus incompoſitus, cum conuicio efflagitat. Itaque non defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit, primum neminem maioribus criminibus, grauioribus teſtibus in iudicium vocatum, quam Oppianicum: deinde præiu-*

dicium

A *dicium eſſe factum ab ijs ipſis iudicibus, à quibus damnatus ſit: poſtremo iudicium pecunia tentatum non à Cluentio, ſed contra Cluentium. Quia ſi probari poteſt tertium, nihil neceſſe fuerit dicere priora.*

Sed contra Cluentium.) In cauſis iudicialibus vt rei, ita accuſatoris diſcrimen erat. vt enim reus diſcrimen capitis, id eſt exilij, ita accuſator bonæ exiſtimationis ſubibat. æquum eſt enim vt periculum ſubeat, qui in periculum alium adducere fruſtra conatus ſit, Itaq; Cicero in eandem ſcribit ſententiam in Diuinatione: *Nulla*, inquit, *ſalus Reip. maior eſt, quàm eos qui alterum accuſant, non minus de laude, de honore, de fama ſua, quàm illos qui accuſantur, de capite ac fortunis ſuis pertime-*
B *ſcere. Itaq; ſemper hi diligentiſſime laborioſiſſimeq; accuſarunt, qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt.*

Quid error.) Error eorum, qui à Cluentio corruptum iudicium putauerunt, propterea quod Oppianicus damnatus eſſet, à quo iudices corruptos eſſe veriſimile non erat.

Hoc loco faciendum, &c.) Vt Oppianicum iure condemnatum, ideoque à Cluentio iudices corruptos non eſſe oſtendat, neceſſe eſt exponat crimina quibus Oppianicus damnatus eſt, atque repetat Oppianici accuſationem.

Breuiter.) Breuis enim narratio eſſe debet.

C *Albius.*) Oppianicus. Id enim facere ſolet Cicero, vt primum nomina omnia alicuius ponat: cuius ſi poſtea facienda ſæpe mētio eſt, modo hoc, modo illud ponat.

Exponam.) Id eſt, narrem: qua in re à Cicerone & à Quintiliano perſæpe dicitur.

Vt me inuitum.) Illud in agendis cauſis euitandum eſt, ne quem nobis amicum lædere videamur. Ideoq; ſi contra amici voluntatem dicamus, id excuſemus: vt Cicero hoc loco facit, & pro L. Murena, quem contra Seruium Sulpitium defendit.

D *Adductum fide, &c.*) *A. Gellius cap. 13. libri 5. illos gradus officiorum ex moribus pop. Rom. ſeruates ponit, vt primus ſit parentum, alter pupillorum fidei tutelaq; noſtra creditorum, tertius clientum, qui ſeſe itidem in fidem patrociniumq; noſtrum dederunt, quartus hoſpitum, poſtremus cognatorum atq; affinium.* Fidem igitur defenſionis clienti Cluentio ſeruare debet Cicero, quam ſi Oppianici patris crimina reticeret, proderet, eſſetque præuaricator: quem eſſe Vlpianus dicit lib Digeſt. 3. tit. de his qui notantur infamia, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua.

Reliquo tempore.) Id eſt, in poſterum. Poſtea mihi ſatisfaciendi. Nam damnatus exulabit.

E *Damnatum & mort.*) Oppianicum.

Tre incolumi & viuo.) Cluentio.

Mors vere etiam dol.) Tanquam animus mortalis ſit, hoc Cicero dicit, vt vulgarem ſequatur opinionem, & minus acerbe ferat Oppianicus, ſi pater cauſam eius dicente Cicerone, dolorem nullum ſentiat. Ideo Cæſar apud Salluſtium dicit, *in luctu atq; miſerijs mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſoluere, vltra neq; curæ neq; gaudio locum eſſe.* Cicero in libro Tuſc. quæſt. animos immortales eſſe probans, vt alijs multis, ita illo quoq; argumēto vtitur, quod omnibus curæ ſunt, quæ poſt mortem futura ſunt: idque multis modis probat. ſed de hac re poſtea.

Nihil

Nihil poſſit offenſionis.) Id eſt, damnari non poſſit. *Offenſionem paſſiuè, & offenſam actiuè dici*, apud Vallam eſt. A

Non accuſatorio animo.) Id eſt, non inimico.

Non oſtentatione.) Autore Cicerone lib. de Offic. 2. *adoleſcentes magnam ſibi gloriam ex eloquentia comparant, ſiue ex accuſatione, ſiue ex defenſione. Huius gloriæ cauſa multi adoleſcentes viros claros aut accuſauerunt, aut defenderunt.*

Propoſito ante oculos.) Nam deprehenſum ante venenum eſt, quo necare Cluentium Oppianicus conatus eſt.

Paulo longius.) Autore Quintiliano lib. 4. *quum à proœmio ad narrationem vel ad refutationem tranſitus eſt, id debet in proœmio poſtremum eſſe, cui commodiſſime iungi initium ſequentium poterit: id eſt, cadere non oportet abruptè ex proœmio in narrationem vel refutationem; ſed ita coniungenda eſt, vt ex proœmio duci videatur. Huius tamen tranſitus admonendi ſunt auditores: nec in his partibus ſolum, ſed in alijs etiam; & plerunque in quæſtionibus. Quoniam tamen narratio breuis eſſe debet; ſi ea futura ſit longior, ad eam ipſam præparandum eſſe iudicem idem præcipit, vt Cicero* (inquit) *ſæpius, ſed hoc præcipue loco fecit: Paulo longius exordium rei demonſtrandæ gratia repetam*, &c. In hac autem oratione narratio nulla generalis eſt, multæ ſunt ſpeciales. Fit enim raro, vt quum ſtatus coniecturæ eſt, patronus narret. Quid enim narrabit, qui factum à ſe negat? B C

A. Cluentius Habitus.) Sulpitius Victor in Oratorijs inſtitutionibus præcipit narrationem apertam fieri, ſi à recto caſu incipiat: vt ferme, inquit, narrationes Tullianæ ſunt. *vt P. Clodius quum ſtatuiſſet omni ſcelere in Prætura vexare Remp.* &c. Et: *Sex. Roſcius pater huiuſce, municeps Amerinus fuit, quum genere & nobilitate & pecunia non modo ſui municipij, verumetiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atq; hoſpitijs florens hominum nobiliſſimorum.* Cuius narrationis initium huic perſimile eſt. Autore Quintiliano libro 4. *initium narrationis quidam faciendum à perſona putant: eamq; ſi noſtra ſit, ornandam: ſi aliena, infamandam ſtatim. Hoc ſane frequentiſſimum eſt, quia perſonæ ſunt inter quas litigatur. Sed hæ quoq; interim cum ſuis accidentibus ponendæ, quum id profuturum eſt: vt, A. Cluentius habitus fuit pater huiuſce iudices, homo non ſolum municipij Larinatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate facile princeps.* Hæc ille. In hac autem narratione Cicero cauſas dicit, quibus Cluentio Saſſia mater inimica ſit. D

Vicinitatis.) Id eſt, locorum, vt vulgo loquuntur, circumuicinorum. *Vicinitas* enim, autore Valla lib. 4. *eſt vicinorum propinquitas.* Vicinia autem non tam homines, qui eundem vicum incolunt ſignificat, quàm qui prope domum noſtram habitant. E

Sylla & Pompeio Coſſ.) L. Sylla & Q. Pompeius Conſules fuerunt paulo poſt confectum bellum Italicum, & initio belli Mithridatici. De eorum Conſulatu T. Liuius libro 77.

Nubilem filiam.) Vt in Oratione pro P. Quintio: *Quum illum in ſuis paternis bonis dominari videret, ipſe filiæ nubili dotem conficere non poſſet.* Virgilius libro Aeneidos 7. *Iam matura viro, plenis iam nubilis annis.*

Conſobrino ſuo.) *Conſobrinos appellari eos, qui ex duabus ſororibus editi ſint, quaſi conſororinos, ſcribit* Nonius Marcellus. Quamuis iure prohibitæ ſint nuptiæ inter patrem & filiam, auum & neptem, matrem & filiũ, auiam & nepotem, inter fratrem & ſororem, ſiue eodem patre eademq; matre nati ſint, ſiue altero eorum, duorum tamen fratrum

vel ſo-

A vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis coniungi poſſunt, vt eſt in Inſtitutionum Iuſtiniani primo, titulo de nuptijs. *Propinquorum connubia fieri ſolita non eſſe,* Plutarchus in Problematis ſcribit: *vel ad augendas neceſſitudines, vel ad euitanda propinquorum diſsidia, quæ inter uxorem & maritum ſæpe intercidunt: vel vt mulieres à propinquis opem implorarent, ſi quid à maritis iniuſtè paterentur.* Id tamen natura duce factum arbitror, qua duce maior quædam inter propinquos verecundia ingenita eſt, quod etiam in belluis aliquando animaduerſum eſt. Autore enim M. Varrone in libro de Re ruſtica ſecundo, *cum equus matrem vt ſaliret, adduci non poſſet, cum capite obuoluto auriga adduxiſſet, & coegiſſet*
B *matrem inire, cum deſcendenti velamen dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in eum, & mordicus interfecit.*

Plena dignitatis.) Id eſt, honeſtæ, vt in primo de Officijs: *Cn. Octauio, qui primus ex illa familia Coſ. factus eſt, honori fuiſſe accepimus, quod præclaram ædificaſſet in Palatio, & plenam dignitatis domum.*

Importuna) Id eſt, inhumana & crudelis: de qua voce ſcribimus in Inuect. Ciceronis.

Dedecore coniuncta.) Id eſt, coniunctum habens dedecus.

Amantius indulgentiusq́ maternum,) Autore Ariſtotele lib. Ethicorum 9. *ſuum quiſque opus diligit, vt poemata ſua poeta perinde ac liberos diligunt.*
C Suos itaque liberos parentes, vt opus ſuum diligunt. Quod autem maiore labore partum eſt, charius habetur. Suos filios matres diligunt ardentius, igitur liberos matres diligunt magis quàm patres. Suum enim opus eſſe ſciunt certius, idque opus maiore cum labore & dolore pariendo matres, ſuſcipiunt. Eſt igitur maternum nomen amantius indulgentiusq́; quàm paternum.

Et nunc cum maxime.) Legendum arbitror, & nunc vt cum maxime: ad hanc ſententiam, Saſsia multos iam annos filium cupit interfectum, ſed nunc præcipue.

Nunc vt cum maxime.) Dicimus enim, diligo te vt quem maxime:
D id eſt, diligo te vt eum quem ego maximè diligo, id eſt, diligo te maxime. nunc lætus eſt, vt cum maxime: id eſt, nunc tantum lætus eſt, quantum eſt tum quum eſt maxime, id eſt, maxime lætus eſt.

Contrà quam fas erat.) Aeque ac & æque quàm, alius ac & alius quã, contra ac & contra quam, aliaq́; eiuſdem generis multa dici ſolent.

In illa cupiditate.) Id eſt, ſe cõtinebat, eamq́; cupiditatẽ occultabat.

Amentia.) Id eſt, *amoris vehementia, cuius amoris inceptio eſt amentium, haud amantium,* vt ait Terent. in Andria.

Inflammata libidine.) Amor enim ignis eſt.

Pudor.) Quod nullum vereretur. Pudor enim verecundia eſt, id eſt,
E animi quædam affectio, qua dictorum factorumve turpitudine aliorum aures oculosvé offendere veremur. Pudicitia vero caſtitas eſt.

Non pietas) Saſsiæ in filiam.

Nondũ conſilio ac ratione firmatum.) *Animos adoleſcentium mutabiles eſſe multis modis,* Ariſtot. lib. Rhetor. 2. ſcribit. Autore Cicerone in libro de Amicitia, *ſummi puerorũ amores ſæpe vna cũ prætexta, ſumpta toga, deponũtur. Quod ſi in adoleſcentiã perduxiſſent, dirimi tamen interdum cõtentione vel luxuriæ, vel cõditionis, vel commodi alicuius, quod idẽ adipiſci vterq; non poſſet,* dicit. Idem in libro de Officijs 1. diſputans quomodo cõſideranda ſit eorũ in quos liberales eſſe volumus, in nos beneuolentia: *Beneuolentiã,* inquit, *non adoleſcentulorũ more, ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate po-*

tius &

tius & conſtantia iudicemus. Inde virilis ætas à Cicerone in lib. de Sene- A
ctute appellatur conſtans ætas: de qua illic plura ſcribimus. Eandem
corroboratã & firmatam. Idẽ appellat pro M. Cælio: *Multa*, inquit. *nobis*
blandimẽta natura ipſa genuit, quib. ſopita virtus conniueret: & interdũ mul-
tas vias adoleſcẽtia lubricas oſtendit, quib. illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aut
prolapſione vix poßit: & multarum rerũ iucundißimarum varietatem dedit,
qua non modo hac ætas, ſed etiam iam corroborata caperetur. Idẽ paulo poſt:
Multi & noſtra & patrum maiorumque memoria iudices, ſummi homines &
clarißimi ciues fuerunt, quorum cum adoleſcentia cupiditates deferbuiſſent,
eximia virtutes firmata iam ætate extiterunt.

Quibus illa ætas capi.) Illud de Catilina Salluſtius ſcribit: *Maxime* B
iuuenũ vel adoleſcentium familiaritates appetebat: eorũ animi molles, & ætate
fluxi, dolis haud difficulter capiebantur: nam vt cuiusq; ſtudium ex ætate fla-
grabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes atq; equos mercari.

Illa ætas) Id eſt, homines illius ætatis.

Illo communi dolori muliebri.) Acerbo enim ferunt animo mulieres,
ſuos maritos alienarum amore capi.

Viri iniurijs) Vxori enim maritus iniuriam facit, ſi quam ei amore
prætulerit.

Pellicatum) *Pellicem appellatam Aulus* Gellius lib. 4. ſcribit, *qua iun-* C
cta coniunctaq; cũ eo, cuius in manu mancipioq; alia matrimonij cauſa eſſet: eaq;
quaſi παλλακὶς *id eſt* παλλακὶς, *id eſt concubina eſſet,* vt ait idẽ, *appellata eſt.*
Antiqui eam proprie pellicem nominabant, vt ait Sex. Põpeius, *qua vxorem*
habenti nubebat, cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Nu-
ma Põpilio, illa lege: *Pellex aram Iunonis ne tangito. ſi tangit, Iunoni crinib.*
dimißis agnum fœminam cædito. Inde pellicatus: qua voce in libro quo-
que de Officijs 2. vſus Cicero eſt.

Nec enim fefellit opinio.) Ab ea eſt enim ipſe propter pellicatus ſuſpi-
cionem interfectus.

Sine ſcelere.) Quia Saſſia mater erat. nam parentum iniurias æquo D
animo ferendas putabat.

Conſeneſcebat.) Id eſt, conficiebatur: & vti vulgo dicunt, dolore mo-
riebatur. Conſeneſcere enim præter id quod eſt ſenem fieri, vim a-
mittere, & ad interitum tendere ſignificat, vt libro Epiſt. Ciceronis
ad Atticum 2. *Quanto in odio noſtro amicus Magnus, cuius cognomen vna*
cum Craßi diuitu cognomine conſeneſcit.

Ecce autem ſubitum diuortium.) Autore Aſconio Pediano, *Ecce autẽ*
proprium Ciceronis eſt in rebus improuiſis: quod cum cura Virgil. legit &
tranſtulit. vt: *Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta (Horreſco refe-*
rens) immenſis orbibus angues Incumbunt pelago. Donatus hunc Virgilij E
locum exponens: *Ecce* (inquit) *ſemper ponitur, vbi res horrenda & repenti-*
na ſignificatur.

Diuortium.) Vt ait Paulus Iuriſc. libro Pandect. quinquageſimo, ti-
tulo De verborum & rerum ſignificationibus, *dictũ eſt. quod in diuerſas*
partes eũt qui diſcedunt. Diuortiũ de via deflexũ eſſe, Non. Marcellus dicit,
à diuertendo. Virg lib. Aeneid. 9. *Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.*
Ideoq; diuortia, vt idem ait, *non coniugij diſtractionem ſolum ſignificant, ſed*
etiam omnium inflexionum quæ à recto detorquentur.

Quod ſolatium.) Improbi enim coniugij diuortium, eius qui iniuria
afficiatur ſolatium eſt. *Solatium à conſolatione* Valla ſeparat, lib. 4. quod
illud re, hoc verbo fiat, quemadmodum ſolamur re, conſolamur verbo.

Cluen-

A *Cluentia.*) Romanarum mulierum nomina ex nominibus ijs quæ
prima ſequerentur, prænomina ſumi mos erat: vt P. Cornelius Sci-
pio, A. Licinius Craſſus, Cn. Papirius Carbo, C. Iulius Cæſar, M. Tul-
lius Cicero. Harum familiarum fœminæ, Cornelia, Licinia, Papiria,
Iulia, Tullia appellabantur. Qui mos in colonijs quoque & muni-
cipijs retentus eſt. Hæc igitur A. Cluentij auiti ſoror, Cluentia ap-
pellata eſt.

Tum vere illa egregia.) Ironia eſt, in qua particulam Vero ſępe poni,
alibi diximus.

Triumphat gaudie.) id eſt, lætatur maxime. vt in oratione pro L. Mu-
B rena: *Tum erupit è Senatu triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc ex-
ire non oportuerat.* Triumpho & gaudeo idem dicit libro Epiſtolarum
ad Atticum nono: *Atque ego eum ex ipſa re magnam capio voluptatem,
tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.*

In eadem domo.) In domo Melini. Nouam enim nuptam ad mariti
domum à propinquis duci mos erat.

Nubit genere ſocrus.) *Stomachum iudicis attenta auditione fatigatum, in
narratione ſententia breui interiecta reficere vtile eſſe, Quintilianus lib.* 3. ſcri-
bit. qualis illa pro Milone eſt, *Fecerunt ſerui Milonis, quod ſuos quiſq; ſer-
C uos in re tali facere voluiſſet.* Aliquando paulo liberior ſententia fit. qua-
lis eſt illa: *Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis autoribus, funeſtis o-
minibus omnium.*

Nullis auſpicijs.) Autore Valerio Maximo lib. 2. titulo de Inſtitutis
antiquis, *apud antiquos non ſolum publicè, ſed etiam priuatim nihil gereba-
tur; niſi auſpicio prius ſumpto. Quo ex more nuptijs,* inquit, *etiam nunc au-
ſpices interponuntur: qui quamuis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine
veteris conſuetudinis veſtigia vſurpantur.* Inde conijcio hic legendum
eſſe. Nullis auſpicibus; quemadmodum apud Quintilianum ſcri-
ptum inuenio.

D *Nullis autoribus:*) Id eſt, bonis ſuaſoribus. Autor enim in re bona,
vt impulſor in mala dicitur ſæpius.

Funeſtis ominibus omnium.) Id eſt, omnibus de his nuptijs male o-
minantibus.

O mulieris ſcelus incredibile:) Facta narratione; & adiecta breui
ſententia ad reficiendos iudicum animos, breuem facit egreſſionē.
qua poſt narrationem vtendum non eſt, niſi cauſæ vtilitas poſtulet.
Nam autore Quintiliano lib. 4. *nihil tam conſequens eſt, quàm narrationi
confirmatio: niſi egreſſio illa, vel quaſi finis narrationis, vel quaſi initium cōfir-
E mationis eſt. Erit ergo illi nonnunquam locus, vt ſi expoſitio circa finem atrox
fuerit, proſequamur eam velut ſpiritu erumpente protinus indignatione. Quod
tamen ita fieri oportebit, ſi res, in quam egreſſio eſt, dubitationem non habebit,
alioqui prius eſt quod obijcias verum efficere, quàm magnum: quia criminum
inuidia pro reo eſt, priuſquam probatur. difficillima eſt enim grauiſſimi cuiuſq;
ſceleris fides. Idem fieri non inutiliter poteſt, vt ſi beneficia in aduerſarium
aliqua expoſueris, in ingratum inueharis, aut ſi varietatem criminum narra-
tione demonſtraueris, quantum ab ea periculum intentetur oſtendas. Verum hæc
breuiter omnia. Iudex enim ordine audito feſtinat ad probationem, quampri-
mum certus eſſe ſententia cupit. Praterea cauendum eſt, ne narratio ipſa vane-
ſcat auerſis in aliud animis, & inani mora fatigatis. Idem paulo ante negat,
excurſionem in narratione eſſe debere niſi breuem, & talem, vt vi quadam vi-*

deamur

deamur effecti, & velut recto itinere depulſi: Qualis eſt, inquit, Ciceronis circa nuptias Saſſiæ, *O mulieris ſcelus incredibile, &c.* A

O libidinem effrenatam.) Ita in codicibus omnibus ſcriptum inuenio: & à Cicerone non ſemel dici effrenatum, pro eo quod eſt nullis legibus, nulla vi honeſtatis cohibitum, inuenire licet. Quintilianus vero *infrenatam* legit. Infrenatos equites, qui eqnis non frenatis vtatur, T. Liuius appellat libro 21. *Quocunque*, inquit, *circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris; veteranum militem, generoſiſſimarum gentium equites frenatos & infrenatos.* Tu vtramuis lectionem delige.

Non timuiſſe.) Huiuſcemodi queribundæ orationes de alicuius rei non factæ indignitate, ſine verbo modi finiti eſſe ſolent: vt in primo Æneid. *Me ne Iliacis occumbere campis Non potuiſſe?* Item, *Me ne incepto deſiſtere victam?* Quæ dicendi ratio familiaris maxime Terentio eſt. B

Vim deorum.) Id eſt, vindictam diuinam.

At illam ipſam noctem.) Autore Plutarcho in Problematis, *mos Romanorum erat, vt maritus cum noua ſponſa non die, ſed nocte in tenebris primum coiret, vt legitimis ac iuſtis connubijs pudor quidam & verecundia adhiberetur, quo maior contumelia illicitæ Veneri fieret.*

Faceſque illas nuptiales.) *In nuptijs quinque faces ex ſpina alba à quinque pueris matrimis & patrimis ferri ſolitas*, idem Plutarchus & Sext. Pompeius ſcripſerunt. C

Non limen cubiculi.) Noua ſponſa à propinquis in mariti domum deducebatur. ea vbi proxime acceſſerat, rapiebatur, & trans limen transferebatur, ne id limen tangeret. Apud eundem Plutarchum in eodem libro multa ratio eſt. Seruius libro Commentariorum in Æneida ſecundo, illam dicit rationem cur noua ſponſa limen non attingat, *quia veſtibulum Veſtæ conſecratum eſt, ſi limen, quod veſtibuli pars eſt, calcarent, ſacrilegium committere viderentur. Singula enim domus dijs conſecrata ſunt; vt culmina dijs penatibus, maceries quæ ambit domum Iouis Hercaeo.* D

Non cubile ſilia.) Illum morem fuiſſe apud veteres, qui nunc quoque ſæpe retinetur, conijcere licet, vt noua nupta cubile tribuat.

Non parietes) *Vxores ab vngendo dictæ ſunt, quaſi vnxores*, vt ſcribunt grammatici. cum enim puellæ nubebant, maritorum poſtes vngebant, vt ait Seruius, oleo: vt ait Plinius libro vigeſimooctauo, adipe ſuillo: vt eodem autore Maſſurius, adipe lupino: ne quid mali medicamenti inferretur. huius enim modi medicamentum lupos præſtare creditum eſt. ideo autore Plinio eodem libro, *veneficijs roſtrum lupi reſiſtere inueteratum eſſe aiunt, ob idque villarum portis præfigunt. Inde mos emanauit nobilibus, vt luporum, aprorum, ceruorum, aliorumque eiuſdem generis animalium capita ianuis ſuis præfigerent.* In poſtibus aliquid ineſſe religionis putauit antiquitas: ideoque *in dedicatione templi poſtem teneri oportebat*, vt ait Cicero pro Domo ſua. Poſuit igitur Cicero totum pro parte, aut parietes vere intelligit, in quibus nuptiæ ſuperiores factæ ſunt. E

Vicit pudorem libido.) Apoſiopeſis ſpecies eſt, quæ dicitur συνεζευγμένον, in qua vnum ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarum vna quæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Id accidit aut

A præpoſito verbo,ad quod reliqua reſpiciant: *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* aut illato, quo plura clauduntur: *Neque enim is es Catilina, vt te aut pudor vnquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit.* Autor Rhetoricorum ad Herennium libro quarto, hanc exornationem appellat adiunctionem.

Grauius faciendum.) Id eſt, prudentius.

Illa matre ne vteretur.) Id eſt, ne eam coleret, ne frequentaret, ne mane ſalutatum iret, ne alia in matrem officia exhiberet.

Initium quod huic.) Admonet quid narrauerit, vt dociles magis faciat auditores.

B *Simultatis.*) Id eſt, odij.

Pertinuiſſe hoc ad cauſam.) Quia breuis eſſe narratio debet, ideo cauendum eſt, ne quid in ea ſuperuacaneum ſit, vt omnia ad cauſam pertineant. Hæc autem narratio neque ad inuidiam iudicij Iuniani, neque ad crimina veneficij pertinere videtur. Ne igitur iudices taciti requirant, quorſum hæc narratio ſit, promittit fore vt intelligant iudices, cum reliqua audiuerint. Qua ratione eos quoque ad audienda reliqua attentos facit.

Cognoueritis.) Cognoſcere iudices perſæpe dicit.

Cuiuſmodicunque.) Id eſt, cuiuſcunque modi, per tmeſim: id eſt, C quantumcunque impudica, impia, improba ſit.

In iudicio filij.) Id eſt, in cauſa. id eſt, quantumcunque ſcelerata mater ſit, non oportet filium in cauſa ſua de eius turpitudine dicere Parentibus quod omnia, etiam noſmetipſos debeamus, confeſſa res eſt. Itaque autore Platone in libro de Legibus vndecimo, *parentes negligere nec Deus nec homo ſana mentis vnquam cuiquam conſulet.* Idem in Apologia, *æquum eſſe negat, vt quod à parentibus patiare, idem in eos referas. Neque liceat, ſi te hi iurgio laceſſant, eos contra iurgare: neque ſi te verberent, eos vicißim verberare: neque alia eiuſdem generis in eos tentare.* Hoc naturæ ius, quod liberis in parentes præſcriptum ſit, ignorare D ſe Cicero negat. Id ab eo ne iudices requirant, occupat: docetque taceri iure non poſſe, quæ in Saſſiam dicat. Autore Quintiliano lib. 11. *ea quæ ſunt natura parum ſpecioſa, quæque non dicere, ſi vtrumlibet eſſe liberum, maluiſſemus, indecora ne ſint dicentibus. Quid aſperiorem habere frontẽ poteſt, aut quid aures hominum magis reſpuunt, quam quum eſt filio filij ve aduocatis in matrem perorandum?* Aliquando tamen neceſſe eſt, vt in cauſa Cluentij Auiti. *ſed non ſemper illa via, qua contra Saſſiam Cicero vſus eſt: non quia non ille optime, ſed quia plurimum refert qua in re, & quomodo lædat.* Itaque illa cum filij caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen, quæ ſola ſuperarent, diuine Cicero ſeruauit. E Primum, ne obliuiſceretur reuerentiæ, quæ parentibus debetur: Deinde, vt repetitis altius cauſis diligentiſſime oſtenderet, quam id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. Primaque hæc expoſitio ſit, quanquam ad præſentem quæſtionem nihil pertinebat: adeo in cauſa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid diceret. Fecit itaque nomen parentis non filio inuidioſum, ſed ipſi in quam dicebatur. Poteſt tamen aliquando mater & in re leuiore, aut minus infeſta, contra filium ſtare tum lenior atque ſummiſſior decebit oratio. Nam & ſatisfaciendo aut noſtram minuemus inuidiam, aut etiam in diuerſam eam transferemus: & ſi grauiter dolere filium palam

erit,

erit, credetur abeſſe ab eo culpam, fietque vltro miſerabilis. A

Oportere.) Oportet & licet diſtinguuntur, velut ſpecies & genus. Nam quicquid oportet, licet: non contra, quicquid licet, oportet. Id ſignificat Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo: *Eſt* (inquit) *aliquid, quod non oportet, etiam ſi licet: quicquid vero non licet, certe non oportet.* Huc pertinet illud pro Milone: *Satis iudicatum eſt à Pompeio, falſo iſta conferri in Milonem, qui legem tulit, qua, vt ego ſentio, Milonem abſolui oporteret: vt omnes confitentur, liceret.* Item illud ex Actione 5. in Verrem: *Nam illud genus tertium deductionis erat eiuſmodi, quaſi non modo liceret, ſed etiam oporteret: nec ſolum oporteret, ſed plane neceſſe eſſet.* Vix igitur oportere, id eſt, non licere & vix oportere. B

In communibus hominum ſenſibus.) Communes hominum ſenſus ſunt, per quos communiter homines per ſe ipſi ſentiunt. vt odium eius qui nocuit, amor eius qui profuit, ex communi hominum ſenſu naſcuntur. Cicero pro Domo ſua, communem ſenſum naturæ appellat, quod is ſenſus à natura datus omnibus ſit. *Accepi*, inquit, *Pontifices magnum atque incredibilem dolorem. non nego, neque iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur. An ego poteram (quum tot rerum tanta varietate diuellerer, quas iccirco prætereo, quod ne nunc quidem ſine fletu commemorare poſſum) inficiari, me eſſe hominem, & communem naturæ ſenſum repudiare?* C

In ipſa natura.) Hominum.

Nihil in vita vidit.) Id eſt, nihil ſenſit. Videre enim abuſiue ad alios ſenſus refertur. Teren. in Hecyra: *Audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis.* Idem in Eunucho: *Audire vocem viſa ſum modo militis.* Autore Donato, *omnes ſenſus viſa dicuntur, ab eo quod eſt certiſſimus oculorum ſenſus.*

Quæ futura eſt.) Poſt peractam cauſam teſtes interrogabantur, niſi lata lege contra fieret. vt in cauſa Milonis, lata lege à Cn. Pompeio, ante actionem cauſæ interrogati ſunt D

Adornata.) Inuenta, comparata, & inſtructa. vt in fine huius orationis: *Totius denique huius ab illa eſt & inuenta & adornata comparatio criminis.*

Romam aduolauit.) Hoc poſtea dicet amplius.

Aduolauit) Hoc verbo nocendi cupiditatem expreſſit.

Pecunioſa.) Hoc nomen hoc loco inuidioſum, tanquam accuſatores & teſtes facile corrumpat.

Inſtituit teſtes.) In duobus codicibus manuſcriptis Inſtruit, non inſtituit ſcriptum eſt. quæ lectio repudianda non eſt, quod ante dixerit, copiam teſtium à matre inſtrui. Quæ lectio ſi placet, legendum eadem ratione eſt, Inſtruit accuſatores. Inſtruit igitur, id eſt, docet & exercet quid dicturi ſint. *Voluntarios teſtes multum docet ante verſandos, ac varijs percontationibus (quales haberi ab aduerſario poſſunt) explorandos eſſe*, Quintil. lib. 5. ſcribit. E

Squalore huius.) Reos in foro ſqualidos & ſordidos eſſe ſolitos, ignotum non eſt. Id ad mouendam iudicum miſericordiam fieri, ideoque propinquorum quoque ſimilem habitum profuiſſe, Quintil. lib. 6. ſcribit.

A *Sanguinem ſuum profundere.*) Magna odij ſignificatio eſt, quum qui odit, quod grauiſſimum eſt pati velit, modo idem ante paſſus ſit inimicus.

Hac niſi omnia perſpexeritis.) Quamuis nimiam cauſæ noſtræ fiduciam oſtentare iudicibus non debeamus, noſtrarum tamen probationum perſpicuam claritatem iudici. promittere debemus. hac enim ratione animos eorum nobis conciliamus, eoſque attentiores facimus. Ideo Cicero pro Milone probaturus inſidias à Clodio Miloni factas: T. inquit, *Annij Tribunatu; rebus omnibus pro ſalute Reipubl. geſtis, ad huius criminis defenſionem non abutemur, niſi oculis videritis inſi-*
B *dias Miloni à Clodio factas, &c.* Itemque: *Sed ſi illius inſidiæ clariores hac luce fuerint, tum denique obſecrabo obteſtaborque vos iudices, ſi cætera amiſimus, hoc ſaltem nobis vt relinquatur, ab inimicorum audacia teliſque vitam vt impune liceat defendere.*

Temere.) Id eſt, imprudenter, & tanquam ad agendam cauſam idoneus non ſim.

Appellari.) Id eſt, nominari tam turpiter in cauſa filij

Nunc iam ſummatim) Quod in ſingulis fere quæſtionibus Cicero admonere ſolitus ſit, quid ſit dicturus, admonuimus: id in hac oratione ſæpe licet animaduertere.

C *Summatim exponam.*) Id eſt, breuiter narrabo.

Conſtantiam.) Id eſt, in accuſando perſeuerantiam: quæ non fuiſſet, ſi iudices corrupiſſet. cauſæ enim diffidens, ad tentandum iudicium confugiſſet.

Vi & neceſſitate coactum.) Cluentij animum ab Oppianici; qui eius vitricus erat, accuſatione remouet. Id etiam dicit: vt neque accuſatorio animo, neque oſtentatione, neque gloria adductum Cluentium ad Oppianici accuſationem oſtendat.

Quum manifeſto venenum deprehendiſſet.) Qua ratione manifeſto deprehenſum ſit, poſtea dicet: Manifeſto vſitatius quam manife-
D ſte à Cicerone dicitur Autore Priſciano lib 15. *multa ex adiectiuis nominibus ipſa terminatione datiui pro aduerbijs accipiuntur, vt fálſó, conſultò, poſtreme, ſedulo, auſpicato, augurato, manifeſto; priuato, precario, merito: priuatim tamen, non priuato dicendum putem* Sed manifeſte pro L. Flacco Cicero dicit, ſi emendatus locus eſt: *Apamea manifeſte comprehenſum.*

Vir.) Id eſt, maritus.

Oculis ac manibus teneretur. Id eſt, clariſſima & certiſſima eſſet.

Quam diligenter.) Nam diligentiſſime atque laborioſiſſime accuſabant, qui ſe ipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt.
E Hoc autem Cicero dicit, ne accuſandi negligentia Cluentium ad tentandum iudicium excitaſſe credita fuiſſet.

Propoſitum vitæ periculum.) Quod Cluentij vitæ Oppianicus propoſuerat.

Pauca crimina.) Hoc dicit, vt plura teſtare intelligant iudices.

Illius iudicij.) Quo damnatus Oppianicus eſt.

Bello Italico.) De eo ſcribimus pro M. Fonteio.

Hæredem reliquit.) Relinquere hæredem & ſcribere ratius, *facere hæredem* ſæpiſſime Cicero dicit.

Sororis ſuæ filium.) Nepotem ex fratre aut ex ſorore à Iuriſperitis imperite dici, alias admonuimus nam fratris aut ſororis filius

dici

diei ſolet à doctis. Nepos autem reſpectu aui, vt filius reſpectu patris dicitur. A

Eumque partiri cum Dinea.) Hoc ideo dici arbitror, quia mulieres iure ciuili Romanorum hæredes non fiebant: & lege Voconia cautum erat, ne quis homo cenſus, id eſt, pecunioſus vnicam habens filiam, eam faceret hæredem. Quum igitur matrem Dineam hæredem facere Cn. Magio non liceret, id ei legauit, vt cum ſororis filio Oppianico, quem faciebat hæredem, partiretur.

Venit index ad Dineam.) Index eſt, qui vel præmij vel impunitatis ſpe, aut humanitate illectus, de ſe volens aliquid aut de alijs prodit. B

Neque obſcurus neque incertus.) Id eſt, qui vera indicare videretur, & vt vulgo dicunt, daret certa ſigna de M. Aurio.

In agro Gallico.) Nobis tranſalpino. Tranſalpina Gallia Alpibus & Rubicone fluuio terminabitur.

Amiſſis.) Id eſt, mortuis. Amittere, pro eo quod eſt morte perdere, perſæpe dicitur.

Neceſſarios.) Id eſt, amicos.

Nepotem ſuum.) Id eſt, filiæ ſuæ Magiæ filium.

His diebus paucis.) Id eſt, paucis diebus poſtquam teſtamentum fecit. C

Gallicanum.) Priſcianus libro ſecundo de poſſeſſiuis nominibus ſcribens, à locis quoque ea fieri dicit, vt ruſticanus, vrbanus, oppidanus, Capitolinus, Palatinus, Eſquilinus, Gallicanus, vicinus, externus. Gallicanos autem appellari putem, Gallos eos qui ſint extra Galliam, quos itidem Gallos appellari non negem. Suetonius in vita Neronis: *Quicquid in vrbe hominum Gallicanorum eſſet, contrucidare.*

Non magna iactura facta.) Id eſt, data parua pecunia.

Inueſtigandi.) Id eſt, inueniendi & recuperandi: quod præcedit, pro eo quod ſequitur. D

Experiens.) Qui expertus vulgo dicitur. vt in Act. in Verrem ſexta: *Tu P. Caecurij promptiſſimi hominis & experientis, & in primis gratioſi ſuppellectilem omnem auferre non dubitaſti.* Et Actione 5. *Nympho eſt Centuripinus, homo nauus & induſtrius, experientiſſimus ac diligentiſſim. arator.*

Clariſſima voce.) Id eſt, vt vulgo loquuntur, altiſſima. Inde clare dicere, id eſt, alte loqui: vt ſuppreſſa voce & leniter, id eſt, ſubmiſſe. vt in oratione pro P. Sylla: *Qui quum ſuppreſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixiſſet, tantummodo vt vos qui ea probatis, exaudire poſſetis, de ſupplicio P. Lentuli, de carcere magna & queribunda voce dicebat. In quo primum illud erat abſurdum, quod quum ea qua leniter dixerat, vobis probare volebat: eos autem qui circum iudicium ſtabant, audire nolebat: non intelligebat ea quæ clare diceret, ita illos audituros, quibus ſe venditabat, vt vos quoque audiretis, qui id non probatis.* Item libro de Offic. 1. *Quum orationis iudicem vocem habeamus, in voce duo ſequamur, vt clara ſit, vt ſuauis, vtrunque omnino à natura petendum eſt: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſſe loquendum & leniter.* E

Denunciarat) Id eſt, indixerat, ſignificauerat & minatus fuerat ſe Oppianici nomen delaturum. Denuntiare enim eſt indicere, &

A prænunciare, & vt ita dicam, præſignificare : idq; in mala re dicitur, ideoq; minari ſignificat. vt denunciare inimicitias, periculum, bellū. Cicero pro L. Flacco: *Non ſum arbitratus quenquam amicum Reip. poſteaquam L. Flacci amor in patriam perſpectus eſſet, unum huic inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturum.* Idem libro epiſtolarum ad Atticum ſecundo: *Clodius mihi a ſtinc denunciat periculum.* Idem lib. de Offic. I. *Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante ſit & indictum.*

Q. Metelli) T. Liuio autore, Q. Metellus Pius partes optimatium ſecutus, caſtra in Africa habuit, non multo ante L. Syllæ victoriam.

B *Nunquam ſe iudicijs.*) Hac ratione probat Oppianicum cædis M. Aurij fuiſſe conſcium. vt contra pro Milone, Milonem poſtero die, quam inſidiatorem Clodium necauerat, nullo metu perterritum, nulla conſcientia exanimatum Romam reuertiſſe, ſeq; populo Romano, Senatui, publicis præſidijs, Cn. Pompeio Conſuli tradidiſſe dicit: *Magna, inquit, vis eſt conſcientiæ, & magna in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiſerunt: & pœnam ſemper ante oculos verſari putant, qui peccauerint.*

Inermem.) In Larinum hoc loco in codice manuſcripto quod legatur, non placet: inermem placet. Inermem autem dicimus, qui

C etiam ſine telo eſt: telum autem in concionem, in forum, in curiam ferri non licebat. Itaque autore Cicerone, quum Senatus in Capitolio haberetur frequentiſſimus, inuentus eſt Senator, qui Milonem cum telo eſſe diceret, excuſſo Milone telum nullum inuentum eſt. Inermem pro reo dicere videtur, vt pro M. Fonteio: *Dicunt qui ex bello, cæde, fuga: nunc primum audent contra M. Fonteium inermem conſiſtere.*

Inimicis.) Id eſt, accuſatoribus, qui reo aduerſarij ſunt & inimici.

Per illam L. Sylla vim.) Quum pulcherrimam victoriam pernicioſiſſima Reipub. peſte L. Sylla commutauit, quum tam multas bonorum ciuium proſcriptiones fecit.

D *Quatuor viros.*) Dicit, vt duumviros, triumuiros, quinqueuiros, &c. dicimus.

Fecerant.) Id eſt, creauerant: *vt facere Conſules, aliosque magiſtratus*, ſolet dicere Cicero.

Suſtulit.) Id eſt, necauit, à tollendo.

Eiusque filium.) Id eſt, Aurium filium C. Aurij. Id enim facere ſolet Cicero, vt quum filius eodem nomine & prænomine, quo pater appellatur, hunc prænomine, illum nomine appellet: quemadmodum ſi dicas, Marcus Ciceronis filius. id vulgus diceret: M. Cicero M. Ciceronis filius.

E *Quo ſequeſtre.*) Sequeſtres, vt ait Aſconius, *ſunt apud quos deponitur pecunia.* quum enim teſtes, iudices, aliive qui corrumpuntur, ijs non prius datur pecunia, quam quod promiſerunt executi ſunt: ideoque apud ſequeſtres, vt & vulgo dicunt, in manu tertia, pecunia deponitur. Sequeſtri autem, non ſequeſtre, ex præcepto Priſciani lib. 7. legendum eſſet.

Quo ſequeſtre in illo iudice corrumpendo.) Autore Cicerone in primo de Offic. libro, *iniuria à metu aliquando proficiſcuntur: quum is qui facit, timet ne niſi id fecerit, aliquo afficiatur incommodo; vt ſi quis ſeruum cui ſceleris cõſcium interfecerit, metuens ne ab eo indicaretur.* Huiuſmodi hominem perinde puniendum ac ſi occidiſſet ciuem, Plato cēſet libro de Legib. 6.

Sex.

Sex. igitur Virium occidit Oppianicus, metuens ab eo ne indicaretur. A

In cauſa.) Oppianici.

Hac parua ſunt, cognoſcite reliqua.) Dociles & attentos auditores facit.

Aliquandiu incolumem.) Id eſt, citius in iudicium non vocatum.

In matrimonium ducere.) Fœmina ſola nubere dicitur, vir autem ducere in matrimonium, ducere in vxorem, habre vxorem, & habere in matrimonio. Terentius in Adelphis: *Patrem ita obſecraturum, vt liceat ſibi hanc in vxorem ducere.* Idem in eadem comœdia: *Quod fortunatum iſti putant, vxorem nunquam habui.* Cicero pro P. Quintio: *P. Quintij conſobrinam habet in matrimonio Nauius, & ex ea liberos.* Idem pro A. Cecinna: *Is habuit in matrimonio Ceſenniam, eodem è municipio, ſummo loco natam, & probatiſſimam fœminam.* Hoc autem poſtremum dicendi genus Ciceroni magis familiare eſt. B

Cuius virum A. Aurium occiderat) Is non eſt A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis, quem proſcribendum interficiendumq́; Oppianicus curauit. A enim Aurius Melinus Saſſiæ maritus adoleſcens erat, vt ante dixit: eius autem cædem in tranſcurſu nominat, vt putent iudices multa Oppianici crimina ab eo prætermitti. Virum pro marito ſæpe hic Cicero dicit, ſæpius apud Terentium inuenire licet. C

Humanitatem.) Ironia eſt.

Magnopere contendit.) Id eſt, inſtanter & vrgenter petit: nam contendere magis eſt quam petere.

Haberet tres ille filios) Vnum ex Magia, nomine Oppianicum, cuius in hac oratione Cicero ſæpe meminit, alterum ex Papia, tertium ex Nouia natum.

Ab his nuptiis abhorrere.) Id eſt, nolle huic nubere.

Domo.) Id eſt, ex domo, ex familia, ex filiorum cæde.

Nam quum haberet ex Nouia, &c.) Hæc oratio perfecta non eſt: id à Cicerone aliquando fieri, vt ex tempore videatur oratio, alibi docuimus. D

Papia natus.) Hæc Papia Milonis propinqua erat; nam Milonem ex Papia familia fuiſſe, & adoptatum à T. Annio auo materno, Aſconius ſcribit.

Natus Papia.) Dicitur etiam natus ex Papia. Terent. in Adelphis: *Ex me hic natus non eſt, ſed ex fratre.*

Theani Apuli.) Theanum Italiç oppidum eſt duplex: eſt enim Theanum Sidicinum, cognomine Nola, in Appia via poſitum: & Theanum Apulum, vt Plin. lib. 3 & Strabo libris 5. & 6. ſcribunt. E

Decem & octo millia.) Nomina menſuram ſignificantia in accuſatiuo potius quam in ablatiuo ponenda, ſcribimus in Progymnaſmatis. Millia autem, non miliaria in numero plurali dicere ſolet Cicero, quemadmodum in numero ſingulari miliare aut miliarium, vt de Claris oratoribus: *Videmus item paucis annis poſt exactos reges, quum plebs prope ripam Anienis, ad tertium miliarium conſediſſet.* Lib. Epiſt. ad Attic. 8. *Siquidem etiam vos duos tales ad quintum miliarium.* Et lib. 6. *Accepi tuas litteras ad quintum miliare Laodiceæ.*

Hora vndecima) Id eſt, hora ante ſolem occidentem. De horarum obſeruatione alibi ſcribimus.

A *Veſtridie*) Id eſt, ea ipſa nocte, ſed poſt mediam noctem; nam à media nocte initium dici à Romanis ſolitum ſumi, ex A. Gellio ſatis cognitum eſt.

A tempore.) Veneni ſuſpicionem auget.

Antequam luceret.) Mortuorum corpora noctu efferri ſolebant, ideoq; tedæ accenſæ præferebantur.

Combuſtus eſt) De ratione comburendi cadauera, Plinius cap 54. lib 7. ſcribit.

Ex Oppianici familia) Hoc valet ad veneni dati probationem.

Exequiarum munus.) Quod propinqui ſolent obire, vt autore Seruio B in lib Æneid. 4 *lauare cadauera dabatur proximis.* Vnde mater Euryali, *Nec vulnera laui Veſte tegens.*

Iam ſepulto) Id eſt, cremato & condito. *Sepelire* enim, vt ait Plinius cap. 54. lib. 7. *eſt quoquo modo condere: humare vero, humo tegere.*

De integro) Id eſt, renouando, & vt vulgo dicunt, reincipiendo.

Ille alter.) Nouia natus.

Nuptialibus donis) Quibus mariti ſponſas donare ſolent.

Iucundum.) Alij codices habent *Iucundius*, quæ lectio mihi videtur melior: vt *Iucundius* referatur ad *Cupidiores*

Sentio iudices.) Quia iudices commoueri videt audiendis Oppianici C criminibus, quæ exponat, multo magis commoueri debuiſſet tum iudices, quum à Cannutio Oppianicus accuſabatur, oſtendit. Quod ſi ita eſt, nihil mirum eſt Oppianicum diffidentem cauſę ſuæ, iudicium pecunia tentaſſe.

Pro veſtra humanitate.) Aliquando ſpargendæ ſunt laudes iudicum, vt magis fiant beneuoli: idq; breuiter faciendum, ne qua ſuſpicio aſſentationis ſubrepat.

In quem iudices non eſtis, &c.) Hæc eo pertinent, vt oſtendat Cicero hos iudices minus commoueri debere, quam olim commoti ſunt ij qui Oppianici cauſam cognoſcebant

D *In quem iudices non eſtis.*) Iudex in reum dicitur, non in accuſatorem, vt paulo poſt: *A quibus ſi qui quærerent, ſediſſent ne iudices in C. Fabricium? ſediſſe ſe dixerent.*

Quem odiſſe iam non poteſtis) Quia mortuus eſt; mortuos odiſſe non debemus iis ne maledicamus, Chilo Lacedæmonius autore Laertio ſuadet. Illiberale eſſe, & cogitationis auaræ & muliebris & vilis, cadauer ſpoliare, hoſtemq; putare mortui corpus, Plato ſcribit in libro de Repubĺ 5. quum ipſe aduerſarius abierit, cum quo pugnabat relicto.

Ab accuſatoribus.) Cluentio & Cannutio.

E *Aceruatim.*) Id eſt, magis adiuncta & cohærentia.

Quæ amita.) Amita ſoror patris eſt. Inde Amitini, qui ex fratre & ſorore nati ſunt.

Nec diutius vixit quam locuta eſt.) Id eſt, loquendo mortua eſt.

Quæ ſolent eſſe indicia.) Si tumore aut liuore decoloratum corpus mortui eſt, ſignificat eum veneno necatum, vt eſt in libro Rhetoricorum ad Herennium ſecundo. *Liuores & tumores veneficij & crudelitatis ſigna eſſe communia.* Quintilianus lib. v. ſcribit.

Fraterni parricidio.) Parricidam appellauerunt veteres eum, qui hominem aliquem occidiſſet, qui ſcilicet parem, id eſt ſecum pari iure vtentem cecidiſſet: quod inter ciues eſſe debeat æquabilitas, itemq;

inter

inter ciues & peregrinos. Inde ab hoſtiendo, id eſt, ab æquando, peregrinos apud Romanos veteres apellatos fuiſſe hoſtes, Sex Pompeius ſcribit. Inueterauit poſtea, vt qui filium, vel parentem, vel fratrem, vel ſororem occidiſſet, is parricida appellaretur. Itaq; cum adiuncto parricida appellari cœpit T. Liuius lib. 40. *In ea cæna dicitur venenum datum: poculo epoto extemplo ſenſit, & mox coortis doloribus, relicto conuiuio, quum in cubiculum recepiſſet ſeſe, crudelitatem patris conquerens, parricidium fratris, ac Didæ ſcelus incuſans, torquebatur.* Idem lib. 3. *Orabat ne quod ſcelus Ap. Claudij eſſet, ſibi attribuerent, non ſe vt parricidam liberum auerſarentur.* Illud tamen fit, vt vocabulis etiam ſpecialibus appellentur, qui propinquum necauerint: Cicero ad Quintum fratrem: *Altera eſt de Blandenio Zeuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi à me intime commendari.* Idem pro Domo ſua: *Quid de me quod tuliſſe dicis parricida, fratricida, ſororicida, non ne extra ordinem tuliſti?*

Aditum ſibi aliis) Tam nefarium enim ſcelus primum admittere auſus non fuiſſet, niſi prius alia commiſiſſet. Nemo enim fit repente malus. Ideoq; qui alia ſcelera admiſiſſet, commentus ſit, ab eo admiſſum eſſe id de quo controuerſia eſt, magis eſt credibile.

Vna) Id eſt, ſimul.

Ne partu eius.) Si quis ex ea filius naſceretur.

Fratris autem liberos.) *Liberos* pro *vnico filio, vnicáve filia* dici, A. Gellius lib. 2 ſcribit.

Nihil ſanctum.) Id eſt, ab eius iniuria tutum. Metianus enim iuriſconſultus lib. Digeſt. 1. de rer. diuiſ. *ſanctum id eſſe dicit, quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt.*

Memoria teneo.) Triphonius Iuriſc. lib. Digeſt. 48. hoc Ciceronis exemplum pro re iudicata de lege aduocat.

Memoria teneo.) *Oratoris eſt, amplificare quæ cauſæ ſuæ vtilia ſunt. Amplificationem ex comparatione aliquando fieri,* Quintil lib. 8. ſcribit, *in qua nonnunquam propoſito ſimili exemplo efficiendum eſt; vt ſit maius id quod à nobis amplificandum eſt, vt Cicero pro Cluentio, quum expoſuiſſet Mileſiam quandam à ſecundis hæredibus pro abortu pecuniam accepiſſe: Quanto eſt, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore ſupplicio dignus? Siquidē illa quum ſuo corpori vim attuliſſet, ſe ipſa cruciauit: hic autem idem illud effecit, per alieni corporis vim atq; cruciatum.*

Quum eſſem in Aſia) Cicero quum iam biennium in cauſis verſatus eſſet, eum hortati ſunt amici & medici, vt cauſas agere deſiſteret, quia in eo ſumma erat gracilitas & infirmitas corporis: procerum & tenue collum: qui habitus & quæ figura non procul abeſſe putatur à vitæ periculo, ſi accedit labor & laterum magna contentio. Aſperata dicendi gloria Cicero diſcedendum non putauit: ſed quum cenſeret remiſſione & moderatione vocis, & commutato genere dicendi ſe & periculum vitare poſſe, & temperatius dicere, vt conſuetudinem dicendi mutaret, in Aſiam profectus eſt, vt idem ſcribit de Claris Oratorib.

Rei capitalis eſſe damnatam.) Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit, eam in exilium Perſes prouinciæ exiget, vt ait Vlpianus ad legem Cornel. de ſicariis, lib. Digeſt 48.

Ab hæredibus ſecundis.) Secundus hæres dicitur, vt ait Boëtius lib.

A Comment. in Top. Cic. 2. *qui hæredi inſtitute ſubſtituitur: veluti ſi quis filium inſtituat hæredem, ſcribatq́ ſi is filius intra pubertatem deceſſerit, nepotem vel quemlibet alium hæredem eſſe oportere.*

Abegiſſet.) Id eſt, eiecifſer. Vtrumq; enim verbum in hac re proprie dicitur.

Spem parentu.) Hæc Cicero dicit, vt crimen exaggeret.

Per alieni corporis mortem atq; cruciatum) Quintilianus legit, per alieni corporis vim atq; cruciatum. Quæ lectio magis placet, ne ſit ordo rerum peruerſus.

Suſcipere.) Id eſt, committere: vt *ſu[ſ]cipere facinus*, poſtea Cicero dicit:
B de cuius verbi vſu alibi ſcribimus.

Sororis ſuæ filium) Id eſt, Oppianum, Oppianici & Magiæ filium.

Faceret.) Imperfectum tempus ſignificat. Oppianicum enim ſororis filium hæredem faciebat: ſed priuſquam perficeret, venit ei in mentem, vt vxorem interrogaret, eſſetne prægnans.

Præſente matre.) Non, quod vulgo dicunt, in præſentia matris: vt abſente matre, non in abſentia matris, dici ſolet.

Eſſetne prægnans.) Autore Sex. Pompeio, *Grauida eſt quæ iam grauatur conceptu: Prægnans, velut occupata in generande, quod conceperit: Inciens, propinqua partui, quod incitatus ſit fœtus eius.* Donatus in Hecyram Te-
C rentij, *prægnantem quaſi ante natum, vel ante genitricem appellatam dicit:* Hoc autem loco prægnans dicitur, quæ recens ſe ſentit concepiſſe, cuius venter intumeſcere nōdum cernitur: vt ante grauidam Auriam dixit, cuius iam appropinquare partus videretur.

Legat grandem pecuniam à filio.) Id eſt, ſi filius ex ea naſcatur, qui hæres teſtamenro inſtituitur.

Grandem pe[c]uniam.) Grandis quamuis multis de rebus dicatur, ſæpius tamen ad ætatem & ad pecuniam refertur: vt ante dixit grandem & nubilem filiam.

A filio, ſi qui natus eſſet.) Nam ſi nata eſſet filia, ea lege Voconia
D hæres non eſſet. De qua lege ſcribimus in Commen. in Cic. de Senectute.

Quum eius filium faceret hæredem) Vt ante dixit, hæredem illum ſororis ſuæ filium faceret. Vel hæredem ſecundum hic intellige[re].

Longe animo proſpexiſſe morientem.) Animus appropinquante morte multo eſt diuinior: nam & id ipſum vident qui ſunt morbo graui & mortifero affecti, inſtare mortem. Itaque his occurrunt plerunq; imagines mortuorum, tumq; vel maxime laudi ſtudent: eosq; qui ſecus quam decuit vixerunt, peccatorum ſuorum tum maxime
E pœnitet. Diuinare autem morientes, etiam illo exemplo confirmat Poſſidonius, quo affert *Rhodium quendam morientem ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinceps moriturus eſſet:* Autor eſt Cicero in lib. de Diuinat. 1. Quo eodem in libro autore, *quum Calanum Indum ad mortem proficiſcentem rex Alexander rogaret, ſi quid vellet, vt diceret: Optime, inquit, propediem te videbo: quod ita contigit. Nam Babylone paucis poſt diebus Alexander eſt mortuus.* Eodem autore in libro Tuſculanarum quæſtionum primo, *Theramenes Critiæ qui ei venenum præbuerat, vere mortem eſt eam auguratus, quæ breui conſecuta eſt.* Apud Homerum & Virgilium quam ſæpe id fiat, vt morien-

moriẽtes inimicis ſui mortem vere denuncient, nihil attinet dicere.

Non debitam.) Nondum enim pepererat.

Abortionis.) *Aborſus & abortus ita diſtinguuntur à Non. Marcello, vt ſit aborſus qui eſt in primis menſibus, quum conceptui exordium factum eſt: abortus, prope tempus pariendi.* tunc enim *moritur quod naſcitur. Abortum grauidæ mulieris dici, quod non ſit tempeſtiue ortum*, Sex. Pompeius ſcribit.

Tum.) Quum Oppianici cauſa ageretur.

Ex tabulis Oppianici) Quas Oppianicus fecerat, quum ea munera emeret, nec (vt conijcio) ſolueret. B

Nihil poſſe iam.) Amplificat Cicero ſcelus, quod hæc Magij vxor Oppianico nupſerit menſe quinto poſt mariti vxorem.

Obteſtatione.) Id eſt, obſecratione.

Decem illis menſibus.) Autor eſt Ariſtoteles libro de Natura animalium 7. *quum vnum pariendi tempus natura conſtitutum ſit cæteris animantibus, homini vni multiplex datum. nam ſeptimo menſe, & octauo, & nono, mulier parere poteſt: & quod ſæpiſsime fit, decimo. nonnulla etiam vndecimum tangunt.* Ea de re A quoque Gellius ſcripſit. *Vt hac ætate perſuaſum ferè omnibus eſt, artum edi menſe nono, ita veteres menſe decimo parere mulierem putabant.* Apud poetas id tam ſæpe licet inuenire, vt vix aliud inuenias ſæpius. Ouid. in libro Faſtorum 1. cauſas cur Romulus annum decem menſium conſtituerit exponens, hanc quoque ſcribit: *Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans, Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.* C

Quanto menſe poſt viri mortem) Mos erat Romanorum, vt mortuos maritos vxores omni auro purpuraq́; poſita annum lugerent, eumque annum viduæ manerent. Quum annus decem menſium erat, decem menſes lugebatur. Ouidius libro Faſtorum primo, de anno decem menſium à Romulo conſtituto ſcribens: *Per totidem menſes,* inquit, *à funere coniugis vxor Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.* Poſt annum licebat ijs iterum nubere: *Quæ vno autem contentæ erant matrimonio, corona pudicitiæ honorabantur:* vt eſt apud Valerium Maximum lib. 2. tit. de Inſtitutis antiquis. D

Celebrata.) Id eſt diuulgata.

Summa egeſtate.) Egeſtas fere in mala re dicitur, quę ſcilicet ad maleficium hominem impellit. Facit Virg in lib. Aeneid. 6. vt in veſtibulo inferorum ſedeat *turpis egeſtas*.

Arte quadam præditus, &c) Id eſt, adoleſcentulis ſcorta ſubminiſtrans.

Immerſit ſe.) Id eſt, penitus deuenit, & tanquam ſe abdidit in conſuetudinem, id eſt, familiariſſimus ei factus eſt amicus. E

Tanquam machina admota.) Sumpta ſimilitudo ex vrbium obſidione, quæ admotis machinis expugnantur & capiuntur. Et quia in his machinis vis maxima eſt, *omnes machinas adhibere* Cicero dicit in lib. Epiſt. ad Brutum, pro eo quod eſt, omnes vires adhibere. *Ad reliquos,* inquit, *hic quoq́ labor mihi acceſſit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam ſubeam temeritatis.*

Fortunas patrias.) Id eſt, patrimonium.

In ſolitudine) Id eſt, in vrbe minus frequenti.

In turba.) Id eſt, in vrbe frequentiore, vbi quæ admittuntur ſcelera ſunt obſcuriora, propterea quod minus multis noti ſint, ea qui admittunt.

A *Veſtigiis conſecutus eſt.*) Id eſt, illico poſt ſecutus eſt, isque eos tam maturè ſecutus eſt, vt eorum veſtigia nondum turbata fuerint.

Iam vt Romæ vixerint.) Quæ in re tali fieri ſolent, Cicero breuiter enumerat, vt quod narrat credibile ſit: ea autem ſe dicit prætermittere, vt breuis narratio ſit: ea enim dicere, ad rem præſentem non multum attinet.

Adiutore) Perpetuum non eſt, quod Donatus ſcribit in Phormionem Terentij, *adiutores in re bona, impulſores in mala dici.* Adiutorem in re mala ſæpius, quam in bona impulſorem inuenire licet.

B *Aſſimulata.*) Id eſt, bene & callide ſimulatæ: nam particula ad vim habet augendi

Apud mulierculam quandam.) Quam ei Aiulius comparauerat.

Pernoctaret) Id eſt, noctem cubaret.

Obſignatores) Id eſt, teſtes, qui teſtamentum obſignarent. Nam vt eſt in Inſtit. Iuſtin. *In teſtamento faciendo adhibebantur edicto Prætoris ſeptem teſtes puberes, ciues Rom. qui teſtamentum obſignarent. Eos & ſignare & nomen ſuum aſcribere oportere*, Vlpianus dicit libro Digeſt. 28. de teſtamentis.

Illum Aſinium.) Quum eſſet Aiulius, eum tamen Aſinium Oppianicus appellabat.

C *Breui illo tempore*) Id eſt, ilico poſt.

Quaſi in hortulos.) Nam ſimulabat Aiulius, eum ſe in hortulos ducere. Sunt enim hortuli amœnitatum & voluptatum.

In arenarias) In arenæ fodinas.

Poſtremum.) Id eſt, poſtremo.

In eum inuadunt) Aiulium comprehendunt.

Qui tum erat Triumuir.) *Romæ erant Triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiam haberent, vt quum animaduerti oporteret, interuentum eorum fieret*, vt ait Pomponius Iuriſconſultus lib. Digeſt. 1. tit. de origine iuris.

D *Extrahitur domo.*) Larinum iam redierat Oppianicus, ſed Manilij mandato Romam reductus eſt.

Non ille honorem a pueritia) *Aliarum cauſarum iudices vituperare, niſi culpa in iis manifeſta ſit, Quintil. lib. 5. negat eſſe vtile. Vnus enim quiſq; iudicum vult firmam eſſe alterius ſententiam: & ipſe ſententiam laturus, non libenter facit exemplum, quod in ſe fortaſſe recidat.* Huius igitur Q. Manilij culpam manifeſtam Cicero oſtendit, vt paulo poſt Staleni, Bulbi, Guttæ, aliorumq; qui ab Oppianico iudices corrupti ſunt.

In diſcordiis ciuit) Quæ fuerunt inter Syllam & Marium, Cinnam & Carbonem, Lepidum & Catulum.

E *Ad eam col*) Columnam Meniam Cicero appellat in Diuinatione. *Menius*, autore Aſconio, *quum domum ſuam venderet Catoni & Flacco cenſoribus, vt ibi baſilica ædificaretur, exceperat ſibi ius vnius colūnæ, ſuper quam tectum proiiceret è preuolantibus tabulis, vnde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo columna Menia vocitata eſt, apud quam fures & ſerui nequam apud Triumuires capitales puniri ſolebant.*

Perdu'lus erat.) Hic ſignificat Cicero, improbos homines nulla quæſtione conſtituta, nulla diei dictione, nulla citatione ad Triumuiros, ad columnam Meniam adduci ſolitos, vt ante dixi: *In eum inuadunt, & hominem ante pedes Q. Manilij conſtituunt.*

Rem

Rem tranſigit.) Conuenit & paciſcitur cum Manilio. Tranſigere autem & paciſci diſtinguit Vlpian. lib. Digeſt. 2. tit. de Tranſactionibus: A
Qui tranſigit, inquit, *quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit. qui vero paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit.*

Crimen Aſinianum.) Id eſt, in Aſinium admiſſum.

Allegatos) Id eſt, adhibitos ad necandum Aſinium. vt Terentius in Andria. *Hoc modo te obſecro, vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.* Allegatum, inquit Donatus, id eſt adhibitum. Putabat enim Simo à Pamphilo Critonem adhibitum eſſe, qui Glycerium ciuem Atticam eſſe diceret, ad impediendas nuptias. B

Auiam tuam Oppianice) Apoſtrophe eſt: auertit enim ſermonem à iudicibus ad Oppianici filium. Hæc auerſio ſi rata eſt, Iudices fatigatos reficit.

Victorem.) Id eſt, voti compotem: id eſt, qui ſæpe necauit, quos voluit.

Curari.) Id eſt, medicari, & vt vulgo dicunt, medicinari. Inde curatio pro medicamento. vt in primo de Officijs: *Grauioribus autem morbis ancipites adhibent curationes.* Alioqui curare eſt ſanare: qua in re perſæpe dicitur.

Suos omnes.) Vt Numerium, Aurium, Cneium Magium & Magiam. C

Anconitanum.) Anconitanus gentile nomen eſt, ab Ancone vrbe Italiæ.

Pharmacopolam.) Id eſt, pharmacorum & medicamentorum venditorem.

Circumforaneum) Id eſt, fora multa multorum oppidorum circumeuntem, vt pharmaca ſua venderet. quod ſolent facere qui merces malas habent. Nam, vt ait Plautus, *proba merx facile emptorem inuenit, etiamſi in abſtruſo ſita eſt.*

Ipſius tabulis.) Quas ipſe Oppianicus confecit apud argentarios. D

Tum.) Id eſt, quum Oppianici cauſa à Cluentio ageretur.

Tranſigit) Hic pro eo quod eſt paſcitur, dicit.

Punctum temporis.) Id eſt, breuiſſimo tempore. vt pro P. Seſtio: *Illo, inquam, ipſo die, die dico? imo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi reique publicæ pernicies, Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt.* Idem actione in Verrem tertia: *Fatebor etiam illud inuitus, me prorſus, quum iſte punctum temporis nullum vacuum peccato præterire paſſus ſit, omnia quæ ab iſto commiſſa ſunt, non potuiſſe cognoſcere.* Hæc vox Ciceroni frequens eſt. Quod appellat punctum temporis, id Phyſici inſtans vulgo appellant.

Punctum eſt temporis.) Nomina enim tempus ſignificantia in accuſatiuo poni ſolent. E

Prendiſſet.) Id eſt, accepiſſet.

Qui gener eius fuiſſet.) Ei enim Magia Dineæ filia nupſerat.

Digito legata deleuit.) Vt ad eius filium hæreditas amplior perueniret. Significare videtur, in tabulis ceratis id teſtamentum ſcriptum.

Lituris.) Id eſt, deletionibus, & vt vulgo dicunt, raſuris. A linendo lituræ appellatæ ſunt. Cicero pro Archia poeta: *Metellus homo ſanctiſſimus modeſtiſſimusque omnium, tanta diligentia fuit, vt ad Lentulum Prætorem & ad iudices venerit, & vnius nominis litura ſe commotum eſſe dixerit.*

Hui-

A *His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij videtis.* Idem actione in Verrem quarta: *Quum hæc maxime cognoſceremus, & iam in manib. tabulas haberemus, repente aſpicimus literas eiuſmodi, quaſi quædam vulnera tabularum recentia.*

Coargueretur.) Id eſt, improbaretur & reprehenderetur.

Tranſcriptum obſignabit.) Id eſt, tranſcripſit & obſignauit Tranſcribere, in aliud exemplum ſcribere eſt, quod vulgo dicunt copiare. *Tranſcribere ſceptra colonis*, pro tradere. Virgilius in libro Aeneid. 7. dixit.

Signis adulterinis.) Id eſt, falſis, & aliorum quàm teſtium adhibitorum annulis factis.

B *Multa prætereo.*) Ad augendam rem quam tractat, & ad conciliandam attentionem, Cicero in hac oratione ſæpe dicit; multa ſe prætermittere, vt breuitati ſtudere videatur:

Similem ſui fuiſſe.) Id eſt, à ſuo more non deceſſiſſe.

Illum tabulas pub.) In tabulas publicas referebant Cenſores, quæ in Cenſura feciſſent, eæq; tabulæ in æde Nympharum aſſeruabãtur. Improbi homines à Cenſorib. notabantur, ideoq; ſcelera ſua in tabulas pub. nominatim referri ægrè ferebant. Quocirca P. Clodius, vt eſt in oratione pro Milone, ædem Nympharum incendit, vt memoriam

C publicam receſionis tabulis publicis impreſſam extingueret Eandẽ ob rem Oppianicus Cenſorias tabulas publicas Larini corrupit.

Illum tabulas Quintilianus libro nono dicit eſſe πολύπτωτον, quod μεταβολὴν Cæcilius dicit. durat autem eo vſq;, Peſtemq; fugiebant: ibi enim coniuncta rerum diuerſitas eſt.

Decuriones.) Id eſt, Larini Senatores. Municipiorum enim Senatores appellantur Decuriones

Nemo rem vllam contrahebat.) Id eſt, nemo de re vlla contractum faciebat.

D *Congreſſione.*) Id eſt, congreſſu. Congreſſus autem, quàm congreſſio, vſitatior eſt.

Abhorrebant.) Id eſt, veluti horridam rem deteſtabantur.

Nunquam accuſaſſet Habitus.) Animum Cluentij ab accuſatione vitrici remouet, eumq; neceſſitate coactum fuiſſe oſtendit.

Erat huic inimicus Opp) Id Cicero tanquam aduerſarius proponit, vt accuſandi voluntas oſtendatur. *Erat*, inquit Cicero, *ſed tamen erat vitricus.* Per hoc animum Cluentij ab accuſatione remouet.

Crudelis & huic infeſta mater.) Eſt itidem velut aduerſarij obiectio.

E *Attamen mater*) Obiectionis ſolutio eſt.

Tam remotum.) Id eſt, tam abhorrens.

Natura.) Cluentij natura ab accuſatione abhorrebat, quod benignus & humanus eſſet.

Voluntate.) Nam inuitus & coactus accuſauit.

Inſtituta ratione vitæ.) Id genus vitæ ſibi Cluentius conſtituit, quod à cauſis agendis alienum eſſet.

Quoquo modo) Etiam contra naturam, contra voluntatem, contra inſtitutam vitæ rationem.

Hæc ita eſſe.) Id eſt, accuſare quoquo modo poſſet, quàm illo modo empti maluiſſe.

Oppia-

Oppianici facinus.) Id eſt, venenum ab Oppianico datum, quo Cluentius necaretur. A

Martiales quidam) Oſtendit vnde ortum ſit Oppianico Cluentij odium, cur eum necare veneno conatus fuerit. Qua in re, vt in cęteris, optimum fuit Ciceronis conſilium & iudicium. Nam ſi Cluentium Oppianicus necare veneno voluit, inter eos ſimultas fuerit neceſſe eſt. Simultatis autem cauſam ante veneni deprehenſionem apte Cicero oſtendit.

Vt in Sicilia permulti venerei ſunt.) Eryx ab Eryce Veneris & Butæ filio dictus mons eſt Siciliæ, omnium qui in ea inſula ſunt maximus, præter Ætnam. Imminet autem mari ex ea parte, quæ ad Italiā ſpectat, mediusque attollitur inter Drepanum & Panormum: Drepano tamen magis coniunctus. In eius vertice templum fuit Veneris Erycinæ, quod ſine controuerſia omnium templorum opulentiſſimū atq; ornatiſſimum creditum eſt. autor eſt Polybius lib. 2. de 1. bello Punico. Strabo lib. 6. de hoc templo ad hanc ſcribit ſententiā: *In Eryce Veneris templum poſitum eſt, quod ſingulari veneratione colitur: antiquitus mulierū frequentia refertum, illius miniſterio dicatarū, quas & è Sicilia & ex nationib. exteris multas vocauerant.* Venerei autem ſunt illi Veneris miniſtri: qui autem ex his à Venere ſe liberauerunt, hi Veneris liberti ſunt Et quemadmodū Q. Cæcilius Quæſtor Verris, autore Cicerone in Diuinatione, Agonidem libertam Veneris ipſi Veneri in ſeruitutē iniuſte adiudicando, magnam ex bonorum ipſius venditione redegit pecuniam, ita ſperabat Oppianicus, magnam ſe ab ijs Martialibus conſecuturum pecuniam, ſi eos liberaſſet. Eorum enim, vt Venereorum, magnus erat numerus. Quamuis hi Veneris miniſtri mulieres ſint, Venereos tamen genere virili Cicero ſolet appellare. B C

In Martis familia.) Familiam Martis dicit, pro cœtu Martialium: vt Platonis & philoſophorum familia dicuntur, pro ſectatoribus. vt apud Ciceronem libro de Legibus primo: *Valde à Xenocrate & Ariſtotele, & ab illa Platonis familia diſcreparet.* Libro 3. *Ab hac familia magis iſta manarunt Platone principe, &c.* Libro de Finibus bonorum & malorum quarto: *Ariſtoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit.* Libro Tuſculanarum quæſt. 1. *Licet concurrant plebeij omnes philoſophi (ſic enim ij qui à Platone & Socrate, & ab ea familia diſſident, appellandi videntur) non modo nihil vnquam tam eleganter explicabunt, ſed ne hoc quidem ipſum, quàm ſubtiliter concluſum ſit, intelligent.* Inde licet intelligere diui Franciſci, diui Dominici, aliorumque familias melius quàm ordines dici. D

Ab omni eiuſmodi negocio.) Id eſt, à cauſis agendis.

Pro loco.) Id eſt, dignitate.

Suorum municipum.) Id eſt, Larinatium. Ciues municipiorum non dicuntur, ſed municipes: nec communicipes, quemadmodum nec conciues. E

Neceſſariorum.) Id eſt, propinquorum & amicorum.

Ex vtriuſq; ſtudio defenſionis.) Nam Martiales Oppianicus, Larinatium commoda Cluentius defendebat.

Illi.) Oppianicus & Saſſia.

Magni arbitrabantur.) Id dicitur, vt magni duco, magni facio.

Illius iudicij.) Id eſt, cauſæ Martialium.

Eiuſmodi.) Id eſt, tam improbæ & impiæ.

Nomen omnino prætermittere,) Quin ei aliquid legaret.

Google

A *Bona eius omnia ad matrem eſſe ventura.*) Hic ſignificat Cicero, ætate ſua ius fuiſſe, vt inteſtati filij mater hæres eſſet. quamuis in lib. Inſtit. Iuſtin. 3. ſcriptum ſit, *Diuum Claudium ad ſolatium liberorum amiſſorum matri legitimam eorum hæreditatem primam detuliſſe: poſtea autem Senatuſconſulto Tertulliano, quod Diui Hadriani tempore factum eſt, cautum eſſe vt mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona liberorum, qui inteſtati mortui ſunt, admittatur.*

Qua.) Mater Cluentij.

Maiore præmio) Quia aucta pecunia.

Cognoſcite.) Commode hic admonet iudices, vt attente audiant. B Hoc enim in loco Iuniani iudicij cauſa præcipue verſatur. Veriſimilis autem hæc narratio eſt, quæ fit quum cauſa, perſona, agens, tempus, locus, & modus tractantur. Vt igitur veriſimile faciat, conatum fuiſſe Oppianicum necare veneno Cluentium, cauſam dixit, quod Cluentius Oppianico inimicus fuerit, quod Cluentij eiuſq; matris Saſſiæ bona ad ſe ventura eſſe ſperauerit. Oppianicum & Fabricium ita turpes oſtendit, vt alter multas cædes fecerit, alter nullum quæſtum turpem eſſe arbitratus ſit. quocirca hæ perſonæ ab hoc facinore alienæ non ſunt. Tempus dicit, quum Cluentius ægrotaret, tum enim facilius videbatur pro medicamento venenum dari. Modus C eſt, quum Diogenem Fabricius ſollicitauit, Cleophanto Diogenes indicauit: Diogenem de amicorum conſilio Cluentius emit, quum viros bonos diſpoſuit, qui ex occulto interuenientes, quum Diogeni venenum daretur, deprehenderent. Locus autem abditus fuit & occultus; qui tradendo veneno Diogeni accommodatior videretur.

Ex municipio Aletrinate.) Aletrinati, non Aletrinate legendum eſſe, Priſcianus docet, qui libro 7. ſcribit, *nomina gentilia in as quondam in atis, & hoc ate, exiſſe, habereq; ablatiuum in e & in i.* Cicero pro Varrone: *C. Ancharius Rufus fuit è municipio Fulginate.* Idem in eodem, *in præ-* D *fectura Fulginate.* Idem pro Cluentio, *E municipio Aletrinati.* Erat autem Aletrinum Arpino vicinum, vt paulo poſt Cicero dicit.

Quum forma) Viuuenire ſolet, vt gemini, id eſt, eodem partu editi, forma ſimiles ſint. inde gemini pro ſimilibus & paribus à Virgilio ſæpe dicuntur, *vt Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli* Ciceronis quoq; eadem dicendi ratio eſt. vt pro Sex. Roſcio: *Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.* Et pro Roſcio Comœdo: *Simillima enim & maxime gemina ſocietas hæreditatis eſt. Quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem, ſic hæres in hæreditate habet partem.*

Municipum autem ſuorum diſſimillimi.) Moribus ſcilicet.

E *In quibus.*) Municipibus, id eſt, Aletrinatibus.

Nullum quæſtum turpem.) Ne eum quidem; qui ex aliena cæde factus ſit.

Non eſt aſpernatus) Id eſt, non repudiauit, & paciſci de veneno ſe ſimulauit.

Ne multis.) Quia narratio debet eſſe breuis, ad leuandum auditorum tædium intermiſcemus. Quid verbis opus eſt; in ſumma, ne multis, aut alia eiuſdem generis.

Ne multis.) Agam ſcilicet id eſt, vt breuius dicam.

Pro dij immortales.) Excurſio narrationem ſequitur. qualis illa eſt; *O mulieris ſcelus incredibile.* De ea quid ſentiat Quintilianus diximus.

Digitized by Google

Pro dij immort.) Indignanter hoc dicit. Pro enim indignantis ſignificationis interiectio eſt: qua tum vtebantur, quum dijs conuicium facerent; quod rem iam indignam paterentur. Donatus exponens illud quod apud Terentium in Adelph. leno dicit. *Pro ſuperne ſupreme Iupiter*: Non abhorret, inquit, à perſona & plebeij & lenonis, & vim paſſi, Iouem ipſum conuicio perſequi: vt quotidie videmus ab hominibus eius loci & ordinis fieri. A

Pro dij immortales.) Pro deum immortalium, etiam dici Donatus ſcribit. Terent. in Phormione: *Pro deum immortalium, negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?* Cicero in Oeconomico: *Quid igitur pro deum immortalium primum eam docebas quæſo?* B

Apertior.) Id eſt, manifeſtioribus criminibus.

Excogitata.) Id eſt, præmeditata, quæ extempotanea perfecta non eſt.

Satis eſſe arbitror demonſtratum.) Primam partem in partitione propoſitam, abſolutam eſſe admonet. quo magis dilucida ſit oratio, quo audita facilius meminerint iudices, quo ijdem ad audienda reliqua ſint attentiores. nam etiam proponit, quod in partitione ſe attentiores. nam etiam proponit, quod in partitione ſecundum erat.

Citatum reum) Reum citare ſæpe Cicero dicit, pro eo quod eſt vocare in iudicium, vel in ipſo foro appellare reum ad cauſæ actionem. C

Simel.) Damnato Scamandro.

Atque iterum) Damnato Fabricio.

Integrum conſilium.) Id eſt, tum iudices corrupti fuerunt. Conſilium pro iudicum cœtu dicit, vt pro Milone: *In iudicio vero, & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſsimi viri iudicarent.*

Simplex cauſa.) Cauſarum duo genera eſſe Quint. lib 3. *docet: aliæ ſunt ſimplices, quæ vnicum ſtatum habent aliæ coniunctæ, quas alibi compoſitas appellat, in quibus duos vel tres ſtatus inueniri licet, vt ſi duo plurave crimina accuſator intendat; reus autem aliud ſe non feciſſe aliud recte feciſſe defendat, vel ſi quis duo crimina, vel omnia neget. Simplices cauſæ coniunctis & ad dicendum, & ad iudicandum faciliores ſunt: ideo iudicia certiora.* D

Vnum crimen.) Alij verum crimen legunt. Nam ſi cauſa ſimplex eſt, vnum crimen eſt, de quo iudices pronunciaturi ſint. Ideo verum crimen potius legatur. Niſi vnum crimen legere malis, quod in cauſa ſimplici, quamuis de vno crimine iudicium conſtitutum ſit, aliquando tamen multa crimina dicuntur ab accuſatore, vel ad faciendam reo inuidiam: vel vt crimen, quod cauſæ proprium eſt, ſit magis veriſimile vt in hac Cluentij cauſa ad veneficij crimen, adiunctum eſt crimen iudicij corrupti: in Oppianici accuſatione Canutius præter crimen veneficij deprehenſi ſuperiora crimina dixit, quo ſit magis credibile id crimen veneficij. ſed in Scamandri accuſatione, Oppianici vitam & audaciam Cannutius protulit, ideoque verum crimen potius legendum puto. E

Magnum vsum.) Id eſt, magnam conſuetudinem & familiaritatem. Hæc Cicero dicit, vt deprehenſum venenum faciat magis credibile. Fabricius enim, quia venenum dederat, cauſæ diffidebat: ideoque operam amicorum adhibebat, vt eius cauſæ patrocinium ſuſciperet Cicero. quod autem patrocinium cauſæ eius, quam hic damnat,

A damnat, ſuſceperit, excuſat: quod vicinorum & amicorum precibus morem geſſerit, quod hoc crimen tantum, tamque manifeſtum arbitratus non ſit.

Pollicitus ijs ſum.) Hic attende perpetuam non eſſe differentiã illam à Seruio lib. Æneid 1. ſcriptam, Pollicemur ſponte, promittimus rogati. Hic enim rogatus pollicetur.

De homine.) De Fabricio.

Sicut neceſſe erat) Nam Fabricium veneni conſcium eſſe, vti etat, exiſtimabant.

Ex eodem municipio) Id eſt, Aletrino.

B *Sua dignitatu.*) Id eſt, ſui honoris Turpe enim ſibi fore putabant, ſi Fabricius municeps ſuus etiam nocens damnaretur.

Patroni omne periculum.) Nam in ſummum diſcrimen exiſtimationis bonæ patronum huius cauſæ venire neceſſe erat. Quintil. lib. 11. hanc rationem dicendi, *Scamandrum nocentem eſſe, dicit difficiliorem, cuius cauſam ipſe egerat.*

Citatus) Id eſt, cauſa Scamandri appellata eſt.

Cauſa inſidiarum.) Id eſt, cur veneno Cluentium Oppianicus necare voluerit.

Hominis.) Oppianici.

C *Surrexi.*) Stat enim orator, quum dicit: vt Senator, quum dicit ſententiam.

Semper equidem magno cum metu.) Id natura inſitum fuiſſe Ciceroni, vt initio orationis metueret, in Milonem diximus. Idem de ſe ipſe Cicero in Diuinatione dicit de cauſa Verris: *Ita deos, inquit, mihi velim propitios, vt quum illius temporis mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum ſit, non ſolum commoueor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. Iam nunc mente & cogitatione proſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui conurſus futuri ſint, quantam expectationem magnitudo iudicij ſit allatura, quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatu-*

D *ra, quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura ſit. Quæ quum cogito, iam nunc timeo, quid nam pro offenſione hominum, qui illi inimici infenſique ſunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignũ eloqui poſſim,* Id oratori bono honeſtum eſſe. L. Craſſus dicit apud Ciceronem lib de Oratore 1. *Mihi,* Inquit, *quique optime dicunt, quique id facilime atque ornatiſſime facere poſſunt, tamen niſi timide ad dicendum accedunt, & in exordienda oratione perturbantur, pene impudentes videntur, tametſi id accidere non poteſt. Id enim quiſque vt optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, varioſque euentus orationis hominumque pertimeſcit.* Id idem Craſſus ſe in alijs ſæpiſſime animaduertiſſe, atque in ſemet-

E ipſo expertum fuiſſe dicit, vt in principijs dicendi exalbeſcat, & tota mente atque artubus contremiſcat. Ibidem M. Antonius probans Craſſi ſententiam, ſummos oratores in dicendi exordio commoueri dicit. Alia multa ibidem in hanc ſententiam legere licet. Vlyſſes cuius eloquentia hybernis niuibus ſimilis erat, apud Homerum lib. Iliados 3. antequam dicere cœpiſſet, ſtetit aliquantum oculis in terrã defixis, immoto ſceptro, verecũdo homini atq; imperito ſimilis. *Inde factum eſt, vt Theophraſtus omnium philoſophorum ætatu ſua doctiſſimus, quem eloquentiſſimum fecit Ariſtoteles, cui ab eloquentia diuina inditum nomen eſt, apud populum Athenienſem, & Demoſthenes ipſe ad Regem Philippicum verba facturi, deturbati verecundia obtinuerint,* vt eſt apud A. Gellium.

Non

ingenij ſolum.) M. Antonius eodem Ciceronis lib. de Oratore A
bonus orator exordio dicendi timeat diſputans: *Caterarum, homines artium ſpectati & probati, ſi quando aliquid minus bene fecerunt quam ſolent, aut noluiſſe, aut valetudine impediti non potuiſſe conſequi id ſcirent, putantur. Noluit, inquiunt, hodie agere Roſcius, aut cruditate oratoris peccatum, ſi quod eſt animaduerſum, ſtultitia peccatum videtur. ſtultitia autem excuſationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, ſtultus fuiſſe, quo etiam grauius iudicium dicendo ſubimus. Quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur. & qui in geſtu peccauit, non continuo exiſtimatur neſcire geſtum. cuius autem dicendo aliquid reprehenſum eſt, aut aterna in eo, aut certe diuturna valet* B
tarditatis.

Profiteri.) Id eſt, ſcire me ac efficere poſſe dicere, & fateri. Vt profiteſe grammaticum, philoſophum, dicimus. Cicero in libro Tuſcul. queſt. 2. *Vt, inquit, ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur ſi abſurde canat is qui ſe velit haberi muſicum hoc turpior ſit, quod in ipſo peccet, cuius profitetur ſcientiam. Sic philoſophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior eſt, quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur: atque vita profeſſus, delinquit in vita.* Dicere ſe philoſophum, pro eo quod eſt profiteri, Idem in libro de Offic. 1. dicit: *Quis eſt*, inquit, *qui nullis officij præceptis tradendis philoſophum ſe audeat dicere?* Id igitur profiteri, id eſt, dicere me oratorem. C

Implere.) Id eſt, exequi.

Id autem virtutis eſt.) Fortitudinis, implere poſſe id quod profitare.

Impudentia.) Impudenter mentientis eſt, id te profiteri, quod implere nequeas.

Id non efficere quod, &c.) Ad officium patroni id refertur, quod eſt perfidiæ. *Nam in patronorum fidem patrociniumque clientes ſe dedunt, vt ait* Gell.

Tum vero.) In cauſa Scamandri, poſtquam Cannutius dixit. D

Impudentiſſimus.) Id eſt, mendaciſſimus.

Collegi me aliquando.) Id eſt, metu depoſito ad me tandem redij. Colligere ſe quid ſit, pro lege Manilia ſcribimus.

Illi ætati, &c.) Id eſt, adoleſcentiæ. Adoleſcens Cicero Scamandrum defendit. Antequam enim profectus in Aſiam eſſet, in cauſis Romæ biennium verſatus eſt, iamque nomen eius in foro celebrabatur, vt ſcribit de Clar. oratoribus. Illo bienno Sext. Roſcium defendit annos 7. & 20 natus, vt eſt apud A. Gellium. Ædilitas primus eſt gerendorum magiſtratuum gradus, eam gerebant adoleſcentes. Cicero Ædilis C. Verrem accuſauit. Verre prætore antequam in Siciliam iret, vbi fuit triennium, Oppianici cauſa, paulo ante hanc Scamandri acta eſt. Ex quo relinquitur, à Cicerone adoleſcente cauſam ſuſceptam eſſe. Quod Cicero Scamandrum defenderit, quem nocentem hic fateatur, elegantiſſime adoleſcentiam ſuam accuſat, vt ait Quint. li. 11. Alioqui enim detracturus erat plus autoritatis, ſi in cauſa, præſertim ſuſpecta, eum ſe eſſe fateretur, qui temere nocentes reos ſuſciperet. E

Solere laudi dari.) Cicero libro de Offic 2. ſcribens qua ex re ſibi adoleſcentes parent gloriam, *magnam eſſe dicit eam qua ex defenſione parata ſit: negatque habendum religioni contrarium; ne entem aliquan-*

A *aliquando & nefarium impiumque defendere.* nam id vult multitudo, patitur conſuetudo, fert etiam humanitas.

Minus firmis.) Id eſt, malis.

Non defuiſſem.) Id eſt, patrocinatus fuiſſem.

Remedia & perfect.) Quibus in cauſis defendendis patroni v-ti ſolent, ſi cauſam minus firmam nacti ſint. Cuiuſmodi ſunt, rei ante acta honeſte vita, ab eo nunquam aliquid admiſſum, nullas interceſſiſſe inimicitias cum eo cui factæ inſidiæ dicantur, nullum ex eius cæde commodum ad reum fuiſſe peruenturum, aliaque eiuſdem generis.

B *Quod timide*) *Quum cæterarum rerum, tum maxime ingenij iactationem oratori fugiendam eſſe, Quintil. libro 11. fuſius præcipit:* ideoque Cicero ingenium ſuum in cauſis iudicialibus extenuare ſolet.

Patronum defuiſſe.) Cauſæ patronus tum deeſſe dicitur, quum bene ingenioſeque non defendit.

Apprehenderam) Quo in defenſione vterer.

An inimicitiæ.) Ad probandas inſidias vel cædem, inimicitiæ rei cum ea cui factæ inſidiæ, vel qui occiſus dicatur, valent plurimum: vt contra patrono profuerit plurimum, nullas interceſſiſſe inimicitias oſtendere vt Roſcij accuſatores eum patri inimicum dixerunt,

C quod à patre rus ablegatus eſſet: Cicero Clodium Miloni, non contra, Milonem Clodio feciſſe inſidias probat, quod Clodij odium in Milonem maximum, nullum Milonis in Clodium fuerit, præter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus. In ijs cauſis, quarum ſtatus coniecturalis eſt, idonea cauſa rei faciendæ, vel non faciendæ, multum habet momenti.

Huic inimiciſſimum.) Hac ratione probabat, Oppianicum veneni autorem fuiſſe.

Venturum emolumentum.) De emolumento idem ſentiendum eſt

D atque id quod de inimicitijs diximus. L. Caſſius is quem populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum iudicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat, Cui bono fuiſſet. *Sic vita hominum eſt vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumento, vt ait* Cicero pro Sext. Roſcio. Nam, vt ait idem pro Milone, *& ſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo.* Hac ratione Roſcij patrem ab accuſatoribus, non à Roſcio occiſum: inſidias non à Milone Clodio, ſed à Clodio Miloni factas oſtendit.

Homines in vxoribus necandis exercitati.) Habiti inteſtati bona ad matrem, matris (quæ Oppianici vxor erat) ad virum ventura e-

E rant. Nam ea quoque cauſa fuit, vt vxores alias necarit.

In vxoribus necandis exercitati) Vt ante dixit, P. Cannutius homo inprimis ingenioſus, & in dicendo exercitatus.

Libertinorum.) *Libertini ſunt, qui iſta ſeruitute manumiſſi ſunt: ijque dicuntur, vt ab ingenuis conditione diſtinguantur. Libertus autem, qui idem eſt, ad patronum refertur, vt filius ad patrem.* Hæc ex Valla lib 4. Sed libertinum dici inuenio; ſiue vt ad ingenuum referatur, ſiue ſimpliciter dicatur. Hoc autem loco ad patronum refertur.

Sed quærebat, cui patronus eſſet probatus.) Nam ſi patronus Fabricius nemini probatus fuit, ea res Scamandrum minus probabat, quod patrono improbo probatus fuerit. Magnam enim habet vim.

vt an-

Digitized by Google

e dixit, ad coniungendas amicitias, ſtudiorum ac natu- A
ilitudo.
batus eſſet.) Alijs in codicibus Fuiſſet legitur.
nandro factas inſidias.) Id eſt, Scamandrum deceptum.
medicamentum, non venenum) Quia pixis in Scamandri mani-
eprehenſa eſt, quod veriſimile eſt, Cicero in Scamandri de-
ne ſecutus eſt. Cleophantus enim medicus erat Medica-
a medici vendebant. Egit Scamander cum Diogene, vt à
phanto medicamenta emeret. Diogenes pro medicamento
num attulit, quod in Scamandri manibus deprehenſum eſt.
e factas eſſe Scamandro per Diogenem inſidias dicit. B
cuiuis vſui venire poſſe.) Nemo enim eſt, cui illud contingere
oſſit, vt ei pro medicamento venenum ab improbo medici
afferatur. Nam in alio codice Vſu, non vſui legitur. Vel intelli-
oc medicamentum poſſe venire cuiuis non ægroto vſui: id eſt-
ſt, vtilitati venire poſſe.
o commoratus eſſem.) Repeti debet vel quum dicens, vel dicen-
rmone domeſtico dicimus id ſæpe: à Cicerone & à Liuio omit-
ſæpiſſime. Cæteraque eo loco ponunt vbi ponerentur, ſi id di-
vel dicendo poneretur.
iarebat, &c.) Quod dixit Ciceronem inter Scamandrum & C
conſtitutum, vt medicamentum non venenum afferret, id
itius refutauit: quod abditum in locum conueniſſent, quod ſo-
niſſet Scamander, quod obſignata eſſet pecunia. Per obſigna-
pecuniam ſignificari putem loculos, in quibus pecunia Dioge-
nda eſſet, obſignatos.
mma religione) Hoc dicit, vt Vari teſtimonium fidelius oſten-
Teſtes enim iurati teſtimonium dicebant ſi ſumma religione
is præditus erat, nunquam peieraſſet.
bſcure ferebat.) Id eſt, occultabat: vt contra, præ ſe ferre
ut. D
derat frequ.) Nam multos aduocarat, vt eorum ſtudio gratiaq;
perando Scamandro vteretur.
ugnabat.) Litigabat: vt lis ipſa certamen à Quintil. ſæpe
ur.
e ipſo in loco.) Id eſt, in his fori ſubſellijs.
aſi reus ipſe eſſet.) Significat morem fuiſſe, vt reus tum ſederet,
eius cauſa ageretur.
ſpenſus.) Id eſt, dubius, vt in lib. Æneid. 2. *Suſpenſi Eurypylum ſci-*
n oracula Phœbi Mittimus. Inde pendere animi dicimus.
ne erat ſuſpicioſa.) De veneno dato Scamandro. E
im in conſilium ire oporteret.) Eunt in conſilium iudices, eum
à ab vtraque parte perorata, ad ſententiam ferendam conue-
it. Ire ad conſilium vulgo dicunt. Hac voce hic ſæpe vtitur
ero.
x lege illa Cornelia.) L. Cornelium Syllam tuliſſe legem ſignificat,
ntequam iretur in conſilium, ex reo quæſitor quæreret, clam an
m de ſe ſententiam ferri vellet.
ua tum erat) Hanc legem Corneliam abrogatam fuiſſe, aut
e obſeruati deſiſſe ſignificat, cum hæc Cluentij cauſa ageretur.
ac cauſa & in ſequentibus mittebant iudices in vrnam, notam

A eam quam volebant. Erant enim tres notæ, vt pro Milone ſcribimus *A, abſolutionis: C, condemnationis: N.L. ampliationis, tanquam non liqueat.* Ternas notas ſingulis iudicibus dabat is qui cauſæ præerat. vt pro Milone, literam quoque ſalutarem A, Cicero dicit à Cn. Pompeio Conſule iudicibus datam.

Clam an palam.) Clam ferre ſententiam, eſt notam in vrnā mittere. palam vero, eſt ore pronunciare. Cicero libro de Legibus tertio, ſcribens de his duobus iudiciorum generibus: *Grauiora*, inquit, *iudicia de potentiſſimis hominibus extant voces quam tabellæ. Iudicia enim & ſuffragia, quæ voce dentur, commendat, alia damnat.*

B *Reſponſum eſt*) à Scamandro.

Habiti familiarem Iunium) Hæc familiaritas auxit ſuſpicionem iudicij à Cluentio corrupti; quocirca Iunius damnatus eſt, vt poſtea dicit. Hæc autem Iunij familiaritas cauſa fuit, cur Scamander clam ferri ſententiam petiuerit, vt omnes ferrent liberius, ne qui Iunij gratia damnaſſent Oppianicum, ſi ore ſententiam tuliſſent.

Prima actione) Multis enim actionibus aliquando cauſæ agebantur, ſi erant multiplices, aut difficiles & implicatæ. vt M. Fonteij cauſa actionibus duabus peracta eſt. cauſæ Verris actiones multas fuiſſe, nemini ignotum eſt.

C *Lege.*) Lex enim nulla conſtituta erat de Oppianico: itaque adhuc de eo nihil pronunciatum eſt.

In eos ſolos, &c) Id eſt, an eos ſolos condemnarent.

Habuiſſe.) Et ita depræhenſos, aut probatos.

Ipſos.) Id eſt, ipſoſmet.

Conſilia conſcientiaque) Id eſt, eos qui dediſſent conſilium, & conſcij fuiſſent Agentes enim, vt dici ſolet, & conſentientes pari pœna puniendi ſunt.

Conſcium illi facinori.) Vt lib. Epiſt. ad Atticum 12. *Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius.* Maleficij conſcium paulo poſt Cic. di-
D cit, *Fabricium conſcium maleficij condemnarant.* Vt autem in vtranque partem conſcientia, ita conſcius dicitur.

Arbitrabatur) Scamander de Fabricio nihil confeſſus eſt. Suſpicionem veneni à Fabricio accepti, auxit Oppianici cum Fabricio familiaritas.

Vtque ei locus.) Id eſt, vt damnato Scamandro, cum recens adhuc iudicum memoria eſſet, Fabricij cauſa lege conſtituta prima ageretur. Idem paulo poſt de Oppianici cauſa dicit.

Propter cauſæ coniunctionem.) Scamandri enim & Fabricij cauſæ ſunt ita coniunctæ, vt vna cauſa eſſe videatur.

E *Impetrauit.*) à iudicibus.

Hic tum:) Cicero in hac oratione ſæpius dicit, pro eo quod eſt tum. Eſt enim hoc loco Hic aduerbium temporale.

Neque laudatoribus.) Diximus pro Fonteio, morem fuiſſe vt Legati à municipijs, vel à prouincijs publice mitterentur cum laudatione rei, ſi is reus municipio aut prouinciæ charus eſſet, vt facilius abſolueretur.

Rem integram.) Id eſt, nondum iudicatam.

Non alieni) Id eſt, propinqui vel amici, vel ciuis. Non extranei vulgus diceret.

Quamuis.) Id eſt, quantumuis.

Huma-

manitatis eſſe putabamus.) Fert enim humanitas, vt ante diximus, A
item aliquando nefariumq; & impium defendere. Itaq; Cicero
it pro P. Sylla, *probat viros illos Conſulares, qui affuerunt Catilinæ,*
laudarunt: Nulla, inquit, *tum patebat, nulla erat cognita coniuratio:*
bant amicum, aderant ſupplici, vita eius turpitudinem in ſummis eius
tis non inſequebantur.
licatam labef-ctare conari.) Quum P. Sylla ambitus eſſet damna-
L. Cæcilius eius frater legem tulit, qua minuebat ambitus pœ-
eam, quæ ſuperioribus legibus conſtituta erat, quam promul-
non de tollenda, ſed de leuanda calamitate fratris. Res indica-
um reſcindere voluiſſe L. Torquatus accuſator dicit. Hac lege B
ndit Cicero non iudicum ſententiam, ſed legis vitium corrigi.
o enim iudicium reprehendit, quum de pœna quæritur, ſed le-
. Damnatio enim eſt iudicum, quæ manebat: pœna legis,
leuabatur. Sed fratris autoritate deductus Cæcilius deſtitit.
enim (inquit Cicero) *Reipub. maxime iudicatis rebus continetur:*
ego tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quiſquam de ſalute ſua-
onſulat, communem relinquat. Rem iudicatam labefactare, &
paulo poſt, & pro P. Sylla dicit, reſcindere eſt, quod vulgo dicunt
ſare, & annihilare ſententiam iudicis.
opia.) Quod ne à municipibus quidem ſuis opem habere C
et.
d Cepaſios fratres.) C. & L. Cepaſij fratres fuerunt, qui multa ope-
noti homines & repentini, Quæſtores celeriter facti ſunt, oppi-
quodam & incondito genere dicendi. Autor eſt Cicero de Cla-
ratoribus.
mines induſtrios.) Ironia eſt.
uacunq; dicendi, &c.) Id eſt, quamcunq; dicendi facultatem ha-
ent.
mparatum.) Id eſt, conſtitutum & confirmatum. In qua ſi-
icatione dici, Non. Marcellus ſcribit. Turpilius, *Nunquam v-* D
me comparaui ſeruire elegantia. Afranius: *Proba & pudica quod*
, conſulo & parco mihi; Quoniam comparatum eſt, vno vt ſimus contenta
Difficillimus.) Id eſt, grauiſſimus, & periculoſiſſimus.
abibetur.) In codice ſancti Victoris hæc aſcripta ſunt: Niſi forte
cauſa eſt, quod medici nihil præter artificium, oratores etiam
ritatem præſtare debent: ſed hoc adiectitium puto. Medici ita-
eſt præſtare artificium: Orator & artificium & autoritatem præ-
e debet. In oratore autoritatem Quintilianus præcipue requi-
Vt autem facilius eſt ſolum artificium, quam artificium & au E
itatem præſtare: ita oratorem bonum quam medicum inuenire
icilius eſt. Mihi certe videtur lectio cohærentior, ſi hoc non aſcri-
ur.
ncipit longo.) Imperitum oratorem Cepaſium fuiſſe dicit, quod
oſo exordio, vitioſa narratione, vitioſa & reliqua oratione v-
ſit, vt cauſam Fabricij deteriorem oſtendat, quam bonus pa-
nus ſuſcipere noluerit, quippe quum iam res iudicata eſſet. Lon-
m exordium Quintilianus lib. 4 vitioſum eſſe dicit: id autem
ngum eſt, quia etiam alte repetitum. *Exordij modus*, vt idem ait,
i debet pro cauſa. Nam breuius ſimplices, longius perplexa ſuſpectaq;

A *& infames deſiderant. Eiuſq́; longitudo immodica euitanda eſt, ne in caput oratio excreuiſſe videatur.*

Poſtquam de re, &c.) Finito exordio vel narrare, vel refutare cœpit.

Noua quadam vulnera) Bonus orator ſumma diligentia cauet, ne quid dicat, quod cauſæ noceat. Hic Cepaſius noua quædam vulnera cauſæ addebat, id eſt, præter ea quæ Cannutius in accuſatione dixerat contra Fabricij cauſam, nonnulla Cepaſius dicebat quæ cauſæ nocerent.

Vulnera) Id eſt, damnum. Nam vulnera & plagam pro damno ſæ-
B pe dicimus. Inde *infligere aut imponere ſecurim Reip.* pro eo quod eſt, grauiter nocere Reipub. Cicero dicit, de quo dicendi genere alibi ſcribemus.

Sedulo.) Id eſt, bona fide, & ſine dolo: vnde ſedulo dicitur.

Præuaricari accuſationi) Id eſt, partem ſuam prodere, & accuſationem adiuuare. *Nam præuaricator*, vt ait Vlpian. lib. Digeſt. 47. tit. de præuaricatoribus, *eſt qui diuerſam partem adiuuat, prodita ſua cauſa.* Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait: nam qui præuaricatur, ex vtraq; parte conſiſtit.

Callidiſſime) Id eſt, artificioſiſſime, ad commouendos iudicum ani-
C mos, ad miſericordiam Fabricio tribuendam.

Ex intimo artificio.) Ea dicendi ratio quæ in rhetoricis ad Herennium repetitio appellatur, magnam habet venuſtatem, grauitatem, & acrimoniam. Ea autem fit quum continenter ab vno atq; eodem verbo in rebus ſimilibus aut diuerſis principia ſumuntur, vt hoc loco, *Reſpicite Cepaſius reuenerat.* Hanc narrationem contra fratres Cepaſios factam eſſe, eamq́; introductam ad ſoluendos vrbanitate iudicum animos. Quint. lib. 4. ſcribit. Ideoq; lib. 6. fabulam appellat. Idem eodem lib. *in primis ſubtile & oratorium eſſe dicit, falſa narrare*, vt Cicero pro Cluentio narrat de Cepaſio atq; Fabricio. Nam ab eo ſic eſt Fa-
D bricij fuga illa condita: Itaque cum callidiſſime ſe putaret dicere, &c.

Reſpicite dubios varioſq́.) Duros, non dubios apud Quintilianum lego.

A ſubſellijs.) Vbi ſedebat: nam in foro ſubſellia erant, in quibus oratores, rei, teſtes, alijq́; ſederent.

Ridere.) Id eſt, ridebat. Hoc dicendi genus poetis & hiſtoricis multo frequentius eſt, quam oratoribus.

Stomachari.) Id eſt, patronus Cepaſius ſtomachabatur, & acerbe ferebat, &c. Stomachari, grauiter & acerbe ferre, vt in lib. de Offic. 3.
E *Stomachari cœpit Cannius.* Idem lib. Epiſtol. familiarium 10. *Iucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo.* Lib. Tuſcul. quæſt. 4. *An vero vir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt vir fortis eſſe?* Inde ſtomachus pro ira ab eodem dicitur, in eodem libro: *Tractata definitione fortitudinis, intelliges eam ſtomacho non egere.* Lib. epiſt. ad Quintum Fratrem 3. *Superiori epiſtola quid reſpondeam nihil eſt, quæ plena ſtomachi & querelarum eſt.* Ad Atticum lib. 5. *Multa præterea quæ tum mihi maiore ſtomacho, quam ipſi Quinto fuerunt.*

Cauſam eripi.) Id eſt, vincendi facultatem adimi.

De illo loco) Id eſt, ab illo loco,

Cætera non poſſe dicere.) Cepaſij orationem præparatam fuiſſe, & præmedita-

atam ſignificat : ſed eum ita imperitum , vt aliter dicere non quam quomodo ſcripſerit. A

obtorto) Id eſt, inuitum & reluctantem : vt Act. in Verr. 6. *obtorta gula de conuiuio in vincula atq; in tenebras abripi iuſſit.*

iudicio) Nam demiſſo capite diſceſſerat, quod cauſæ ſuæ diffi-

d eſt grauiſſimum.) Suum enim cuiuſq; contra ſe iudicium vel ionium eſſe debet grauiſſimum.

n vi) Vel legis Corneliæ de ſicariis & veneficiis. *Qua lege,* Marcellus libro Digeſt.48. *tenetur, qui malum venenum necandi a cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit. Vel legis Q. Catuli de vi: ge poſtulatus eſt M. Cœlius , quod Clodiam necare veneno tentaſ-* B *el legis, cuius conſtitutione illa Fabriciorum & Oppianici cauſa a-*

ricio am.) Id eſt, Scamandri & C. Fabricij ; vt hæres appellaba- mine eius à quo hæres factus eſſet, ita patroni nomine liber- pellabatur.

centes Fabricios.) Argumentum à fictione eſt.

m cæteri ſoleant.) Nam vt ait Quintil. libro quinto de præiu- *Vult cognoſcentium quiſque firmam eſſe alterius ſententiam, & i- nunciaturus exemplum non libenter , quod in ſe fortaſſe recidat,* C

li.) Reliqua pars eſt argumenti à fictione , Principem ſceleris c attende (cum in re bona fere dicatur) vt paulo poſt : *An ille, n principem maleficij lenem, in adiutorem eius & conſocios vehementiſſi- ſſe reſpondit?*

chitectum ſceleris.) Architectus is eſt, qui ædificiis conſtruendis , quem fabrum præcipuum, aut magiſtrum operis vulgo ap- it. Inde architectari, id eſt, fabricari : vt in lib. Rhethoricorum rennium 1. *Cogitatio quamuis regionem poteſt amplecti , & in ea ſi- i cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari & architectari. Hi autem m in ædificandi ratione aliquid nouum ſolent inuenire, ideo architecta- iuum aliquid inuenire.* Cicero in libro de Finib. bonorum & ma- D : *An quod ita callida etiam , vt optime poſſit architectari voluptates? hitecti , fabricatores appellantur.* Idem de Claris oratorib. *Omnes ici prudentiſſimi in diſſerendo ſint, & id arte faciant, ſintq; architecti rborum.* Etiam in mala re architectus dicitur, pro nouo inuen- fabricatore. Idem in Rullum in Senatu ; *Nunc quis nam tam u vſquam minus videtur ; quem non architecti huiuſce legis olfecerint?* pro Sex. Roſcio : *Ex his quæ nunc maxime fiunt , nonne quiuis po- telligere , omnium architectum & machinatorem vnum eſſe Chryſo-* E

cæteros) Argumentum eſt à minore ad maius. Eſt etiam Enthy- ex pugnantibus.

res) Scamandrum & Fabricium.

vero illa iudicia.) A minore ad maius argumentatur.

icia Senatoria.) Lege Sempronia Equites iudicauerunt per an- uinquaginta : deinde L. Sylla rerum potitus , ab Equitibus ad ores ſolos iudicia tranſtulit, ſuſtulitq; vna cum Tribunis ple- teſtatem ad populum prouocandi : vt ſignificat Cicero Actio- Verrem ſecunda : poſtea M. Aurelius Cotta prætor circa ea

A tempora, quibus cum Mithridate bellum Lucullus gerebat, ad Equites Senatores & Tribunos ærarios tranſtulit iudicia. Senatoria igitur iudicia appellat, quum Senatores ſoli Cornelia lege iudicarent. Hos autem ſæpe corruptos fuiſſe, in eadem Actione in Verrem ſecunda Cicero dicit. Hi igitur Senatores à Cenſoribus non falſa inuidia, & vera atq; inſigni turpitudine notati ſunt.

Defenſioni locum nullum reliquiſſent) Id eſt, ob iudicandam rem pecuniam accepiſſent, & ita defenſione opus non eſſet. Nam ſi ab accuſatore accepiſſent, nulla defenſio reum liberaſſet: ſi ab reo, eum nulla accuſatio oppreſſiſſet, etiam ſi defenſus non fuiſſet. Ita igitur à minore ad maius argumentatur. Si Senatores iudices corruptiſſimi Scamandrum & Fabricium condemnaſſent, Oppianicum non abſoluiſſent. Hi igitur qui in eius cauſa iudices fuerunt, quod eum damnauerint, à Cluentio corrupti non ſunt. Eſt etiam argumentum non diſſimile ei quod eſt à fictione.

B

Illi iudices.) Senatores, ſi in hac cauſa iudices fuiſſent.

Adminiſter.) Id eſt, miniſter: vt ſit compoſitum pro ſimplici, alioqui adminiſter præcipuus miniſter eſt. In Catilinam Actione prima: *C. Manlium audaciæ ſatellitem atq; adminiſtrum tuæ.* Pro L. Flacco: *Polemocratem ſcripſiſti mercenarium & adminiſtrum conſiliorum tuorum.* Actione in Verrem quarta: *Rerum huiuſmodi omnium tranſactor atq; adminiſter ad Senatum venit.* Actione quinta: *Ita populos habent vniuerſos non ſolum conſocios libidinis ſuæ, verumetiam adminiſtros.*

C

Expertem) Id eſt, non conſcium.

Reum) Oppianicum.

Accuſatori.) Cluentio.

T. Acti) Hic T. Actius Cluentij accuſator eſt, de quo Cicero de Claris oratoribus: *T. Actij Piſaurienſis Equitis Rom. & amici noſtri accuſationi reſpondi pro A. Cluentio, qui & accurate dicebat, & ſatis copioſe: eratq; præterea doctus Hermogoræ præceptis, quibus & ſi ornamenta non ſatis opima dicendi, tamen vt haſtæ velitibus amentatæ, ſic apta quædam & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta traduntur.*

D

Num Fabricios quoque innocentes,) Argumentum ex remotione eſt, ad hanc ferme ſententiam: Fabricij damnati ſunt, ergo innocentes vel nocentes. Sed non innocentes: nam eorum alter ſententiis omnibus, vna excepta, damnatus eſt: alter etiam ſe ipſe condemnauit: nec iudicia hæc pecunia corrupta eſſe dicas. Relinquitur igitur eos nocentes damnatos eſſe. Sed in horum accuſatione nihil dictum eſt, præter inſidias veneni Cluentio ab Oppianico per Fabricios factas. Quo fit, vt hæc duo præiudicia de Oppianico facta ſint.

E

Ipſe ſe condemnauit.) Quum à ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat.

Nihil vnquam aliud.) In antiquo codice legitur, *Nihil inquam aliud:* quæ lectio aſpernanda non eſt.

Extat memoria) In tabulis publicis, & vt vulgo loquuntur, in regiſtris: cauſas publicas ſcribi, morem fuiſſe Romæ hoc loco Cicero ſignificat.

In maledicti loco.) Maledicta eſſe diximus crimina, ea quæ accuſator obiicit præter id quod cauſæ proprium eſt.

Occur-

urram.) Id eſt, ſatisfaciam. Tranſitus eſt ad tertiam partem, A
in partitione propoſuit, iudicium pecunia tentatum: ſed ab
anico, non à Cluentio.
pectationi veſtra.) Qui expectatis, vt exſoluam me promiſſis, idq;
em quod tertio loco probaturum me dixeram.
loqui.) Id eſt, contra me loqui, & quodammodo expoſtulare
um. Obloqui eſt, contra aliquem loqui. T. Liuius lib. I. *Vterq;*
rari, & certatim alter alteri obſtrepere: coerciti à lictore, ac iuſsi inuicem
tandem obloqui deſiſtunt. Inde obloqui, male dicere eſt. Plautus:
le altero obloqui vult, ipſum ſe contueri oportet,
firmo.) Id eſt, affirmo. B
imum ſi incertum fuiſſet.) Illud à fictione argumentum eſt: Si in-
m fuiſſet quam ſententiam iudices laturi fuiſſent, veriſimilius
t iudicium corruptum ab Oppianico, qui timuiſſet ne conde-
retur; quam à Cluentio, qui veritus eſſet ne Oppianicus abſol-
ur. Sed quum nemini dubium fuerit, quin Oppianicum duobus
præiudiciis condemnatum, condemnaturi fuiſſent, certum eſſe
ab Oppianico de cauſa diffidente, non à Cluentio bene omni-
erante corruptum iudicium.
uod iudicari neceſſe erat.) Nam præiudicia duo facta erant.
lia ratione) Id eſt, alio modo, quam corrupto iudicio, id eſt, niſi C
es corrumperet.
ffendiſſet apud eos iudices.) Id eſt, ab iis iudicibus damnatus fuiſſet.
vt læditur, qui pedem ad lapidem offendit; ita qui à iudicibus
natur, apud iudices offendiſſe videtur.
um quidem certe.) Argumentum ex remotione eſt. In eo autem
mento quum ſpecies per diſiunctiuam coniunctionem enume-
ur, omnes enumerari oportet: nam ſi aliqua vna omiſſa ab ad-
ario animaduerſa ſit, res tota cum riſu ſoluitur. Ideoq; illud vti-
ſe Quintilianus lib. 5. ait, *vt duo ponantur inter ſe contraria, quorum*
ſe vt tenlibet ſufficiat: quale, inquit, Ciceronis eſt; Vnum quidem certe D
erit, &c.
am iniquus) In codice ſancti Victoris, & in Quintiliano *inimicus,*
iniquus legitur: quamuis iniquus pro inimico dicatur: vt, *Fatis*
nis iniqua: vt ait Donatus, exponens illud ex prologo Adelpho-
Terentij, *Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſer-*

uis.) Cluentio.
ille ipſe) Oppianico; nam poſtea de Oppianico, quod iudicium
perit, ſeparatim dicet.
go illa non argumentabor.) Id eſt, argumentis ſequentibus non pro- E
; quæ ſunt: Eum corrupiſſe qui in periculo fuerit, &c. Eſt autem
patio.
la argumentabor.) Hoc dicendi genus rarum eſt. *Argumentatio*, vt
Cicero lib. de Inuent. I. *nomine vno res duas ſignificat. Ideo quod & in-*
um aliquam in rem probabile aut neceſſarium, argumentatio vocatur, &
inuentis artificioſa expolitio.
quæ ſunt grauia vehementer.) Id eſt, quæ ſunt efficacia, & multum
ent momenti ad probandum corruptos iudices ab Oppianico
ſe.
n alia ratione.) Quam in corrupto iudicio.

Multa

A *Multa ſunt eiuſmodi.*) Quibus argumentari poſſum, ab Oppianico iudicium corruptum:

Non dubiam.) Illud enim fit argumentis, vt quod dubium eſt, per ea quæ certa ſunt probetur. *Eſtq; argumentum*, vt ait Quintilianus libro quinto, *ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud: & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat.*

Stathium Albium.) Oppianicum.

Te appello Oppianice.) Apoſtrophe eſt.

Oppianice.) Fili Oppianici.

B *Quod repetiſtis.*) Damnato enim Oppianico recuperata pecunia eſt, quæ Staleno data fuerat ad corrumpendum iudicium, vt poſtea dicet amplius.

Confeſſi eſtis) Oppianicum Staleno dediſſe.

Abſtuliſtis) Id eſt, à Staleno domum retuliſtis.

Quo ore.) Id eſt, quo pudore. tanquam dicat, Non pudet vos facere mentionem iudicij corrupti. Terentius in Heautontimorumeno: *Quo ore appellabas patrem mihi dare vxorem, quum viderit me habere amicam?* Idem in Eunucho, *os durum, pro impudenti: vt contra mollis frontis dicuntur*, qui ſunt reuerentes.

C *Ab iſta.*) Id eſt, à veſtra: id eſt, ab Oppianico.

Iudici.) Staleno.

Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt) Id eſt, quæ diu ignorata fuerunt.

Sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini.) Quæ pollicemur nos eſſe probaturos, ea, vt alibi dixi, fore manifeſta maxime promittamus, præcipue ſi ea valde vtilia cauſæ noſtræ ſint.

Adhuc) Id eſt, hucuſque.

Item.) Id eſt, ſimiliter.

Ex eo.) Id eſt, ex eo tempore.

D *In iudicijs corrumpendis exercitati.*) Vt antè dixi, Oppianicum in necandis vxoribus exercitatum. Id credibile facit, quod poſtea dicturus eſt, Oppianicum Staleno dediſſe pecuniam ad corrumpendum iudicium.

Tum autem.) Id eſt, in cauſa Oppianici.

Ac primum Scamandro.) Id eſt, quum Scamander reus factus eſſet, Oppianicus dona & munera Staleno dedit, vt eo autore vteretur, &c.

Autore.) Id eſt, adiutore.

Cupidiore.) Id eſt, magis auaro.

E *Hac enim ille, &c.*) Id eſt, Stalenus aliquantum erat ad excogitandum acutus, ad audendum impudens, &c. magis tamen eſſe ſe ſimulabat.

Vt etiam beſtia.) *Ex comparatione fieri probationes, quæ exempli vim habeant, autor eſt* Quintilianus libro quinto.

Biennio ante.) Id eſt, Biennio antequam Oppianici cauſa ageretur.

Quum cauſam bonorum Safinij.) Crimen quod probare volumus, fit admodum credibile, ſi aliquando ſimile dicamus admiſſum ab eo, quem id de quo quæſtio eſt, admiſiſſe dicimus. In cauſa Safinij Stalenum accepiſſe pecuniam & ſuppreſſiſſe dicit, vt magis probabile ſit ab eodem idem factum in cauſa Oppianici.

Atella.)

lla) Quod Oſcorum oppidum eſt. A

ſam recepiſſet.) Id ante ſæpe Cicero dixit ſuſcipere cauſam, ſed
uoq; recipere cauſam ab eo dici attendimus. vt pro Sexto Ro-
Qua me igitur res præter cæteros impulit, vt cauſam Sexti Roſcij recipe-
ctione in Caium Verrem quarta: *Recepi enim cauſam Siciliæ, ea me*
negotium prouincia attraxit.

pupillo.) Safinio.

preßit.) Supprimere pecuniam hoc loco, & paulo poſt, eſt pecu-
alij vſui datam & deſtinatam, ſibi iniuſte retinere.

rum emptoribus.) Id eſt, ijs qui Atellæ Safinij bona omnia eme- B
quum hæc pecunia Safinij eſſet, non Staleni.

udiſſet.) Profundere pecuniam eſt, porro & per luxuriam ef-
re, id eſt nimio ſumptu pecuniam effundere. Inde profuſi ſum-
profuſæ epulæ dicuntur, vt pro Publio Quintio: *Fatetur ſe non*
ere, non ad voluntatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfuge-
e ad florentem aliam deuolare, non profuſis ſumptibus viuere, non orna-
ifice ſplendideq́ conuiuium. Et pro Sex. Roſcio: *Hos tantos tamque*
ſumptus, aut facient aut approbabunt. Pro L. Murena: *Odit populus*
uatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profu-
las, ſordes & inhumanitatem multo minus.

cupiditates) Id eſt, ad libidinem ſuam. C

uiſſet) Nam illud Plautinum omnino veriſſimum eſt, *Male*
male perit. Nihil eſſe verius exiſtimamus, quàm quod Seruа-
ter dixit. eius autem in Euangelio illa verba ſunt: *Qui non con-*
mecum, diſpergit.

latum.) Id eſt, condemnatum vt pro Milone: *Quod ſi ita putaſ-*
e optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non ſemel ab illo, neq́
imum petitum: quàm iugulari à vobis, quia ſe illi non iugulandũ tra-
In Verrem actione quinta: *His te literis homo audaciſſime atq́ a-*
me iugulatum ſentis?

ti deſperare.) Vt in oratione Poſt reditum in ſenatu: *Bonoſq́ vi-* D
re malui meas fortunas, quàm ſuis deſperare. Dicimus etiam deſpe-
lutem, vt pro L. Murena: *Simulatq́ candidatus accuſationem medi-*
s eſt, vt honorem deſperaſſe videatur. Et pro Milone: *In quos incenſos*
imq́ domini deſperantes quum incidiſſet, haſit in his pœnis quas ab eo
deles pro domini vita expetiuerunt. Libro Epiſtolarum ad Atti-
ptimo: *Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit, pacem enim de-*

nem.) Id eſt, viam & modum.

tari.) Id eſt, dicere id ſe non libenter facere. Id enim callidi E
is & malitioſi eſt, vt quod maxime velit, id velle ſe diſſimulet,
maiore precio efficere poſſit. vt in libro de Officijs tertio: *Ty-*
racuſanus magnificam villæ ſuæ opportunitatem malitioſe Cannio o-
Incenſus Cannius cupiditate, contendit à Tythio vt venderet. Grauate
o. Quid multa? impetrat. emit homo cupidus & locuples tanti, quanti
voluit. Grauari autem, pro eo quod eſt inuito & non liben-
uid facere, dicitur vt in libro de Amicitia: *Ego vero non grauar*
hi ipſe conſiderem. Virgilius libro Æneidos decimo, hoc verbũ
cuſatiuo poſuit: *Cui Iuno illachrymans, quid ſi qua voce grauaris,*
ares? T. Liuius lib. 24. *grauor mittere dixit*: Tum ait illis, *ſi ad*
o grauarentur mittere, ſibi ſaltem darent populi conſilium, vt ſciretur
vtrum

A *vtrum paucorum ea denunciata, an vniuerſa ciuitatu eſſent.* Inde grauatè, id eſt non libenter. Idem libro tertio: *Qui quum haud grauate veniſſent.* Idem lib. 21. *Reguli Gallorum caſtris ad Illiberum extemplo motu, grauate ad Tanum venerunt, capti donis.* Idem lib. 32. *Caduceator ab rege venerat, locum & tempus petens colloquio Id grauate conceſſum regi eſt.* Idem lib. 1. grauatim dixit, quod rarius eſt: *Haud grauatim ſocia arma Rutulus iũxit.*

Offenſionem.) Id eſt, ne quid ſibi noceretur ad Aedilitatem adipiſcendam. Offenſio enim paſſiue dicitur.

Initio permagnam pecuniam.) Nam vt ait Quintilianus, *iniquum petendum eſt, vt aequum feras.*

B *Quod confici potuit.*) Id eſt, ad æquam pecuniæ ſummam.

Impuriſſimus.) Id eſt, auariſſimus. Terentius in Adelphis: *Obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum quàmprimum abſolutote.* Alioqui impurus pro improbo ſæpe dicitur.

Suis rationibus vtilius.) Id eſt, ſibi commodius: vt ſit ducta tranſlatio ex mercatorum, eorumve qui aliena gerunt negocia, rationibus. hi enim ſuas rationes dicunt.

Iudicibus diſpertiendam.) Vt ſex & decem iudices haberent ſinguli quadragena millia. tot enim iudices corrumpendi erant, qua ratione diſpertita eſſet tota pecunia.

C *Recordari C. Staleni vitam.*) Hoc dicit, vt credibile ſit quod de Staleno dicit. *Ex ante factis vitam hominis ſpectandam eſſe, vt res fiat probabilis,* in libro Rhetoricorum ad Herennium ſecundo traditum eſt.

Perfidioſus.) Magis eſt, quàm perfidus.

Inaniſſimus.) Id eſt, pauperrimus. vt etiam vacuus à Iuuenale Satyra tertia pro paupere dicitur: *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Alioqui inanis dicitur ſpoliatus, vt ager ſpoliatus aratoribus. Actione in Verrem quinta. *Vnus ager Agirinenſis 170. aratoribus inanis quum ſit, vos coniecturam totius prouinciæ non facietis? Itemq́; Deſertas arationes, inanes agros, prouinciam miſeram perditamq́; offendi.* Exinaniti itidem ab eodem, eodem in libro dicuntur: *Eiectos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos à Verre.* Et in Diuinatione: *Siciliam prouinciam C. Verres*

D *per triennium depopulatus eſſe, Siculorum ciuitates vaſtaſſe, domos exinaniſſe, fana ſpoliaſſe dicitur.* Idem Actione quarta, *equeſtru ſtatua equum inanem appellat,* vnde ſtatua deiecta ſit: quemadmodum Actione ſexta: *Inanem baſim Tyndaritani deiecerunt in foro, & eadem de cauſa equum inanem reliquerunt. Quum inanis eſſet baſis, & in ea P. Africani nomen inciſum.*

Malitiam.) Id eſt fraudem.

Domne iudicibus.) Mimeſis eſt. Eam eſſe dicit Donatus in Phormionem Terentij, vbi non verba modo, verumetiam geſtum vocemque

E fingimus alienam. Eſt itidem proſopopœia. Ea auditores magis commouet, quàm ſi verbis ſuis id Cicero dixiſſet.

Præter periculum & infamiam.) Magna Staleni auaritia eſt, qui cum pecunia periculum infamiamque comparans, ijs pecuniam anteponat.

Mihi igitur ipſi, &c.) Id ſignificat quod vulgo dicunt, non poſſum niſi ſubire periculum & infamiam.

Oppianico damnari neceſſe ſit.) Neceſſe eſt, licet, fas eſt Oppianico vel Oppianicum damnari, vtrumque dicimus: ſed per datiuum locutio frequentior eſt. *vt, Mihi iuſſa capere fas eſt.*

Si quis

uis eum fortaſſe caſus,&c.) Id eſt, ſi forte abſolutus fuerit.
ne reddendum eſt.) Quod ab Oppianico accepi.
ipitantem,&c.) Id eſt, periclitantem, & quaſi ruentem impel-
. vt Labantem quàm firmum ſternere, ita periclitantem reum
non vocatum in iudicium iudicio opprimere facilius eſt.
it hoc conſilium.) Id eſt, hoc proponit, hoc conſilium inuenit.
tues homines,) Id eſt, integros & incorruptos iudices.
ſponte.) Id eſt, ſine precio, & ex æquitate cauſæ.
ro iudicaturos.) Id eſt, damnaturos.
itutione.) Deſtitutus hoc loco ſæpe dicitur is, cui quid promiſ-
, nec promiſſum fiat. vt libro de Officijs primo: *Magnaq; ille cui
um ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur.*
ſtutione igitur.) Id eſt, quod promiſiſſet Oppianicus pecuniam,
n tradidiſſet.
s redderem.) Hoc dicit, vt libro Epiſtolarum familiarium 15.
*amicum: Si alij Conſules eſſent, ad te potiſſimum Paule mitterem, vt
quam amiciſſimos redderes.*
oſterus.) Id eſt, impurus & perditus.
l quaſierat.), Id eſt, quæſtum nullum fecerat.
ter) Id eſt, paruo negocio, & facile.
tus.) Quintilianus in lib. 4. præcipiens licere aliquando in
one vti proſopopœia. hoc Staleni Bulbique colloquio id pro-
od ad credulitatem & fidem confert plurimum.
id)Id eſt, nunquid aliquantum?
tatis Reipubl ſeruiamus:)Nam lege Cincia cautum erat, ne quis
ndam cauſam, aut iudicandam, donum munusve acciperet.
ommentarijs de Senectute ſcribimus.
voles, inquit, ſequar,) Id eſt, faciam quod volueris: impera, fa-

s.) Iudices ſcilicet.
eſſet.) Alijs in cauſis, id eſt, quos facile corrumpi poſſe co-
er.
tor.) A condiendo conditor media ſyllaba acuta dicitur, allu-
bulbum, quod genus quoddam ceparum eſt, aſcaloniæ ſimi-
am igitur acrimonia temperatur, quum aqua aſpergitur. In
Gutta iocatur, vt hac vrbanitate opportuna iudicū animos
Huius autem modi iocos etiam ex nominibus duci ſcribit
lanus libro ſexto, vt quū Cicero dixit actione in Verrē tertia:
ſacerdotem, qui tam nequā Verrem reliquiſſet. quia Sacerdoti Ver-
eſſerat. Præbet aliquando, vt idem ait, occaſionem quædā fœ-
oc quoq; genere bene vtendi, vt pro Cecinna Cicero in te-
tum Clodium Phormionem: *Nec minus niger, inquit, nec mi-
lens, quàm eſt ille Terentianus Phormio.*
ne amarus.) Bulborum multa ſunt genera, de quibus volu-
m cōdidit Pythagoras philoſophus Bulbos omnes acrimo-
bere, Dioſcorides libro ſecundo ſcribit. *Nulli tamen vim aſpe-
ſe, quàm ei qua ſcylla dicitur, qua exacuendo aceto adhibetur:* Plinius
ior eſt. In ioco autem perſiſtit.
eſt.)Id eſt, apparuit, creditus eſt: aut ad guſtū retulit, quod o-
roprīū eſt. Donatus exponens illud ex Hecyra Terētij, *Matris
vox vi-*

A *vox viſa eſt Philomena: Omnia,* inquit, *quæ ſenſu percipi poſſunt, viſa dicimus.* Virg. *Viſaq́; canes ululare per umbram.* Ibidemq; quoq; Terentius hoc dicendi genere vſus eſt, *Audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis.* Et in Eunucho, *Audire vocem viſa ſum modo militis.*

Aliquid ſpecula deguſtarat.) Id eſt, paruam aliquam ſpem ex reſponſo Guttæ occeperat. A ſpe dicta eſt ſpecula, vt a re recula, à die diecula. Spegulæ, non ſpeculæ, in codice manu ſcripto inuenio ſcriptum.

Deguſtarat.) In ioco perſiſtit.

Interceſſerat.) Id eſt, prætererat: vt antea. *Dies nondum decem interB ceſſerant, quum ille alter filius infans necatur.*

Res parum certa) Id eſt, promiſſa pecunia incerta.

Sequeſter.) Apud quem promiſſa pecunia deponeretur. Nam facto iudicio, neq; à Staleno neq; ab Oppianico exigere pecuniam Bulbus, Gutta, alijq́ue auſi fuiſſent.

Confirmator.) Id eſt, qui habere ſe pecuniam affirmaret, ſeq́; traditurum iudicibus promitteret, ſi abſolutus Oppianicus eſſet. Id eſt quod vulgo dicunt, qui faceret bonum de pecunia.

Cognomen.) Id autem eſt, quod ab euentu impoſitum eſt, vel quod quis ſibi ſumpſit: non autem agnomen eſt, vt grammatici vel doctiſC ſimi tradunt.

Ex illis imaginibus Aeliorum.) Aeliorum familia Romæ fuit clariſſima, ex qua fuit Sextus Aelius Catus. de quo illud Ennij eſt, *Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus.* Nobiliſſimæ cuiuſque familiæ ille fuit mos, vt eorum qui ex ea familia eſſent, imagines in atrio haberentur. de quo more in Milonianam ſcribimus. Earum imaginum tituli erant, vt ſciri poſſent, quorum eſſent imagines. Hoc loco conijcere licet, ex hac familia fuiſſe aliquem Aelium cognomine Pacetum, quo ſe cognomine appellari voluit Gaius Aelius Stalenus Nō fuit Stalenus de Aeliorum familia, de quo Cicero de Claris oratoriD bus: *Caius,* inquit, *Stalenus, qui ſe ipſe adoptauerat, & de Staleno Aelium fecerat, feruido quodam & petulanti & furioſo genere dicendi fuit. quod quia multis gratum erat & probabatur, aſcendiſſet ad honores, niſi in facinore manifeſto deprehenſus pœnas legibus & iudicio dediſſet.*

Ne ſi ſe Ligurem feciſſet.) Id eſt, Ligurem ſe appellaſſet.

Nationis magis ſuæ) Stalenum genere Ligurem fuiſſe ſignificat, ideoque fallacem. *Ligures autem omnes fallaces ſunt, ſicut ait Cato in libro Originum ſecundo:* autor eſt Seruius. Itaque apud Virgilium libro Aeneidos 11. Camilla Auno: *Vane Ligur,* inquit, *fruſtraq́; animis elate ſuperbis, Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes, Nec fraus te incolumem fallaci*
E *perferet Auno.* Eſt autem Liguria Italiæ pars, Appennino maiore ex parte coniuncta

Generis.) Id eſt, familiæ, vnde eſt.

Quorum) Iudices ſcilicet, ij quos appellaui.

Planus.) Planus prima breui proprie eſt, qui hominibus ſui generis, ſui ordinis imponit: vt Stalenus iudicibus corruptis hoc loco imponit. *Planum fuiſſe hominem quendam, qui ſolebat fallere eos, quorum in vehicula tolli voluiſſet, ut fingeret ſe crus fregiſſe.* Acron ſcribit in Commentarijs in lib Epiſt. Horatij primum.

Quæſtu iudiciario paſtus.) Id eſt, nutritus lucro, quod fecit iudicijs corruptis. Ita enim paſtus in re mala dicitur, quum ad homines refertur

Goog

vt pro Milone: *Quos P. Clodij furor rapinis & incendijs, & omnibus ublicis pauit.* Et in lib. 1 de Offic. 2. *Iuſtitia ad rem gubernandam ia eſt: cuius tanta vis eſt, vt ne illi quidem qui maleficio & ſcelere ur, poſſint ſine vlla particula iuſtitia viuere.* Paſcere pro oblectare m, & reficere dicimus. vt in lib. Epiſt. ad Atticum quarto: *paſcor bibliotheca Fauſti.* Virgil. 1. Æneid. *Animum pictura paſcit* A

m condiderat.) Id eſt, ſuppreſſerat, & domi occultauerat. *baret.*) Id eſt, inhiaret, in eamque pecuniam cogitationem collocaret, ab eaque ne dormiens quidem diſcederet: id eſt, diligentia cuſtodiret, parceretque, quod cupidi pecuniæ & olent facere. Virgilius in libro Georgicorum 2. *Condit opes alius, ue incubat auro.* Quintilianus libro 10. *Qui,* inquit, *ſcierit quo ſint modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes bueris eloquentiam, velut clauſis theſauris incubabit.* Indormire ubare, Horatius dixit, ſcribens contra auaros libro Sermoñ 1. *à labris ſitiens fugientia captat Flumina, quid rides? mutato nomi- Fabula narratur, congeſtis vndique ſaccis indormis inhians, & tan- rcere ſacris Cogeris.* B

ahit frontem.) Id eſt, triſtem ſe eſſe ſimulat. *Frons enim triſtitia, tis, clementia, ſeueritatis index eſt,* vt ait Plinius libro vndecimo. C e explicare frontem & exporrigere, pro lætari & exhilare- cimus. Contrahere animum etiam dicimus, id eſt, triſtem icero in libro Tuſculan. quæſtion 3. *Hoc detracto, quod totum eſt ium, ægritudo erit ſublata illa mœrens: morſus tamen & contra- a quadam animi relinquentur.* Et libro 4. *Itaque hæc prima defi- vt ægritudo ſit animi, aduerſante ratione contractio.* Et libro primo: *uam hoc quidem nimis ſæpe, ſed eo quod in hoc ineſt omnis animi con- x metu mortis.*

damini faciem) Rem ſub oculos iudicium ſubijcit.

ex fraude & mendacio factus.) Id eſt, fraudulentus omnino & D x, qui nihil in ſe habet præter fraudem & mendacium, m ex his corpore & animo conſtet.

o atque artificio) Vt bona, ita mala quæ nobis à natura inſunt, te, vſu, & conſuetudine augentur. Studium & artificium ala re dicuntur, quamuis in re bona dicantur ſæpius.

tiæ) Id eſt, calliditatis & verſutiæ. hac in re malitiam à Ci- ſæpius dici attendimus.

latura.) Pronunciando ſententiam, non notas in vrnam lo: vt ante dictum eſt.

ſilio.) Id eſt, in iudicum cœtu. E

tanda.) Cauſa Oppianici & iudicum numariorum.

ſet.) Id eſt, olfeciſſet, vt in metaphora perſiſtat. A canibus io eſt, qui res etiam latenter occultas olfaciunt. Eadem ione vſus eſt Cicero in diſſuaſione legis agrariæ Rulli in Se- *unc quonam tam abſtruſus vſquam nimus videtur, quem non archi- uſce legis olfecerint?*

e dum.) Id eſt, nondumque quemadmodum nec vllum, & uam Cicero dicere ſolet, nonnullumque & nunquamque.

it.) Cannutio & Cluentio: id eſt, optare ſe dixerunt, vt re- ronunciaretur, ſi iudices vellent.

A *Repente.*) Illico poſt peroratam vtriuſque partis cauſam. Significat non ſemper fieri ſolitum, vt eodem die pronunciaretur, quo cauſæ agerentur. Ideo in cauſa Milonis lege conſtitutum eſt, vt eodem die iudicaretur quo accuſator & reus dixiſſent.

Triginta & duo.) Hoc loco attende, perpetuum non eſſe quod præcipiunt Grammatici de nominibus numerum ſignificantibus, vt tantum dici liceat duo & triginta, vel triginta duo. Triginta & duo iudices erant in cauſa Oppianici. In cauſis ſingulis certus erat iudicum numerus, ſed idem numerus in omnibus non erat, vt pro Milone iudices fuerunt 71. in cauſa Clodij de inceſtu 55. in cauſa

B Oppianici 32. vt dixi.

Decem & ſex.) Dicimus enim ſex & decem, & ſedecim.

Abſolutio confici poterat.) Autore M. Cœlio in Epiſt. quadam ad Ciceronem, *legu vnum & centeſimum caput erat: Quod eorum iudicum maior pars iudicarit, id ius ratum eſto.*

Quadraginta milia numum.) Priſcianus lib. 7. de Syncopa nominum ſcribens, hoc loco legit quadragena: itaque in antiquis codicibus inuenio ſcriptum, idque melius. nam in re pari vſurpari ſolent nomina numeralia: cuius generis ſunt, bina, terna, quaterna, dena, vicena, tricena. quadragena, &c.

C *Sexcenta & quadraginta millia.*) Hic igitur dicit quadragena millia numum in ſingulos iudices diſtributa: id eſt, vt vulgo loquuntur, vnicuique iudici data quadraginta millia.

Eum numerum.) Decem & ſex iudicum.

Ad cumulum.) Id eſt, ad numerum 16. iudicum.

Septimadecima.) Ita minor numerus vſque adviginti præponi ſolet, quamuis huius ætatis non indocti poſtponant, quod ex imprudentia fieri arbitror.

Septima decima accederet.) Vt à maiore parte ſententia ferretur.

Quod illud repente erat factum.) Niſi enim repente factum fuiſſet

D iudicium, Stalenus, quippe quum diem ſciſſet, non abfuiſſet.

Hoc.) Id eſt, Stalenum abeſſe.

Conuicium fecit.) Id eſt, conuiciatus eſt. vt in li. Epiſt. ad Atticum primo: *Hic tibi roſtra Cato aduolat, & conuicium Piſoni Conſuli mirificum facit* Et lib. 16. *Ha congiarium ab Antonio accipere noluerunt, vt hic quidem narrat, & ei conuicium grande fecerunt, concionantemque reliquerunt.*

Quæſtionis.) Id eſt, cauſæ. Ideo autem Iunio conuicium Quintius fecit, quod cauſæ quæſitor erat.

Per viatores.) Per quos Stalenum Quintius aduocabat.

Id agi.) Vt Stalenus adeſſet.

E *Conſilio.*) Id eſt, dedita opera, tanquam Cluentij conſilio viatores morarentur.

E publico iudicio.) *Iudiciorum duo ſunt genera, publicum & priuatum: Publica ſunt ea, quorum executio cuiuis ex populo plerunque datur: cuiuſmodi ea ſunt quæ legibus Iulijs maieſtatis, de adulterijs, de vi publica ſeu priuata, peculatus, repetundarum, ambitus, de annona, de reſiduis: lege Cornelia de ſicarijs & veneficijs, de falſis: lege Pompeia de parricidijs conſtituta ſunt,* vt eſt in libro Inſtitutionum Iuſtiniani quarto, de iudicijs publicis.

Priuata vero iudicia ſunt, quorum actio certis quibuſdam perſonis conſtituta eſt, vt de re pecuniaria, de hæreditate, de locato & conducto, &c. Soli enim petitori, aut eius procuratori agere licet.

Pre

o poteſtate.) Nam Trib. plebis erat. A
mitti iuſſit.) Id eſt, vt vulgo dicunt, ceſſare fecit. Dimittere ium, vt Senatum dicimus.
ſubſellia.) Subſellia iudicum dici, hoc loco attendendum eſt, iadmodum Senatorum ſubſellia idem appellat, libro ſecundo Catilinam: *Princeps eius ordinis partem illam ſubſelliorum, ad quam ceſſerat, nudam atque inanem reliquerat.* Vt iudicum ſubſellia, ita itoris tribunal, in Vatinium appellat: *Quæro ex te*, inquit, *num us poſt vrbem conditam in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, cumque urbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deleuerit?* Subſellia quoque inorum, Triumuirorum, Quæſtorum & huiuſmodi minora iu- B exercentium eſſe, qui non in ſellis curulibus, nec in tribunali- ed in ſubſellijs conſidebant: Aſconius teſtis eſt in Diuinatio- Ciceronis.
tum erat poteſtas.) Ex lege Cornelia, vt ante dictum eſt.
narij.) Præmio corrupti.
qui accipere in campo.) Quintilianus libro quinto, poſtquam pit de probatione, quæ exemplo fit: *Proximas*, inquit, *exemplo abet ſimilitudo, præcipueque illa, quæ dicitur citra vllam tranſlatio- ixturam ex rebus pene paribus: vt qui accipere in campo conſueue- rc.* C
ampo.) Martio, vbi ſuffragijs populi fiebant magiſtratus.
.) Id eſt, de improuiſo. Proprium hoc Ciceronis eſſe in rebus uiſis, vt Ecce dicat, quod cum cura Vergilius & legit & tranſ- Aſconius ſcribit in actionem in Verrem ſecundam. Sententia eſt: inſperata res fuit, & viſa eſt, quaſi (vt cum vulgo loquar) alofa, quod facta ſort tione iudices numarij dicturi fuerint tiam primi.
.) Ornatus gratia, aut (vt verius dicam) ex quodam vſu di- iic ponitur, vt mihi, nobis, vobis.
tio.) Obſeruari illud ſignificat, vt cum lege Cornelia petiue- D s, vt palam ferretur ſententia, ſortitio fieret, quis ordo feren- ſententiarum eſſet. Idem ſignificat actione in Caium Ver- unda, de hoc Oppianici corrupto iudicio: *Inuenti ſunt*, inquit, *s, qui Caio Verre Prætore vrbano ſortiente exirent in eum reum, quem a cauſa condemnarent.* Nam alia iudicum ſortitio erat, quæ an- æ actionem fieri ſolebat, de qua alio loco dicemus.
tere illa diſciplina iudiciorum.) Id eſt, boni iudices, quales fue- teres. Antiqui enim meliores omni memoria æſtimati ſunt. apud Terentium in Adelphis Hegionem laudans: *Eſt, in- no antiqua virtute & fide.* E
iquere.) Quibus ſatis cognita cauſa non erat, inferenda ſen- eque damnabant, neque abſoluebant, ſed non liquere dice- uæ ſignificatio ampliationis erat, id eſt, vt amplius cauſa age-

) Id eſt, numarii.
toribus.) De Scamandro & Fabritio.
que omnino fuerunt.) Quinque iudices dixerunt non liquere, e abſoluerunt, & reliqui omnes damnauerunt.
mprudentia.) Illam Oppianici per quinque iudices abſolutio- tenuat.

A *Ambitione.*) Id eſt, gloriæ cupiditate, quod clementes humani & miſericordes vulgo viderentur, ſi nocentem reum abſoluerent.

Concionum ventos colligere.) Id eſt, *in concione ſe iactare & gloriari.* vt apud A. Gellium lib. 1. de iactabundo adoleſcente: *Has ille inanes quum flaret glorias.* Inde ventoſus, popularis gloriæ cupidus, & rerum ſuarum nimius iactator dicitur. Cicero lib. Epiſt. famil. 11. *Inprimis vero te ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniuncto.* Et Philippica 11. *Extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt.*

Ex inuidia Senatoria) Id eſt, quam Senatui faceret. Soli enim Senatores tum iudicabant, lege Cornelia. Nam Equitibus, qui Sempronia lege, vt diximus, iudicabant, ademit iudicandi poteſtatem, propterea quod in bellis ciuilibus Cinnam ſecuti fuerant.

B

Poſſet creſcere.) Id eſt, ampliorem ſibi gloriam apud Quirites quærere.

Concio.) Id eſt, ad populum oratio

Clamitabat.) Probat Cicero C. Iunium concitato populo furore, magis quam probato vllo ſcelere damnatum fuiſſe.

Agi fortunas omnium.) Id eſt, quæſtionem eſſe de fortunis ciuium omnium. Illud artificioſū eſt, vt id quod ſuademus, aut diſſuademus, quod accuſamus aut defendimus ad vniuerſos, aut ad Remp. pertinere dicamus.

C

Nulla eſſe iudicia.) Id eſt, in iudicijs omnibus corruptos eſſe iudices.

Qui pecunioſum.) C. Verre Prætore acta eſt cauſa Oppianici In Verris accuſatione quæ iudicij opinio fuerit, Cicero ſcribit Action. in Verr. ſecunda: *Inueterauit*, inquit, *iam opinio pernicioſa Reipubl. vobiſque pericoloſa qua non modo Romæ, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit, hu iudicijs. qua nunc ſint, pecunioſum hominem, quamuis ſit nocens, neminem poſſe damnari.*

D *Cauſam illam totam.*) corrupti iudicij.

Ad ſe depoſcere.) Id eſt, ſuæ cognitioni & iudicio reſeruari vel depoſcere, id eſt, ad iudicium poſcere: vt in oratione. Poſt reditum in Sen. *Duas partes eſſe in Repub quum putaretur, altera me depoſcere propter inimicitias, altera timide defendere propter ſuſpicionem cadis putabatur.* Et pro M. Cælio: *Hac lege (alij adoleſcentia non ad Reip. pœnas, ſed ad mulieris libidines & delicias depoſcitur.*

T. Anni.) Licet coniectare fuiſſe hunc, à quo T. Annius Milo adoptatus ſit.

Ab Oppianico.) Priuſquam in exilium abiret: vel ab Oppianici filio, quem pecuniam repentiſſe atque abſtuliſſe antea dixit.

E

In forum.) Id eſt, in iudicium.

Staleni perſona) Perſonam viri hoc loco attende dici, contra aliquorum opinionem.

Ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat.) Id eſt, nulla turpitudo tanta erat, cuius à ſuſpicione abhorreret. Staleni turpitudinem etiam populo notam dicit, vt magis credibile faciat, hunc ab Oppianico accepiſſe pecuniam ad corrumpendum iudicium.

Pro reo pronunciaſſet.) Quamuis ita in omnibus exemplis ſcriptum inueniam, tamen Promiſiſſet potius quam Pronunciaſſet legendum putem.

Neque

eque enim decebantur.) Id autem L. Quintius in concione cela- A
aut quia ita eſſe non putabat, aut quia id cauſæ eius aduerſum

ique confiteor.) Ordo eſt: Confiteor ſummam inuidiam famam-
:onflatam illi, quo non modo vita Oppianici, & cætera.

sed Oppianici non modo vitâ.) Cauſas enumerat, cur inuidia a-
pop. Rom. Cluentio conflata ſit: quæ quia iniquæ ſunt, iniqui-
n inuidiæ oſtendunt.

uſam ageret.) Apud populum.

mma poteſtate.) Id eſt, tribunitia: quæ apud pop. Rom. ſumma

.) Cluentio. vel Illi, id eſt ibi, id eſt in foro: vt ſit illi aduerbium B
:, quo vti Terentium & Virgilium Donatus adnotat. In Adel-
Ego illi maximam partem feram. In Phormione: *Interea dum ſede-*
'i, interuenit adoleſcens quidam lachrymans. In ſecundo Æneid. *Illi*
ſtitia facta Degeneremque Neoptolemum narrare memento. Cur au-
li ita dici poſſe mihi videatur, niſi illic legatur, cauſa eſt, quod
o litigatorem ſuum per pronomen Hic, aduerſarium per pro-
n Ille ſignificare ſolet.

anc flammam inuidiæ.) Perſiſtit in metaphora. nam conflatam
am dixerat. Flammam inuidiæ Cicero dixit in libro de Ora- C
:rtio: *Sulpitius autem, qui in eadem inuidia flamma fuiſſet, quibuſ-*
iuatus coniunctiſſime vixerat, hos in Tribunatu ſpoliare inſtituit omni
te. Flammam belli idem dicit lib. Epiſt. famil. 16. *Incidi in ipſam*
am ciuilis diſcordiæ, vel potius belli. Inde flagrare inuidia, de quo
ı dicemus.

aſtioni.) Id eſt, cauſæ.

dilitium.) Id eſt, qui ædilitatem geſſerat.

diſceptatione, &c.) Id eſt, ſine vlla cauſæ actione.

clamore hominum.) Iudicibus aduerſus reum concitatis, pa-
io locus facilis non eſt. Vt quum Socratis iudicium ageretur,
;eſtum Plato aſcendit, vt eum defenderet. quumque illud di- D
Minor natu quum ſim viri Athenienſes his omnibus qui tri-
aſcenderunt: à iudicibus interpellatus, deſcendere iuſſus eſt.
Socrates 280. ſententijs damnatus.

iuitate.) Id eſt, in exilium. Nec de ciuitate, pro eo quod eſt de
itelligas, ſed de iure ciuitatis. Nam iure ciuili Romanorum
uarum ciuitatum ciuem eſſe licebat. igitur quum quis in exi-
iittebatur, Romanam ciuitatem prius non amittebat quam
n aſcitus eſſet. qua de re alias amplius. E

tet.) Id eſt, inutile & incommodum eſt. vt in I. Æneidos:
ec te certaſſe priorem Pœniteat. Id autem magis placet, vt pœni-
c loco in ea re dicatur, quam pro eo quod eſt, parum videri
dere & tedere. Hoc autem dicendi genus pœnitet defendere
endum eſt, propterea quod pœnitet defendiſſe dici ſolet. ita-
:endum Grammatici præcipiunt.

llu quorum, &c.) Id eſt, à multitudine, quæ circumſtat, quæ iu-
ra non eſt.

ı) Id eſt, recenti inuidia.

cerem, &c.) Tempus pro tempore poſitum eſt: id eſt, ſi dixiſ-
ıditus non fuiſſem.

A *Tum denique.*) Id eſt, tum demum, tum primum.

Duobus proximis praeiudiciis) Nam damnato Scamandro, locus primus Fabritio datus eſt: quo itidem damnato, cauſa Oppianici prima acta eſt.

Dies.) Id eſt, tempus, aut temporis longinquitas.

Oratio mea deprecata eſt.) In exordio:

A veritatis diſcep.) *Nam qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decet. haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiunt*: vt ait Cæſar apud Salluſtium. De reliquis animi perturbationibus, idem ſentire licet Qui igitur de varietate diſceptant,

B eos ab ſe inuidiam reiicere æquum eſt.

Grauiſſimis criminibus accuſabam.) Hæ duæ Cluentii & Oppianici proſopopœiæ plus habent virium, quam ſi id ipſe Cicero ſine vlla figura diceret.

Mearum tamen.) Nihil incommodi mihi futurum eſſet.

Quid contra reus?) Vt contraria dicat Oppianicus, Cicero facit: quæ Oppianicus ipſe in iudicio non diceret, ſed apud ſe potuit dicere, quum de corrumpendo iudicio deliberauit.

Age quoniam.) Age hoc loco hortatiua particula non eſt, ſed ſermonis continuatiua.

C *Graues.*) Id eſt, vt vulgo dicunt, efficaces.

Profectio.) Id eſt, vnde profecta ſit: id eſt, quis eam dederit.

Confecit tabulas, &c.) Hoc proponit Cicero, tanquam quod ab aduerſario obiici poſſit: Cluentium ita diligenter & callide confeciſſe tabulas, vt res cognoſci non potuerit.

Confecit tabulas diligentiſſime.) Morem fuiſſe obſeruatum Romæ arbitror, vt qui in re extraordinaria pecuniam expenderet, tabulas apud argentarios aut alios conficeret. eam ob cauſam, ne proxima cenſione res eorum Cenſoribus diminuta videretur. in tabulas enim publicas Cenſores referre ſolebant, quæ cenſuerunt. Licebat

D igitur cenſione proxima videre, ſi quid patrimonium diminutum eſſet. Itaque malæ adminiſtrationis notabatur is, cuius patrimonium diminutum erat. Si tantam igitur pecuniam corrumpendis iudicibus Cluentius dediſſet, patrimonium eius diminutum fuiſſet, confeciſſetq; tabulas: ſed nec confecit tabulas, nec patrimonium diminutum eſt; quo fit, vt nullam corrumpendis iudicibus pecuniam dederit. Eſt autem argumentum ex conſequentibus. Poteſt etiam intelligi, Cluentium accepiſſe pecuniam mutuo, ideoq; tabulas cõfeciſſe creditori. Ideoque poſtea dicit Cicero: *Doce quam pecuniam Cluentius dederit, vnde dederit, quemadmodum dederit.* Quæ ratio mihi vi-

E detur melior. nullos enim tum fuiſſe Cenſores, quum ageretur cauſa Oppianici, poſtea docebimus.

Hæc autem res habet.) Probat nullam potuiſſe tantam eſſe Cluentii in tabulis conficiendis diligentiam, quin eas inueniſſent aduerſarii, ſi quas confeciſſet.

Meditatione.) Id eſt, inquiſitione & inueſtigatione. Tanta enim per octo annos cura & diligentia de Cluentii bonis & ære alieno accuſatores quæſierunt, vt neſcire non poſſent, ſi quid bonis eius additum ſit aut detractum.

Ex aliorum tabulis.) Cluentium tabulas diligentiſſime confeciſſe aduerſarii dicebant, tanquam nomine ſuo quidam Cluentii amici eas confeciſſent.

Veſti-

ſtigium nullum.) A feris facta tranſlatio eſt, quarum veſtigia canes A
a inuenerunt, ipſas feras vbi iaceant tandem inueniunt.
(biana.) Id eſt, Albij Oppianici.
ſtigiis ne vobis.) In tranſlatione perſiſtit.
lorandа eſt.) Odorare actiuum, & ſæpius odorari deponens dici-
vt in Orat. Poſt reditum in Senatu: *Hi voluptates omnes veſtigans odorant.* In Orat. in Legem Seruiliam: *Committite vos nunc Quiri- is hominibus hæc omnia, quos odorari hunc decemuiratum ſuſpicami-* A ctione in Verrem ſexta: *Eos iam bene cognitos & reprobatos, ſecum cilium duxit: quo poſteaquam venerunt, mirandum in modum canes eſcos diceres, ita odorabantur omnia & perueſtigabant, vt vbi quicquid* B
aliqua ratione inuenirent. Olfacere pecuniam Ciceronem dixiſſe, docuimus.
d ipſum cubile.) Eſt adhuc in tranſlatione; vt in L. Piſonem: An tu parum putas inueſtigatas eſſe à nobis labes imperij tui, ſtra- ; prouinciæ, quas quidem nos non veſtigiis odorantes ingreſſus ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus? um enim cubilia dicuntur, vbi iaceant; vt Virgilius lib. Georg. 3. uro: *Ergo omni cura vires exercet, & inter Dura iacet pernix inſtrato cubili.* Idem lib. 1. *Aut oculis capti fodere cubilia talpa.* Auium ; nidi cubilia appellantur Idem eodem libro: *Tum liquidas* C
preſſo ter gutture voces, Aut quater ingeminant, & ſæpe cubilibus altis, o qua præter ſolitum dulcedine læti. Columella lib. 9. de gallinis ens: *Cura autem debebit eſſe cuſtodi, quum parturierint aues, vt ha- quam mundiſſima paleis conſtrata cubilia: eaq; ſubinde conuerrat, & tramenta quam recentiſſima reponat: nam pulicibus aliisq; ſimilibus ani- bus replentur, quæ ſecum affert auis, quum ad idem cubile reuertitur.* arro lib. de re Ruſtica 3. de gallinis: *Contra ſingulas perticas in pa- excalta ſint cubilia earum.* Item: *In parietibus circum omnia plena ubilia gallinarum.* Item lib. 2. *cubiculum catulorum* pro cubili po- : *Subſternitur iis acus, aut quid aliud, quod meliore cubiculo facilius edu-* D
r.
ominem audaciſſimum.) Stalenum.
t enim.) Alio loco docuimus morem Ciceronis eſſe, vt quum ali- aduerſario dictum proponit ſibi refutandum, dicat *At*, aut *At* Id quia hoc loco ſæpius fit, ideo rurſus admonemus.
r eum.) Refutat quod propoſuit.
n eum, quum in conſilium iretur.) Arguit à conſequentibus: Nam ſi num Cluentius non corrupit, eumq; ab Oppianico corruptum ſuſpicatus eſt, eum abeſſe à iudicio facile paſſus eſt: quia vero ianicus corrupit, eum abeſſe paſſus non eſt. E
uam in conſilium, &c.) Mittere iudices in conſilium, eſt dimittere ces ad ſententiam ferendam, vbi allegatis omnibus argumentis or dixerit, *Dixi*: autor eſt Aſconius Pedianus. Inde ſunt ire in ilium, & conſurgere in conſilium, quibus ante vſus Cicero eſt.
ribunitia poteſtate.) Id ante dixit, quum de Oppianici iudicio dixit.
it condemnauit.) Hoc proponit refutandum.
lanc enim damnationem.) Refutat.
Dederat obſidem Bulbo.) Se deſtitutum ab Oppianico Stalenus di- atq; hoc addidit teſtimonij, ſua illum ſententia condemnatum

 Obſi-

A *Obſidem.*) Id eſt, teſtem. Autore Sex. Pompeio *ob propoſitio aliquando dicitur pro ea qua eſt propter, vt ob merita, ob ſuperatos hoſtes. Vnde,* inquit, *obſides pro obſides, qui ob fidem patriæ praſtandam dantur.*

Quare ſi iſtinc cauſa) Partis eius, quæ in partitione tertia erat, iudicium ab Oppianico, non à Cluentio corruptum eſſe, concluſio eſt, quæ eſt per enumerationem

Iſtinc.) Id eſt, ab Oppianico.

At enim pecuniam.) Conſulto fecit Cicero, vt prius oſtenderet Oppianicum Staleno dediſſe pecuniam ad corrumpendum iudicium, quam refutaret eam pecuniam Staleno datam ad Cluentium Oppia-
B nico reconciliandum, quod hoc loco refutandum proponit.

Ad conciliationem gratiæ.) Id eſt, ad reconciliandum Cluentium Oppianico.

Téne hoc Acti dicere.) Oratio, qua de rei indignitate per interrogationem querimur, ſine verbo finiti modi eſſe ſolet, vt, *Méne incœpto deſiſtere victam, &c. Méne Italicis accumbere campis Non potuiſſe?* Id dicendi genus Terentio familiare maxime eſt, de quo alio loco diximus.

Tali prudentia.) Ita ſe res habet, vt quum reprehendimus quod à prudenti viro dictum factúmve ſit, tum eum ſana mente fuiſſe ne-
C gemus, quum id diceret aut faceret, quaſi tum ſano conſilio deſtitutus fuerit. Oratorem in aduerſarium non debere eſſe maledicum atq; contumelioſum, ex Ciceronis defenſionibus cognoſci poteſt, qui multis in locis laudat eos qui contra dicunt, quamuis ab aduerſariis ei maledictum eſſet, L. Murenæ & P. Syllæ defenſiones oſtendant

Etiam vſu atq. exercitatione.) Id eſt, non ſolum natura, ſed etiam vſu & exercitatione. Prudentiam pro virtute ea quæ longo vſu rerum multaq; exercitatione paratur, hoc loco intelligere licet: de qua intelligitur illud Ariſtotelis, *iuuenes non eligi in duces, propterea quod non*
D *conſtet eos eſſe prudentes*: quam Cicero appellat ſapientiam, quum pro M. Cælio dicit, *in adoleſcentiam non cadere ſapientiam.* Aut prudentiam pro orandarum cauſarum ſcientia intellige. Prudentiam enim pro ſcientia dici, quum alij multi ſcriptores, tum Cicero in primo de Officiis documento eſſe poſſunt. Oratorem autem natura & exercitatione fieri, vſumq; optimum dicendi magiſtrum eſſe, eſt in libris Ciceronis de Oratore: qui idẽ in libro de Officiis negat oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſe

Sapientiſsimum eſſe dicunt.) Heſiodi ſententia eſt, ex libro qui Opera
E & dies inſcribitur: *Omnia qui per ſe ſapiat, longe optimus ille eſt. Multo ante expendens quænam ſint optima factu. Is tamen & frugi eſt, qui paret recta monenti. At qui nec per ſe ſapiat, neq. mente reponat. Ex aliis audita, vir vndiq. inutilis hic eſt.* Apud T. Liuium lib. 22. M Minutius Q. Fabij prudentia ſeruatus ad milites: *Sæpe ego,* inquit, *audiui milites, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quid in re ſit: ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenij eſſe.* Eraſmus in prouerbio, *Nec ſibi nec aliis vtilis,* de hac ſententia copioſe ſcribit.

Tum recenti re.) Non multo poſt Oppianici damnationem, quum cauſam diceret.

Quum

Digitized by Google

Quum faucibus premeretur.) Id eſt, ſententiis iudicum pene iugularetur. De Staleno à P.& L.Cominiis accuſato, atq; de conciliatione gratiæ, non multo poſt amplius Cicero dicit. A

Sermonem.) Id eſt, famam.

Fidele.) Id eſt, bonum; vt in primo de Officiis: *Deliberanti fidele conſilium dare.* Autore Cicerone in lib. Epiſt. famil. 16. *& doctrina, & domus, & ars, & ager, fidelis dici poteſt:* vt ſit, quo modo Theophraſto placet, verecunda tranſlatio.

Remouere.) Per ſententias iudicum ſcilicet.

Ad quam rem accepiſſet) Ad corrumpendum iudicium.

Alia cauſa tum Staleni fuit, &c.) Stalenus quum cauſam diceret, ſe ab Oppianico accepiſſe pecuniam confeſſus eſt, ſed ad gratiæ conciliationem. T. Actius in hac Cluentij accuſatione eandem cauſam acceptæ pecuniæ dixit. B

Quum re premeretur.) Vt paulo ante, *Cum faucibus premeretur.*

Quod tum exploſum.) Nam Staleno creditum non eſt.

Qui enim tum poterat.) Ad conciliationem gratiæ Stalenum pecuniam non accepiſſe probat.

Harebat.) Id eſt, ita ſcriptus erat, vt obliterari non poſſet.

Alio accuſatore.) Id eſt, ſi Cluentius accuſationem deſtituiſſet, aliusq; accuſaſſet.

Sine ignominia calumnia) Autore Marcello Iuriſc. lib. Digeſt. 48. ad Senatuſconſul. *Turpilianum, accuſatorum temeritas tribus modis detegitur. Aut enim calumniantur, aut prauaricantur, aut tergiuerſantur. Calumniari eſt, falſa crimina intendere. Prauaricari eſt, vera crimina abſcondere. Tergiuerſari eſt, in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere.* C

Sine ignominia calumnia.) Nam niſi propoſita & intenta crimina probaſſet, falſa crimina obieciſſe viſus fuiſſet.

An vt prauaricaretur) Præuaricator cum reo colludit, probationes proprias diſſimulat, falſas accuſationes admittit: vt idem Marcellus eodem in libro ſcribit.

Iudice ſequeſtre) Sequeſtri fortaſſe legendum. Nam ex grammaticorum præceptis, ea ſola terminatio ablatiui huiuſmodi nominum eſt. D

Quamobrem tota iſta res per Stalenum potius.) Illud ad refutandum valet plurimum, vt rem eam, de qua quæritur, alio loco, vel alio tempore, vel per aliam perſonam commodius perfici potuiſſe doceamus.

Ab vtroq; alieniſſimum.) Id eſt, neque propinquum, neque amicum Cluentio & Oppianico.

Sordidiſſimum) Id eſt, auariſſimum, vt ſordes pro auaritia dicimus.

Turpiſſimum.) Id eſt, improbiſſimum.

Neceſſariumq; communem.) Id eſt, vtriq; amicum vel propinquum. E

Sed quid ego hac pluribus.) Dico ſcilicet.

Quaſi de re obſcura diſputem.) In re non obſcura arguendum eſſe negat Quintil. lib 5. Cicero in lib. de Offic. 2. *Panatium quodammodo arguit, quod vtatur in re non dubia teſtibus non neceſſariis.*

Numero ac ſumma ſua.) Quanto ſcilicet numero, & quanta ſumma.

Corrumpendos fuiſſe.) Vt à maiore parte abſolueretur. Nam Staleni ſententia acceſſura erat.

Quadraginta iſtorum acceſſio millium.) Id eſt, ad quid adiuncta ſunt quadraginta millia? nunquid ſexcenta millia ſufficiebant?

Non Archimedes melius) Archimedes ſummo ingenio ac diſciplina A præditus, ſingularis cœli ſiderumq; ſpectator fuit. vt ait T. Liuius lib. 24. De hoc ſcriptores quia paſſim tradiderunt, illud ſolum hoc loco dico, neminē vnquam mathematicis diſciplinis habitum clariorem. In arithmeticis igitur excelluit.

Deſcribere.) Id eſt, definire, & vt vulgo dicunt, calculare.

At enim iudicia.) Dixit accuſator multos ex iudicibus qui damnauerunt Oppianicum, fuiſſe poſtea condemnatos, quod à Cluentio corrupti fuiſſent, hiſq; præiudiciis Cluentius lædi videbatur. Itaq; Cicero ei proponit, vt refutet.

Immo vero.) Id vulgus diceret, non eſt ita, ſed potius.

B *Suo nomine.*) Id eſt, per ſe, & lata lege. Significat autem hanc rem maledicti loco aliquando iactatam.

Veritas vocem miſerit.) Rei inanimatæ dat ſenſum. Mittere vocem, pro eo quod eſt loqui, ſæpe dicit Cicero; vt de reſponſis aruſpicum: *Quum furiales in concionibus voces mittis.* Et pro P. Seſtio: *Conciones haberi quotidie contra me, vocem pro me, ac pro Repub. neminem mittere.* Et pro Domo ſua: *Quare quis eſt, qui exiſtimare poſſit huic nouo Pontifici primam hanc peſtē ſacerdotium initum religionem inſtituenti, vocemq́ mittenti, non & linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe, & mentem debilitatam metu concidiſſe?*

C *Partim ruina ſimiliora.*) *Partitio eſt, quæ opportune adhibita, plurimum orationi lucis & gratiæ confert, reficitq́ auditorem propoſito ſingularum partium certo fine*, vt eſt apud Quintil. lib. 4.

Partim ruinæ ſimiliora.) Quale C. Iunij iudicium fuit.

Partim nihil contra Cluentium valere.) Vt Bulbi damnatio.

Partim etiam pro hoc eſſe) Vt Staleni.

Partim eſſe eiuſmodi, &c.) Cuiuſmodi ſunt animaduerſiones Cenſoriæ.

Condemnatus eſt C. Iunius.) à po. Ro. qui hanc ſibi cauſam depopoſcit.

D *Cum eſſet iudex quæſtionis.*) Iniuſte vocatum in iudicium ſignificat. Eo enim tempore Iunium ad nullum aliud Reip. munus adduci licebat.

Legi.) Qua lege quæſtio conſtituta eſt.

Quicquam laxamenti) Autore Plutarcho in vita Ciceronis, mos erat Prætorum, reis ad dicendam cauſam non pauciores decem diebus dicere.

Arreptus.) Id eſt, adductus. Arreptus autem dicitur propterea, quod in hoc verbo ſit violentia quædam & nimia celeritas.

Vultus enim veſtri iudices.) Vultus, vt ait Nonius Marcellus, eſt voluntas, quæ mutata facie cognoſcitur.

E *Putate fuiſſe.*) Id condonat aduerſario, vt ad proxima gradum faciat.

Hac lege accuſatum fuiſſe.) Accuſatus eſt Cluentius, quantum conijcere licet, lege Cornelia de ſicariis & veneficiis. Eadem lege C. Iunium accuſati oportuit. Hac lege tenetur is, qui pecuniam dederit aut acceperit, vt reus circumueniretur: vel legem, qua Cluentius reus factus eſt, intellige.

At ipſe.) Hic locus dialogo ſimilis eſt, vt etiam reſpondentis aduerſarij perſonam ſuſtineat. Quæ varietas ſi rara eſt, iucunda eſt.

Priuatus.) Id eſt, ſi abiſſet Tribunatu.

Multam

Multam petiuit.) In legẽ non iuraſſe Iunium, eumque ſubſortitum non eſſe, accuſator dicebat, quod pecunia corruptus eſſet; ideoque multam petebat. Ea enim auaritiæ pœna erat M. Cicero in libro de Legibus 3. exponens illam legem, Noxiæ pœna par eſto: *Vt in ſuo*, inquit, *vitio quiſq́ plectatur, vis capite, auaritia multa, honoru cupiditas ignominia ſentiatur.* A

Quod in legem non iuraſſet.) Quæſitor, vt iudices, in leges iurabat.

Qua res nemini.) Hoc dicit Cicero, vt oſtendat Iunium damnari non oportuiſſe.

Fraudi.) Id eſt, pœnæ: quod ſequitur, pro eo quod præcedit. Fraudem enim pro vitio dici, alio loco ſcripſimus. B

Et quod C. Verres) Delectis iudicibus à Quæſitore, eorumq́ue facta ſortitione, accuſatori & reo reijcere licebat, quos aut inimicos, aut ſuſpectos, aut aliqua ex cauſa ſibi putaret incommodos. In eorum qui reiecti erant locum, Prætoris aliorumq́ue iudicum ſubſortitio à Quæſitore fiebat, vt legitimus ille iudicum numerus cõpleretur. His perfectis, primum iudices omnes, præter Prætorẽ, in leges iurabant, vt obſtricti religione iudicarent: deinde iudicum nomina in libellis ſcribebantur, & à Prætore in arca aſſeruabãtur, ne pro delectis & ſortitis iudicib. vt fit in multitudine, corrupti aliqui ſuppoſiti iudicarẽt. Damnato Oppianico inuidioſa res facta eſt. Reus enim Oppianicus pecunia oppreſſus videbatur, illorũ iudicum princeps Iun. alios ſuppoſuiſſe dicebatur, quàm quos Prætor fuerat ſubſortitus, qui reum damnarent. C. Verres, qui in cauſa Oppianici prætor fuerat, pro teſtimonio dixit in iudicio Iuniano tabulas ſuas adulteratas fuiſſe, in quibus ſuppoſiti iudices eſſent ad ferendam ſententiã corrupti, qui cauſam ante nõ audiſſent. Idem Verres, vt hæc inuidia aduerſus Iuniũ vera videretur, ſuſtulit quos in ſuis tabulis habebat, alioſq; ſcripſit: & obſignauit annulo non ſolũ ſuo, ſed etiã ſcribæ ſui, quem furtorum participem & diuitem fecerat, & annulo aureo donauerat. autor eſt Aſcon. diuerſis in locis. Cur id fecerat Verres, Cicero dicit Act. in C. Verrẽ 3 *Hoc*, inquit, *dicam, quod oſtendã multos ex te viros primarios audiſſe, cum diceres ignoſci tibi oportere, quod falſum codicem protuleris.* C D

Num qua inuid. &c.) Qua inuidia C. Iun. conflagrarit, ea niſi prouidiſſes, tibi ipſi tum pereundum fuiſſet. Hoc modo iſte ſibi & ſaluti ſuæ proſpicere ſe dicit, referendo in tabulas & priuatas & publicas quod geſtum non eſſet, tollendo quod eſſet: & ſemper aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareret, interpolando.

Homo ſanctus.) Ironia eſt. Vel id Cic dicit, tanquam ab aduerſario dictum ſit. E

Subſortitionem eius.) Id eſt, quam C. Iun. Quæſitor facere debuit.

Qui tum interlitus.) Hoc Cic. dicit, vt libello credendum non eſſe oſtendat.

Interlitus.) Id eſt, lituris contaminatus, adulteratus atq; corruptus: quamuis hunc codicẽ à Verre interpolatum, ne litura appareat, dixerit Cicero Act in Verr. 3 vt modo dicebamus. Ab interlinendo interlitus fit. eaq́; particula Inter vim habet augendi, vt intercipere, interbibere. Idem verbum paulo poſt vſurpat Cicero. *Dum vero eum fuiſſe Oppianicum conſtabit, qui tabulas publicas municipij ſui corrupiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interleuerit, qui ſub poſita perſona falſum teſtamentum obſignandum curauerit.* Et in Verrem Act. 4. *Quid à nobis iudices expectatis argu-*

A *tis argumenta huius criminis? Nihil dicimus, tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atq; interlitas clamant.*

Subſortitur.) Id eſt, loco reiectorum iudicum alios iudices ſortitur.

Commiſerat.) Id eſt, peccauerat.

Poſſunt illud iidem, &c.) Exiſtimandum enim iudicium non eſt, niſi quod ea de re latum eſt, quæ quæſtionis propria eſt.

Prætor) C. Verres.

Per eum) Iunium.

Alia ac.) Id eſt, alia quam.

B *Tunc.*) Cum Iunius cauſam diceret.

Ad ſubſellia.) Id eſt, in foro.

Sed etiam cum ipſa, &c.) Concitatiorem multitudinem ſignificat, quæ ex concione cum Trib. pl. cuius oratione concitata erat, ad Iunij iudicium veniret.

Gradus illi Aurelij.) In foro Aurelio acta fuit Iunij cauſa. De Aurelio foro ſcribimus in primam inuectiuam Ciceronis.

Tum noui) Hoc loco coniicere licet, à M. Aurelio Cotta hoc forum Aurelium vt ædificatum, ita appellatum: qui non multo poſt equitibus quoq; iudicandi poteſtatem reſtituit.

C *Quaſi pro theatro.*) Quod ibi tanta populi celebritas eſſet.

Illi iudicio.) Iunij.

Ab reo.) Id eſt, pro reo.

Ne ſurgendi quidem) Nam vt accuſator, ita patronus quum dicebat ſtabat.

Collegam meum.) In prætura. Probat exemplo à maiori, iniquam fuiſſe Iunij accuſationem, quod iniqua conditione reus cum accuſatore fuerit.

Locus ab iudicibus conſtitutus.) Locum, id eſt tempus cauſæ ab iudicibus conſtitui ſolitum, hoc loco attende: quemadmodum D ante dixit, damnato Scamandro primum locum Fabricio, itemq; damnato Fabritio primum locum Oppianico à iudicibus conſtitutum.

Fauſto Syllæ.) Is L. Syllæ filius fuit, & Ciceronis condiſcipulus Athenis.

De pecuniis reſiduis) De pecuniis reſiduis Sylla reus erat. Autore Paulo Iuriſc. lib. Digeſt. 48. *ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis & reſiduis: lege Iulia tenetur qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem retinuit, neq; in eum vſum conſumpſit. Hac lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, punitur:* vt ait Martianus.

E *Non quo illi.*) Apud No. Marcellum illegem & exlegem dici latine dicentem lego, vt hoc loco ſcriptum inuenio. Sed apud Priſcianum lib. 6. ita ſcriptum inuenio: *Non quod illi aut exlegem eſſe Syllam arbitrarentur.*

Exlegem.) Id eſt, reum non factum: id eſt, nulla lege conſtituta vocatum in iudicium.

Conditione æqua) Nam accuſator Trib. pleb. ſummæ poteſtatis erat, reus autem priuatus.

Diſceptari.) Id eſt, litigari & cauſam agi. Diſceptatio enim eſt accuſatoris & patroni contentio.

Sylla maximis opibus.) Ex comparatione accuſatorum, reorum, & tempo-

temporum, iniquioris conditionis diſceptationem Iunij quàm Syllæ oſtendit. A

Maximis opibus.) Eius enim pater Romanorum omnium ditiſſimus erat. Poſt quem M. Craſſum fuiſſe ditiſſimum, Plinius lib. 33. ſcribit.

Criminoſus.) Id eſt, contentioſus & ſeditioſus. De hoc nomine pro Ligario ſcribimus.

Summa vis poteſtatis.) Id eſt, Tribunitia poteſtas quæ ſumma eſt.

Quid mali, quantum periculi) Quid habeant poteſtatis Trib. pl. in vnumquemque oſtendit, vt iniquiorem diſceptationis conditionem oſtendat. B

Quid hominis.) Trib. pl. ſcilicet.

Iactatione populari) Id eſt, concitatione & velut tempeſtate populi. Nam populi concitatio ſæpe à Cicerone tempeſtati comparatur. Iactatio autem tempeſtatis eſt: *vt Multum ille & terris iactatus & alto Vi ſuperum.*

Nec C. Popilius.) P. Popilius legi debet. C. Gracchus Trib. pleb. legem tulit, qua cauebat, vt ſi quis magiſtratus ciuem Romanum ſine iudicio morte aut exilio multaſſet, in eum populi animaduerſio foret. Hac lege in Popilium iudicium parabatur. Is enim Prætor amicos Tyberij Gracchi in exilium eiecit. Is igitur ſalutem ſibi fuga cōſuluit. autor eſt Plutarchus in vita Gracchorum. *L. Calphurnius Beſtia Trib. pleb. Popilium filijs cognatis multis & affinibus deprecantibus rogatione ſua reſtituit*: vt ait Cicero in Orationibus poſt reditum ad Quirites, & in Senatu, & de Claris oratoribus. quibus in locis P. Popilium hominem nobiliſſimum appellat. C

Nec Q. Metellus.) L. Saturninus Trib. pl. legem agrariam tulit, in quam Senatum iurare coegit. Q. Metellus Numidicus nec vi Tribunitia cogi, nec amicorum hortatu adduci potuit, vt in eam iuraret. Itaq; Saturnini iuſſu Metello aqua, igni, tecto interdictū eſt: quodq; turpiſſimum eſt, licere omnibus Metellum necare. Metellus multis iuris bonis ad ſalutem eius tutandam conuenientibus, ſeditionem exoriri paſſus non eſt. itaq; in exilium Rhodum profectus eſt, ibiq; legendo & audiendo magnos viros aduocabat. Autores ſunt T. Liuius lib. 69. & Plutarchus in vita C. Marij. Occiſo Saturnino, Metellus filio multisq; propinquis deprecantibus (permulti enim tum Metelli aut Metellorum liberi erant) ab exilio reuocatus eſt, vt ait Cicero in Oratione poſt reditum eius ad Quirites. D

Modus.) Id eſt, moderatio eorum qui iudicarent, id eſt, populi Romani. E

Non fuit igitur illud iudicium iudicij ſimile.) Tautologia eſt, id eſt, eiuſdem verbi iteratio: quæ autore Quintiliano lib. 8. *quanquam non magnopere ſummis autoribus vitata ſit, interim vitium videri poteſt*: in quod ſæpe incidit etiam Cicero, ſecurus iam paruæ obſeruationis, ſicut hoc loco: *Non fuit igitur hoc iudicium iudicij ſimile iudices,*

Non mos conſuetudoq.) Nihil enim laxamenti reo datum eſt, ad quæſtionem arreptus eſt quæſitor, quem ad nullum aliud Reip. munus abduci licebat.

Non cauſa defenſa.) Nam ab re ne conſurgere quidem licuit.

Quod ſi quis eſt.) Simile genus defenſionis, atq; illud eſt, Si feci, iure feci: ſed non feci, de quo multis in locis Quint. ſcribit. Eſt igitur hæc ſenten-

A ſententia, Damnatio Iunij iudicium non fuit: & ſi fuit, id cum cauſa Cluentij coniunctum non fuit. igitur non fuit præiudicium.

Hu rebus iudicatu ſtandum.) Id eſt, iudices debere ſecundum illud iudicium pronunciare.

At etiam Bulbus.) Hoc ſecundum præiudicium eſt Id cum cauſa Cluentij coniunctum non eſſe docet, quemadmodum nec tertium, quo P. Popilius & T. Gutta damnati ſunt.

Adde maieſtatu.) Simile eſt illud quod antè dixit, *Condemnatus eſt C. Iunius, qui ei quæſtioni præfuerit.* Adde etiam illud ſi placet. tum eſt cõdemnatus, cum eſſet iudex quæſtionis. A maiore maieſtas, vt ab ho-

B nore honeſtas, autore Priſciano appellata eſt. Eſt autem maieſtas, vt definit Cicero lib. de Oratorib. 2 *amplitudo & dignitas ciuitatu* Minuere maieſtatem, potius quàm lædere dicimus. Idem in eodem, *Maieſtatem minuit, qui exercitum hoſtib. pop. Rom. tradidit.* Idem libro de Inuentione 2. *Maieſtatem minuere eſt, de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum quib. populus poteſtatem dedit, aliquid derogare.* Bulbus igitur maieſtatis condemnatus eſt, quia legionem in Illyrico ſollicitauit. Autore Vlpiano libro Digeſt. 48. ad legem Iuliam maieſtatis, hac lege tenetur, qui milites ſollicitauerit, concitaueritve, quo ſeditio tumultusve aduerſus Remp. fiat.

C *Hoc crimen.*) Corrupti iudicij.

Lege maieſtatu tenebatur.) Vt dicimus, qui hominem necauerit, lege Cornelia de ſicarijs teneri. Cicero in oratione de Reſponſis aruſp. *Decreuit Senatus, eos qui id feciſſent, lege de vi, quæ eſt in eos qui vniuerſam Remp. oppugnaſſent, teneri.* Igitur lege tenentur ij, qui contra legem peccauerunt.

Hoc.) Crimen corrupti iudicij, quod Bulbo obiectum eſt.

C. Coſconij.) C. Coſconius Calidianus orator fuit, nullo acumine: eam tamen verborum copiam, ſi quam habebat, præbebat populo cum multa concurſatione magnoq; clamore, vt ait Cicero de Claris

D oratoribus.

Mea coniectura multò ſit verior quàm diuinatio tua.) Quamuis diuinatio certa, coniectura incerta eſſe ſoleat.

Facilius eſſe damnatum.) Non eſt damnatus Bulbus, quia eſſet homo nequam, turpis, &c. Hæc enim cauſæ propria non erant. hæc tamen commouerunt iudices, vt facilius maieſtatis damnaretur.

Quapropter.) Relicta apoſtrophe, ad iudices verba dirigit.

T. Popilij.) Is non eſt, cuius antè meminit. hic enim multo poſterior fuit.

E *Qui accuſati ſunt ab ijs.*) Hoc loco ſignificat Cicero legem fuiſſe, vt ſi quis de ambitu damnatus, alium ambitus accuſaret vinceretque, in integrum reſtitueretur. Autore Modeſt. Iuriſc. lib. Digeſt 48. ad legem Iuliam de ambitu: *Si quis in municipio contra hanc legem magiſtratũ ſacerdotiumve petiuerit, per Senatusconſultum in centum aureos cum infamia punitur: qua lege damnatus, ſi alium conuicerit, in integrum reſtituitur, non tamen pecuniam recipit.* Hæc autem lex Romæ ceſſauit, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet Quum hanc cauſam Cicero ageret, nondum lex illa Iulia lata erat. Veriſimile tamen eſt, eam ad exemplum ſuperiorum latam eſſe. Id ſi ita eſt, damnati de ambitu pœna exilium non erat. Nam ad exules, vt ait Quintilianus lib 7. lex nulla pertinet. P. Sylla de ambitu damnatus, lege in patria retinebatur, vt

tur, vt ait Cicero in eius defenſione. qui idem in libro de Legib. tertio ſcribit, ambitus pœnam ignominiam eſſe. Idem tamē pro L. Murena ſignificat exilium huius criminis pœnam eſſe. Is enim negans fieri poſſe, vt quis petat Conſulatum, ſimulq́; in competitores accuſationem ambitus meditetur: *Magnum eſt*, inquit, *te comparare ea quibus poſſis hominem è ciuitate, praſertim non inopem, neq́ infimum exturbare.* Nam ipſe Cicero conſul ex Senatuſconſulto legem tulit de ambitu, cuius damnato exilij quoq; pœna conſtituta eſt. Id pro eodem Murena, quem deſignatum Conſulem Conſul defendit, ſignificat: *Quē*, inquit, *noua pœna legis, & domo, & parente, & omnium ſuorum conſuetudine complexuque priuat.* A B

Ad pramia legu.) Id eſt, vt in integrum inſtituerentur.

Quid quod Stalenus eſt condemnatus?) Hoc eſt præiudicium, quod pro A. Cluentio eſſe Cicero oſtendit.

Non dico hoc tempore Iud.) Occupatio eſt. Simulat enim id ſe omittere quod maxime dicit Hac dicendi ratione auditores fiunt attenti. Fiunt autem attentiores, cum proxime adiungimus aliquid nos dicere, quod ad cauſam noſtram magis pertineat.

Quum Quaſtor eſſet.) Cum Conſulibus aut Prætoribus in prouinciam proficiſcentibus, ad pecuniariam rem adminiſtrandam, & ad prædas vendendas, Quæſtores mitti ſolebant. M. igitur Aemilium Imp. Stalenus Quæſtor ſecutus eſt. C

Conflatam) Id eſt, factam: vt antè dixit, conflare inuidiam.

P. & L. Cominijs.) P. Cominius Spoletinus eques Ro Ciceronis amicus fuit, quo accuſante Caium Cornelium maieſtatis reū Cicero defendit. In eo compoſitum dicendi genus & acre & expeditū fuit, autor eſt Cicero de Claris oratorib vbi de L. Cominio nihil ſcribit.

In ſtatuu inauratu.) Inauratū dicimus id quod vulgo dicunt deauratum. Actione in Caium Verrē 6. *Neq́ me poſtulare, vt quicquam contra Caium Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam Cai Verru ſtatuam viderem.* In Lucium Piſonem: *Me inaurata ſtatua donarant.* In libro Tuſcul. quæſt. 1. *Argiui in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis.* Idem inaurari, pro ditari dixit, in lib. Epiſt. famil. 7. *Moriar, ni qua tua gloria eſt, puto te malle à Caſare conſuli, quàm inaurari.* Vt inaurare, non deaurare: ita contrà dealbare, non inalbare dicimus. Vt libro eodem: *Sed amice Magne noli hanc epiſtolam Attico oſtendere. Sine eum errare, & putare me virum bonum eſſe, nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare.* In Verrem actione 3. *Omnes illa columna, quas dealbatas videtis.* Item: *Quod ſi tanta pecunia columnas dealbari putaſſem, certe nunquam Aedilitatem petiuiſſem.* D

Ad Iuturna) Id eſt, ad ædem Iuturnæ. Ea autem locutio poetis, hiſtoricis, & oratorib. familiaris eſt. vt *Ad Diana*, Terētius in Adelphis: Cicero pro Milone, *ad Caſtorū*: & in Philippica ſecunda, *ad Opu dicis*, de quo dicendi genere alibi plura ſcribimus. Iuturna Turni ſoror nympha eſt, ſtagnis quæ fluminibuſq́; ſonoris Præſidet. *hunc illi Rex atheru altus honorem Iupiter erepta pro virginitate ſacrauit:* vt ſcribit Virg. in lib. Aeneid. 12. *Eſt autem Iuturna*, vt ait Seruius, *fons in Italia ſaluberrimus, prope fluuium Numicum, cui nomen à iuuando inditum eſt, quaſi iuuans Turna.* Quum enim omnis aqua naturaliter noxia ſit externorum corporibus, omnibus hic fons ſaluberrimus eſt. De hoc autem fonte Romam ad omnia ſacrificia aqua afferri conſueuerat. E

A uerat. Huic autem Romæ poſitam ædem hoc loco ſignificat Cicero,
ad quam ſibi poſuit ſtatuam Stalenus.

Exagitabantur) Id eſt,tanquam iacentes & latentes excitabantur
atque proferebantur.

In eiuſmodi ratione.) Id eſt,in tali modo.

Egeſtas domeſtica.)Nam pecuniam forenſi quæſtu comparatam Sta-
lenus ita profundebar, vt ne ad neceſſitatem quidem ſibi relinque-
ret,vt ante dictum eſt.

Forenſis.) Quem ſibi ex foro turpiter faceret.

B *Interpres.*) Interpretes ſunt, per quos inducitur pactio: vt ſeque-
ſtres, apud quos deponitur pecunia, autor eſt Aſconius, qui idem
ſcribit (vt illud addamus) emiſſarios vocari conciliatores atque in-
ternuncios furtorum eorum,quæ à magiſtratibus committuntur.

Quum ita conſtitutum ſit.) Conſtabat Ciceroni cum aduerſario iu-
dicium corruptum. igitur à Cluentio vel ab Oppianico, vt antè di-
ctum eſt.

Reperitur.) Reperiatur, & poſtea ablata ſit, legendum videtur, vt
particula Quum repetatur.

A iudice.) Id eſt,à Staleno:vt ante dictum eſt.

C *Incurſionem.*) Id eſt,vt vulgo dicunt,inuaſionem.

Multitudinis.) Id eſt, vulgi.

Ergo adhuc.) Concluſio ſpecialis eſt,per quam repetit ea præiudi-
cia partim non eſſe contra Cluentium, partim pro eo eſſe.

Nullo modo illam multam.) Idem ante dixit Cicero,id eſt, hoc non
eſſe iudicium.aut ſi quid iudicium putet,id cum Cluentij cauſa non
eſſe coniunctum.

C.Fidiculanus Falcula.) Cicero in actione in Verrem ſecunda de
corruptis iudicijs verba faciens: *Inuenti ſunt*, inquit, *Senatores, qui C.
Verre Prætore urbano ſortiente exirent in eum reum, quem incognita cauſa cō-
D demnarunt.* C.Fidiculanum Falculam ſignificari Aſconius tradit, qui
ad complendam Oppianici damnationem dicebatur eſſe ſuppoſi-
tus: à Cluentio autem ſuppoſitus videbatur. In qua ſententia Ci-
cero eſt pro A. Cecinna. Is enim de hoc Falcula ſcribens: *Meminė-
rant*, inquit, *omnes quantum in Albiano iudicio accepiſſet. In eum quid di-
cam,niſi id quod negare non poſſit? veniſſe in conſilium publica quæſtionis? qui
enim conſilij iudex non eſſet, & in eo conſilio quum cauſam non audiſſet, & po-
teſtas eſſet ampliandi, dixiſſe ſibi liquere, dum incognita re iudicare voluiſſet,
maluiſſe condemnare quam abſoluere: quum ſi vno minus damnarent, conde-
mnari reus non poſſet,non ad cognoſcendam cauſam, ſed ad explendam damna-
E tionem præſto fuiſſe. Vtrum grauius aliquid in quenquam dici poteſt, quàm
ad hominem condemnandum,quem nunquam vidiſſet,neq; audiſſet,adductum
pretio eſſe? An certius quicquam obijci poteſt, quàm quod is, cui obijcitur, ſine
nutu quidem infirmare conatur?* Hoc loco cauſæ ſuæ ſeruiens Cicero
contrarium dicit Paulo poſt dicet,errare eum qui autoritatem ſuam
in iudicialibus orationibus conſignatam ſe habere putat. *Licet oratori
in cauſis diuerſis diuerſa dicere.*

Dixitne tandem cauſam.) Autore Quint.lib.9. interrogamus etiam
quod negari non poſſit: Dixitne tandem cauſam C.Fidiculanus Fal-
cula?

Poſt paucos dies.) Quàm facta erat ſubſortitio, ſcilicet. Nam intel-
ligendum non eſt, poſt paucos dies quàm ab accuſatore & patrono
dictæ

dictæ ſunt orationes. Nam repente eo ipſo die de Oppianico pronunciatum eſt. Hoc fortaſſe coniungendum eſt cum ſuperiore: Id quod fuit in iſto iudicio inuidioſiſſimum paucos dies poſt, quod videlicet L. Quintius abijt Tribunatu. A

Sediſſet.) Id eſt iudicaſſet: qua in re hoc loco ſedere ſæpe dicitur.

Vno iudicio.) Id eſt, priore cauſa.

Sua decuria.) Id eſt, ſui ordinis iudicium. vt actione in Verrem tertia: *Cui niſi ego vi populi hominum clamore atque conuicio reſtitiſſem, ex hac decuria noſtra, cuius mihi copiam quam largiſſime factam oportebat, erepta eſſet facultas eorum, quos eſſe adnumerat.* Quo in loco decuriam pro iudicum ordine dici, Aſconius autor eſt. In eadem re Suetonius dicit in vita Cæſaris Auguſti: *Ad tres iudicum decurias quartam adiecit.* Idem in vita Caligulæ: *Vt leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit.* B

Prima actione.) Eiuſdem cauſæ multas aliquando actiones eſſe, ante diximus.

Illam multam.) Id eſt, culpam ob quam multa exigatur. Id quod ſequitur, pro eo quod præcedit.

Captam nuſquam.) Locum hunc emendate ſcriptum non eſſe, opus non eſt vt admoneam. Quid autem ſi ita legas? Accepiſſe tamen ob rem iudicandam pecuniam accuſatus eſt. C

Quæſtionis eius.) Staleni. Nam de maieſtate Staleni quæſtio conſtituta erat.

Senatorij.) Tum enim ſoli Senatores, vt diximus, iudicabant. De Fidiculano illa Cicero dicit per ironiam pro A. Cecinna: *Senator Po. Rom. ſplendor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis Fidiculanus Falcula.*

Qua lege.) Lege Cincia cauebatur, ne quis ob orandam cauſam aut iudicandam donum munusve acciperet: de qua lege ſcribimus in Catonem Maiorem. Hac lege Fidiculanus accuſatus abſolutus eſt. D

Dicta.) A Fidiculani patrono, quamuis ab Iunio reo ne conſurgere quidem licuerit.

Expoſita.) Id eſt, narrata.

Demonſtrata.) Id eſt, probata: id eſt, attẽte audita eius defenſio eſt.

Qui non perpetuo ſediſſet.) Id eſt, qui accuſationem & defenſionem totam non audiſſet.

De eo.) reo.

Tum etiam illi quinque.) Honeſtius Oppianicum à Fidiculano damnatum, quam à quinque iudicibus abſolutum probat, reddetque meliorem rationem Fidiculanus cur damnauerit, quam illi quinq; cur abſoluerint. E

Imperitorum hominum.) Id eſt, vulgi.

Rumuſculos aucupati.) Id eſt, ex rumore clementiæ ſuæ & miſericordiæ gloriolam captantes.

Iam ſuam clementiam.) Hos quinque in Fidiculani cauſa ſediſſe ſignificat.

Quæſitum Habito.) Id eſt, paratum contra Cluentium.

Rei iudicatæ.) Id eſt, duobus præiudicijs.

De ſtatu ſuo.) Id eſt, de animi conſtantia.

A *Superiora iudicia.*) Id eſt, de Scamandro & Fabricio præiudicia, id eſt, qui Oppianicum damnauerunt.

Sua ſponte.) Id eſt, æquo & moderato animo, non irritato, nec concitato.

Conſilij) Id eſt, iudicum.

Eſſet iniecta.) Iniecta infamia & ſuſpicio, pro eo quod eſt, facta & ſuſcepta dicitur, vt iniectus timor, pro L. Murena dicitur: *Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus ſit, quantaque deſperatio Reipub. ſi ille factus eſſet, ne lite à me commoneri velle.* Inijcere ignem, pro eo quod eſt imponere, idem dicit in L. Piſonem: *Quum in Palatio mea domus ardebat, non caſu aliquo, ſed ignibus iniectu.*

B *Tam atrocu rei.*) Vt reus innocens iudicio opprimeretur.

Paulo poſterius.) Re ampliata.

Sapientes illos.) Aut qui non liquere dixerunt, aut etiam eos qui damnauerunt.

Ex hominibus ipſis.) Id eſt, ex ipſorum animis & virtutibus. Hominem enim eſſe animum qui ſit in corpore putauit Cicero, vt amplius in Catonem Maiorem ſcribimus.

Quæ quia cognita ſunt.) Numerum pluralem pro ſingulari ponit.

Verborum ornamenta.) Id eſt, laudes.

C *Ex vetere illa iudicum diſciplina.*) Hoc dicendi genere antea vſus eſt.

Natu minimus.) Ita paruum natu ne exiſtimes, vt eum minorem annis 35. credas. Nam ante hanc ætatem nulli iudicare licebat, vt anno ætatis 30. iudicare liceret, id eſt, quinquennio maturius quam ſolebant, Auguſtus Cæſar conſtituit: vt in eius vita Suetonius ſcribit.

Religione.) Id eſt, iuriſiurandi integritate.

O innocentiam.) Ironia eſt.

Agitante.) Id eſt, multitudinem concitante.

D *In iudicio.*) Pop. Rom. ſcilicet, quod de Iunio fuit.

In dicendo.) Id eſt, in Iunio defendendo.

Peruertit.) Id eſt, oppreſſit & damnari fecit.

Cauſam totam.) Eorum quos à Cluentio damnatos iactauerat, quibus omnibus minatus erat.

Priuatus eſt factus.) Id eſt, abijt Tribunatu.

Studia.) Id eſt, inuidiam aduerſus iudices conflatam.

Deferbuiſſe.) Id eſt, refrixiſſe, & vt dicunt refrigerata eſſe. Vt in libro de Oratore: *Quantu illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarum? quæ nequaquam ſatu deferbuiſſe, poſt aliquanto ſentire*

E *cœpimus.* Et pro M. Cælio: *Multi & noſtra & patrum maiorumque memoria ſummi homines & clariſſimi ciues fuerunt, quorum quum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt.* Efferueſcere contrarium eſt, vt pro Cæl.o: *Si cui nimium efferbuiſſe videtur huius vel in ſuſcipiendis, vel in gerendis inimicitijs, vis, ferocitas, pertinacia.* Refrigeratum à Cicerone quoque dicitur, Actione in Verr 2. *ita defeſſa ac refrigerata accuſatione rem integram ad M. Marcellum eſſe venturam.* A deferueſcendo autem dicitur, quæ vt arbitror ſola vox eſt. deferuere enim dici non arbitror. Idem in libro Tuſculan. 4 *Aut regendi ſunt orandique vt ſi quam habeat vlciſcendi vim, differant in tempus aliud, dum deferueſcat ira.* Deferueſcere autem refrigerari ſigni-

ſignificat ardorem animi, inuita ratione excitatum. A

Poteſtas.) Id eſt, copia. de qua voce alio loco ſcribimus.

Inſolentia.) Id eſt, ſuperbia ſupra humanum morem ſe efferens. *Inſolens*, vt ait Nonius Marcellus, *impudens & audax dicitur conſuetudine.* M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro ſecundo: Inſolens, arrogans, iactans.

Ignoratio ſui.) *Quantum bonum eſt noſſe ſeipſum, tantum ignoratio ſui malum eſt. Autore Cicerone libro de Leg. primo, natura docuit, vt noſmetipſos noſceremus.* Cuius præcepti tantam vim eſſe, tantam ſententiam dicit, vt ea non homini cuipiam, ſed Delphico deo tribueretur. indeque omnem ſapientiam naſci oſtendit. Autore Platone in libro de B Philoſophia, *ſeipſum ignorare deſipere eſt: ſe noſſe, ſapere. Eodem autore in Protagora*, ſeptem Græciæ ſapientes facto conſilio & communi conſenſu illas Delphici Apollinis templo primitias ſapientiæ dedicarunt, quæ templo inſcriptæ ab omnibus celebrantur: *Noſce teipſum, & Ne quid nimis.* Apud eundem in Charmide Critias: *Ferme*, inquit, *hoc ipſum temperantiam eſſe arbitror, ſeipſum cognoſcere illique aſſentior, qui præceptum hoc templo Apollinis ipſius inſcripſit. Certe videtur hæc inſcriptio tanquam dei ſalutatio quædam ad homines, qui templum ingrediuntur, loco eius, quo gaudere iubet, &c.*

Ex quo illa nata ſunt omnia.) Quæ fecit aut dixit Quintius in concione, aut in iudicio, ad concitandam multitudinem. C

Non ſibi ac defenſioni ſuæ, &c.) Id eſt, quod Oppianicus propter ſe & ſuam defenſionem abſolutus non ſit. Tantum enim ſibi arrogabat, vt cauſa ſua Oppianicum abſolutum iri putaret.

Signi.) Id eſt, argumenti & probationis.

Ab omnibus eum fuiſſe deſertum.) Id eſt, nullum patronum bonum voluiſſe cauſam eius ſuſcipere: vt diximus Fabricij cauſam ab indocto Cepaſio ſuſceptam. Quintiliano autore libro 4. *beneuolentiam aliquando captamus à perſona aduerſarij per contumeliam*, vt Aſinius pro D Vrbiniæ hæredibus Labienum aduerſarij patronum inter probationes cauſæ malæ poſuit.

Erat enim Romæ.) Cauſam Oppianici deteriorem oſtendit, quod eques Rom. quod in municipio ſuo nobilis fuerit, eum tamen nemo ex tanta copia patronorum hominum eloquentiſſimorum ſuſcipere voluit defendendum.

Equitem Rom.) Oppianicum.

Ex municipio.) Larino. Municipes enim & coloni, ciues Romani erant. E

Dixerat.) Id eſt, orauerat.

Ad quinquaginta.) Id eſt, circiter quinquaginta. Maiorem Quintij inertiam ſignificat. Adoleſcentes enim accuſare aut defendere incipiebant, vnde magnam ſibi gloriam quærebant, vt Cicero natus annos 23 aut vt alijs placet 27. Sex. Roſcium parricidij reum defendit. L. Quintius quinquagenarius ne laudatoris quidem aut aduocati officio tum vſus fuerat, quum Oppianici cauſam ſuſcepit.

Laudatoris.) Reorum laudatores aut à municipijs, aut à prouincijs, aut à ſocijs adhiberi ſolebant: qua de re ſcribimus amplius pro M. Fonteio. Hique laudatores publice mittebantur cum tabulis publicis. Ea res multum valebat ad tollendam ſuſpicionem criminis

A obiecti ab accuſatore. Nam veriſimile non erat, hominem tam probatum ijs quibuſcum vixerit, crimen id de quo quæſtio conſtituta ſit admiſiſſe. Hac quoque ratione iudices ad miſericordiam flectebantur, eius quem tam charum alijs videbant, quam charitatem à virtute proficiſci putabant.

Aut aduocati.) *Aduocatus eſt*, ait Aſconius, *is qui alterum in iudicio defendens, aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico.*

Iamdiu vacua.) Annos ad ſeptem ante Oppianici damnationem L. Sylla tribunitiam poteſtatem ſuſtulerat, quia Patritiorum contra Plebeios cauſam ipſe tuebatur. Eodem enim fere tempore iudicandi poteſtatem ab Equitibus ad Senatores tranſtulit, quo & tribunitiam poteſtatem ſuſtulit. Verre Prætore vrbano cauſa Oppianici acta eſt. Poſtea Verres prouinciam Siciliam triennium adminiſtrauit. Poſtquam de prouincia deceſſit, à Cicerone accuſatus eſt. In eius accuſatione decem annis ante iudicia ad Senatum tranſlata dicit. Poteſtas tribunitia populo ante à Pompeio Coſ. quam Equitibus iudicandi poteſtas à M. Aurelio Cotta reſtituta eſt. Aſconius autem in Commentarijs in Diuinationem ſcribit, pop. Rom. annis 10. tribunitia poteſtate L. Sylla victore ſpoliatum fuiſſe, eamque iudiciorum deſiderio efflagitatam. Senatores enim qui iudicabant, auaritiæ C infamia maxime flagrabant.

Poſt aduentum L. Syllæ.) Id eſt, poſtquam à bello Mithridatico redierat, & cum G. Mario populari homine pugnauerat, eumque vicerat.

Ad veteris conſuetudinis ſimil.) Id eſt, ad conciones, quales haberi ſolebant ante poteſtatem tribunitiam ſublatam.

Reuocauerat.) Significat L. Quintium fuiſſe ex primis Tribunis, poſtquam ea poteſtas reſtituta eſt. Sicinium, Quintium, & Palicanum primos perfeciſſe, vt poteſtatem tribunitiam populo Rom. Cn. Pompeius & M. Craſſus Coſs. darent: autor eſt Aſconius. D Quocirca coniectare licet, hos inter primos Tribunos pleb. fuiſſe.

Cuidam hominum generi.) Id eſt, plebi.

Illis ipſis.) Id eſt, populo Rom. cuius ſuffragijs Tribunus plebis factus fuerat.

Facite vt recordemini.) Id eſt, recordamini. vt de Senectute: *Inuitus feci, vt L. Flaminium eijcerem è Senatu: id eſt, inuitus eieci.*

Sed etiam vultum atque amictum.) Sub oculos ſubiectio eſt, veluti ante: *Recordamini faciem, atque illos eius fictos ſimulateſque vultus.* Et pro P. Seſtio de Piſone & Gabinio: *Quorum per deos immortales, ſi nondum ſcelera vulneraque inuſta Reip. vultu recordari. vultum atque inceſſum E animis intuemini. Facilius facta eorum occurrent mentibus veſtris, ſi ora ipſa oculis veſtris propoſueritis.* Charientiſmon, ſiue ſcomma facit: qua figura fit feſtiua dictio.

Atq. illam vſque ad talos.) Autore Quintiliano libro quinto, à patronis aliquando aduerſarij vita, vultus, inceſſus, habitus recte inculari ſolet. *vt*, inquit, *aduerſus Quintium Cicero ipſam prætextam demiſſam ad talos inſectatus eſt.* preſſerat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Id vtile eſſe dicit ad conciliandum ijs quos inuiſos facere volueris, odium. Hoc tamen loco appellat Cicero purpuram, quam Quintilianus prætextam. Purpura vſos fuiſſe oratores qui eſſent adoleſcentes, ſcriptū inuenio. Cicero pro Flacco, Deciano accu-

accuſatori auaritiam obijciens: *Affers faciem nouam, nomen vetus, purpuram Tyriam; in qua tibi inuideo, quod vnis veſtimentis tamdiu lautus es.* ſignificat eum præter ætatem purpura vti. Et pro M. Cælio: *Si quem etiam minorum horum aliquid offendit, purpura genus, ſi amicorum caterua, ſi ſplendor, ſi nitor? Iam iſta deferuerit, iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigarit.* Quintil. lib. 11. de cultu oratoris ſcribens, ſignificat purpura vti oratores: *Vt purpura,* inquit, *recte deſcendant, leuis cura eſt.* Huiuſmodi prætextam purpuram tanquam rem viro indignam fecit Virgilius in libro Æneidos nono, vt Remulus Troianis probri loco obijceret: *Vobis picta croco & ſplendenti murice veſtis.* Id fortaſſe fecit Virgilius, quia ætate ſua id turpe habebatur. A

Vſque ad talos demiſſam purpuram.) Non reprehendit quod toga ad talos demiſſa fuerit. nã. vt ait Quintilianus lib. 11 togam veteres Romani ad calceos vſque demittebant, vt Græci pallium. Huiuſmodi togis Ciceronem, & qui poſt eum fuerunt, vſos fuiſſe dicit. Sed illud reprehendit Cicero, quod purpura vſque ad talos prætexta ſit. B

Diſceſſiſſe victum,) Amiſſa cauſa ſcilicet.

Rem ſubſellijs ad roſtra detulit.) Forum, roſtra, & ſubſellia pro eadem re ſæpe dicuntur. Nec hoc loco Cicero locorum differentiam ſignificare videtur, ſed actorum & auditorum: quod ad ſubſellia agant oratores, audiant iudices, in roſtris concionem habeat Trib. pl. populus audiat. Aut ſi locorum diſtinctio eſt, ſicut certe eſſe videtur, roſtra ſunt vbi conciones ad populum habentur, vt Populo ante roſtra iamdiu vacua dixit. C

Subſellia.) Vbi exercentur iudicia. vt antea: *Accuſabat Tribunus pleb. idem in concionibus, idem ad ſubſellia, ad iudicium non modo de concione, ſed etiam cum ipſa concione veniebat.* eaque ſubſellia ſunt gradus Aurelij, vbi antea dixit C. Iunium accuſatum, & pop. Rom. iudicio damnatum. Ad ea Oppianici cauſam actam ſignificat. *Forum triplex Romæ fuiſſe,* eſt apud Cælium Rhodiginum.

Et iam querimur.) Et hoc loco particula interrogatiua eſt, vt apud Virgilium in Bucolicis: *Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?* Aut potius indignatiua, vt apud eundem in libro Æneidos primo: *Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea, aut ſupplex aris imponat honorem?* D

Loco.) Id eſt, genere.

Vt nobilitatu dig.) Nobilitatis dignitatem virtute tueri dicitur is, qui ignobili loco natus, nobilitatem ſibi virtute parauit, quam etiam tuetur.

Vſque eo peruenit.) Ad honores, ad magiſtratus ſcilicet.

Perſecuta.) Id eſt, comitata. E

Hoc vno) Id eſt, hac re ſola, quod ſit ignobilis, & non quod vllam habeat virtutem.

Procedit ſæpe longius.) In magiſtratibus aſſequendis vel gerendis.

Intolerantia.) Intolerantia hic dicitur paſſiue, pro intolerabili arrogantia.

Eo loco.) Id eſt, ignobilis. erat enim plebeius. Nemini enim patricio licebat gerere plebis Tribunatum P. itaq; Clodius vt fieret Trib. plebeio Fonteio ſe dedit adoptandum.

Tu.) T. Acti.

A *Gratis.*) id eſt, nulla accepta pecunia.

At condemnarat.) Dialogo aut altercationi ſimilis hic locus eſt, vbi perſonam accuſatoris & patroni agit Cicero.

Illa igitur.) Apte hoc loco complexione vſus Cicero eſt, adhunc modum: Si gratis iudicaſſe Oppianicum Fidiculanus Iudicum ſententia dictus eſt, cæteri qui eundem damnauerunt, gratis damnauerunt. omnium enim eadem cauſa eſt. Si omnes gratis damnauerunt, quos damnandos Quintius curauit, ij iniuſte damnati ſunt. Omnia igitur Quintiana indicia fuerunt falſa, iniqua, &c.

Eſto.) Eſto eſt particula concedentis tanquam id concedat Actius
B Ciceroni, Falculam potuiſſe innocentem eſſe.

Iam ergo aliquis.) Nam ſi innocens Falcula fuit, Oppianicum gratis condemnauit.

in quemquam illorum.) Qui Oppianico damnato in iudicium vocati ſunt.

In quenquam illorum obiectam.) Quæ Fidiculano obiecta non ſit. Ex hoc loco attende, obijcio tibi, & obijcio in te dici poſſe.

In cæterorum) iudicum ſcil. qui damnato Oppianico rei facti ſunt.

Rebus iudicatis) Id eſt præiudicijs.

Aut hoc iudicium) Argumentum ex remotione eſt: Iudicium
C Fidiculani aut falſum eſt aut verum: Si non falſum, verum eſt: Si verum, Oppian. gratis à Fidiculano damnatus eſt, quod hoc iudicio liberatus ſit.

Magno argumento.) Id eſt, magnæ probationi.

Ex tam multis iudicibus.) Qui Oppianicum damnauerant.

Qui enim mihi.) Quia dixit abſoluto Falcula neminem ex tam multis iudicibus reum factum eſſe, ne Popilium & Guttam aduerſarios obijciat, eos ambitus alia lege damnatos dicit.

Debuerint potius accuſari.) Si eorum iudicia eſſent Cluentij præiudicia, repetundarum accuſari debuerunt. Marcello Iuriſc lib Di-
D geſt. 46. ad legem Iuliam repetundarum autore. *lege Iulia repetundarum tenetur, qui quum poteſtatem aliquam haberet, eadem iubet ne quis ob hominem condemnandum abſoluendumve aliquid acciperet.*

Hoc.) Id eſt, quod ob rem iudicandam accepiſſent pecuniam.

Adducti.) Id eſt, in iudicium vocati.

Quam quiſque lege.) Ordo eſt, Qua lege quiſque ex illis iudicibus.

Hac plaga periret.) Id eſt, hoc crimine corrupti iudicij damnaretur.

Tantis præmijs.) *Accuſatoribus qui viciſſent lege conſtitutum fuiſſe præmium*, apud Aſconium eſt in Commentarijs pro Milone. Id autem
E præmium quartam partem bonorum damnati rei arbitror. Inde quadruplatores idem ſcribit appellari, accuſatores criminum publicorum, quod ipſi ex damnatorum bonis, quos accuſauerant, quartam partem conſequerentur.

Hic profertur.) Quartum eſt hoc genus præiudiciorum ab Actio prolatorum. Id vt proximum, iudicij loco habendum non eſſe Cicero oſtendit.

P. Septimio Scæuola.) Hic quoque iudex Oppianicum damnauit. De hoc Cicero actione in Verrem 2. Senatores iudices corruptos commemorans: *Quid ſit*, inquit, *quod P. Septimio Senatore damnato, Q. Hortenſio Prætore de pecunijs repetundis, lis æſtimata ſit eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepiſſet.*

Litem

Litem eo nomine eſſe æſtimatam) Litem æſtimare, vt ait Aſconius in A
Commentariis in Actionem ſecundam in Verrem, eſt pecuniam de
qua lis fuit,& propter quam condemnatus eſt reus,in ſummam redi-
gere, quæ de bonis eius redigatur. Lis igitur æſtimari ſolebat ei qui
repetundarum poſtulatus eſſet. Quod igitur P. Septimius Scæuola
ob rem iudicandam accepiſſet pecuniam, lis ei æſtimata eſt. Eſt au-
tem æſtimare ab ære dictum, id quod vulgo dicunt appreciare & ta-
xare. Autore Sex. Pompeio *æſtimata pœna ab antiquis ab ære dicta eſt, qui
eam æſtimauerunt ære, ouem decuſſi, bouem centuſſi, hoc eſt, decem & centum
aſſibus.*

Apud homines, &c.) Conciliat ſibi iudices, quia eos ore præſenti B
laudat.

Pluribus verbis.) Dociles & attentos facit, promittendo breuita-
tem.

Nunquam enim, &c.) Tacite confitetur litem Scæuolæ æſtimatam
fuiſſe,ſed quum aliæ iudicij loco habitæ non ſint,hanc quoq; haben-
dam non eſſe oſtendit.

Nunquam enim) Sententia eſt: Si quid aliud in damnatum reum
dicatur, iudices ita diligentes non ſunt, quam quum reus nondum
damnatus eſt.

Si qua in eum lis, &c) Inferre litem in aliquem,eſt cum aliquo litem C
inchoare; vt pro C. Rabirio Poſthumo: *Itaq; in inferendis litibus adeſſe ſo-
lebant, qui aliquid de ſe verebantur.*

Lis capitis.) Id eſt, capitalis.

Illi) Accuſatores.

Qua de re antequam.) *Præter id exordium quod eſt totius orationis, multa
ſæpe ſunt in eadem oratione ſpecialia,* autore Quintil. lib. 4. *ſi multiplex cau-
ſa eſt, ſua quibusq; partibus danda præfatio eſt.* Vt, *Audite nunc reliqua:* &,
*Tranſeo nunc illud. Sed in ipſis probationibus multa funguntur prooemij vice,
vt facit Cicero pro Cluentio dicturus contra Cenſores: pro Murena, quum
Seruio ſe excuſat. Verum id frequentius eſt, quam vt exemplo confirman-* D
dum ſit.

De meo officio.) Quod aduerſus amicos eſt.

Huiuſce periculi) In quo Cluentius verſatur. Inde reum periclitari,
apud Quintilianum licet non ſemel inuenire.

Cum viris fortibus) Cn. Lentulo & L. Gellio: qui proxime Cenſores
fuerunt. M. Aquilius & T. Gutta, qui iudices damnauerunt Oppiani-
um, triennio amplius à Cenſoribus notati ſunt. Nomen enim Cen-
ſorum triſte ſeuerumq; populus R. ſic oderat, vt intermiſſa eſſet Cen-
ſura per plurimos annos, quam Cicero in Diuinatione à populo ex-
poſci dicit ob infamiam iudicum corruptorũ, quam ante recuſabat: E
autor eſt Aſconius. Verris cauſam amplius triennium poſt Oppiani-
um damnatum actam fuiſſe ante diximus.

Qui proxime Cenſores fuerunt.) Id eſt, qui fuerunt proximi Cenſores
ante eos, qui tum erant, quum Cluentij cauſa ageretur.

Cum altero.) Cn. Lentulo.

Magnus vſus.) Id eſt, magna conſuetudo & familiaritas.

De ſubſcriptionibus.) Id eſt, de animaduerſionibus. Hoc loco ſubſcri-
ptiones in ea re ſæpe dicit Cicero, quod in tabulas publicas Cenſores
referebant eos quos notaſſent, quæ tabulę in æde Nympharum aſſer-
uabantur, vt diximus.

Digitized by Google

A *Honoris cauſa nominatur.*) De honeſtiſſimo homine aut amiciſſimo id dici ſolitum, ſcripſi alio loco.

Honeſtiſſimum hominem) Lentulum ſignificat, quum dixit pro eximia ſua virtute, ſummiſq; honoribus. Summus honos Conſulatus eſt. Magiſtratuum gerendorum ille ordo erat, Ædilitas, Prætura, Conſulatus, Cenſura. Hic igitur Lentulus ante Cenſuram geſſit Conſulatum.

In amicorum periculis.) Id eſt, defendendo amicos Orator enim fuit.

Libertatem dicendi.) Vt libere diceret, etiam contra amicos, vt fidem patrocinij ſeruaret.

B *Huius*) Cluentij.

Caute pedetentimq.) Vt Action. in Verrem 2. *Quæ tamen à me pedetentim cauteq. dicentur, vt amicitia noſtra & dignitatis illius habita ratio eſſe intelligatur.*

Neq. in re nota.) Quintilianus lib 5. autor eſt, *in rebus apertis argumentari tam ſtultum eſſe, quam in clariſſimum ſolem mortale lumen inferre*: de eo ante diximus.

Caium Getam.) Hoc exemplum eſt etiam apud Valerium Maximum lib. 2. de nota Cenſoria: qui idem de M Valerio Meſſala ſcribit.

Ex Senatu eiectus eſſet.) Eiicere è Senatu, ſæpe Cicero dicit: vt in Catone Maiore: *Inuitus quidem feci, vt fortiſſimi viri T. Flaminij fratrem L. Flaminium è Senatu eiicerem.* Mouere ſenatu alij dicunt ſæpius: vulgus deponere de Senatu.

C

Cenſorem factum.) Nam facere magiſtratus ſolet dicere Cicero quod Valerius & T. Liuius creare. vulgus eligere & reficere. quod alij continuare: de quo alio loco plura.

Cæteri turpi iudicio damnati.) Præter eos qui de ambitu damnati ſunt: qui ſi quem alium ambitus accuſauerint, & vicerint, in integrum (vt ante dictum eſt) reſtituuntur.

D *Turpi iudicio.*) Vt furti, cædis, repetundarum, maieſtatis, quod famoſum in libris Pandect. ſæpe appellatur. Turpe enim iudicium non erat, quum quis de re pecuniaria, aut hæreditate, aut alia eiuſdem generis damnabatur.

In perpetuum.) Niſi ab exilio reuocati erant.

Honore.) Id eſt, Magiſtratu.

Dignitate.) Id eſt, Senatu.

Ignominia notatis.) A Cenſoribus.

Nunc ſi quem.) Inter iudicium & notam Cenſoriam longe intereſſe oſtendit. Nam ſi quis ab humiliore turpi iudicio damnatus ſit, omnia dignitatis ornamenta amittit: ſi quis à Cenſoribus clariſſimis viris atq; ſapientiſſimis notatus ſit, ea ornamenta non amittit.

E

Captarum pecuniarum.) Ob rem iudicandam.

Non modo in Senatum redierunt.) Videtur Cicero in ea eſſe ſententia, vt Lentulus & Gellius fuerint Cenſores ij qui duos iudices notauerint, qui Oppianicum damnauerunt. Id ſi ita eſt, intelligendum eſt, hanc animaduerſionem fuiſſe antequam Gutta de ambitu damnaretur: aut poſt quã ipſe damnatus alium ambitus accuſauerit, viceritq; ideo reſtitutus in integrum ſit.

In Senatum redierunt.) Antequam notati eſſent Aquilius & Gutta, ſenatores erant: tum enim, vt diximus, ſoli ſenatores iudicabant. Notati autem è Senatu eiecti ſunt. Nam vt ait Aſconius in Commenta-

mentariis in Diuinationem Ciceronis: *Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoq; anno creari ſolebant. Hi ciues ſic notabant, vt qui Senator eſſet, à Senatu moueretur: qui eques Rom. publicū equum perderet: qui plebeius, in ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, ſcilicet ad hoc vt eſſet ciuis, ſed tantummodo, vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.* A

Iudicia ipſarum rerum) Id eſt, quæ de capitis pecuniis eſſent.

De exiſtimatione cuiuſquam.) Id eſt, in turpi iudicio. Ibi enim de exiſtimatione rei agitur. Nam qui damnatur, infamiam adipiſcitur perpetuam.

Niſi qui inter aduerſarios conueniſſet) Facta iudicum ſortitione, accuſator & reus quos volebant reiiciebant, quorum in locum ſubſortitio fiebat, vt diximus. Itaq; nemo erat Iudex, niſi inter accuſatorem & reum conueniſſet. Ita non fiebat in Cenſorum animaduerſionibus: hæ igitur, vt iudicia habendæ non ſunt. B

Quapropter in omnibus legibus.) Præterea hoc loco aptius, quam quapropter legeretur. Alia enim cauſa eſt, cur Cenſoriæ animaduerſiones iudicij loco habendæ non ſint.

In omnibus legibus quibus exceptum eſt, &c.) Aliquę nonnunquam interueniunt cauſæ, cur non liceat aut accuſare, aut iudicem eſſe, aut magiſtratum gerere. Hæ autem cauſæ in iure ciuili perſcriptæ ſunt: vt lib. Digeſt 3 de poſtulando, & de his qui notantur infamia, permultæ huiuſmodi cauſæ traditæ ſunt. In huiuſmodi cauſis animaduerſionē Cenſoriam eſſe, Cicero negat. C

Magiſtratum capere.) Id eſt, gerendum ſuſcipere, & vt dicunt, acceptare; vt pro lege Manilia: *Quid tam ſingulare, quam vt S. C. legibus ſolutus, Conſul ante fieret, quam vllum alium magiſtratū per leges capere licuiſſet?* Et pro Cn. Planco: *Quod multo etiam minus eſt ferendum: tum enim magiſtratum non gerebat is qui ceperat* Mandare magiſtratum, pro eo quod eſt dare vel offerre, vſitate dicitur: de quo alio loco dicemus.

Timoris enim cauſam) Id eſt, vt ignominiam timerent: itaq; à turpitudine auocarentur. D

Poteſtate.) Cenſoria; vt ante poteſtatem tribunitiam appellauit.

Populi Rom. ſuffragiis.) C. enim Geta qui à Cenſoribus notatus fuerat, Pop. Rom. ſuffragiis Cenſor factus eſt.

Iudiciis eorum qui iurati.) Quę iudicia ſuffragiis populi iurati habenda ſunt grauiora.

Senatores Equiteſq;.) Quum per annos plurimos ante Oppianici damnationem poteſtas Cenſoria, vt diximus, intermiſſa fuerit: hoc intelligendum eſt factum, poſtquam lege Aurelia Senatoribus & Equitibus Rom poteſtas iudicandi data eſt: E

Sua religioni.) Quæ ex iureiurando profecta eſt.

Qui iurati) Prætor Vrbanus cum ſeligeret iudices, qui ſortituri erant, iuratus erat, vt hoc loco ſignificat Cicero. Cn. Pompeium Cos. ſolum delegiſſe iudices in cauſa Milonis, idem Cicero teſtis eſt Cum vero facta erat iudicum ſortitio, omnes in leges iurabant, præter Prętorem. Prætorem autem iurare morem non fuiſſe, Cicero ſignificat Act in Ver. 2 *Cum enim, vt ait, Prætorum deſignatorum ſortitio fieret, M. Metello obtigit, vt de cauſa Verris quæreret*: eo iudice quam Prætore hanc rem tranſigi, & iurato ſuam quam iniurato aliorum tabellas cōmittere ſe malle dicit. Id enarrat Aſcon. Nam cum iudex ſit Metellus, tabellā iudicia-

A dioiariam iutatus accipit: cum Prætor fuerit, & non iurauerit, quia non eſt iuris, in poteſtate habebit omnes tabellas omnium iudicum. Prætor igitur cum ſeligit Iudices, iuratus eſt: cum præeſt iudicio & iudicum tabellis, iuratus non eſt.

Ad eam rem) Id eſt, ad optimum quemq; in ſelectos iudices referendum.

Impedimento eſſe oportere.) Nam ſi iudicij loco haberetur Cenſoria animaduerſio, notatos homines in ſelectos iudices referri non oporteret.

Cenſores deniq. &c.) Id eſt, proximi Cenſores ſuperiorum Cenſorum B iudicia non probauerunt. Eos enim reſtituerunt, quos alij notauerant. Autore Aſconio, Cenſorum notam ſucceſſores plerunq; ſoluebant.

Iudicia non ſteterunt.) Id eſt, iudicia non ſeruauerunt: vt ſtare re iudicata, conuentis, promiſſis dicimus. Pro L. Flacco: *Re iudicata ſtari oſtendit placere.* Lib. de Offic. 3. *Multa, quæ honeſta natura videntur eſſe, temporibus fiunt non honeſta: facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita, commutata vtilitate fiunt non honeſta.* Idem lib. 1. *Iam illis promiſſis non ſtandum eſſe quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit?*

C *Alter alterius.*) Præter id quod hoc loco dicit Cicero, illud animaduertendum eſt, Claudium Neronem & Liuium Salinatorem, cum Cenſores equitum centurias recenſerent, ſe inuicem notaſſe: Salinatorem Claudius, quia populi iudicio ante Conſulatum & Cenſuram damnatus fuerat: Neronem Liuius, quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediſſet, notauerunt. Idem Salinator quatuor & triginta tribus in ærarios retulit, quod cum ſe damnaſſent, poſtea Conſulem & Cenſorem feciſſent: autor eſt Valerius Maximus lib. 2. tit. de nota Cenſoria.

Ordine ampliſſimo) Id eſt, Senatu.

D *In ærarios*) Id eſt, inter ærarios, quod eodem loco idem Valerius dicit: *Salinator*, inquit, *quatuor atq; triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit.* In ærarios relati dicebantur ij, qui ære multatitio damnati erant: qui tum ex ærariis eximebantur, cum ſatisfecerant, aut aliqua ratione hac ignominia leuabantur.

Tribu moueri) Id eſt, in albo centuriæ ſuæ non eſſe. De quo animaduerſionis genere ex Aſconij ſententia ante diximus.

Quæ à pop. Rom. reſcindi) Per enumerationem concluſio ſpecialis eſt.

Diſcrepare.) Diſcrepare hoc loco imperſonale eſt, vt contrarium E eius conuenire, alioqui ſæpius perſonale eſt; vt pro Cn. Planco: *Neq; ego nunc legis iniquitatem queror, ſed factum tuum à ſententia legis doceo diſcrepare.* Inde diſcrepantiam Cicero dixit in primo de Officiis: *In actiones omnemq; vitam nullam diſcrepantiam conferre debemus.*

Quæ quum ita ſint.) Rem ſatis notam iudicibus ſatis iam probaſſe ſibi viſus eſt.

Quam illa acerbiſſima proſcriptio.) L. Syllæ proſcriptionem intelligit.

Cenſorium ſtylum) Id eſt, Cenſoriam ſubſcriptionem. Cenſores enim ſtylo in ceratis tabulis ſcribebant.

Dictatorium) Id eſt, Syllæ Dictatoris.

Graue

Graue debet eſſe.) Id eſt, debet valere. A

Vince.) Id eſt, oſtende & obtine.

Nihil de illo vnquam, &c.) Quam quod vir bonus & homo integer eſſet.

Amplexator.) Amplexato legendum eſt, autore Priſciano: is enim lib. 8. multa verba deponentia enumerans, quæ apud veteres in o exibant: *Amplexo*, inquit, *pro amplexor. Q. Claudius in ſecundo Annalium, Comprehenſare ſuos quiſq; ſeruire, amplexare Cicero pro Cluentio: Autoritatem Cenſorum amplexato. Amplecto quoq; pro amplector, & complecto pro complector.* Hæc ille.

Cum re.) Id eſt, cum facto. B

Dum vero eum fuiſſe Oppianicum conſtabit.) Improbiſſimum hominem & nequiſſimum fuiſſe atque nocentiſſimum Oppianicum oſtendit, breuiterq́; & per enumerationem repetit Oppianici crimina, quæ ante expoſuit, vt turba magis valeant. Nam ſi quæ per ſe infirma ſunt, colligenda ſunt Quintilianus lib. 5. præcipit, vt turba valeant: quanto plus valebunt collecta ea quæ per ſe firma ſunt?

Tabulas publicas.) Cenſorias ſcilicet.

Municipij ſui) Larini

Iudicatus ſit.) A Decurionibus.

Qui teſtamentum) Dineæ ſocrus ſuæ. C

Suppoſita perſona) Aiulij, qui ſe Aſinium mentiebatur.

Qui eum.) Aſinium.

Auunculum filij ſui.) M. Aurium fratrem Magiæ, ex qua Oppianicus filium ſuſcepit.

Municipes ſuos) Quatuor viros, & tres Aurios, & C. Virium Larinates.

Eius vxorem.) Saſiam A. Aurij Melini vxorem.

In matrimonium duxerit.) Ducere in matrimonium dixit, vti Terentius in Eunucho *ducere in vxorem*, & *ducere vxorem* dicit: *Dicebat patrem ita obiectaturum, vt liceret ſibi hanc in vxorem ducere. Bono animo es, duces vxorem hanc.* *In matrimonio habere* ſæpe dicit Cicero pro P. Quintio: *P. Quintij conſobrinam habet in matrimonio Næuius.* Actione in Verrem 5. *Vectius tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio.* Pro A. Cecinna: *Is habuit in matrimonio Ceſenniam.* D

Pecuniam pro potione dederit.) Vxori Cn. Magij prægnanti. Pro abortione, non pro potione, lego in codice S. Victoris.

Socrum.) Dineam Magiæ matrem per L. Clodium circumforaneum medicum necatam.

Qui vxorem.) Cluentiam, Cluentij amitam. Vxores, non vxorem lego in codice S. Victoris. Quæ lectio videtur emendatior. Nam Oppianicum in vxoribus necandis exercitatum dixit. E

Vxorem ſperatoſq́; liberos) Id eſt, vxorem grauidam.

Fratremq́; ipſum.) C. Oppianicum.

Suos liberos.) Id eſt, duos filios, alterum Pappia, alterum Nouia natos: quos vt ſibi nuberet Saſia necauit.

Priuigno.) Cluentio.

Miniſtris conſciuq́;) Scamandro & Fabricio.

Iudici.) Staleno.

Argumento.) Id eſt, iudicio & probatione.

Grauiſſime) Id eſt, veriſſime.

Nihil

Digitized by Google

Nihil cauſa cognita ſtatuiſſe) Id eſt, nec cauſam cognouiſſe, nec ſta-
A tuiſſe.
Quod ſi ita feciſſet.) Aliquando fingimus aliquid donare aduerſario,
vt ad proxima gradum faciamus.
Potentem aliquem, &c.) Hoc dicit, vt D. Matrinius, qui à Cenſoribus
notatus fuerat, non potentia aliqua aut gratia lectus ſcriba eſſe vi-
deatur.
Tenuem.) Id eſt, pauperem.
Scribam Ædilitium.) Ædiles Curules habuiſſe ſcribas, deq; ſcriba-
rum ordine, ſcribimus in Commentariis in quartam Ciceronis Inue-
B ctiuam in Catilinam.
Ædiles Curules) Ædilibus iudicandi poteſtas fuit. Hinc in lib. Di-
geſt. 21. titulus eſt de Ædilitio edicto.
Vt Scribam iurati legerent) Significat D. Matrinium à Cenſoribus no-
tatum, de Scribarum ordine eiectum fuiſſe, ſeque perſuaſiſſe vt
eum iterum legerent; niſi illud: *Nuper hominem tenuem Scribam Æ-
dilitium, &c.* Intelligere maluit: vt tum Scriba Ædilitius fuerit, quum
hanc Cluentij cauſam Cicero ageret, nō quum Matriniū defenderet.
Iidem iſti Cenſores) Lentulus & Gellius.
Ærarium reliquiſſent.) Id eſt, in ærarios retuliſſent: nā plebeius erat.
Nam hac quidem.) Nam, id eſt, præterea: in qua ſignificatione perſę-
C pe à Cic. dicitur. Donatus exponens illud ex prologo Adelphorum.
Nam quod iſti dicunt maleuoli: *Nam*, inquit, *incipiendi vim habet modo*: vt,
Nam ego hanc macharam meam dico: & in Hecyra, *Nam ſenex rus abdidit ſe.*
Plautus in Milite, *Nam meus conſeruus eſt homo vt magni precij*. Eodē Do-
nato autore in eandē fabulā, *Enim inceptiua particula apud veteres fuit.*
Cæteri.) Viginti iudices, ſcilicet.
Non eſt igitur circumuentus.) Nam ſi maximus fuit numerus eorum,
qui gratis condemnarunt, circumuentus innocens non fuit.
In culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi) M Cælius in lib. Epiſt. Ciceron. 8.
contra dixit ponere in gratiam: *Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Ap-*
D *pio facies, ponito me in gratiam.*
In culpa ac ſuſpicione.) In ſuſpicione culpæ.
Affines.) Id eſt, conſocios, & vt vulgo loquuntur, culpabiles. De hoc
verbo ſcribimus in Inuectiuas.
Compertum de cæteris.) Legendum arbitror, compertum, nihil in cæ-
teris comperiſſe.
Illos.) Cenſores.
Flagitium rei militaris.) Quamuis multa ſint rei militaris flagitia, hoc
tamen loco intelligit, cum milites hoſtium metu abiectis armis ex
E prælio effugiunt. Quorum illa apud Romanos veteres pœna fuit, vt
qui fugiſſent, in decurias diuiderentur, ex quibus ſortitione ſinguli
deligerentur, in quos vltimo ſupplicio in oculis exercitus animad-
uerteretur, vt ait Plutarchus in vita M Craſſi. De hoc more nunc Ci-
cero intelligit. Si igitur dicat Actius, illo more à Cenſoribus in iudi-
ces numarios animaduerſum fuiſſe, quod ex viginti duobus, qui da-
mnauerunt Oppianicum, duo à Cenſoribus notati ſint, hoc minime
probandum eſſe oſtendit Cicero.
Sortitione.) Etiam Sortitò aduerbium dicit in Verrem Act 4. *Syracu-
ſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat,*
& Sortitu, pro Domo ſua: *Si etiam pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti.*

In quoſ-

In quoſdam.) Id eſt, in decimum quemque. A

In delectu dignitatis.) Id eſt.in legendo Senatu. Cenſorum enim erat legere Senatum, & Senatu eijcere, Senatus principem conſtituere.

Nam miles qui locum.) Hunc morem in exercitu vtilem,in ciuitate perniciofum eſſe oſtendit.

Et miles eſſe melior.) In hanc rem eſt illud prouerbium, *Vir fugiens & denuo pugnabit.* de quo apud Eraſmum eſt.

Amplior ei mortis & ſupplicij metus.) Nam ſibi quiſq; metuit,ne forte puniatur,vt apud Virgilium in libro Aeneid.ſecundo, Si non dicit Eurypylum vatem renunciaſſe: *Sanguine quærendos reditus,animaq; litandum Argolica,vulgi quæ vox vt venit ad aures, Obſtupuere animi,gelidusque per ima cucurrit Oſſa tremor,cui fata parent,quem poſcat Apollo.* B

Si carpes) Id eſt,ſi ad ignominiam ex maiore numero eliges.

Fortunas.) Calliſtratus Iuriſc.lib.Digeſt.48.de bonis damnatorum ſcribit ſupplicij damnatione bona publicari, quum aut vita adimitur,aut ciuitas,aut ſeruilis conditio irrogatur.

Is nota non inuratur.) Tu nota inureris, & tibi nota inuritur dici poteſt. Pro P. Sylla: *Neque generi & nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur.* De hoc dicendi genere plura ſcribimus in Inuectiuas.

Tu es perfectus moribus.) Apoſtrophe eſt ad Cenſorem. C

Veteris.) Id eſt,bonæ.

Qui in eadem culpa ſit.) In libro de Offic.1 Cicero cauendum eſſe ait,ne iiſdem de cauſis alij plectantur,alij ne appellentur quidem timiditatis.

Timiditati militis.) A timido timiditatem dici attendo.vt pro Milone: *Quanta in periculis fuga proximorum quanta timiditates.* Quantum timidus à timente,tantum timiditas à timore diſtat.

Quod ſi hoc exemplum.) Sententia eſt, Si hoc exemplum ex re militari ad animaduerſionem Cenſoriam transferendum fuit, id ſortitione à Cenſoribus factum oportuit, ſed Cenſorium non eſt ad ciuium improborum pœnam ſortiri. Huius igitur animaduerſionis rationem ad Cenſores transferri non oportuit. Eſt autem argumentum ex contrarijs. D

Fortuna iudicio.) Id eſt,ſortitioni.

Verum omnes intelligimus.) Quod duo iudices tantum notati fuerunt à Cenſoribus, non fuit factum ad imitationem conſuetudinis militaris:ſed Cenſores popularem quendam plauſum petentes,quia videbant perſuaſum populo iudices ob rem iudicandam accepiſſe pecuniam, Aquilium & Guttam quos cæteris vitijs, atque omni dedecore infames videbant,eos notauerunt. E

Ventum quendam popularem.) Id eſt,fauorem,iactantiam, gloriam populi. De hoc verbo ante diximus.

Quæſitum.) Quærere, colligere, petere ventum aut plauſum aut rumorem popularem dicimus. vt paulo poſt: *Ex tota ipſa ſubſcriptione rumorem quendam & plauſum popularem eſſe quæſitum.* Et antea: *Omnes rumorum & concionum ventos colligere conſueſſet.* Quintilianus libro quarto: *Et huius velut præſtigia plauſum petat.*

A Tribuno.) L.Quintio.

Incognita) Id eſt,indefenſa.

Probatum.) Et ideo creditum.

Multi-

A *Multitudinem illicitum eſt credere*) Locus hic aſteriſco notandus non erat, ſi ſcriptus fuiſſet, vt in codicibus alijs, hoc modo: Multitudini illicitum erat contradicere.

Contrariam partem.) Id eſt, partem iudicum.

Illa iudicia.) Id eſt. illi iudices, qui Oppianicum damnarunt. Iudicia pro iudicibus, vt ſeruitia pro ſeruis, cuſtodias pro cuſtodibus, operas pro opificibus dicimus.

Paucis poſt menſibus.) Hoc intelligi arbitror de cauſa C. Iunij. Ea enim quum ageretur, C. Verres Prætor Vrbanus pro teſtimonio dixit, in Iuniano iudicio adulteratas fuiſſe tabulas ſuas, in quibus ſuppo-
B ſiti eſſent iudices ad corruptam ſententiam ferendam, quam cauſam ante non audiſſent, vt ante diximus ex Aſconij ſententia.

Illis Cenſoribus.) Caſus datiuus eſt, non ablatiuus. Nondum enim ordini Equeſtri reſtituta erat iudicandi poteſtas.

Iudicia.) Id eſt, Cenſoriæ animaduerſiones.

Idoneorum.) Id eſt, indignorum. Idoneus enim hoc loco in malam rem dicitur, vt in Andria Terentij: *Adeon videmur vobis idonei, in quibus illudatis?*

Illa iudicia) Quibus damnatus Oppianicus eſt.

Nam in L. Popilium.) Nâm incœptiua particula eſt.

C *In L. Popilium ſubſcripſit.*) Vt animaduertere in aliquem, ita ſubſcribere in aliquem dicimus.

Quanta diuinationis eſt) Diuinationem rerum quoq; præteritarum eſſe attendendum eſt.

Viderat.) L. Gellius ſcilicet.

Cum hominis ſapientiſſimi.) Argumentum à maiore ad minus eſt. Nam ſi iudices qui cauſam Oppianici audiuerunt, eum innocentem non putauerunt: multo id minus putare debuit L. Gellius, qui eum fortaſſe nunquam viderat.

Cauſa cognita) Id eſt, auditis accuſatione & defenſione.

D *Verum eſto.*) Id condonare videtur aduerſario, vt ſibi ad proxima gradum faciat.

Et erat Libertini filius.) Libertini ſunt qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, vt eſt in lib. Inſtitut Iuſtiniani 1. Appius Claudius Cenſor Libertinorum filios in Senatum legit. Hoc facto ſenatorius ordo inquinatus videbatur. Ob hanc infamem atq; inuidioſam Senatus lectionem C. Plautius Appij collega ſe Cenſura abdicauit. Cenſores proximi Senatum extemplo citauerunt eo ordine, quo Cenſores ante Appium & Plautium fecerunt autor eſt T. Liuius lib 9. Libertinorum filij indigni Senatu habebantur ſi qui per imprudentiam lecti
E fuerant, eos Cenſores è Senatu eijciebant. L. itaque Popilium Cn. Lentulus Cenſor e Senatu eiecit, quia Libertini filius erat, non quia ob rem iudicandam pecuniam acceperat.

In Senatum non legit) Is autem proximis Cenſoribus lectus fuerat.

Locum quidem Senatorium ludis) Locus in theatro Senatoribus deſignatus erat, quæ orcheſtra dicebatur.

Et cætera ornamenta) Senatorum ornamenta erant latus clauus, & lunatus calceus, quo alij quoq; nobiles vtebantur. Dion Caſſius in vita Traiani, Senatorem pingi ſolitum dicit illa forma, vt eſſet ſenior in tunica & prætexta purpurea cum corona.

Eius.) Popilij.

Exiſti-

Exiſtimatione.) Nam gratis eum condemnaſſe Lentulus exiſtimabat. A

Non dicam vitium, ſed erratum) Erratum minus quàm vitium eſſe ſignificat, vt Actione in Verrem 6. minus eſſe ſignificat, quàm facinus: *Mirum omnibus videri Diodorum reum hominem quietiſſimum, ab omni non modo facinore, verum minimi errati ſuſpicione remotiſſimum.* Id enim erratum eſt, quod conſulto admiſſum non eſt.

Illi) Cenſores.

Accuſatorem.) Cluentium, cuius nomine Oppianicum P. Cannutius accuſauit.

P. Africani.) Minoris. B

Verbis conceptis peieraſſe.) Quædam verborum formula erat, quam concipiebant, id eſt, exprimebant ij qui iurabant. Inde factum eſt vt dicatur, verbis conceptis iurare: vt contra verbis conceptis peierare, quum quis quid ex illa verborum formula iurando mutat, aut tranſmittit, ne iureiurando obligatus eſſe videatur. Cicero in libro de Officijs tertio: *Quod*, inquit, *ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere periurium eſt.* Quibus verbis ſignificat, in iureiurando oportere adeſſe & animi ſententiam, & verborum conceptionem.

Iuſſit equum traducere.) Nam Equiti Rom. equus publicus adimebatur, quum à Cenſoribus notabatur. *Quum C. Licinium Sacerdotem accuſare nullus vellet, tum Scipio: Traduce equum,* inquit, *ſacerdos, & lucri fac Cenſoriam notam, ne ego in tua perſona & accuſatoris, & teſtis, & Cenſoris, & iudicis partes egiſſe videar.* autor eſt Valerius libro 4 titulo de Animi moderatione. Hoc autem exemplo oſtendit Cicero, Cenſorum iudicio ſtari non oportere, quum ne ſuo quidem iudicio P. Scipio Cenſor ſteterit. Quintilianus lib. quinto, de probatione quæ exemplo fit, ſcribens: Contrario, inquit, exemplo Cenſoriam notam Cicero euertit, laudando Cenſorem Africanum, qui eum quem peieraſſe cõceptis verbis palàm dixiſſet, teſtimonium etiam pollicitus, ſi quis contradiceret, nullo accuſante traducere equum paſſus eſſet. C D

Is cuius arbitrio.) Scipionis arbitrio quantum etiam exteræ gentes contentæ ſint, vnicum hic ſcribam exemplum, quo id agnoſcas facilius. Maſiniſſa Numidiæ Rex tribus filijs regnum commune reliquit: idq́; eos Scipionis arbitrio diuidere iuſſit, vt eſt apud T. Liuium libro quinquageſimo.

Si hoc habito facere licuiſſet.) Id eſt, ſi licuiſſet Scipioni facere Habito, quod C. Licinio fecit.

Illis ipſis iudicibus.) Id eſt, quum tam graues & ſeueri iudices eſſent. E

Vnum etiam eſt, quod me maxime conturbat,) Ironia eſt, qua ſæpe in refutando vti licet, cum argumenta aduerſarij, quæ leuia ſunt, dicimus grauiora.

Elogium.) Id eſt, teſtificationem. de quo vocabulo ſcribimus in Commentarijs in Catonem Maiorem.

Hominis honeſtiſſimi.) Ironia eſt.

Alieniſſimos.) Id eſt, neque cognatos, neque affines, neque neceſſarios.

Sed tu Acti.) Quintilianus libro quinto, de refutatione ſcribens, *artificis eſſe dicit, inuenire in actione aduerſarij quæ inter ſemetipſa pugnent, aut pu-*

A *aut pugnare videantur.* Id hoc loco facit Cicero. Nam vt ait idē Quintilianus, *quid tam videri poteſt contra Cluentium, quàm Cenſoria nota? Quid tam contra eundem, quàm filium ab Egnatio corrupti iudicij, quo Cluentius Oppianicum circumueniſſet, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare oſtendit: Sed tu Acti conſideres diligenter, &c.*

Quem tu grauem eſſe vis, è Senatu eiecerunt.) Ideo immerito eiecerunt.

Eiecerunt.) Apud Quintilianum legó Eieciſſent.

Retinuerunt.) Qui tamen eijciendus erat.

At enim Senatus.) Purgat quod Actius dixit, Senatum deferente B pop. R. cauſam ſuſcepiſſe, Senatusq́; conſultum feciſſe.

Ad manus.) Id eſt, ad concertationem.

Inuidia flagraret.) Ob corruptum iudicium.

Si qui ſunt.) Sunt verba Senatuſconſulti.

Si ipſe A. Cluentius) Argumentum à fictione eſt.

Aliam non diceret.) Dicere ſententiam, & ferre, differunt. nam iudex fert, Senator dicit.

Aliam atq.) Id eſt, aliam quàm.

Num iſtam legem.) Quum atrocior res aliqua admiſſa fuerat, pop. Rom. aut indignitate rei permotus, aut Trib pleb concionibus ſe-C ditioſis impulſus flagitabat, vt ea de re Senatuſconſultum fieret, ex quo Senatuſconſulto lex per conſulem ferretur: vt pro Milone factū eſt. *Hoc factum ad præſens inuidiæ incendium reſtinguendum dicit, quod poſtquam reſtinctum eſt, illa lege opus non eſſe Conſules viderunt.*

In quos cum Conſules.) Tum Conſules legi oportet. Significat autem M. Lucullum & C. Caſſium fuiſſe ex iudicibus iſs, à quibus Oppianicus damnatus ſit.

Quod tu Habiti pecunia.) Conſules à Cluentio accepiſſe pecuniam, vt ex iſto S. C legem non ferrent, Actius dixit. Id Cicero refutat.

Id quod Senatus.) Quum poſtea dicat, id poſtea perferendum: alte-D rum id ſuperuacaneum eſt. Id aliquando facit Cicero, ne præparata oratio videatur.

Rem illam & rogationem.) Id eſt, Senatuſconſultum & legem.

Quæſtionem) Id eſt, cauſam.

Vt mare quod ſua natura.) Eadem eſt ſimilitudo apud T. Liuium libro 28. in oratione P. Scipionis ad milites: *Multitudo omnis,* inquit, *ſicut natura maris per ſe immobilis, vt venti & auræ cient, ita aut tranquillum, aut procella in vobis ſunt: & cauſa atque origo omnis furoris penes autores eſt, vos contagione inſaniſtis.*

Eſt etiam reliqua.) Artificioſum eſt, vt quum quid alio loco dici po-E teſt, quàm ſuo, cōmodius id ad eum locum reſeruemus, nosq́; pene prætermiſiſſe dicamus. ea enim ratione auditores facimus attentos, & rem tractamus commodius. vt cum in oratore illud præcipuum ſit, vt ſit vir bonus, aut is certè habeatur: ſi quid in eum ab aduerſario dictū ſit, quo eius exiſtimatio lædatur, id poſt prooemiū, ante cauſæ actionē refutandum eſt. Id Cicero fecit in oratione pro L. Murena, & pro P. Sylla. T. Actius in Cluētij accuſatione dixit, Ciceronē in alia oratione dixiſſe, in iudicio Iuniano iudices pecuniā accepiſſe etiā ab accuſatore Cluentio, vt Oppianicum reum damnarent Id ex Ciceronis oratione in Verrem ſecunda Actius recitauit. Probauit igitur ab autoritate Ciceronis, iudicium à Cluentio corruptum.

Hoc

Hoc loco Cicero contrarium defendit. Multum igitur de Ciceronis autoritate detrahitur. Id Cicero poſt exordium ante cauſæ actionem commode refutare non potuiſſet. oportebat enim prius probari, id iudicium ab Oppianico corruptum, & quanta populi Romani concitatio à L. Quintio facta fuerit. Hoc igitur loco id tractatur commodius, quod ſe pene turpiter præteriſſe dicit.

Permagna autoritas.) Quintil lib. 5. inter probationes ponit locum ab autoritate, ſi quid videlicet ita viſum eſt gentibus, populis, ſapientibus viris, claris ciuibus, illuſtribus poetis, referri poteſt. A Ciceronis autoritate ex Actione in Verr. 2 vlus accuſator fuerat.

Turpiter.) Turpe enim fuiſſet Ciceroni id præterire, quod ad exiſtimationem eius pertinebat. B

Ex oratione neſcio qua.) Id legere licet in ea Act 2.

Ad honeſte iudicandum.) Ne à Verre corrupti turpiter iudicarent.

Quæ probata non eſſent.) Id eſt, quæ bona non eſſent, propterea quod accepta pecunia facta eſſent.

Inuidioſum.) Id eſt, inuidiæ plenum, quam Quintius excitauerat.

Offenſiones iudiciorum.) Id eſt, corrupta iudicia, quibus offenſus populus erat.

Conſignatas.) Id eſt, certas & non mutabiles. C

Orationes cauſarum & temporum ſunt.) Nam oportet orationes ipſas cauſis & temporibus accommodari.

Hominem ingenioſum.) M. Antonij Oratoris incredibilem quandam & prope ſingularem & diuinam ingenij vim fuiſſe, Cicero dicit in lib. de Orat. 1. Eodem autore de Claris oratoribus: *huius erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur.*

Nullam vnquam orationem ſcripſiſſe.) In libro de Claris orat. Cicero alias cauſas dicit, cur alij orationes ſuas non ſcripſerint. Alij enim oratores inertia nihil ſcripſerunt; alij non laborauerunt vt meliores eſſent nulla enim res tantum proficit ad dicendum, quantum ſcriptio. Alij memoriam ingenij ſui in poſterum non deſiderarunt. Suam enim dicendi gloriam maiorem viſum iri exiſtimauerunt, ſi in exiſtimantium arbitrium ſcripta ſua non venirent. Alij putant melius dicere ſe poſſe quam ſcribere, quod peringenioſis hominibus, neque ſatis doctis, plerunque contingit. D

Eloquentiſſimi) M. Antonius & L. Craſſus, ætate ſua fuerunt oratores maximi. Antonio alij parem eſſe aiebant, alij anteponebant L. Craſſum. Illud quidem certe omnes ita iudicabāt, neminem eſſe, qui horum alterutro patrono cuiuſquam ingenium requireret, vt ait Cicero de Claris oratoribus, vbi permultum ornat vtrunque laudibus. E

L. Plancum.) C. Plancum Quintilianus lib. 6. appellat.

Accuſante M. Bruto) M. Brutus generi ſuo magnum fuit dedecus, qui quum tanto nomine eſſet, patremque optimum virum habuiſſet, & iuris peritiſſimum, accuſationem factitauit. *Accuſator fuit vehemens & moleſtus, vt facile cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauiſſe vitio deprauatæ voluntatis:* autor eſt Cicero de Claris oratoribus. Hunc accuſatorem paſſim nominatum fuiſſe, idem in lib. de Offic. 2. dicit.

A *Recitatoribus.)* Id eſt, lectoribus.

Capita alterna.) Id eſt, quæ alternatim recitarent.

In diſſuaſione rogationis.) Cum lex ferretur, ne Martius Narbo colonia deduceretur, eam legem diſſuaſit L. Craſſus. de quo Cicero in lib. de Claris oratoribus. *Voluit*, inquit, *adoleſcens in colonia Narbonenſi cauſa popularis aliquid attingere, eamq́ coloniam, vt fecit, ipſe deducere. Extat in eam legem ſenior, vt ita dicam, quàm ætas illa ferebat oratio.*

In ſuaſione legis Seruiliæ.) L. Craſſus annos 34. natus Seruiliam legem ſuaſit, quam Q. Seruilius Cæpio Conſul tulit. de qua Cicero eodem in libro de Claris oratoribus: *Mihi*, inquit, *à pueritia quaſi magiſtra fuit illa in legem Cæpionis oratio, in qua & autoritas ornatur Senatus,* B *quo pro ordine illa dicuntur: & inuidia concitatur in iudicum & accuſatorum factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit. Multa in illa oratione grauiter, multa leuiter, multa aſpere, multa facete dicta ſunt. plura etiam dicta quam ſcripta, quod ex quibuſdam capitibus expoſitis, nec explicatis intelligi poteſt.*

Illorum iudicum.) Id eſt, equitum Romanorum, qui ſoli tum lege Sempronia iudicabant.

Vtriuſque temporis) Quo diſſuadere legem, quæ contra coloniam Narbonenſem ferebatur, & quo ſuaderet legem Seruiliam.

C *Quo lepore.)* In Craſſo multum leporem fuiſſe, Cicero in 1. de Offic. ſcribit, cuius orationem dicit fuiſſe vberiorem, nec minus facetam.

Excitauit.) Id eſt, ſurgere fecit, de quo verbo alibi plura. In lib. de Oratore 2. hanc eandem rem licet legere, vbi traditum eſt, tantum tres veros eſſe Bruti libros. Pomponius vero iuriſc. Digeſt. 1. de origine iur ſeptem fuiſſe dicit.

Forte euenit.) Id libri primi principium eſt.

In Priuernate.) In Priuernati legendum eſſe, docet Priſcianus lib. 7. quemadmodum etiam legitur in libro de Oratore ſecundo.

D *Flagitabat.)* L. Craſſus ſcilicet. Sciebat enim hoc & reliqua prædia Brutum vendidiſſe, quæ ſibi pater reliquerat.

In Tyburti) Ita legitur in codice S. Victoris, In Tyburti forte quum aſſediſſemus ego & Brutus filius. Quæ lectio librorum aliorum initijs cohærentior eſt.

Brutum autem hominem ſapientem.) Idem de Oratore ſecundo: *Sapiens*, inquit, *homo cum primis noſtra ciuitatis norat hunc gurgitem: metuebat ne quum is nihil haberet, nihil eſſe ei relictum putaretur.*

Teſtificari.) Id eſt, teſtari, quæ vox infrequens non eſt apud Ciceronem de Oratore ſecundo: *Teſtificatur pater tibi Priuernatem fundum re-* E *liquiſſe.* Lib. Epiſt. fam. 2 *Hoc quicquid attigi, non feci infamandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.* Lib. de Finib. 2. *Quippe qui teſtificetur ne intelligere quidem ſe poſſe vbi ſit.* Lib. Tuſcul. quæſt. 4. *Hos autem, vt teſtificer ſæpe, de ſapiente quærimus.* Inde teſtificatio appellata. vt de Claris oratoribus: *Seſeq́ chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones, manifeſtam rem deferre diceret.*

Dicebat) L. Craſſus.

Si potuiſſet honeſtè ſcribere.) Nam Romano more cum parentibus filij puberes, cum ſoceris generi non lauabantur: vt ſcribit Cicero lib. de Offic. 1.

Cum id ætatis filio.) Id eſt, cum filio pubere. Id autem ætatis pro eo

quod

quod eſt, ea ætate, vel eius ætatis, ſæpe dicit Cicero. vt in libro Epi- A
ſtol. familiarium ſexto: *Ita viximus, & id ætatis iam ſumus, vt omnia,*
quæ non noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Libro decimo
quinto: *Moleſte fero me Conſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe;*
te meum, cum id ætatis ſim, perſpicere non poſſe. Libro de Oratore
primo: *Id nobis Antoni hominibus id ætatis oneri ab horum adoleſcentium*
ſtudijs imponitur. Actione in Verrem tertia: *Homo qui & ſummæ*
grauitate, & iam id ætatis vt parens eſſet, obſtupuit hominis improbi dicto.
Actione quarta: *Homo nefarius de homine nobili, atque id ætatis, ſuoque*
hoſpite, virgis ſupplicium crudeliſſime ſumeret. Id temporis, pro eo quod
eſt, eius temporis, vel eo tempore itidem dicitur, de quo alibi. B

Non præteriſſet.) Hoc dicit, quia balneas quoque Brutus vendidit.
in quem L. Craſſi facetus eſt ille iocus apud Ciceronem libro de
Oratore ſecundo: *Cum Brutus diceret ſe ſine cauſa ſudare, tum Craſſus:*
Minime mirum, inquit, modo enim exiſti de balneis. Balnea locum ipſum
vbi lauamur, & balneum aquam calidam qua lauamur ſignificant.
Cornelius Celſus lib. 1. *Prodeſt etiam interdum balneo, interdum aquis*
frigidis vti.

Ex tabulis & cenſu.) Cenſores enim ciuium bona cenſentes, quæ
cuiuſque bona eſſent, in tabulas referebant.

In quibus.) Orationibus de reipub. conſtantia requiratur, magis C
quam in iudicialibus.

Illa recitata.) à T. Actio. de Actione in Verrem ſecunda.

Quod tum erat.) Quum accuſarem Verrem. Magna enim tum
corruptorum iudiciorum infamia erat.

Ab ea cauſa.) Verris. Tum enim ſperabat Verres, corrupto iudicio
ſe abſolutum iri, quod patronus eius Q. Hortenſius Conſul eſſet
deſignatus, quod Q. Metellus collega eius eſſet, quod M. Metellus
Prætor eſſet vrbanus, quod Q. Metellus eorum frater Siciliam Præ-
tor obtineret, qui omnes Verri fauebant.

Nunc quoniam ad omnia.) Viſus eſt ſibi Cicero ſatis probaſſe, D
iudices ab Oppianico, non à Cluentio corruptos fuiſſe, & refutaſſe
aduerſarij argumenta. Nunc eo tranſit, vt oſtendat Cluentium, etiam
ſi iudices corrupiſſet, condemnari non oportere: quod iudiciaria
lege, quam primum C. Gracchus & poſtea Sylla tulit, non teneatur,
propterea quod ſit eques Romanus.

Perſæpe dixiſti.) Si quid petat accuſator, quod patrono in defen-
ſione præſcribatur, aut ſcire ſe dicat, qua ratione patronus defenſu-
rus ſit, id patrono irridendi accuſatoris materiam præbet. Itaque
autore Quintil. lib. 5. *defenſionis permutatio reprehenditur ſæpe, ſicut*
Actius aduerſus Cluentium, Æſchines aduerſus Cteſiphontem, quum ille E
Ciceronem vſurum lege ſolum, hic minime de lege dicturum Demoſthenem
queritur. Hac eadem ratione cauendum eſt, ne accuſator aſſumat ſibi re-
futanda quædam, quæ patronum dicturum putet, ne ſcire ſe dicat aduerſa-
rium hoc eſſe dicturum, & ita perſecuturum. Is enim patrono venuſtiſſimos
de ſe luſus daret, cum modo ſe vero nihil dixiſſe, ne tam ſtulte dicturum: mo-
do bene admonitum ab aduerſario, & agere gratias, quod adiutus ſit io-
caretur.

Lege.) Sempronia de qua paulo poſt dicetur.
Ita ne eſt.) Iucunde Actium irridet.

A *Conſilia.*) Id eſt, ſecreta.

Hominem.) Cluentium.

Quaret fortaſſe quiſpiam.) Prolepſis eſt.

A capite periculum.) In codice S. Victoris, Capite periculum ſcriptum eſt.

In hominis honeſti iudicio.) Id eſt, in cauſa Cluentij.

Non ſolum meo.) Suum hoc inſtitutum dicit, vt non ſuo ſolum conſilio vtatur, ſed multum obtemperet conſilio voluntatique ſui litigatoris.

De eo qui coiſſet quo quis condemnaretur.) Id eſt, de eo capite legis,

B quod eſt ad eam ſententiam, Qui coiſſet quo quis damnaretur, &c.

Illum eſſe liberum.) Id eſt, lege non teneri.

Noſtrum ordinem) Id eſt, Senatum. Si vero Cicero nondum Senator erat, legendum eſt Illum eſſe liberum, nec teneri noſtrum ordinem.

Traduxit.) Id eſt, induxit, & vt vulgo dicunt, traxit.

(nitatu retinenda.) Quam retineret, ſi lege iudiciaria defenderunt. Non enim corrupti iudicij damnaretur.

Exiſtimationis.) Nam ſi iudiciaria lege defenderetur, non exiſtimaretur non damnatus, quia innocens eſſet: ſed tantum, quia lege non

C teneretur. Autore Quintil. lib. 5. *aliquando ſimulandum eſt nos quadam inuitis litigatoribus dicere: quod*, inquit, *Cicero facit circa legem iudiciariam.*

Neque enim id ſemper.) Cognoſcit orator quid vtile cauſæ ſit magis quam litigator. Ideo litigatori orator non debet ſemper morem gerere.

Quod videbam.) Prudenter hoc dicit Cicero, vt magis probet iudicibus ab Oppianico, non à Cluentio corruptum iudicium.

Illius dignitatis.) Nam ſi abſolueretur, vt cauſæ bonitate confiſus Cicero ſperabat, innocens exiſtimaretur.

Minus labori) Quamuis defendere magis laborioſum ſit.

D *Vt hanc cauſam obtinerem.*) Id eſt, vt vincerem, vt ſecundum me lis daretur, exiſtimatione neglecta. Obtinere cauſam, pro eo quod eſt cauſa vincere, & vt vulgo dicunt, lucrari proceſſum, ſæpe dicitur. vt paulo poſt: *Si obtinuerit cau am Cluentius, ſicuti veſtra æquitate nixi confidimus, omnes exiſtimabunt, id quod erit, obtinuiſſe propter innocentiam.* Libro Epiſtolarum ad Atticum ſeptimo, de Cn. Pompeio: *Malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit.* Actione in Verr. 4. *Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe iubebat, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat, pecunia maxima dabantur: qui dabant, cauſas obtinebant.* Amittere litem contra dicimus, vt pro Roſcio Comœdo: *Ad iu-*

E *dicium hoc modo venimus, vt notam litem aut obtineamus, aut amittamus.* Cadere cauſa, pro amittere litem, & vincere cauſa pro obtinere cauſam: inde victoriam quod dicamus, alibi ſcribimus.

Lege recitata perorasſem) Id eſt, primum recitaſſem legem, deinde peroraſſem.

Iudicio quenquam circumuenerit.) Iudicio circumuenit non ſolum iudex corruptus, qui innocentem condemnat: ſed etiam qui iudices corrumpit.

Teneatur.) Id eſt, regatur.

Hæc enim vinculum eſt, &c.) Probat multo indignius eſſe à legibus diſcedere, in ea ciuitate quæ legibus teneatur: oſtenditque quantum

tum leges in ciuitate neceſſariæ ſint, ſine quibus ciuitas conſiſtere A
non queat, ſine quibus nulla ſit iud.ciorum æquitas.

Vt corpora noſtra ſine mente.) Quintil lib. 5. *frequentem in oratione ſimilitudinem eſſe dicit. qua probabilius fit, quod intendimus. Vt ſi animum dicas excolendum, ſimilitudine utaris terra: qua neglecta ſentes atque dumos, exculta fructus creat. Aut ſi ad curam reipublicæ horteris, oſtendas apes etiam formicaſque non modo muta, ſed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere dictum eſt illud Ciceronis, Vt corpora noſtra ſine mente, ita ciuitas ſine lege, ſuis partibus, vt neruis ac ſanguine & membris uti non poteſt.*

Suis partibus & neruis.) In codice S. Victoris, & in Quintiliano lego, Vt neruis: quæ lectio mihi probatior eſt. B

Q. Naſo.) Q. Naſonem Prætorem huic cauſæ præfuiſſe ſignificat: vt paulo poſt, Q. Voconium quæſitorem.

Abs te coerceantur.) Id eſt, tibi pareant. His autem exemplis oſtendit, legem eſſe velut animam ciuitatis.

Tamdiu.) Accuſatori & reo patrono certum aliquod orandi tempus lege dabatur: vt Autore Aſconio in cauſa Milonis horæ duæ accuſatori, patrono tres datæ ſint. Cicero de Claris oratoribus: *Lege* inquit, *Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad cauſas ſimillimas inter ſe, vel potius eaſdem noui veniebamus quotidie.* Quibus verbis ſignificat, il- C
las cauſas orandi lege dari ſolitas. Idem queritur, ſemihoram ſibi tantum dari ad Caium Rabirium defendendum.

Quid lictores.) Prætor enim ſex lictores habebat.

Quid M. Pletorij.) Oſtendit alias quoque cauſas legis quaſi mente gubernari. His autem quos hic nominat, cauſis, Prætores præfuerunt. M. Pletorius fuit is qui Fonteium accuſauit repetundarum.

Caij Orcinij peculatus.) Licet coniicere, vt ex hoc loco, ita ex proximis, à Cicerone Prætore Cluentium defenſum. Caium enim Orcinium ante appellat collegam ſuum, quem hoc loco præfuiſſe cauſæ D
dicit.

Peculatus.) Id eſt, de reſiduis pecuniis, quo crimine accuſatum Fauſtum Syllam ante dixit.

Quid mea de pecunijs repetundis.) Apud Ciceronem Prætorem quæſtio de pecuniis repetundis acta fuit. Ea autem quæ fuerit mihi ignotum eſt, niſi ea Manilii eſt, qui ſub finem Præturæ Ciceronis accuſatus eſt repetundarum. Quæ cauſa fuerit, idem non explicat. pro Caio Rabirio Poſthumo: *Accuſaui*, inquit, *de pecunijs repetundis, iudex ſedi, Prætor quæſiui, defendi plurimos.*

Nunc de ambitu cauſa agitur.) Licebat apud diuerſos iudices eo- E
dem tempore diuerſas cauſas agi, vt ante dixit priuatum Staleni iudicium agi, quum Oppianici publicum ageretur.

Præſcripto.) Id eſt, vti legibus præſcriptum eſt. In aliis codicibus præſidio, non præſcriptio legitur.

Si quid apud me.) Prætorem ſe eſſe ſignificat. Eſt autem argumentum à fictione, vt probet Cluentii recuſationem non eſſe confeſſionem.

Te lege pecuniarum, &c.) Quod neque magiſtratus prouinciam adminiſtraueris, neque iudex fueris, neque pecuniæ publicæ præfectus fueris.

A *Laborib.*) In defendendo, vel negotij.

Non legitimi.) Id eſt, contra legem. Nam lege non tenetur, qua ei periculum infertur.

Qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt.) Hæc enim Cluentij quæſtio de veneno, non de corrupto iudicio conſtituta eſt.

Iudicem quæſtionu.) Q. Voconius huius cauſæ quæſitor fuit.

Obuenerint.) Id eſt, contigerint, & ſortitione euenerint.

Infinitum eſt.) Id eſt, lege certa perſona definita non eſt.

Quicunque fecerit.) Verba ſunt legis Semproniæ, qua hæc quæſtio conſtituta eſt.

B *Deque eius capite quærito*) Hinc coniectare licet, quæ formula fuerit legum earum, quibus quæſtiones conſtituerentur.

Eius qui coierit.) Verba ſunt Ciceronis, recitantem præconem interpellantis.

Deinceps omnes magiſtratus nominauit.) Hoc dicit Cicero, ne longum nimis videatur, ſi præco magiſtratus omnes nominet.

Qui eorum coït.) Hoc eſt, quo oſtendit Cicero Cluentium hac lege non teneri. Nec enim magiſtratus, nec ſenator Cluentius fuit. Erat igitur lex Sempronia dicta, quod à C. Sempronio Graccho lata ſit, ad hunc fere modum: De eius capite quærito, qui venenum ma-
C lum fecit fecerit, vendidit vendiderit, emit emerit, habuit habuerit, dedit dederit: deque eius capite quærito, qui Tribuni militum legionibus quatuor primis, quive Quæſtores Tribuni plebis, &c. quive in Senatu ſententiam dixit dixerit: qui eorum coijt coierit, conuenit conuenerit, conſenſit conſenſerit, falſumve teſtimonium dixit dixerit, quo quis iudicio publico condemnaretur. Coire autem dicuntur, ij qui conſcij ſunt, & pecunia vel conſilio impellunt, aut certe adiuuant iudices, vt reum condemnent, vt qui iudices corrumpunt; vt ſunt ſequeſtres & interpretes, qui vere conueniunt, conſentiunt cum iudicibus, ijſque ex animi ſententia dant fidele
D conſilium, cuiuſmodi ſunt aſſeſſores.

Qui ſupra ſcripti ſunt.) Id eſt, magiſtratuum & Senatorum.

Vtro modo.) Vel qui eorum, vel qui Tribun. militum, Tribun. plebis, Quæſtorum, reliquorumque magiſtratuum.

Alligat.) Lex ſcilicet.

Loquetur.) Ita hoc verbum vſurpat, vt ante nominauit. Eſtque metaphora, cum rebus inanimis datur aliquis ſenſus.

Venenum malum.) Cai Gracchi hæc verba ſunt, vbi venenum malum dicit. vti poſtea Salluſtius: *Ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat.* Id vocabulum in vtranque partem dici,
E apud Aul Gellium eſt.

Mihi tamen Acti.) Quia Cluentius noluit lege defendi, ne exiſtimationem admitteret: videt tamen Cicero maximum ac certiſſimum huius cauſæ patrocinium eſſe in hac lege, vt ea lege tacite Cluentium defendat, callide ſimulat, ſua, nō Cluentij cauſa ſe refutare quod Actius dixit, indignum eſſe Senatorem aliqua lege teneri, qua eques Roman. non tenetur. Quumque illa lex iudiciaria ſit, qua Cluentius non tenetur, iniquum eſſe oſtendit à legibus diſcedere.

Geſto negocio.) Id eſt, prout geſtum eſt negocium, quod ſcilicet iudices non corruperit.

Dice-

Digitized by Google

Dicenda eſt.) Id eſt, ornanda: id eſt, alias cauſas præter hanc Cluentij acturus ſum. A

Labor meus.) In defendendo ſcilicet.

Hæc.) Id eſt, mea quæ de lege dicta ſunt: id eſt, indignum eſſe equitem non teneri lege ea qua ſenator teneatur.

Quæ à me deſiderari arbitror.) Id eſt, quæ à me alij, vt arbitror, deſiderant, vt ego præſtem.

Primum vt id iniquiſſimum, &c.) Locus hic ſubobſcurus eſt, propterea quod mendum ſubeſſe videatur. Ita enim mihi videtur emendatior: *Primum vt id iniquiſſimum eſſe confitear, huiuſmodi eſt, vt commutatis iis opus ſit legibus, vt iu quæ ſunt non pareamus.* B

Ad eam ſententiam.) Iniquum eſſe dicis non iiſdem legibus omnes teneri; quod tu dicis, iniquiſſimum eſſe confiteor: id eſt, commutare leges, & à legibus diſcedere. Vtrumq; fiet, ſi in hanc legem equeſter ordo includatur.

Altiorem gradum.) Id eſt, magiſtratum.

Beneficio.) Id eſt, ſuffragio

Eo ſe putaret durioribus.) Pluribus enim durioribusq; legibus magiſtratus quam priuati homines tenentur: horum quam illorum leuiores moleſtiæ, & labores minores, vt paulo poſt dicemus.

Quam multa ſunt commoda.) Vt rei familiaris tractatio, vt amicorum familiaritas, vt quies, vt animi oblectatio, vt alia generis eiuſdem. C

Quibus caremus.) Nos ſcilicet, qui Senatores populi R. ſuffragio magiſtratus facti ſumus.

Quam multa moleſta & difficilia.) Nam magiſtratus gerere miſerum eſt. Cicero pro L. Murena, *ſe dicit & ex alterum miſeriis, & ex ſuis curis laboribusq; quotidianis fortunatos eos homines ſæpe iudicare, qui remoti à ſtudiis ambitionis, ocium ac tranquillitatem vitæ ſecuti ſunt.* Idem li. Tuſc. quæſt 3. *inhoneratos propter idipſum dicit beatiores, quod honores contemnant: eorumq; vitam laudari nominatim, qui priuatum ocium negociis publicis antetulerunt.* D Eiuſdem illa querela pro L. Flacco: *O conditiones miſeras adminiſtrandarum ciuitatum & prouinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum: vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundia occulta, blanditiæ apertæ, venientes Prætores expectant, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt.* Idem lib. Epiſt. famil. 5. *ſcribit eam videri conditionem impendere legum, iudiciorum, temporum, vt optime actum cum eo videatur eſſe, qui quam leuiſſima pœna ab republica diſceſſerit.* Dictū illud Pythagoræ à fabis abſtinendum, exponit Plutarchus de Liberis educandis, vt magiſtratus gerendi non ſint: *Fabis*, inquit, *priſcorum ſuffragia ferebantur, quæ finem principibus attulere.* E

Honoris & amplitudinis.) Autore Xenophonte lib. 1. de Pædia Cyri, *ſimilia corpora Imperatoris & priuati hominis iiſdem laboribus ſimiliter non afficiuntur. Honos enim labores Imperatori facit leuiores, præſertim quod intelligat in hominum eſſe oculis quicquid faciat.* Eadem hæc Xenophontis ſententia apud Ciceronem lib. Tuſcul. quæſtion. 2. eſt: *Semper*, inquit, *Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat, cuius in primis laudabat illud quod diceret, eoſdem labores non eſſe æque graues Imperatori & militi, quod ipſi honos laborem leuiorem faceret imperatorum.*

A *Conuerte*) Id eſt, veni.

In cæteros ordines.) Id eſt, ad plebeios.

Laqueos.) Id eſt, pericula. Laqueos legum appellat, vt pro Milone, *laqueos iudicij.*

Non potuerunt.) Quia repulſam paſſi ſunt.

Aut non petiuerunt.) Multi enim equites ordine ſuo, patrumq; ſuorum contenti, magiſtratus non petiuerunt: vt paulo poſt dicet Cicero.

Sunt liberati.) Id eſt, non tenentur.

Hanc ipſam legem.) Qua hæc quæſtio conſtituta eſt.

B *Remotiſſimus.*) Id eſt, alieniſſimus. Patritiis enim contra plebeios Sylla fauebat.

Quum eius rei quæſtionem) Equites lege Sempronia iudicauerant. Equitibus iratus erat L. Sylla: vt de iis qui iudicauerant quæreretur, hac ipſa lege conſtituit.

Ab hoc genere liberum.) Id eſt, hac lege non teneri. Liber hoc genere, & ab hoc genere, in eadem re dicitur. Cicero pro C. Rabirio Poſthumo: *Vos Senatus liberos hac lege eſſe voluit, populus nunquam alligauit* Idem in lib. de Finib. 1. *Robuſtus animus & excelſus omni eſt liber cura & angore*: de Offic. lib. 1. *Id autem ipſum cernitur in duobus, ſi & ſolum id quod hone-* C *ſtum ſit bonum iudices, & ab omni animi perturbatione liber ſis.* Idem in Rullum in Senatu: *Qui ſe incolumes volent, ſequentur autoritatem Conſulis, ſoluti à cupiditatibus, liberi à delictis.*

Alligare) Id eſt, obligare, obſtringere, obnoxium facere.

Nouo quæſtionis genere.) Id eſt, mutata lege, vt ea populus Rom teneretur.

Quod habuit in Equeſtrem ordinem.) Nam Cornelium Cinnam equeſter ordo contra Syllam adiuuit, vt ait Aſconius. Habeo te odio non dicimus, ſed habeo in te odium: vt habeo amorem in te. Cicero pro Domo ſua: *Quam porticum pro amore quem habetis in rempub. & ſemper* D *habuiſtis, non modo ſententiis, ſed ſi opus eſſet, manibus veſtris diſturbare cuperetis.* Habeo tecum odium, etiam dicere licet; vt in hac oratione: *Qui poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius, qui cum matre habebat ſimultates?* Habere inuidiam non dicitur eodem modo, ſed paſſiue; vt pro L. Murena: *Inuidiam vero his temporibus habere Conſulatus ipſe nullam poteſt.* Et lib. de Oratore 2. *Quum Scaurus nonnullam haberet inuidiam, ex eo quod Phrygionis Pompeij locupletis hominis bona ſine teſtamento poſſederat.*

Quæſtus in veteres iudices) Id eſt, in Equites Romanos. Quamuis enim Cicero Actione in Verrem ſecunda dicat, equeſtrem ordinem E annos prope quinquaginta continuos iudicaſſe: id eſt, à Graccho ad Syllam, quo toto tempore ne tenuiſſimam quidem ſuſpicionem acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam conſtitutam fuiſſe: Velleius tamen quum alios multos clariſſimos viros atq; innocentiſſimos, tum P. Rutilium virum non ætatis ſuæ modo, ſed etiam omnium ſeculorum virum optimum, repetūdarum lege interrogatum maximo cum gemitu ciuitatis ab Equitibus damnatum fuiſſe ſcribit T. Liuius lib. 70. hunc inuiſum fuiſſe Equeſtri ordini dicit: propterea quod C. Marij Legatus ab iniuriis publicanorum, qui ex Equeſtri ordine erant, Aſiam defenderat. Hæc in Equites iudices Sylla queri potuiſſet.

In vete-

veteres iudices.) Alij legunt, *In Equeſtres iudices.* Vtrobiq; eſt eadem A
entia.

et nunc aliud quicquam agitur.) Artificioſum eſt, vt oſtendat pa-
us, accuſatorem non ſolum petere id quod aperte in reum pete-
detur, ſed id tacite contra multos, aut contra remp. peti. Vt pro
teio dicit, *Gallos ex Fonteij damnatione immunitatem atq; libertatem*
ıre. Eo enim damnato nullus Prætor Gallos regere ſeuere aude-
metuens ne concitato eorum odio repetundarum accuſetur. Pro
Rabirio oſtendit T. Labienum occulte petere, vt quum ad arma
nſules ex Senatuſconſulto vocabunt, nullus ciuium arma capiat,
it improbis ciuibus vexandi patriam licentia maior. Pro Sex. Ro- B
docet accuſatores petere, vt damnato Roſcio ad iudices addu-
tur filij proſcriptorum, quorum bona venierunt.

n periculum includatur.) Idem genus dicendi eſt lib. Epiſt. ad Att. 1.
quid ago? pene orationem in epiſtolam incluſi.

Ab omnibus.) Senatoribus.

Sine cupiditate.) Id eſt, ſine auaritia: id eſt, qui ob rem iudicandam
cuniam non acceperunt.

Dignitate proximos) Equites medij inter Senatores & plebeios e-
it. Ex his Senatores à Cenſoribus plerunq; legebantur.

Praterea) Id eſt, præter id quod poſſint. C

Si conſtitutum eſt.) Hac lege, ſcilicet.

De iis qui rem iudicarent.) Id eſt, qui cauſæ iudices eſſent. Vt Actione
Verrem ſecunda: *Ne tenuiſſima quidem ſuſpicio accepta pecuniæ ob rem*
dicandam conſtituta ſit. Nec ſignificat iudicandi poteſtatem equeſtri
dini factam, ſed quemadmodum antea dixit, Cenſoribus iudicia
ım Equeſtri ordine fuiſſe cõmunicata, vt viderentur per hominum
ioneorum ignominiam ſua autoritate illa iudicia cum Equeſtri or-
ine reprehendiſſe: ita Senatoribus cum Equeſtri ordine communi-
ta iudicia arbitror. Et quemadmodum illi Equites non erant Cen-
ores, ita hi non erant iudices. D

Huius ordinis.) Equeſtris.

Hoc metu propoſito) Equitibus.

Euellere ſe aculeum) Ab apibus facta tranſlatio eſt, quibus cum aul-
us aculeus eſt, non pungunt. Hoc autem dicit tanquam Equitum iu-
licia Senatores ſequantur in ferendis ſententiis, ſintq; Equites velu-
i aculeus ſeueritatis Senatoriæ.

Seueritatis.) Seueros iudices appellari, qui nocenti reo non igno-
cunt.

Quis.) Ex equeſtri ordine, ſcilicet.

Fortiter) Id eſt, vt dicunt, audacter. E

Quum ille nihil aliud ageret.) Autore T. Liuio lib 71. *M. Liuius Dru-*
ſus Tribunus plebis legem tulit iudicialem, vt aqua parte iudicia penes Sena-
tum & Equeſtrem ordinem eſſent. Autore Velleio lib. 2. *Druſus ab Equiti-*
bus ad Senatores iudicandi poteſtatem transferre conatus eſt. Ab vtroq; hoc
loco diſſentit Cicero. Hanc eandem ſententiam iiſdem prope ver-
bis legere licet in oratione pro C. Rabirio Poſthumo, quem Iulia le-
ge de repetundis negat teneri, quod ſit Eques Rom. hortaturq; E-
quites ne ſe teneri ea lege patiantur, qua Senatus eos teneri noluit.
Illinc multa liceat accipere, ad hunc locum clarius intelligendum:
quæ propterea non aſcripſimus, quod nimis multa viderentur: in-

Digitized by Google

A dicaſſe locum ſatis fuit. De Druſi morte ſcribimus pro Milone.

Illa cuncta quæ tum erant nobilitatis.) Id eſt, Equites qui tum ſoli iudicabant.

Niſi vtiq;) Aut *vtiq;* pro *vero* dixit, aut *vero*, non *vtiq;* legi debet: quod mihi perſuadeam facilius, quod etiam Valla ſcribat, *vtiq;* nunquam fere à Cicerone dici.

Huiuſmodi quæſtionibus.) Id eſt, hac lege Sempronia.

Dicerent.) Arbitror legendum eſſe, *Dixerunt*, ad hanc ſententiam: Quum hi Equites etiam palam recuſarent, quod agebat Druſus, fortiſſime & honeſtiſſime dixerunt ea quæ ſequuntur: cum quibus verbum *Dixerunt*, reperendum eſt.

B *Iudicio.*) Id eſt, ſuffragio: quos enim ſuffragio populus R. facit magiſtratus, eos dignos iudicat.

In ampliſſimum locum.) Id eſt, ad Conſulatum.

In ea vita.) Id eſt, in gerendo magiſtratu.

Ordine ſuo.) Id eſt, ordine equeſtri: qui per adeptionem Senatus, vel Præturæ, vel Conſulatus amittebatur; vel ordine ſuo, id eſt, vitæ ſuæ ſtatu.

Vitam illam tranquillam & quietam.) Id eſt, vitam priuatam, quæ ſine magiſtratu eſſet.

C *Petitionem.*) Magiſtratuum ſcilicet.

Ea conditione propoſita.) Vt iudiciorum periculis non carerent.

Locus, autoritas.) Hæc ſunt ornamenta Senatorum magiſtratuum, quibus pericula & labores fiunt leuiores.

Quum ſummum recte factis.) In codicibus aliis ſcriptum eſt: Quum ſumma recte factis maiores noſtri præmia, plura peccatis pericula propoſita eſſe voluerunt. Quę lectio mea quidem ſententia emendatior eſt; vt ea ſententia ſit: Maiores noſtri voluerunt recte factis ſumma propoſita eſſe præmia, vt locum, autoritatem, &c. quæ enumerat: peccatis autem, id eſt, non recte factis, plura pericula propoſita eſſe

D voluerunt, vt accuſationes, damnationes, exilia.

Illi.) Puſio, Titinnius, Mecœnas.

Quæ tunc erat Sempronia) A C. Sempronio Graccho Trib. pl. lata. Leges enim appellantur à nomine familiæ, quod proxime ſequitur prænomen eius qui tulerit. A quo nomine fœminas quoq; appellari ſolitas, ante diximus; vt C. Iulius Cæſar: leges ab eo latæ Iuliæ, filia eius Iulia appellata eſt. C. Sempronius Gracchus: leges Semproniæ, earumq; ſoror, quæ Scipioni nupſit, Sempronia. L. Cornelius Sylla: leges Corneliæ inde appellatæ ſunt.

Nunc eſt Cornelia) Vel quia eam de integro Sylla tulit, vel quod eam

E Sylla confirmauit, quod populum R. nouo quæſtionis genere alligare auſus non fuerit.

In omnes ordines.) In equites & in plebem. Nam ſi Cluentium cauſam dicere ea lege qua non tenetur, æquum eſt, reliquos quoq; dicere æquum ſit. Itaq; in omnes ordines quæſtio perferatur.

Interea.) Id eſt, antequam hęc quęſtio in omnes ordines perferatur.

A legibus non recedamus.) Hanc quoq; legem retineamus, qua equeſter ordo non tenetur.

Quam nunquam ipſe iuſſerit.) Iubet populus quum fert ſuffragium. Itaq; in plebiſcitorum formula erat: *Velitis, iubeatis, &c.* Senator cenſet, quum dicit ſententiam.

Adole-

Adoleſcens.) *Adoleſcentes enim quærebant ſibi gloriam ex accuſatione.* vt eſt in lib. de Offic. 2. A

Vos attenditis.) T. Actium.

Quoniam ita defenſui ſit.) Non lege, ſed re ipſa, & geſto negocio.

Is mea vita ſtatus eſt.) Id eſt, vitam ita conſtitui.

Opera poſita ſit.) Vt in lib. de Offic. 2. *Mirenturq́; in eo tantum me opera & temporis ponere.* Item: *Quum autem reſpub. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni ſolebat, nulla eſſet omnino.*

In omnium periculis.) Id eſt, in omnibus reis.

In noſtrum ordinem.) Senatorium, eorumq́ue qui habuerunt magiſtratus. B

Quod quam late pateat.) Hoc enim non ad Senatores tantum, vt eos qui habuerunt magiſtratus, ſed ad omnes generaliter pertinet.

Tum obſcurum.) Obſcurum enim eſt, an is etiam qui non repugnauerit, quum quis publico iudicio condemnaretur, hac lege teneatur, quod conſenſiſſe videatur.

Cui non hoc periculum.) Vetere Romanorum iure lex aliquando habebat vim in ea quæ admiſſa erant, antequam lex ferretur. vt autore Aſconio M. Cælius Tribun. pleb quæſtus eſt de lege, quæ in Milonem lata videbatur: qua de vi lata, nominatim cædes in via Appia facta comprehendebatur. Hac lege Cornelia ſi alligetur Populus Romanus, periculum intentatum erit ijs qui antea teſtimonium dixerint. C

Hoc iudicium) Id eſt, hæc quæſtio, hæc lex qua teneatur.

Confirmo.) Id eſt, affirmo.

Si cui.) Equiti vel plebeio ſcilicet.

Negocium faceſſetur.) *Faceſſere, facere, exhibere negocium, eſt alterum moleſtia ac labore afficere, præcipuè per accuſationem*, vt eſt apud Vallam lib. 5.

Iudicibus probaturum) Id eſt, factutum vt iudices approbent.

Inuidioſus.) Id eſt, inuidiæ plenus. nam paſſiue dicitur. Offenſus contra dicitur, non quem alij offenderunt, ſed qui alios offendit: id eſt, alijs odioſus. Vt in libro Epiſtolarum ad Atticum 15. *Hircius ſe ſcribit vehementer offenſum eſſe veteranis.* D

Religioni veſtræ.) Id eſt, conſcientiæ, quæ iureiurando allegata eſt.

Meminiſſe ſe hominem.) Et ideo rationi & conſcientiæ potius quàm odio parere debere.

Tantum permiſſum, quantum commiſſum. Permittimus, quod poteſtati concedimus vt liceat: committimus, quod fidei credimus vt deceat. Vt pro C. Rabirio Poſthumo: *Hic iam iudices veſtri conſilij res eſt, veſtræ ſapientiæ, quid deceat vos, non quantum liceat vobis ſpectare debetis. Si enim quid liceat quæritis, poteſtis tollere è ciuitate quem vultis. Tabella eſt quæ dat poteſtatem; occultat eadem libidinem: cuius conſcientiam nihil eſt quod quiſquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam. Vbi eſt igitur ſapientia iudicis? In hoc, vt non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat ponderet: nec quantum ſibi permiſſum meminerit ſolum, ſed etiam quatenus commiſſum ſit.* Pro M. Fonteio: *Frugi igitur hominem iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, videtis poſitum in veſtra fide ac poteſtate, atq; ita vt commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.* Actione in Verrem tertia: *Incommoda ſua veſtris committere legibus & iudicijs, quàm dolori ſuo permittere maluerunt.* E

Ideoq;

A *Ideoq; ſubiungit, non ſibi ſolam poteſtatem datam.*) Id eſt, permiſſum, verum etiam fidem habitam: id eſt, commiſſum.

Iudicandi cauſa tabellam) *Ceratas tabellas Prætores iudicibus dabant, ſi clam iudicandum erat, in quibus inſcripta erant notæ: A abſolutionis, C condemnationis, N L ampliationis, tanquam ſit, Non liquet. Hæ tabulæ iudiciariæ appellabantur. Harum quam volebant ſinguli iudices in ciſtam conſtituebant, id eſt, ponebant: poſtea Quæſitor vrnam mouebat, vt tabellæ confunderentur. Tum Prætor ex harum maiore numero cognoſcebat, quæ rei conditio eſſet, damnatus ne an abſolutus, an cauſa ampliata eſſet.* Hæc ex Aſconio. In cauſa Milonis has tabellas iudicibus dedit Cn. Pompeius. Is enim ſolus B Conſul erat loco Dictatoris: nam dictaturæ nomen ob Syllæ dictaturam populo R. odioſum erat.

Quod ei videatur.) Etiam ſi contra leges ſit.

Reliqua perpauca ſunt.) Intelligit de veneficij criminibus, quæ paulo poſt refutabit: ea enim quæſtionis propria ſunt. Nam de his hæc quæſtio conſtituta eſt ea parte legis, De eius capite quærito, qui venenum malum fecit fecerit, emit emerit, &c.

Fingenda eſſe.) Melius ita legitur, quam quo modo in codicibus aliis ſcriptum eſt, fugienda non eſſe. Hac enim ratione falſa & ficta eſſe veneficij crimina ſignificat, vt paulo poſt probabit.

C *Intelligetis.*) Quia hæc veneficij crimina breuiſſime defendam, quæ paucis defendi poſſint: inde intelligetis me pluribus verbis neceſſario egiſſe de his rebus, de quibus iam dixerim: id eſt, de inuidia iudicij Iuniani.

Cn. Decio.) Hæc ſunt maledicta ex ante acta vita Cluentij ab accuſatoribus collecta, eiq; obiecta quo magis veriſimilia ſint veneficij crimina. Ea autem maledicta prius refutari ſolent, quam ad crimen quod cauſæ proprium eſt: vt ex defenſionibus L Murenæ & M. Cælij facile videre licet. Ea autem Cicero partim contemnit, partim refutat leuiter, vt ea ab aduerſariis conficta eſſe oſtendat.

D *Villicum.*) Villicos legendum eſſe, quæ proxime ſequuntur indicãt, quemadmodum in antiquo codice ſcriptum eſt: in quo eodem Ancharij per aſpirationem lego.

Attuliſſe.) Dixiſti, ſcilicet: quod verbum in proximis repetendum eſt, eſtq; apoſtrophe. In his maledictis refutandis prius Cicero repetit quid aduerſarij dixerint, deinde refutat. Id in omni refutatione Cicero facere ſolet.

Expoſtulatio facta.) Expoſtulate, & quod hoc loco Cicero dicit, expoſtulationẽ facere, eſt cum querela apud amicos requirere, & quaſi officium amicitiæ in alio deſiderare: quia ab eo violatum ſit. Facta i- E gitur expoſtulatio villicis Habiti eſt, quod iniuſte in domini priuata poſſeſſione illi paſtores paſcerent.

Alienior.) Id eſt, multum alienus: id eſt, nullo modo propinquus.

Merito.) Id eſt, beneficio. Eſt autem nomen.

Neq; hic in teſtamento) P. Ælium à Cluentio non eſſe ſubornatum probat.

Ab huius inimico) Verum eſſe teſtamentum & adulteratum oſtendit, quod etiam ab inimico teſte obſignatum ſit. Qui enim teſtes faciendo teſtamento adhibebantur, annulo obſignabant.

Florio.) In codice antiquo *Floro* legitur.

Ei) Floro.

Cautum.) Id eſt, prouiſum. A

Soluit.) H S CCC.

Cn. cuiuſdam Samnitis.) Fortaſſe legendum ſit, Cn. Cælij Samnitis.

Emiſſet de ſectoribus.) Vt paulo poſt: *Emit de A. Rupilio. Vt enim dicimus, quaro à te & quaro de te: audiui à patre,* & audiuit ex patre: ita emi à ſectoribus, & emi de ſectoribus. Sunt autem ſectores, qui publicata bona, quum per auctionem venduntur, emunt: dicti, quod ſuum lucrum ſequenses emant.

Liberam eſſe audiuit.) Autore Vlpiano lib Digeſt 48 titulo ad legem Flauiam de Plagiarijs : *Si quis hominem liberum ſciens emerit, capitale crimen aduerſus eum ex lege Flauia de plagio naſcitur.* Idem iuris eſſe arbitror, ſi quis hominem quem ſciat eſſe liberum retinuerit, quem tum liberum eſſe neſciret, quum emeret. B

Calumniator.) Calumniari, vt ait Marcellus lib Digeſt. 48. titulo ad Senatuſconſultum Turpilianum, eſt falſa crimina intendere. Inde calumniator etiam dicitur is, qui rem ſibi non debitam iudicio petit. Calumniam pro maliciola, & nimis callida iuris interpretatione, Cicero dicit in lib de Offic. 1. Eſtq; à caluendo, id eſt fallendo appellata.

Mercenarius.) Id eſt, temperarius famulus, quod operam ſuam Oppianico mercedis cauſa locauerit Famulus enim propriè ſeruus eſt.

Petere. In iudicio. Inde petitor in iudicijs priuatis dicitur, non accuſator. C

Priuato iudicio) Priuatum iudicium appellat, quia nulli competebat huius cauſæ actio, niſi ei cui deberetur.

Calumniam.) Id eſt, calumniæ damnationem. Calumniatoribus pœna lege Rhemmia irrogatur, vt eodem in lib. Digeſt. idem Marcellus ait, & pro Sexto Roſcio ſcribemus.

Multorum hoſpitum.) Hoſpitem, non hoſpitum, eſt in codice S. Victoris, quæ lectio aſpernanda non eſt. Hoſpes enim tam qui accipit dicitur, quàm qui accipitur. Eſtq; hoc loco attendendum, hoſpitem dici etiam eum qui accipit, aut accipitur in diuerſorium.

Coponem.) Alij cauponem legunt Sed vt Plautum & Plotum, vt plauſtrum & ploſtrum, vt cautem & cotem, ita cauponem & coponem dicere licet. D

De via Latina) Ad viam Latinam diuerſorium habebat.

Subornatis.) Vos accuſatores ſubornatis.

In taberna ſua) Id eſt, in caupona, in diuerſorio.

Si inuitauerit.) Ad cauponum morem alludit.

De via deceſſiſſe.) Ad eundem morem alludit. Caupones enim vt hoſpites inuitent, de via nonnunquam decedunt.

Habetis.) Id eſt, audiuiſtis.

Reſponſu) In ablatiuo tantum dicitur, vt iuſſu, euentu, permiſſu, hortatu, arbitratu, aliaq; generis eiuſdem multa Huius autem modi ablatiuis præpoſitio addi non ſolet. Quamuis reſponſum dicatur ſæpius, reſponſio tamen nonnunquam dicitur. vt Actione in Verrem tertia: *Alio reſponſionem ſuam deriuauit.* & pro L. Cornelio Balbo: *In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione.* E

Cognoſcite nunc.) Fit magis dilucida oratio, auditores meminerunt facilius, ſuntq; ad audienda reliqua attentiores, ſi tum breuiter quibus de rebus diximus, repetamus, & proponamus quæ dicturi ſumus,

A mus, quum ad nouam quæſtionem accedimus. Quum igitur leuia & falſa maledicta breuiter refutauerit, accedere ſe ad crimina veneni oſtendit.

Coacti.) Id eſt, congregati. Dicimus enim cogere iudices, Senatum, medicos, agmen, milites, pecuniam, aliaque eiuſdem generis, pro eo quod eſt congregare. vt in Commentarijs in Inuectiuas, & pro Fonteio ſcribimus.

Quæ ad huius voluntatem maxime pertinent.) Cluentius enim vt bonam exiſtimationem retineret; obiectum crimen corrupti iudicij negocio geſto, non lege defendi voluit Id autem paucis defendi non B potuit.

Ad veſtrum iudicium minimè pertinerent.) Nam id de corrupto iudicio, vt maledictum Actius obiecit Cluentio, vt magis credibile faceret Oppianicum à Cluentio necatum veneno: quem tantum oderat, vt eum corruptis iudicibus opprimeret. De criminibus veneni tantum conſtituta hæc quæſtio eſt: ideoque de his ſolum indicandum.

Obiectum eſt C. Vibium Capacem.) Primum veneni crimen eſt. Nam tria obiecta ſunt. Cauponem non capacem, in codicibus alijs ſcriptum inuenio.

C *Haud heres eſt Cluentius.*) Vt accuſator rem facit credibilem, quum cauſam dicit, quæ reum ad maleficium impulit: ita patronus fidem remouet, quum cauſam remouet, quæ ad maleficium impellere potuiſſet.

Inteſtatum.) *Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure fecit: aut id quod fecerat, ruptum, irritumq́ factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit*, vt eſt in lib. Inſtit. Iuſtiniani tertio, titulo de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

Huic illius ſororis filio.) In lege Tabularum 12 illa lex erat: *Si paterfamilias inteſtatus moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque D eſto*: vt eſt in lib. Rhetoricorum ad Herennium 1. Vt autem eſt in lib. Inſtit. Iuſtiniani 3. titulo ad S. C. Tertullianum, *lex 12 tabularum ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat maſculorum progeniem, eoſque qui per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi coniunguntur, adeo repellebat, vt neque inter matrem quidem & filium filiamue vltro citroq́ hæreditatis capienda ius daret, niſi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem, bonorum poſſeſſione, vnde cognati, accommodata vocabant. Poſtea S. C. Orficiano, quod D. Marci Antonini tempore factum eſt, liberi ad bona matrum inteſtatarum admiſſi ſunt.*

Illius.) C. Vibij.

E *In mulſo.*) *Mulſum potio eſt, quæ fit ex melle & vino.* Autore Plin. cap. 24. lib. 22. ſemper mulſum ex vetere vino vtiliſſimum, facillimeque cum melle concorporatur. quod in dulci nunquam euenit.

Hæc ego ſi ſic agerem.) Fictum hoc crimen & contemnendum, ideoq; ſibi diluendum non eſſe ſignificat. idque planè falſum poſtea oſtendit, & probat.

Hæc ego ſi ſic agerem.) Ironiam hoc in loco eſſe, Quintilianus lib. 9. ſcribit.

Quid vnquam, &c.) Id eſt, quod vnquam ſcelus commiſit.

Quid autem magnopere.) Oſtendit nullam cauſam fuiſſe, cur Oppianicum necare vellet; imo potius fuiſſe, cur nollet.

Quum

Quum ille verbum omnino, &c.) Hanc ob cauſam hoc dici conijcere licet, quod Prætoris edicto pueri prohibentur poſtulare, id eſt, accuſare aut defendere. Pueritiam autem vſq; ad 17. ætatis annum completum durare, Vlpianus ſcribit lib. Digeſt. 3. titulo de Poſtulando. Hunc Oppianicum tempore quo pater mortuus eſt, puerum fuiſſe, eiq; trienio poſt Saſſiam deſpondiſſe filiam, quam ex Melino ſuſceperat, poſtea dicit. Inde coniectare licet Oppianicum adhuc puerum fuiſſe, præſertim quum paulo poſt dicat: Vti Oppianicus Cluentium breui tempore poſt accuſaturus eſſet. aut Voluerit, non Potuerit legendũ eſt. Adoleſcẽs enim, Oppianicus à Saſſia impelli potuit, vt ſeruum ſuum Nicoſtratum daret in quæſtionem de cæde patris Oppianici. Nec licet dicere, non licere Oppianico accuſare Cluentiũ, quod eius patrem in exilium Cluentius egerit. Nam autore Valerio Maximo lib 3. titulo de Fiducia ſui: *L. Craſſus orator quum Conſul prouinciam Galliam obtineret, Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, in Galliam ad ſpeculanda eius acta venit, vt patrem vlciſci ſibi liceret.* A B

Quod autem tempus.) In refutandis teſtibus illam rationem Quintilianus libro quinto probat: *Pecuniam dediſti? quis numerauit? vbi? vnde? Venenum arguis? vbi emi? à quo? quanti? per quem dedi? quo conſcio? Quæ, inquit, fere omnia pro Cluentio. Cicero in crimine veneficij excutit.* Autore eodem libro nono, rerum coniunctam diuerſitatem Cælius μετάβολην vocat, qualis eſt: Quod autem tempus veneni dandi? vnde illa frequentia? per quem porrò datum? vnde ſumptum eſt, &c. C

De integro.) Id eſt, vt vulgo dicunt, iterum incipiendo.

Non dicendo.) Id eſt, tacendo, prætermittendo.

Nego illum adoleſcentem.) Autore Quintiliano lib. 5. *quum quod dixit aduerſarius palam falſum eſt, id negare ſatis eſt. vt pro Cluentio: Cicero enim, quem dixerat accuſator epoto poculo concidiſſe, negat eodem die mortuum.*

Crudior.) Id eſt, cuius ſtomachus cibo multum offenderetur, ne enim facile concoqueret, propter malum quendam corporis habitũ, aut nimis magnam cibi copiam. Vt lib. de Oratore 1. *Noluit*, iniquiũt, *hodie agere Roſcius, aut crudior fuit.* Et lib de Finib. 2. *Nolim enim mihi fingere Aſotos, vt ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conuiuijs auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent.* Eſt igitur crudus, qui cibum crudum in ſtomacho habet, qui nondum concoxit: & vt vulgo dicunt, qui nondum fecit digeſtionem. Inde cruditas, cui contraria concoctio eſt, quæ à Cornelio Celſo ſæpe dicitur. D

Vt ætas illa fert.) Adoleſcentia enim cibi auidior eſt.

Perperciſſet.) Id eſt, temperaſſet.

Aliquot dies.) Id eſt, nec paucos nec multos.

Qui ſui luctus teſtis eſt.) Id eſt, qui mortuum filium luget. E

Pertenuis ſuſpicio.) Si qua ad Cluentium perueniſſet.

Ex illo loco.) Id eſt, ex illa dignitate: niſi ex illo luctu mauis legere.

Teſtem in Cluentium conſtituere.) Permagnum eſt necati hominis propinquis ſolatium, ſi eum qui necauerit, pœnas expendere videat. Si igitur pertenuis ſuſpicio veneni dati, quo Balbutius interijt, ad Cluentium perueniſſet: eius Balbutij pater Cluentium teſtimonio læſiſſet, vt eum affici pœna videret.

Subleuat.) Id eſt, vt vulgo dicunt, deonerat.

Tuan-

A *Tu autem illum.*) Apoſtrophe eſt ad Balbutij patrem, poſtquam teſtimonium eius præco recitauit.

Exurge.) Teſtis enim ſtans dicebat teſtimonium.

Dolorem commemorationis.) Vt, Infandum Regina iubes renouare dolorem. Quæ enim nobis acerba ſunt, quum ea commemoramus, dolorem renouamus, vulnuſq; vt aiunt, refricamus.

Neceſſaria.) Id eſt, quæ mihi ad Cluentij ſalutem neceſſaria eſt, vt abſoluatur facilius, ſi teſtimonio tuo eius innocentiam iudicibus probauero.

Vnum etiam mihi.) Refutat aliud veneni crimen, quod fuit præcipuum.
B A. enim Cluentium paraſſe venenum accuſatores dixerunt, quo per M. Aſellium Oppianicus necatus ſit. Alia autem duo veneni crimina ab accuſatoribus obiecta mihi videntur, quo magis credibile eſſet, id quod de Oppianici nece obijcitur: quamuis vt de hoc, ita de illis quæſtio conſtituta ſit.

Per hos annos.) Id eſt, his annis præteritis.

Quæ cauſa.) Qui factum eſſe negat, facti cauſam, vt diximus, remouet: alio loco, alio tempore, alio modo commodius potuiſſe fieri oſtendit.

Inimicitias enim inter ipſos, &c.) Inimicitiæ magnam in ſe habent
C cædis cauſam. ideoq; Miloni ab Appio Clodio accuſatore obiectum eſt, quod P. Clodio propter inimicitias fecerit inſidias. Illic Cicero vllas fuiſſe Miloni inimicitias cum Clodio negat, præter odium ciuile, quo improbos omnes odimus. Quod autem homines inimicos ſuos affici morte velint, id eſt, vel quia eos metuunt, vel quia oderunt, nullum huiuſmodi in Cluentio fuiſſe probat.

Facinus in ſe ſuſcipere.) De hoc dicendi genere ſcripſimus pro M. Fonteio.

Ne accuſaretur à condemnato.) Nam condemnato iudicio publico accuſare non licebat, niſi vt antè dictum eſt.

D *Ne exulis teſtimonio læderetur.*) Ad exulem lex nulla pertinet, vt ait Quintilianus libro ſeptimo: *Ne teſtimonium quidem dicere exuli licet.*

Quam tum ille viuebat, vitam eſſe arbitraretur.) Nam miſera vita & calamitoſa, vix appellari vita poteſt.

Importunitatem) Id eſt, peruerſitatem & crudelitatem.

Recipere tecto) Id eſt, domo. Synechdoche eſt.

Penitus) Id eſt, pene intus: id eſt, maxime.

Maturabat) Id eſt, veneno accelerabat.

Virtutis) Id eſt, fortitudinis.

Inimicos.) Quos necauerat.

Socrus.) Dinez.

Vxorum.) Quibus necandis exercitatus erat.

Fratris,) C. Oppianici.

Liberum.) Id eſt, filiorum. Duos enim filios ipſe necauit, vt Saſſia ſibi nuberet. Liberum autem pro liberorum dici, Cicero ſcribit de Oratore ad Brutum: *vt quum dicimus cupidos liberum, aut in liberum loco.* Sed liberorum ſæpius dici inuenias.

Actum eſſe præcipitem.) Id eſt, præcipitatum eſſe.

In ſceleratorum ſedem.) Id eſt, in tartarum: vbi animas miſeras cruciari Virgilius dicit, libro Aeneidos ſexto: *Hinc exaudiri gemitus, & ſæua*

ſonare

finare Verbera, tum ſtridor ferri, tractaque catena. A

Quaſi falſa ſunt.) Impia eſt hæc Ciceronis ſententia, qui hoc loco, vt in libro Tuſculanarum quæſtionum primo, inferos eſſe negat.

Præter ſenſum doloris) Æque impia eſt hæc ſentẽtia, ſi ita ſentiat vt dicit. Significat enim animum interire vna cum corpore, & vt corporis, ita animi ſenſum morte eripi. In eadem ſententia eſt C. Cæſar apud Salluſtium in bello Catilinario: *De pœna,* inquit, *poſſum equidem dicere id quod res habet. in luctu atque miſerijs mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſoluere: vltra neque curæ neque gaudio locum eſſe.* Sed longe aliter Ciceronem ſenſiſſe arbitror, quippe quum in Lælio, in Catone maiore, in libro de Republica ſexto, in lib. Tuſculan. quæſt. I. alijſq; multis in locis, doceat animos eſſe immortales. Hoc autem dixit, vt cauſæ ſuæ ſubſeruiret. Nam vt antea dixit: *Omnes orationes iudiciales cauſarum ſunt & temporum, non hominum ipſorum ac patronorum* B

Age vero.) Veriſimile non eſſe oſtendit, Cluentium Oppianico dediſſe venenum per M. Atellium, ipſi Oppianico familiariſſimum.

Offenſionem.) Id eſt, multum inimicum.

Cur deinde tu.) Id eſt, vt mortem patris vlciſcereris.

Habiti exemplo.) Is enim Oppianicum veneficij crimine prius non accuſauit, quam primum de Scamandro, deinde de Fabricio præiudicatum eſſet. C

Iam vero illud.) Alio modo venenum dari potuiſſe commodius oſtendit, id eſt, In poculo, non in pane: ideoque credibile non eſſe quod dixit accuſator.

In poculo.) Id eſt, in potione. Hypallage eſt, continens pro contento.

Facilius ne potuit quam in poculo.) Eclipſis eſt. facilius ne potuit, in pane dari ſcilicet.

Latius potuit.) Quamuis ita legam in omnibus codicibus, improbanda tamen lectio non videatur, ſi latentius, non latius legatur. D

Abditum.) Ita legendum eſt, non Additum, vt in omnibus codicibus ſcriptum. Ita enim apud Priſcianum legere libro decimo. Ibi enim bis citat hoc exemplum, quum præcipit, comeſum & comeſtum à comedendo fieri.

In venas.) A venis venenum appellatum eſſe putant, quod in eas facile permanet.

At repentina morte perijt.) Aduerſarij dictum eſt, quod ſibi refutandum proponit. E

Quod ſi eſſet ita factum.) Ita enim factum non eſſe, paulo poſt exponit.

Propter multorum eiuſmodi mortem.) Multi enim repentina morte pereunt, qui tamen veneno non pereunt.

Suſpicioſum.) Id eſt, ſi habe retur ſuſpicio, eum veneno necatum. Paſſiue enim dicitur.

In eo ipſo.) Quod veneno, quod repentina morte perierit.

Id vt intelligatis.) Attentos facit auditores.

In Falernum.) Falernus ager in Campania vini bonitate à Latinis ſcriptoribus celebratus eſt. Eſt tamen quod coniectem, in eum

A agrum deductam fuiſſe coloniam eiuſdem nominis. Nã paulo poſt Strathium Albium Falerni colonum appellat. Sunt autem coloni coloniarum, vt municipiorum municipes, & vrbium ciues. Niſi colonum pro agricola poſuit, ideo Homine valente addidit. Solent enim agricolæ vrbicis hominibus eſſe valentiores. Ideoque ex his potius deligendos milites, Vegetius libro primo ſcribit.

Homine valente.) Id eſt, robuſto iuuene. Hoc dicit, vt magis credibile ſit adulterium.

Familiariùs vteretur.) Ad libidinem ſcilcet.

Quam vir diſſolutiſſimus.) Vxorum impudentia maritis etiam diſ-B ſolutis odioſa eſſe ſolet. Ea autem aliquando fortunæ calamitas eſt, vt hanc huiuſmodi mariti non ſolum tolerare cogantur, ſed etiam vxores proſtituant. Vir autem grauis extrema omnia potius ſuſtineret, quam talem vxoris impudentiam pateretur.

Vir.) Id eſt, maritus. Vir enim niſi quum pro marito dicitur, à Cicerone in bonam partem ſolum dici ſolet, homo in vtranque. Quintilianus autem virum modo in bonam partem, modo in malam dicit.

Diſſolutiſſimus.) Id eſt, impudentiſſimus. Is enim diſſolutus eſt, qui nullis pudoris verecundiæque & honeſtatis vinculis ligatus eſt.

C Effrontem vulgo appellant. vt in primo de Officijs: *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non modo arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.* Et libro Tuſculanarum quæſtionum quarto: *Commode dixit Afranius, Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet. dixit enim de adoleſcente perdito ac diſſoluto.* Oratione in Rullum, *diſſoluta conſilia appellat improba, & ſine vlla ratione: O perturbatam rationem, ô libidinem teſt na idam, ô conſilia diſſoluta atque perdita. Diſſolutam conſuetudinem,* eadem ratione dicit pro L. Flacco: *Satíne vobis coarguere his autoribus diſſolutam Græcorũ conſuetudinem, licentiamque impudentem videmur?* Hinc diſſolutus pro negligente dicitur, Actione in Verrem ſeptima: *Tantum intelligo*

D *maluiſſe Domitium crudelem in animaduertendo, quam in prætermittendo diſſolutum videri.* Et pro Aul. Cecinna: *Nec contenderit aliud, quam ne ius ſuum diſſolute relinquere videretur.*

Percurioſus.) Credibile facit, hoc adulterium Nicoſtrato cognitum fuiſſe.

Ad vrbem.) Id eſt, prope vrbem. vt in primo Æneid. *Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.* Nam in vrbem exuli redire non licet. Sed ad vrbem eſſe, aliter dicitur. Autore Aſconio, omnis magiſtratus qui intramuranus nõ eſt, nec vt vrbanus, etiamſi adminiſtrator eius Romæ eſt, ad vrbem eſſe dicitur. Salluſtius lib. 2. *Vtrique ad vrbem*

E *Imperatores erant.* Cicero Actione quarta in Verrem: *Ad vrbem quum eſſet, audiuit Dioni cuidam Siculo permagnam veniſſe hæreditatem.* Idem Actione ſecunda: *Ipſe denique Cn. Pompeius quum primum concionem ad vrbem Coſ. deſignatus habuit.* Hunc locum exponens Aſconius: Ad vrbem, inquit, id eſt in vrbe. Et ſic dici ſolet de ijs, qui cum poteſtate prouinciali aut nondum in prouinciam profecti ſunt, aut in vrbem redierunt. Cicero Proconſul ad Cæſarem libro Epiſtolarum ad Atticum nono: *Vt legi tuas literas, quas à Furnio noſtro acceperam, quibus mecum agebas, vt ad vrbem eſſem, te velle vti conſilio & dignitate mea, minus ſum admiratus.*

Extra portam.) In ſuburbijs.

Aliquid

Aliquid habere conducti.) Id eſt, conducere domum vel prædium. A

Infirma valetudine.) Magis credibile facit eum ex equo cecidiſſe, & latus offendiſſe.

Latus offendiſſe.) Id eſt, vt vulgo loquuntur, in latere ſe læſiſſe, vt offendere pedem dicimus. Hinc offenſio pedis, à Cicerone in libro de Diuinatione ſecundo dicitur: *Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda.*

Cum febri.) Febri in ablatiuo dici attende, vt apud Catonem in epiſtola ad filium. *Ex dolore, ex febri, ex medicamentis bibendis.* Id exemplum eſt apud Priſcianum libro ſeptimo. Alibi quoque Cicero hac voce vſus eſt: vt libro de Oratore tertio: *Ex quo cum cohorruiſſet, cum febri domum rediit.* In oratione in Catilinam prima: *Quum æſtu febrique iactantur.* Et libro Epiſtolarum ad Atticum quinto: *Quum ſine febri laboraſſem.* Huius terminationis cauſa eſt, quia hanc febrim dicimus. Idem libro Epiſtolarum familiarium decimo tertio: *Mihi & ſcriptum & nunciatum eſt, te in febrim ſubito incidiſſe.* B

Quod Habitus in emendo Diogene.) Id ante dictum eſt.

De aſſecla quodam.) *Aſſeclæ ſerui ſunt, dicti quod omnibus iuſſu dominorum aſſint, & præſto ſint*, vt ait Non. Marcellus. Cicero in libro de Diuinatione ſecundo: *Is quum ei Troginorum tetrarchiam eripuiſſet, & aſſecla ſuo Pergameno neſcio cui, dediſſet.* Idem Actione in Verrem tertia: *Oſtendit munus illud ſuum non eſſe, ſe quum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen Prætores & Conſules, non Legatorum aſſeclas recipere ſolere.* C

In quæſtionem.) Id eſt, vt de eo haberetur quæſtio.

Hic.) Oppianicus.

Amici & hoſpites.) Oppianici Mirum eſt aliquem fuiſſe Oppianico amicum & hoſpitem, præſertim quum antea dixerit Oppianicum ab omnibus deſertum, quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo reſpicere voluerit. Id autem hoc loco Cicero dicit, vt habitæ quæſtionis & dimiſſæ autoritatem augeat. D

Omnibus vehementiſſimus.) Hoc genus dicendi non omnino Ciceroni infrequens eſt, quod eſt contra Grammaticorum præcepta.

Spe.) Id eſt, promiſſis.

Et metu.) Id eſt, eorum qui aduocati erant. Ex his autem poſtea nominat T. Annium, L. Rutilium, P. Saturium.

Autoritate aduocatorum.) Iis enim præſentibus mentiri noluerunt.

Vi tormentorum.) Quæ magna eorum conſtantia fuit & patientia. E

Aduocantur amici & hoſpites.) Oppianici.

De integro.) Id eſt, rurſus incipiendo, perinde ac ſi ante habita non fuiſſet.

Aduerſarij aduocati.) Quos Saſſia aduocauit, qui horum ſeruorum qui torquebantur aduerſarij erant. Magnam vim tormentorum exprimit.

Poſſi.) Id eſt, poterant: vt Furere, pro furebat. Hiſtoricis quam oratoribus hoc dicendi genus magis familiare.

Nequaquam procedere) Id eſt, quod nequaquam ſuccederet. Procedere enim pro ſuccedere dici, apud Sex. Pompeium eſt.

A *Quum iam tortor.*) Tortor dicitur, is qui equuleo torquet. vt pro Milone: *Quid opus eſt tortore? quid quæris? occiderítne? occidit.*

Tormenta ipſa defeſſa.) Metaphora eſt: nam rebus inanimis ſenſus datur. vt pro Q. Ligario: *Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum?* Magnam autem tormenti vehementiam ſignificat.

Honoribus populi.) Id eſt, magiſtratu.

Larinum ipſa proficiſcitur) Nam Romæ habita hæc quæſtio eſt.

Incolumem.) Id eſt, non damnatum, quod eius cauſa melior eſſet.

B *Inſtructam.*) Id eſt, ornatam, paratam: vt inſtructum conuiuium, & inſtructos hortos dicit Actione in C. Verrem ſexta: *Deinde ipſum regem ad cœnam vocauit, exornat ample magnificeque triclinium, exponit ea quibus abundabat plurima ac pulcherrima vaſa argentea: namque hæc aurea nondum fecerat. omnibus curat rebus inſtructum & paratum ſit conuiuium.* In oratione Poſt reditum in Senatu: *Hi ſunt conditores inſtructoreſque conuiuij.* Libro de Offic 3. de hortis quos à Pythio Cannius emit: *Emit inſtructos, nomina facit, negotium conficit.* Vlpianus lib. Digeſt. 15. tit. de Verborum & rerum ſignificationibus: *Taberna appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, ex eo quod tabulis clauditur. Inſtructam autem tabernam, vt idem ait, ſic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negociationem parata conſtat.*

C *Vnum, alterum, tertium annum.*) Hoc modo mouet magis, quam ſi dixiſſet tres annos.

Vt.) Id eſt, ita vt.

Hortenſio & Metello Coſſ.) His Conſulibus deſignatis Verres accuſatus eſt: quo eodem tempore Cicero Ædilis deſignatus fuit, vt ipſe ſcribit in accuſatione Verris. Prætor autem Cicero hanc cauſam, vt diximus, defendit. Quocirca licet conijcere, tres, aut ad ſummum quatuor annos poſt mortem Stratonis actam eſſe Cluentij cauſam.

D Verre enim Prætore vrbano Oppianicus damnatus eſt. Poſtea Siciliam triennium adminiſtrauit. Hortenſio & Metello Coſſ. accuſatus eſt, quo tempore de Stratone ſumptum ſupplicium eſt. Anno octauo poſt Oppianici damnationem accuſatus eſt Cluentius. Oppianicum quoque mortuum eſſe anno poſt damnationem, aut circa, inde licet conijcere. Nam triennio ante Stratonis furtum, de Stratone & Nicoſtrato quæſtio habita fuerat.

Aliquid agentem.) Aliud agentem, legendum arbitror.

Deſpondit ei filiam.) *Spondere & deſpondere ita diſtinguit Donatus in commentarijs in Terentium, vt ſpondeat puellæ pater, deſpondeat adoleſcentis: vt deſpondeat puellam qui petit, ſpondeat à quo petitur.*

E Sed hoc loco hæc Donati differentia non obſeruatur. Illud tamen obſeruari ſolet, vt ſpondere vel deſpondere puellam, non adoleſcentem, dicamus. Sibi quoque adoleſcens vxorem deſpondere dicitur. Cicero lib. Epiſtol. famil. 8. *Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam ſibi deſpondit.*

Ex genere.) A. Aurio Melino.

Furtum fecit.) Facere furtum, inſidias, prædas, pactionem, conuicium: pro furari, inſidiari, prædari, paciſci, conuiciari dicimus. Pro Roſcio Comœdo: *Cuius rei furtum factum erat?* Pro P. Sylla: *Vt etiam ex memoria, quas mihi ipſe fecerat inſidias deponerem.* Id dicendi

genus

genus ſæpe pro Milone eſt. In Verrem Act.3. *Iam vero in bonis Q. Opimij vendendis, quas iſte pradas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum eſt dicere* Pro Roſcio Comœdo: *Dic pactionem feciſſe, vt abſoluere tur.* Libro Epiſtol ad Atticum 1. *Conuicium Piſoni Coſ. mirificum fecit. Facere bellum, prælium, pugnam, cædem, caſtra, cœnam, conceſſionem, concionem, finem, fraudem, gratulationem, largitionem, lucrum, moram: pro bellare, praliari, pugnare, occidere, caſtrametari, cœnare, concedere, concionari, finire, fraudare, congratulari, largiri, lucrari, morari, aliaque generis eiuſdem apud Ciceronem inuenire licet.* A

Armarium.) Armarium eſt, vbi reponuntur arma. Arma autem ſunt, vt ait Seruius in lib. Æneid 1. cuiuſcunque artis inſtrumenta. Hoc vocabulum tam late patet, vt Valla in lib 1. *armarium eſſe dicat, vbi reponuntur libri, cæteraque huiuſmodi.* Armarium hoc loco Cicero dicit pro loculo, vbi reponuntur pecuniæ. B

Numorum aliquantum & auri.) Numorum nomine aurum non contineri, hic attendendum eſt.

Conſeruos.) Erat enim Strato Saſſiæ ſeruus. Conſeruos, cohæredes, condiſcipulos dici; quamuis conciuem, coæqualem, conſodalem, confœderatum non dicamus, in Progymnaſmatis ſcribimus.

in piſcinam.) *Lacus & ſtagna, quæ piſcibus viuis coercentur clauſa, ſuo atque proprio nomine piſcinas nominauerunt*: vt ſcribit Aul. Gellius cap 20. lib. 2 Viuarium quoque & ſtabula, pro piſcina, Columella libro nono dicit. C

Execuit.) Id eſt, ſecando perforauit.

Seſtertiorum & auri) Hic quoq; attendendum, ſeſtertiorum nomine aurum non contineri.

Non grandi.) Id eſt, non magno natu. Grandis enim de ætate ſæpe dicitur, vt ante admonuimus.

Qui non comparebant.) Quod occiſos in piſcinam Strato deiecerat, quos furto facto profugiſſe arbitrabantur. Eſt autem veriſimilis admodum hæc narratio. D

Commouebatur.) Id eſt, excitabatur & perueniebat.

In auctione.) Id eſt, in publica bonorum venditione.

In rebus minutis.) Id eſt, inter res minutas.

Ex omni parte dentium.) Dentatam, non dentium legi debet. Itaque in antiquis Priſciani codicibus lego, qui in libro tertio hunc locum citat, quum dicit à nominibus in a primæ declinationis fieri diminutiua in ula, vt à ſylua ſyluula, luna lunula, rubicunda rubicundula, lingua lingula, & per conciſionem ligula, puella puellula, ſerra ſerrula, vt inquit Cicero pro Cluentio: *Ex omni parte dentatam & tortuoſam vanire ſerrulam.* E

Vanire.) Id eſt, vendi.

Ne multa.) In narratione illud valet ad leuandum auditoris tædium, vt dicamus: Sed quid ego diutius? Quid verbis opus? Quid vltra moror? Ne multa: aliudve quid eiuſdem generis. Quo etiam admonetur auditor, vt id quod proxime dicturi ſumus, audiat attentius.

A coactoribus.) Coactores hoc loco dici videntur ij qui in auctione pecuniam accipiunt, remque auctionatam addicunt ei qui maximum obtulerit eiuſdem rei precium: qui & rei venditæ precium & emptoris nomen ſcribere ſolent, Id hac quoq; ætate fieri ſolet.

A *Inſimulato.*) Id eſt, accuſato, ſed extra iudicium, & vt ita dicam coarguto.

Pertimuit.) Pueros alicuius maleficij conſcios terreri facile eſt. eoque magis ſi vllam ipſi ſpem ſibi impunitatis proponunt.

Indicauit.) Indicare & confiteri ita diſtinguit Donatus in Adelp. Terentij: *Indicat*, inquit, *is qui de ſe volens aliquid & de alijs etiam prodit. Sed confitetur, qui de ſe tantum, & qui inuitus.*

Nequaquam omnes.) Vt res magis ſit veriſimilis, furum conſuetudinem exprimit, apud quos ſi ſublata pecunia reperitur, nequaquã tota reperitur. eius enim partem ipſi iam expenderint.

B *Conſtituitur quæſtio.*) Conſtituere quæſtionem quid ſit, pro Milone diximus. Hic vero quæſtio pro tormento, non pro cauſa dicitur.

An hoc dicitis.) Apoſtrophe eſt ad Saſſiam, ad Oppianicum adoleſcentem, ad T. Actium accuſatorem. Hi autem dixerunt, Stratonem in quæſtione aliquid de Oppianico vocato veneno confeſſum fuiſſe. Hanc quæſtionem de furto, non de Oppianici morte habitam fuiſſe, Cicero contendit.

Expilato.) Id eſt, exinanito, exhauſto.

Inſtitutam.) Id eſt, conſtitutam.

C *Cui probatis.*) Id eſt, vt quis probet facere poteſtis.

Triennio poſt mortem.) Significare videtur iure ciuili cautum fuiſſe, ne de cuiuſquam morte poſt triennium quæreretur, id eſt, quæſtio haberetur.

Adductaram.) Accerſi vxor ad maritum, abduci à marito ad diuortium dicitur. Sic Virgilius: *Et gremijs abducere pactas.* Autor eſt Donatus, exponens illud ex Hecyra, *Et filiam abduxit ſuam, &c.* Hanc loquendi differentiam apud Terentium paſſim licet inuenire.

D *Mulieri crudeliſſimæ ſeruum fideliſſimum non, &c.*) Indignitatem rei oſtendit, vt Saſſiam in odium iudicum adducat.

In quæſtionem tulit.) Id eſt, obtulit Eſt aphæreſis.

Noua credo res obiecta noui, &c.) Ironia eſt. De iiſdem enim ſeruis, de crimine eodem quæſitum eſt. quo triennio ante Romæ quæſitum fuerat. Romæ hi ſerui nihil dixerunt, quo læderetur Cluentius. Triennio poſt cum Larini torquerentur, de eodem ſcelere quæri non licebat Illud itaque confinxit Saſſia, quum de furto quæreretur, Stratonem de veneno aliquid dixiſſe: idque in tabellis ſcriptum, in iudicium allatum. Cicero autem oſtendit, à Saſſia impuden-
E tius id confictum quam callidius.

Noui quidam homines in ſuſpicione vocati.) Pro In ſuſpicionem: vt paulo ante. Hoc vno metu ſe putat equites Rom. in poteſtate ſua redactutos Et in oratione pro Domo ſua: *Autor ne eſſes, vt in te P. Fonteius vitæ necisque poteſtatem haberet, vt in filio.*

Non morbo, ſed ſcelere furioſa, cum quæſtionem.) Non enim ſolo morbo furioſi fiunt homines, ſed etiam ſcelere, vt Oreſtes & Alcmæon.

Ne colonum, &c) Starhium Albium, de quo antea dixit, quo pro viro, id eſt, marito Saſſia vtebatur.

An hoc dicitis forte abfuiſſe?) Quum haberetur de furto quæſtio, &c. A

An hoc dicitis?) Vos accuſatores, Acti & Oppianice.

Proiecta eſt.) Id eſt, extenta, eminens, & velut ſe exerens; vt Act. in Verr. 3 *Eſt idem Verres qui fuit ſemper, vt ad audendum proiectus, ſic paratus ad audiendum.* Et pro Domo ſua: *At videte hominis intolerabilem audaciam, cum proiecta quadam & effrenata cupiditate.* Proiecta ſaxa Virgilius dixit in lib. Æneid 3 qualia in rupibus eminent: *Hinc altas cautes, proiectaq́ ſaxa Pachynni Radimus.*

A conſiliis malitia deſeruntur.) Id eſt, ſatis callidi non ſunt, ad cogitandum & fingendum. B

Malitia) Id eſt, calliditatis & verſutiæ. *Malitia à malo appellata, non dicitur improbitas, quam Græci κακίαν appellant, ſed certi cuiuſdam vitij nomen eſt*: vt ait Cic. lib. Tuſc. quæſt. 4. Inde malitioſum, callidum, aſtutum, verſipellem dicimus.

Confidens aſtutia.) Id eſt, audax.

An id actum non eſt in quærendo) Id eſt, an de furto quæſitum non eſt.

En hoc illud eſt, quod ante dixi) Id autem eſt, Illi quorum eminet audacia atq; proiecta eſt, à conſiliis malitiæ deſeruntur. Audax Saſſia fuit in confingendo hoc ſcelere, callida tamen non fuit. Ideo veritas emergit. C

Mulier abundat audacia.) Priſcianus lib. 18. *Abundans* hoc loco, non *Abundat* legit. *Abundans illius rei*, inquit, *nomen eſt*: nam participium ablatiuo, quo modo & verbum eius coniungitur. Virgilius in Bucolicis: *Quam diues pecoris niuei, quam lactu abundans* Cicero pro Cluentio: *Mulier abundans audacia.* Idem pro Cornelio Balbo: *Quis tam abundans copiis?*

Conſilio & ratione deficitur.) Id eſt, deſtituitur. Vt in oratione de Reſponſis aruſpicum: *Monent ne per optimatium diſcordiam diſſenſionemq́ patribus principibusq́ cædes periculaq́ creentur, auxilioq́ diminuti deficiantur.* D

Tabella quæſtionis) Id eſt, in quæſtione confeſſionis. Quod præcedit, pro eo quod ſequitur.

Quæ recitata vobisq́ edita ſunt) Id eſt, exhibitæ & oblatæ. Edere, vt ait Vlpianus libro Digeſtorum ſecundo, titulo de Edendo, eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare.

Tum obſignatas) Legendum videtur, *Non obſignatas*; ante enim dixit: Nullo adhibito, non dicam vero, &c. vt tabellarum autoritatem tolleret.

Non venit in mentem.) Nam conſilio malitiæ defecta fuit. E

Primam orationem Stratonis) Id eſt, confeſſionem. Ea autem prima ſcribenda erat, quia de furto eam haberi quæſtionem Saſſia dixit.

Quod non percontatione quæſitum.) Quum de veneno non haberetur quæſtio. Oſtendit autem quid Saſſia feciſſet, niſi conſiliis malitiæ deſerta fuiſſet.

Superiore quæſtione ſublata.) Quæ triennio ante habita Romæ fuerat.

Per triennium maxime ex omnibus ſeruis.) Partitio eſt per ablatiuum. Superlatiuus aduerbij regit caſum eundem quem ſuperlatiuus nominis:

A minis: maximus ſeruorum, & ex ſeruis vt dicitur, ita maxime ſeruorum & ex ſeruis.

In honore habuerat.) Aliquem in honore habere dicit, alibi tamen alicui habere honorem in eadem re dicit, in Diuinatione: *Quibus ego non ſum tantum honorem habiturus, vt ad ea quæ dixerint, certo loco, aut ſingulatim vnicuiq; reſpondeam.* Et in Vatinium: *Ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere.*

Eo loco quo debuit) Id eſt, primo loco.

In aliqua parte quæſtionis verbum fecit nullum) *Vllum*, non *Nullum*, legendum eſſe videtur Illa enim eadem ſententia dicimus, ne in ex-
B trema quidem parte verbum fecit vllum: &, Verbum fecit nullum ne in extrema quidem parte.

Videtis illam nefariam mulierem.) Saſſiam adducit in odium iudicum.

Niſi forte eiuſmodi hominem.) Stathium Albium colonum.

Quem ego proferri malim) Eius enim leuitas atq; improbitas tabellarum autoritatem tolleret.

Ex matris ſinu.) Id eſt, ex tabellis, quas in ſinu Saſſia geſtauit. Quæ enim chara habemus, vt diligentius ſeruemus, ſinui committimus: vel, Ex ſinu, id eſt, ex occulto animo.

C *Hi tales viri.*) Inuiſum iudicibus Actium facit, quod his falsa & perniciosa cogetur probare.

Eſto in tabellis nihil eſt autoritatis.) Quamuis in omnibus codicibus ita ſcriptum inueniam, legendum tamen arbitror: *Eſto, in tabellis aliquid eſt authoritatis*; vt id quod iam refutauit, condonet aduerſario, vt ad ſequentia ſibi veluti gradum faciat. Id autem artificioſum eſt.

Quid ipſa quæſtio) Haud ſcio an legendum ſit *prima quæſtio*, non *ipſa quæſtio.* Id niſi ita legatur, de ea quæſtione, quæ prius habita Romæ eſt, intelligit, quam Saſſia ſuppreſſit: propterea quod Cluentium non
D modo non læderet, ſed etiam adiuuaret Eam autem quæſtionem iudicibus, amicis, hoſpitibusq; Oppianici, & huic ipſi tempori reſeruari oportebat.

Quid iſtis hominibus factum eſt) Hoc modo verbum Facere cum ablatiuo ſæpe inuenitur. Terent. in Andria: *Nec quid me nunc faciam, ſcis,* Quo in loco notandum eſſe Faciam cum ablatiuo, Donatus dicit. Idem in eadem: *Quid me fiet?* Itemq;, *Nunc audio primum quid illo ſit factum.* Lucilius apud Marcellum: *Quid me fiet, ſiquidem non iuſte improbis committere.* Cicero lib, Epiſt.14. *Quid puero miſero fiet?* Itemq;, *Sed quid Tulliola mea fiet?* In oratione in Rullum ad Quirites: *Quia pecunia fiet?*
E Pro P.Seſtio: *Quid hoc nomine faciat?*

Seruo tuo Nicoſtrato quid factum eſſe dicas) Significat Nicoſtratum ab Oppianico, vel potius à Saſſia è medio ſublatum, ne quæſtio ea quæ Romæ habita eſt, his iudicibus eſſet cognita.

Dare poteſtatem.) Sic ſæpe Cicero dicit, vt facere poteſtatem, de quo alibi plura: & pro Sex. Roſcio, *permittere poteſtatem*

In crucem actum.) Id eſt, ſublatum. Seruorum enim, non ciuium, crux ſupplicium erat. In ſeruos autem necis poteſtatem domini habebant. Poſtea D. Hadrianus ſeruos à dominis occidi vetuit, eoſq; per iudices, ſi digni eſſent, condemnari iuſſit, vt ait Ael. Spartianus in eius vita.

Iam

Iam enim videtis) Concluſio eſt per enumerationem ſceleris & impietatis Saſſiæ, & per commiſerationem. A

Mitto illam primam libidinis iniuriam) Occupatio eſt. Id enim ſe dicit omittere, quod maxime dicit: Illam primam libidinis iniuriam, cum expulſa filia nupſit genero.

Filiam.) Cluentiam.

Huiuſce) Cluentij.

De altera) Alterum de duobus dicitur. Ter nupſit Saſſia: ſed primæ nuptiæ, quæ cum A. Cluentio fuerunt, vnde hic natus eſt, honeſtæ & legitimæ fuerunt; binæ reliquæ cum Melino & Oppianico, fuerunt infames: de quibus hic loquitur. B

Obſides.) Id eſt, tanquam in pignus nuptiarum.

Proſcriptum occiſumq.) Id ante dixit.

Fabriciani veneni.) Quod Scamander Fabricius Diogeni dabat, ad necandum Cluentium. Venenum Fabricianum dicit, vt crimen Clodianum, quod Clodius admiſit, de quo alio loco ſcripſimus.

Suſpicioſum ceteris.) Suſpicioſum paſſiue dixit.

Huic.) Cluentio.

Non eſt de illo veneno celata.) Id eſt, Oppianicus non celauit eam de veneno, id eſt, conſcia fuit. Celo te venenum, veneni, & de veneno dicimus. Terent. in Hecyra: *Quam ob rem tantopere hunc omnes nos celare volueris partum.* Hanc antiquam locutionem eſſe Donatus ſcribit: duæ autem proximæ Ciceronis ſunt, vt pro Cælio: *Vidit hoc Balbus, facinoris tantum celatam eſſe Clodiam dixit.* Idem pro Rege Deiotaro: *De armis, de ferro, de inſidiis celare te noluit.* C

Deprehenſa re) Id eſt, deprehenſo veneno.

Scelere omni affluentem) Vt paulo ante: *Mulier abundans audacia.*

Inſtrueret inſidias) Moliri, facere, ſtruere, & inſtruere inſidias dicimus

Confirmaret.) Id eſt, firmum faceret.

Collocatione filia.) Collocare filiam pro eo quod vulgo dicunt maritare, ſæpe à Cicerone dici ſolet; vt lib. de Oratore 3. *Non ſolum vt de iure ciuili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negocio referretur.* Idem lib. de Offic. 2. *Liberales autem ſunt, qui ſuis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adiuuant.* Itemque, *Cum conſuleretur vtrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret.* Collocare in matrimonium idem dicit in li. Diuinat. 1. *Cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare* Apud eundem li. de Oratore 3. neſcio quis poëta dicit, *collocare nuptias: Sed mihi quum tetulit coronam ob collocandas nuptias.* D E

Itaque apud ceteros.) Peruerſam & præpoſteram dicit fuiſſe Saſſiam, quo eam iudicibus magis inuiſam faciat.

Sororem eius) Saſſiæ & Melini filia Cluentij ſoror erat germana. Nam germani, vt ex Varrone Seruius ſcribit, *qui ex eadem matre nati ſunt, appellantur, quamuis ex eodem patre non ſint.* Ideo Virgilius Æneid 5 Erycem Veneris & Butæ filium Æneæ dicit fuiſſe germanum, qui Veneris & Anchiſæ filius fuit: *Hic*, inquit, *germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.*

Ceteri nouis affinitatibus.) Vt Scipionis & Gracchi reconciliatio firmata arctior eſt nuptiis Corneliæ Scipionis filiæ, quam in matrimonium Gracchus duxit.

A *Inimicitias ſæpe deponunt.*) Vt pro L. Flacco: *Cum à clariſſimis viris iuſtiſſimas inimicitias ſæpe cum bene meritis ciuibus depoſitas eſſe vidiſſem.* De prouinciis Conſularibus: *Si ipſas inimicitias depono Reip. cauſa, quis me tandem iure reprehendat?* De hoc verbo in quartam Inuectiuam in Catilinam ſcribimus.

Eum.) Accuſatorem.

Armaret.) Id eſt, muniret & inſtrueret. Eſt autem metaphora, vt in Orat. pro Domo ſua: *Erat incredibili armatus audacia.*

Et minis & promiſſis.) Vt paulo ante: *Cum eſſent animi ſeruorum & ſpe & metu tentati, vt aliquid in quæſtione dicerent.*

B *Infinita.*) Quibus ne amicorum quidem & hoſpitum ſententia finem facere potuerit.

Crudeliſſima) In quibus tortor & tormenta defeſſa ſunt.

Aliquando) Id eſt, tandem.

Modus.) Id eſt, modeſtia.

Finem fecit) Vt Act. in Verr 5: *Vt ille aliquando impudentiæ ſuæ finem faciat.* Et in Rullum ad Quirites: *Finem feci offerendi mei.*

Falſæ conſcriptiones.) Id eſt, falſæ tabellæ.

Conſcelerata.) Id eſt, valde ſcelerata. In qua ſignificatione à Cicerone ſæpe dicitur, vt antea: *Cuius præſentis nefarium & conſceleratum vultum intuebantur.* Pro P. Sylla: *Voluntates vero conſceleratas ac nefarias nec ſanare potui, nec tollere.*
C Pro Domo ſua: *Cum ſeruos tuos ad rapinam, ad bonorum cædem paratos, quem am illa tua conſceleratorum ac perditorum manu armatos in Capitolium tecum veniſſe conſtabat.* In Piſonem: *Me tamen fugerat, deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas.* Item: *Nolite enim putare P. C. vt in ſcena videtis homines coſceleratos impulſu deorum terreri furiarum tædis ardentibus.* Et pro Sex. Roſcio: *Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq́; furiæ, quæ dies noctesq́; parentum pœnas à conſceleratiſſimis filiis repetant.*

Conducendorum.) Id eſt, precio corrumpendorum. Inde mercenarij
D teſtes, qui mercede conducti ſunt, appellantur à Cicerone lib Epiſt. Famil. 3. *De mercenariis teſtibus à ſuis ciuitatibus notandis, niſi iam aliquid factum eſt per Flaccum, fiet à me cum per Aſiam diſcedam.*

Aduolauit.) Immoderatam Saſſiæ cupiditatem opprimendi filij oſtendit.

Nec accuſatoribus diligentia deeſſet.) Id eſt, vt accuſatores ſollicitaret.

Huius ſordium.) Rei enim ſordidi & ſquallidi erant, vt iudicum miſericordiam commouerent facilius.

Propter vicinitatem Aquinatium & Frabaternorum.) Aquinum &
E Frabateria oppida ſunt Arpino vicina. Aquino autem & Frabateria Saſſiam feciſſe iter ſignificat.

Ex his oppidis.) Aquino & Frabateria.

Quantos virorum & mulierum gemitus.) Mouet affectus ex matris crudelitate, & ex aliorum commiſeratione.

Vſq; à mari ſupero.) Id eſt, vſque à mari Hadriatico: vt Tyrrhenum mare appellant Inferum.

Vſq; à mari.) Vt dixit Virgilius, *Ab vſq; Pachynno.*

Circumuenire.) Circumuenire & opprimere aliquem iudicio capitis, eſt iudicibus corruptis, vel conductis teſtibus facere vt innocens condemnetur.

Qui

Qui non contagionem.) Id eſt, qui non fugeret aſpectum eius, quo ſe contaminari & pollui putaret. A

Quorum fidem precio.) Significat Saſſiam voluiſſe aliquos ex iudicibus pecunia corrumpere.

De ſuo ſcelere teſtatur.) Id eſt, vocat & adhibet teſtes ſui ſceleris, vt pro L. Flacco: *Vociferarem, & quantum maxime poſſem contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negociatores.*

Pietate & religione.) *Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas*, vt ait Cicero in lib. de Offic. 2. *Eſt autem pietas, iuſtitia aduerſus deos*, vt idem ait in lib. de Deor nat. 1. *Nec eſt vlla erga deos pietas*, vt ait idem pro Domo ſua, *niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis quod ſit iniuſtum ac inhoneſtum arbitrere.* B

Superſtitione) *Superſtitio*, vt ait Cicero lib. de Natur. deor. 1. *eſt in qua ineſt timor inanis deorum: vt religio eodem autore eſt, quæ deorum cultu pio continetur.*

Confido) Id eſt, arbitror, vt in lib. Epiſt. ad Attic. 6. *Confido te iam, vt volumus, valere.* Confidere & ſperare, dicta pro arbitrari, iunguntur cũ verbis præteriti, præſentis & futuri temporis, de verbo Sperare plura ſcribimus in Catonem maiorem Ciceronis.

Alios deos) Id eſt, mortales. Tanquam mortales deos dicat eſſe hos iudices, qui Cluentium tanta ſollicitudine, tanto periculo liberent. Homines hominibus prodeſſe diuinum eſt. Inde illud prouerbium antiquitate tritum eſt, *Homo eſt homini Deus.* In cuius prouerbij explicatione multa ſcribit Eraſmus, quæ ab hoc loco aliena non ſunt. C

Ad omne vitæ tempus.) Nam ſi Cluentium abſolueritis, eum omni periculo à matre in perpetuum liberabitis.

Fortuna eſſe voluit.) Iudicum enim facta ſortitio eſt: ſortitio autem fortunæ eſt.

Peccata liberûm, &c.) Id eſt, multi iudices ſæpe abſoluerunt nocentes liberos, quod parentum eorum misererentur.

Liberûm) Id eſt, liberorum, vt ante & poſtea dicit. D

Concesserunt.) Id eſt, condonauerunt, & peccatis ignouerunt. Concedere peccato etiam dici poteſt, vt pro Sex. Roſcio: *Cæterorum neq; dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem & amplitudinem, neq; temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam.*

Condonetis.) Iudex aut princeps reum condonat, qui poſtulantis voluntati permittit & donat aut liberandum, aut necandum.

Totum municipium) Id eſt, omnes Larinates; eſt autem intellectio; nam municipium dicitur, & municipes intelliguntur. Valet multum ad mouendos affectus, quum dicimus plurimos de rei ſalute ſollicitos eſſe. E

Qui valuerunt.) Id eſt, qui valentes fuerunt: id eſt, omnes præter pueros & mulieres.

Quos tamen ipſos.) Pueros & mulieres.

De vnius municipis.) Artificioſum eſt, vt oſtendamus ſententiam, qualiſcunq; lata ſit, ad alios multos, quam ad reum pertinere.

Rem.) Id eſt, commoditatem: id eſt, publicæ vtilitatis admodum ſtudioſus eſt

In omnes homines.) Tam municipes ſuos, quam alienos.

Iuſtitia & fides) *Eſt enim iuſtitia fundamentum perpetuæ commendationis & famæ*, vt ait Cicero in lib. de Offic. 2. *Fundamentum autem iuſtitiæ fides eſt*, vt ait idem in lib. 1.

A *Locumq́ à maioribus traditum.*) Autore eodem libro *eodem optima hereditas à patribus traditur liberis, omniq́ patrimonio præſtantior gloria virtutis, rerumque geſtarum, cui dedecori eſſe nefas & vitium iudicandum eſt.* Illis igitur commendat Cluentium, diligentia in Remp. benignitate in ſingulos, in omnes iuſtitia & fide, & maiorum imitatione: Reum autem virtus eius, & bene acta antè vita iudici non parum commendant.

Tuetur.) Id eſt, conſeruat, & vt vulgo dicunt intertenet. Qua in re id verbum ſæpe dici inuenias, ſiue agrum, ſiue domum, ſiue dignitatem, ſiue aliud quid quis tueri dicat.

B *In eum verbis.*) De huiuſmodi reorum laudationibus alibi ſcripſimus. Sed ex hoc loco attende, laudationes illas publice decerni, conſcribi & obſignari ſolitas.

Publice.) Id eſt, ex decreto publico.

Vos quaſo.) Apoſtrophe eſt ad Larinates, qui eam laudationem attulerunt.

Aſſurgite.) Orator quum diceret, ſtabat, vt modo dicebamus: itidem & teſtis, quum diceret teſtimonium. Legatos autem ſtare, cum recitaretur laudatio, quam attuliſſent, morem non fuiſſe ſignificat, quos hoc loco excitat, vt ex eorum lachrymis facilius perſpectis affectus moueantur.

C *Recita*) Laudationem præco recitat.

Ex lachrymis horum.) Significat Cicero Larinates omnes lachrymaſſe, cum Cluentij laudatio recitaretur.

Omnes hac Decuriones.) Decuriones municipiorum & coloniarum Senatores eſſe, alibi diximus. Ex Decurionum decreto huiuſmodi laudationes fieri ſolitas, hinc attende.

Decreuiſſe lachrymantes) Laudationis fidem commendat, & mouet affectus, remq́; ſub oculos ſubiicit.

D *Age vero.*) Continuatiuæ particulæ ſunt, non hortatiuæ, vt antea ſæpe dixit in eadem re, Iam vero. quamuis Age vero, aliquid hortamenti habere videatur.

In libellis.) Id eſt, in ſcriptis.

Laudationum decreta.) Id eſt, laudationes decretas & publicas. Eſt enim laudatio, oratio de laude cuiuſquam ſcripta.

Quos noſſemus omnes.) Id dicit, vt maius vicinorum ſtudium liberandi Cluentij oſtendat. Hi enim homines notos miſerunt, vt eorum verbis fides haberetur maior, cum publice laudarent Cluentium.

E *Ferentani,*) *Ferentium oppidum Faliſcorum eſt.* vt ait Volaterranus. inde Ferentani, quos Ferentinos Plinius appellat lib. 3. Ferentium Theano Appulo propinquum eſſe, autor eſt Strabo libro 5. qui idem ſcribit, poſt Picenum Ferentanos & Marrucinos eſſe.

Theano Appulo) Quod à Larino abeſt decem & octo millia paſſuum, vt antè dixit Cicero.

Atq; Luceria.) Luceria Appuliæ oppidum eſt. Daunorum vetus oppidum fuiſſe, Strabo autor eſt libro 6.

Atq; Luceria Equites Romanos.) Non ſolum ex vrbe Roma, ſed etiam ex municipijs & colonijs erant equites Romani, vt Cicero Arpinas, vt Cluentius Larinas, alijque innumerabiles documento eſſe poſſunt.

Bonia-

Bouiano.) Bouianum, vel vt ait Strabo, Boianum, oppidum in Samnio eſt. A

Tum homines ampliſſimi.) Laudationum commendatio maior eſt, quod eos ampliſſimi homines honeſtiſſimiq; attulerunt.

Qui res pecuniarias habent.) Id eſt, qui aliquos illic habent reditus, aut debitores: aut reuera, qui fœnerantur.

Summo ſplendore.) Equites eſſe ſignificat. Equites enim qui honeſti ſunt & liberales, ſplendidi: qui contra turpes ſunt & auari, ſordidi appellari ſolent.

Non multi mihi.) Vt vnus multo deligat, vel quos amet, vel quibus fortunas ſuas commendet, vel à quibus aliquid ſperet, facile eſt. vt B autem vnum aliquem ſibi vniuerſi deligant, difficilius eſt, eaq; ſummæ probitatis eius qui deligatur ſignificatio eſt.

Nominare.) Quàm vellem ſcilicet. Id eſt, quàm vellem vt adeſſet.

Sed maiore verecundia.) Autore Quintiliano lib. 4. *ſi iudex amicus noſter ſit, diligenter tractandus eſt. Eſt enim nonnunqvam prauus hic ambitus iudicibus, aduerſus amicos pronunciandi, pro ijs quibuſcum ſimultates gerunt, & faciendi iniuſte ne laſiſſe videantur.*

Iudex es in A. Cluentium.) Vt antea: Sediſſentne iudices in C. Fabricium. C

Confirmamus) Id eſt, affirmamus.

Vetere inſtituto ſolus perorarui.) Inſtitutum fuiſſe vetus ſignificat, vt vnus accuſator, vnus patronus eſſet. ætate vero Ciceronis id immutatum erat. Nam in eadem cauſa licebat multos eſſe accuſatores, multos patronos, quibus ſingulis ſuæ cauſæ pars agenda data eſſet. M. Scauri caſum, autore Aſconio, patroni ſex defenderunt, quum ad id tempus raro quiſquam pluribus quam quatuor vteretur. Totidem patronos Miloni affuiſſe idem dicit. Lucium Murenam tres accuſauerunt, totidemque defenderunt. P. Syllam duo defenderunt, quot accuſauerunt. M. Cælius quatuor habuit accuſatores: tres L. Cornelius Balbus defenſores. Ex Ciceronis orationibus hæc facile agnoſcas. D

Vna mater oppugnat.) Vt Cluentius in iudicum miſericordiam influat, adducit Saſſiam in odium iudicum, quod ea ſola nefaria mulier tam multorum ſtudijs rectis aduerſetur.

Ferri) Id eſt, toto animi impetu rapi. vnde feras appellatas eſſe accepimus.

Cupiditatem) Vt nuberet genero.

Iura hominum.) Vt eadem eſſet ſocrus & vxor, idem eſſet gener & maritus. Ius hominum appellat ius gentium, quod ius humanum Tit. Liuius libro quinto appellat: *Interim Galli poſtea quam accepere vltro honorem habitum violatoribus iuris humani, eiuſdemq; ſuam legationem eſſe, flagrantes ira, cuius impatiens eſt gens, confeſtim ſignis conuulſis, citato agmine iter ingrediuntur.* E

Vt eam nemo hominem.) Homo enim qui ſolus rationis particeps eſt, ſolus prudens eſt.

Vt eam nemo hominem.) Priſcianus libro ſexto, hunc locum citat: Ordo (inquit) ordinis, homo hominis Cicero pro A. Cluentio, quum de eius matre loqueretur ait: *Cuius ea ſtultitia eſt, vt eam nemo hominem appellare poſſit.*

Ea vn

A *Ea vi vt nemo fœminam.*) Fœminæ, niſi quum fœtus habent, maribus multo ſunt manſuetiores.

Vt nemo matrem.) Ipſum enim matris nomen amantius eſt, vt antea dixit.

Atq; etiam nomina neceſsitudinum)Ordo eſt, mutauit non ſolum naturæ nomen & iura, ſed etiam nomina neceſſitudinum.

Vxor generi) Cicero in libro de Oratore ad Brutum, ab indole adoleſcentiæ illa eſſe matura dicit: *Vxor generi, nouerca filij, filia pellex.*

Nouerca filij.) Quæ nouercali odio in filium eſt.

Adducta eſt.) Id eſt, peruenit.

B *Vt ſibi præter formam.*) Apud Tit. Liuium libro 29. in Oratione legatorum Locrenſium, de Q. Pleminio, P. Scipionis legato querentium, eadem ſententia eſt: *In hoc,* inquit, *Legato veſtro (dant enim animum ad loquendum liberè vltima miſeria) nec hominis quicquam eſt P. C. præter figuram & ſpeciem, nec Romani ciuis præter habitum veſtitumque & ſonum Latinæ linguæ.*

Ex victoria.) Nam cauſæ victoria dicitur, quemadmodum vincere cauſa.

Liberum.) Id eſt, filij Cluentij. *Liberos etiam de vnica filia dici,* apud Gellium eſt.

C *Sin autem virtutem diligitis.*) Inter odiſſe vitia, & virtutem diligere, aliquod eſſe medium ſignificat. Ea autem ſententia eſt, ſi odiſtis ſcelus, ſcelus Saſſiæ à Cluentio ſententijs veſtris prohibete: ſin autem virtutem diligitis, innocentiam Cluentij leuate.

Supplicem veſtrum.) Id eſt, ſupplicantem vobis, & vt vulgo loquuntur, humilem famulum veſtrum, qua in re ſæpe dicit Cicero. In Diuinatione: *Ecquid autoritatis apud vos in ſuo iure repetundo ſocij populi Romani ſupplices veſtri habere debeant.* Pro L. Murena: *Nunc idem ſquallore ſordidus, confectus morbo, lachrymis ac mœrore perditus, veſter eſt ſupplex iudices, veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam implorat, veſtram poteſtatem, ac*

D *veſtras opes intuetur.* Pro L. Flacco: *Ne hominibus leuitate Græcis, crudelitate Barbaris, ciuem ac ſupplicem veſtrum dederitis.* Itemque: *Huic, huic miſero puero veſtro ac liberorum veſtrorum ſupplici iudices ac iudicio viuendi præcepta dabatis.* Pro M. Cælio: *Quem vos ſupplicem veſtra miſericordia, ſeruum poteſtatis, abiectum non tam ad pedes, quàm ad mores ſenſuſque veſtros vel recordatione parentum veſtrorum, vel liberorum iucunditate ſubleuate.*

Poſt illam flammam.) Inuidiæ ſcilicet.

E *Aliorum facto.*) Oppianici pecunia, iudicum auaritia, & L. Quintij concionibus.

Reſpirare à metu.) Vt de Reſponſis aruſpicum: *Idem poſteaquam reſpirare vos à metu cædis, emergere autoritatem veſtram à fluctibus illis ſeruitutis, reuiuiſcere memoriam ac deſiderium mei vidit, vobis ſe cœpit ſubito fallaciſsime venditare.*

Condonetis. (Id eſt, dedatis.

Si qua calamitas hunc afflixerit.) Id eſt, ſi Cluentius damnabitur.

Id quod difficile factu eſt.) Hanc enim calamitatem ſibi mortem fortiter conſciſcendo effugiet.

Fabricianum venenum.) Quod Scamander Fabricius Diogeni dabat ad necandum Cluentium, quod etiam antè ita appellauit.

Multorum medicamentum laborum.) Ex comparatione quàm miſer

futurus

futurus ſit Cluentius , ſi damnetur oſtendit. Nam huius miſeriæ comparatione fœlix tum fuiſſet, ſi venenum iudicatum non fuiſſet, eo que interiſſet. Autore Quintiliano libro ſexto, *graue aliquid facimus , quum magnis alioqui malis grauius eſſe id quod paſsi ſumus oſtenditur.* Quale eſt illud Virgilij: *O fœlix vna ante alias Priameia virgo, Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori.* Quam miſer enim caſus Andromachæ, ſi comparata ei Polyxena ſit fœlix? A

Fortaſsis.) Fortaſsis rariſsime, fortaſſe ſæpiſsime Cicero dicit.

Ex medijs mortis inſidijs.) Quum deprehenſum venenum eſt.

Mors ſepulchro patris.) Sepulchra familiæ communia Romani habebant, quibus priuari triſte erat B

Satis diu.) Illud rerum commendat, ſi dicimus eum iam ſatis pœnarum expendiſſe.

Ex inuidia laborauit.) Id verbum laborare ita ſæpe à Cicerone dicitur, vt pro Sex. Roſcio: *Quod ſi omnes qui eodem loco nati ſunt facerent, & Reſpub. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent.* Libro epiſtolarum Familiarium 9. *Dixit te in lecto eſſe, quod ex pedibus laborares.* Libro 7. *Quum decimum iam diem grauiter ex inteſtinis laborarem.* Libro Tuſculanarum quæſt. ſecundo. *Quum ex renibus laboraret, ipſo in eiulatu clamitabat, falſa eſſe illa quæ antea de dolore ſenſiſſet ipſe.* Libro Epiſtolarum 16. *Non ignoro quantum ex deſiderio labores.* C

Tam iniquus.) Id eſt, tam inimicus.

D

E

BER-

A

BERNARDINI
B LAVREDANI, ANDREÆ
F. PATRICII VENETI,

IN PRIMAM ORATIONEM M. T. CICERONIS CONtra P. Rullum De Lege Agraria,
C

COMMENTARIVS.

ORATIO XV.

Q*VÆ res aperte perturbatur;*) Quod valde dolendum eſt, D huius orationis exordium, propoſitio, & magna pars confirmationis, vetuſtatis ne iniuria, an hominum incuria, interciderunt. capita autem, quæ deſiderantur, ex ea, quæ ſequitur, ad Quirites oratione cognoſci poſſunt. ibi enim ſe demonſtraturum profitetur: lege agraria P. Rulli, tribuni pl. nihil populo R. dari, certis hominibus omnia condonari, plebi agros oſtentari, libertatem eripi, priuatorum pecunias augeri, publicas exhauriri, per tribunum denique pl. reges in ciuitate conſtitui. atque hæc probat ſingulis legis capitibus reprehendendis. quorum ſex ad creandos decemuiros agris vendendis, E emundis, ac diuidundis pertinebanr, duo vēditionem agrorum continebant. primum autem caput ita proponit: Primum caput eſt legis agrariæ, quo tentamini leuiter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis: iubet enim tribunum pl. qui eam legem tulerit, creare decemuiros per tribus ſeptem decem, vt quem nouem tribus fecerint, is decemuir ſit. ſecundum ita: Item, inquit, eodemque modo capire altero, vt comitijs Pontificis Maximi. Item: Iubet, inquit, comitia decemuiris habere eum, qui legem tulerit. tertium ita: Primum lege curiata decemuiros ornat. quartum ſic: Decemuiri eodem iure ſint, quo qui optima lege. quintum ſic: Iubet, inquit, auſpicij coloniarum deducendarum cauſſa decemuiros habere pullarios eodem iure, quo habuerunt treuiri lege Sempronia, ſextum hoc modo:

modo; Dat, inquit, poteſtatem verbo prætoriam, re uera regiam definit in quinquennium,&c. De vendendi ratione, quæ decemuiris permittebatur, ſic deinceps loquitur. Datur eis primum, vt liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis S.C. facta ſunt M. Tullio, Cn. Cornelio Cos. deinde ſic: Attendite animos ad ea, quæ conſequuntur. hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Qui Agri, quæ loca, quæ ædificia, aliudve quid, quod publicum Populi R. factum ſit L. Sulla, Q. Pompeio Cos. aut poſtea, id decemuiros iubet vendere.) Hoc autem caput cum reprehenderet, atque iniquum, & pernicioſum eſſe oſtenderet, interpretabatur, Aſiam, Bithyniam, Mitylenas, Ægyptum poſtremo, & Alexandriam decimuiris vendenda permiſit, quod ea omnia poſt Sullam, & Pompeium Cos. in poteſtatem populi Rom. veniſſent. Aſia, & Mitylenæ Sullæ victoria, Bithynia Nicomedis regis, Ægyptus, & Alexandria Alexandri regis teſtamento. Hoc autem in loco cum cætera peregiſſet, de Ægypto loquebatur, eamque prope inſidioſe peti à Rullo, & legis Seruiliæ auctoribus oſtendebat. Nam cum ait: B

Quæ res aperte petebatur ea nunc occulte cuniculis oppugnantur.) Significat Alexandriam, & Ægyptum, quæ ab Alexandro rege, qui Cotta, & Torquato Cos. Tyri mortuus eſt, teſtaméto populo Rom. relictæ dicebantur. quod cum Romæ percrebuiſſet, multi extiterunt, qui aperte dicerent, adeundam eſſe regiam hæreditatem, Ægyptum Ptolomæo adimendam eſſe, qui eam tenebat, quod non eſſet nec genere, nec animo regio. qua de re apertius agitur in ſequenti oratione. Vſus eſt autem translatione è re militari ducta. Nam *petebatur*, à gladiatorum, aut præliatorum petitionibus ſumptum eſt. cui translationi reſpondet illa altera à bellicis clandeſtinis oppugnationibus hauſta. *Cuniculis oppugnatur*, quod quid ſit, expreſſit in ſecunda, cum dixit. Nunc tetris tenebris, & caligine Alexandriam ſe peruenturos arbitrati ſunt. Sunt enim cuniculi foſſæ ſubterraneæ hominum ingenio ad cuniculorum animantium imitationem fabrefactæ, vt clam mœnia vrbium hoſtilium ſuffodiant, atq; imprudentibus hoſtibus in eorum oppidum erumpant, quales quondam Camillus in capiendis Veijs machinatus eſt. Contrarijs autem his hæc eſt ornata oratio, Aperte peti, & clam cuniculis oppugnari. Poſt autem cum ait: C D

Dicent enim decimviri id quod & dicitur à multis, & ſæpe dictum eſt.) Rationem affert, qua veriſimile eſt, vſuros eſſe decemviros in vendenda Ægypto. ratio autem eſt teſtamentum, quod à rege factum eſſe dicebatur. probat autem ea vſuros eſſe decemuiros, eo quia eadem nunc etiam à multis iactatur, & ſæpe antea iactata ſit. ſignificat autem in primis L. Philippum, de quo ſic in ſequenti locutus eſt: Hæc L. Philippum, de quo ſic in ſequenti locutus eſt: Hæc L. Philippum ſæpe in Senatu confirmaſſe memoria teneo, Item. Cur non eoſdem curſus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato Cos. cucurrerunt? ſignificare etiam poteſt M. Craſſum, qui cenſor cum Q. Catulo collega contendit, Cotta, & Torquato Cos. de Ægypto tributaria Romanis reddenda, vt ſcriptum eſt apud Plutarchum: & ait *Poſt eoſdem Conſules.* id eſt, poſt ſupradictos L. Sullà, & Q. Pompeium. hos enim cum ſupra nominaſſe credendum eſt. E

A atque eoſdem ſignificari manifeſtum eſt ex VIII. legis capite,cuius
ante meminimus.vt hoc loco parum videatur temporum rationem
attendiſſe Petrus Ramus in ſuis in hanc orationem commentarijs,
qui Cottam & Torquatum conſules exponit. hic eſt enim ſenſus.
Dicunt decemuiri Rulliani poſt Sullam, & Pompeium Cos. qui in
lege nominatur, Ægypti regnum teſtamento regis Alexandri, qui
Cotta & Torquato Cos.mortuus eſt,populi R.eſſe factum.regis autē
Alexandri,dixi, non Alexandrini, ſic enim in omnibus antiquis li-
bris,quos legi,inuenio.nec quin ita legendum ſit, dubitandum eſt.
quod & illius loci confirmat auctoritas,qui eſt in oratione proxima:
B Tum, quando Alexandro mortuo legatos Tyrum miſimus. Quod
autem Petrus Ramus intelligit Ptolomæum Apionem,qui Cyrenas
populo R.teſtamento reliquit,vt ſcriptum eſt in epitoma Liuij LXX.
& lib. vi. apud Eutropium, id non procedit. nam ille cognomento
Apio vocabatur,hic Alexander,ille reliquit Cyrenas,& Libyam, hic
Alexandriam,& Ægyptum, ille multo ante Sullam,& Pompeium
Cos.vt ex epitoma ſupra, citata colligitur, hic poſt eos Conſules.
Neq; etiam de Ptolemæo Aulete intelligi poteſt, vt & Bugellius, &
Leodegarius exponunt,quem Gabinius regno pulſum reſtituit. nam
hic Alexander mortuus eſt biennio ante Ciceronem Conſulē Cotta,
C & Torquato Cos. Auletes autem multis poſt annis Romam venit,
quam Cicero Conſul fuit. quis autem hic fuerit incompertum eſt.
Regis quidem Alexandri in Ægypto regnantis multi meminerunt,
ſed id fere ante Sullana tempora quantum autem ego conſequi cō-
iectura poſſum, hic de quo loquitur Cicero,nepos eius fuit.ſic enim
ſcribit Appianus in primo: Sylla Alexandrum Alexandri, qui in Æ-
gypto regnauerat,filium nutritum in Co,& à Cois Mithridati tradi-
tum,cum à Mithridate ad ſe confugiſſet, regnare in Ægypto iuſſit,
quæ tunc ſine rege erat. At eum Alexandrini poſt nouem & decem
dies,quam regnum inierat,quod Syllæ arbitratu omnia adminiſtra-
D ret,interfecerunt.Ergo ſi filius Alexander,Sulla viuo necatus eſt,hic
autem,de quo quærimus,Alexander,multis poſt Syllam mortuum
annis Tyri deceſſit, alius ab eo ſit,neceſſe eſt.neque vero de hoc,aut
de teſtamento eius quicquam accepimus.Oſtendit deinde, hanc rē
non eſſe decemuiris concedendam,quia indignum ſit, quod aperte
petentibus negatum eſt,id clam agentibus concedi, & ait:

Dabitis igitur Alexandriam,clam petentibus ijs, &c.) Quibus verbis
miratur,& ſecum indignatur.& ſimul moleſte fert, ſi ſenatus, qui-
bus apertiſſime pugnantibus reſtitiſſet, ijs iam clam petentibus
Alexandriam daturus eſſet. enthymema autem eſt à contrarijs. ſen-
E tentiæ ſunt τῆς δεινότητος, μετὰ ἀληθινοῦ, καὶ ἐνδιαθέτου λόγου.
Ornamenta ſunt cōtentio,in illis verbis: dare, petere,clam,aperte,
pugnare,reſiſtere & interrogatio,in qua vis arguendi eſt, μετὰ τρα-
χύτητος.arguit enim Senatum leuitatis,& inconſtantiæ,ſi quod ne-
gaſſet antea alijs aperte contendentibus, id iam clam petentibus
decemuiris eſſet conceſſurus.& paria membra,quod eſt, ἐπιμελῶς,
καὶ κεκαλλωπισμένου λόγου. id eſt accuratæ, & factæ quodammodo
orationis. poſt autem cum addit:

*Hac per deos immortales vtrum eſſe vobis couſilia ſiccorum, an vinolentorū
ſomnia,& vtrum cogitata ſapientium,an optata furioſorū videntur:*) Rem
breui-

Digitized by Google

breuiter auget, atq; latcribus huius legis cõuicium dicit, vinolentos A
eos, ac furioſos vocans, lenit autem conuicium methodo dubitatio-
nis, cum inquit: *Per deos immortales*. quod genus loquendi ab interro-
gantibus vſurpatur, quia valet plurimum ad *ὠφέλειν*, & ad impel-
lendum vt id quod ſentitur, vere, integreq; dici videatur. ſiccos por-
ro appellat ſobrios. vt illud in II. Academicarum Ciceronis apud
Nonium: Alius adultis, alius ſenibus, alius ſiccis, alius vinoſis.
Et apud Horatium: ---*dicimus integro*

Sicci mane die, dicimus viuidi,

Cum Sol Oceano ſubeſt.

Vt autem Cicero ſiccum vinoſo, Horatius ſiccum viuido, ſic Plautus B
in Aſinaria ſiccum madido, Cicero hoc in loco ſiccum vinolento op-
poſuit. noluit autem dicere, *ſomnia*, ſimpliciter, quamuis ea fere
vana ſint, ſed *vinolentorum ſomnia*, quæ prorſus inania ſunt. ebrij enim
vino repleti ob eius vim, vapore ſtomachi impedito motu, viſa quæ-
dam in quieto tortuoſa, & obſcura videre videntur. Dixit idem ali-
bi: Non philoſophorum iudicia, ſed delirantium ſomnia. & Hora-
tius: Ægri ſomnia. *Optata a. furioſorum* recte dixit, non ſperata. ſpera-
mus enim ratione aliqua ſemper adducti, optamus interdum nulla.
Hic autem inter ſe hæc opponuntur: Conſilia & ſomnia, cogitata &
optata, ſicci & vinolenti, ſapientes & furioſi. C

Videte nunc proximo capite.) Tranſit ad alterum caput legis exagi-
tandum, in quo ratio venditionis, aut auctionis expreſſa erat. hoc
autem capite nominatim appellabat poſſeſſiones populi R. quas
vendi volebat, vt Siluam Scantiam, vt Italiæ poſſeſſiones, vt Siciliæ,
vt Ciliciæ, vt Macedoniæ, vt Africæ, quas paulo poſt nominabit. Hæc
autem præparatio eſt ad futuram huius capitis reprehenſionem,
qua Rullum in odium adducit, cum ei conuicium dicit. quod va-
rium eſt; primum, quod eum impurum heluonem vocat, id eſt pro-
digum, & diſſolutum, & tam in alieno, quã in ſuo patrimonio dila-
pidando profuſum. deinde, quod eum turbare remp. ait; quod eſt D
tanquam totum quoddam, cui partem ſubijcit, cum eundem ait à
maioribus relictas poſſeſſiones diſperdere, nimirum agris ipſis pu-
blicis vendendis, atq; alienandis. odium præterea ei creat, cum diſ-
perdere ait poſſeſſiones à maioribus relictas, quas honeſtum eſſet
conſeruare, ac retinere. vnde vt magis audientium animos punge-
ret, dixit: diſperdit, ac diſſipat. atq; alijs verbis in eadem ſententia
immoratur, inquiens. *Vt ſit non* minus in populi R. patrimonio ne-
pos, quam in ſuo. ſalſe autem ipſum profudiſſe patrimonium ſuum
inquit, quod eſt vituperandum. vt etiam in ſequenti: Vt in ſuis reb.
ita in rep. luxurioſus nepos. id quod inimicis ſæpe ſuis obiecit Ci- E
cero. Nepotem enim vocat luxurioſæ vitæ hominem, vt ad Atticum.
Sumptu iam nepos euadit Scaptius. deinde apertius exponit, quod
dixit, turbare remp. *proſcribit*, inquit, *vectigalia*, Vtitur autem verbo
proſcribere, non vendere, vt magis feriat animos auditorum. ſic in
tertia: Venales, ac proſcriptas poſſeſſiones hac lege video. neque
hoc contentus, addit, correctionem afferens, quæ vſurpatur, cum id
quod ſemel diximus, aut eleuare, aut vehementius facere, aut fœ-
dius ſignificare volumus. & ait:

Hoc eſt proſcribit auctionem publicorum bonorum.) Affert ergo ipſe
verbum graue, & indignum populo R. *Auctionem publicorum bonorum.*

A Quaſi dicat,bona populi Rom. quæ tueri omnes debemus, decemvirum haſtæ vult ſubijcere. deinde propius ad rem accedens, conſilium eius irridet,qui cum pecuniam ad agros emendos quæreret, poſſeſſiones ipſas populi Rom. notiſſimas venderet. vtitur autem irriſione ex ſuo ſenſu deprompta,cum enim ſciret, Rullum ignoratum vectigal nullum excogitaſſe,tamen inuidiæ cauſa ait.

Videlicet excogitabit aliquid, atque afferet.) Id eſt nouam aliquam poſſeſſionem nominabit, quæ ſine ſummo reip. detrimento vendi poſſit. & adijcit rationem, cur veriſimile ſit,eum quam minimum potuerit reip. obfuturum, quia *Superioribus capitibus ab eo dignitas populi Rom. violabatur.* nimirum, quia decemviros iubebat per tribus

B XVII. creari,quia eodem modo, vt comitijs Pontificis Maximi,quia comitia decemuiris creandis habere eum, qui legē tulerit, iubebat, quia curiata lege magiſtratum ei dabat,cui nullis comitijs ante eſſet datus,quia eo iure eſſe iubebat decemuiros,quo qui optima lege, quia dabat pullarios,quia dabat poteſtatem verbo prætoriam, re vera regiam in quinquennium. Item,

Nomen, inquit, *Imperij in commune odium vocabatur* :) Quia decemuiris apud omnes gentes cognitionem dabat ſine conſilio, pœnam ſine prouocatione, animaduerſionem ſine auxilio, quibus

C de rebus agebat à primo capite vſque ad ſeptimum. præterea.

Vrbes pacatæ, Agri ſociorum, Regum Status decemuiris donabantur.) Quia prouincias, & regna decemuiris vendenda permittebat. *Vrbes pacatæ*, vt Talleis,Epheſum,Miletum.Cyzicum, *Agri ſociorum*, vt Aſianorum, & Cilicum, & Africanorum, & Macedonum *Regum Status*,vt Ptolomæi Ægypti,& Alexandriæ regis,qui Alexandro mortuo Ægyptum tenebat. *Donabantur* autem quod dixit,verbo odioſo vſus eſt,vt in ſequenti. Hoc capite Quirites omnes gentes,nationes, prouincias, regna decemuirum ditioni,iudicio, poteſtatique permiſſa,& condonata eſſe dico & addit:

D *Nunc præſens,certa,pecunia numerata Quæritur.*) Id eſt hoc capite, quod eſt de vendendis vectigalibus, Nam quod ante permittebatur, id erat incertum,obſcurum, & occultum, nunc certa,præſens, numerata pecunia quæritur,i.e conficienda conceditur.poſt cū adijcit.

Expecto quid Tribunus plebis vigilans & acutus excogitet.) Reuertitur ad ſuperiorem irriſionem; Cum enim aliquantulum temporis ad cogitandum Rullo quaſi dediſſet, poſtquam ea verba dixeta,

Videlicet excogitabit aliquid,atque afferet, nunc ſubdit ; *Expecto quid Tribunus pl.vigilans,& acutus excogitet.*) Irridens hominem neque induſtriæ, neque ingenij laude vlla præſtantem. Hoc autem loco

E præco ex legis ſcripto poſſeſſiones, quas Rullus vendebat, recitauit, inter quas erat ſilua Scantia.cuius vbi Cicero nomen audiuit,tum ita ſubſecutus eſt.

Veneat,inquit,ſilua Scantia.) Præco enim quaſi pro Rullo locutus eſt.Itaque *inquit*,expone in lege.ſiluæ autem Scantiæ Cicero meminit in Bruto : cum ait,Cum in ſilua Scantia facta cædes eſſet, quamuis alij aliter eum locum legant. Aquarum Scantiarum meminit Plin.lib.2.cap.107.& malorum Scantinorum lib.15 ca.14 &15. Vuæ Scantianæ,lib.14 ca.4.poſt autem cum pergit.

Vtrum tandem hanc ſiluam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis inueniſti.)Reprehendit Rullum,quod poſſeſſionem relictam non excogi-

cogitarit, ſed quæ ſit in Cenſorum paſcuis attulerit. figura dicendi A γοργότης eſt, καὶ λόγος ἀληθινὸς, καὶ ἐνδιάθετος κατὰ πεποίθησιν. Etenim ad obiecta ſtatim, vt docet Hermogenes, ſine vlla præparatione reſpondet. Relictas autem poſſeſſiones exponit Ramus legatas populo R. ſed non aditas, neq; poſſeſſas. alij relictas, ignoratas. quæ expoſitiones à vera ſententia longe abetrant. Etenim, auctore Frontino, & Aggeno de limitibus agrorum, relicta ea loca ſunt, quæ ſiue iniquitate locorum aſſignari nequiuerunt, ſiue ex voluntate menſoris relicta limites minime acceperunt. dicuntur & ea relicta loca, quæ vis aquæ obtinuit, quæ ſunt iuris ſubſeciuorum; vt ſiluæ, & loca aſpera. præterea non video cur, in cēſorum tabulis, pro paſcuis, B reponendum ſit, vt quibuſdam placuit. cum ſcribat Plinius li. 18. ca. 3. Et nūc in tabulis cenſorijs paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus redditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat. hanc autem ſiluam locatam fuiſſe à Cenſoribus docet locus ille, quem paulo ante protuli ex Bruto Ciceronis: Cum in ſilua Scantia facta cædes eſſet, inſimulareturque familia, partim etiam liberi ſocietatis eius, quæ piccarias de P. Cornelio, L. Mummio Cenſoribus redemiſſet. immoratur deinde in eadem argumentatione, vt dicat ſiluam Scantiam vendendam non eſſe, quia ab eo non ſit indagata, nec inuenta. vtitur autem oratoria permiſſione, inquiens. C

Si quid eſt, quod indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, conſume, at ſiluam Scantiam populi R. me conſule non conſumes.) Miro autem ordine primum dixit *Indagaris*, deinde *Inueneris*, tum *ex tenebris erueris*. nam indagando inuenimus, inuētam rem è tenebris in lucem impellimus. omnia autem hæc è venatione ſumpta videntur. *Et Conſume* dixit, non vende, nec proſcribe. ſed inuidiæ cauſa *Conſume*. cum irriſione autem id quod concedi non vult concedit.

Siluam vero Scantiam.) Quæ ſcilicet in paſcuis cenſorum eſt, quam populus R. poſſidet. habet enim hæc oratio ἔμφασιν, & cum admiratione, & indignatione prolata eſt. D

Non vendes me conſule atque hoc ſenatu.) Qui ambo commoda reip. defendimus. & cum addit; *Tu vllum vectigal attingas*: alteram rationem affert, cur ſilua Scantia non ſit vendenda, quia vectigal eſt, vectigalia autem ſunt ſubſidia belli, & ornamenta pacis. locus eſt ἀπὸ τοῦ ἀσυμφέροντος. ab eadem autem parte orationis ſæpius incipit, quod ſe præcipue commotum videri vult, & auditores commouere: quæ autem nunc ſubſidia belli, & ornamenta pacis dixit, eadem etiam ſic in Maniliana appellauit: Vectigalibus amiſſis, & pacis ornanamenta, & ſubſidia belli requiretis. & in ſequenti: Agrum E Campanum pacis ornamentum, & ſubſidium belli, vocat. & in frumentaria: Siciliam opportunum ſubſidium belli, atq; pacis dixit. & de ſupplicijs: belli adiumenta, & pacis ornamenta nominauit. Et cum addit: *Tum vero hoc me inertiorem conſulem iudicabo*, tertia ratione pugnat. quia à maioribus relicta eſt. qui locus eſt ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. Vt enim honeſtum fuit, hæc vectigalia parare, ſic turpe eſt, hæc eadem vendere. Hoc argumento vtitur ſæpe Cicero, vt in Maniliana: Videte ne, vt maioribus veſtris pulcherrimum fuit, tantam vobis imperij gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit illud, quod accepiſtis, tueri, & conſeruare nō poſſe.

A Comparat autem ſe cum illis conſulibus, quorum in magiſtratu ſilua Scantia parta eſt, atq; vt illos fortes fuiſſe, qui comparauerint; ſic ſe inertem, ſi amiſerit, futurum ait.

Vendit Italiæ poſſeſſiones ex ordine omnes.) Hoc loco deinceps præco legis verba recitauerat, quibus poſſeſſiones Italiæ omnes ex ordine à Rullo proſcribebantur. quam partem cum abſoluiſſet. tum ſic Cicero ſubſecutus eſt. *Vendit Italiæ, &c.* Irridet autem inanem diligentiam eius, qui nullam poſſeſſionem in Italia prætenerit, quam non proſcripſerit.

Perſequitur in tabulis cenſorijs totam Siciliam.) Et hæc etiam viden-
B tur eſſe ab oratore ſubiecta voci præconis, cum poſt Italicas poſſeſſiones Siculas quoq; recitaſſet, quas ita perſecutus erat in lege Rullus, vt in tabulis Cenſorijs inueniebantur. cum autem dixerit, *Totam Siciliam*, addit partes.

Nullum ædificium, nullos agros relinquit Audiſtis auctionem populi R. proſcriptam.) Satis hæc verba docent, poſſeſſiones proſcriptas ex lege per præconem recitatas fuiſſe, cum inquit, *Audiſtis.* Inuidioſe autem vocat, *Auctionem*, non poſſeſſionum, ſed *Populi R.* & addit *Proſcriptam à trib. pl* quaſi qui defenſor commodorum populi R. eſt conſtitutus; eſt enim hoc etiam vehementius, quam ſi, à Rullo, dixiſſet. &, *Con-*
C *ſtitutam in menſem Ianuarium*, ait, quia tribuni pl. menſe Decembri, quo inierant, legem promulgauerant, atque auctionem in Ianuarium proximum indixerant. *Et credo non dubitatis.* Non vendenda hæc omnia eſſe docet, ne his ſublatis vectigalibus ærarium exhauriatur. argumentatur autem à diſſimili, & minori. Maiores, qui hæc pepererunt, ea ærarij cauſa non vendiderunt, ergo nos, qui ea ab illis accepimus, multo minus largitionis cauſa vendere debemus. Addita eſt argumento ironia, quæ contrariam ſententiam inferre videtur. Hæc præterea inter ſe opponuntur, *Ærarij cauſa*, & *Largitionis cauſa.* quorum illud commoda publica ſpectat, hoc gratiam priuatorum.

D *Videte nunc quoad fecerit iter apertius, quam antea.*) Perſequitur alia vectigalia, quæ extra Italiam, ac Siciliam erant, quæq; vendi Rullus lege iubebat; vt agros, qui erant in Pamphilia, Macedonia, Corinthios, Carthaginienſes, & Ponticos. quoniam autem de Ponticis agris vendendis, in quibus adhuc bellum Cn. Pompeius gerebat, grauius queſtus eſt, propterea monet ſenatum, vt videat, quemadmodum Pompeium apertius, quam antea hac lege oppugnent. nam alijs capitibus obſcure ei detrahebant, cum præſentem profiteri iubebant, vt Pompeium abſentem à decemvirali petitione excluderent, hoc autem palam eius dignitatem oppugnant, cum agros, in
E quibus ille adhuc bellum gerit, vendunt. Hæc autem verba, vt ſuperiora, voci præconis ſubiecta videntur, poſtquam hæc omnia loca ex lege recitauerat. Illud autem; *Quod fecerit iter*: expone, quouſque peruenerit, quem petierit. petüt enim hoc capite vnum Pompeium. aut ſi quis hanc lectionem non probet, Quo affectarint iter, legat. quam lectionem excogitauit vir doctrina, & ingenio præſtantiſſimus Paulus Manutius. quo dicendi genere vſus eſt etiam Cicero pro Roſcio Amerino: Nunc vero quam viam muniat, quo iter affectet, videtis. & Terentius in Phormione. *Gladiatorio animo ad me affectas viam.* & Plautus in Merc. *Ad eam rem affectas viam.* Illud vero. *Nunc iam ſe ipſi indicabunt*, hoc ſignificat: Tam aperte dignitatem Pompeij hoc legis capite conuellunt; vt id ſine verbis, atque interpretatione mea quiſq; per ſe intelligere poſſit.

Iubet

Iubet venire agros Attalenſium, atq; Olympenorum.) Quę de Pamphiliis, Macedonicis, Corinthiis, & Punicis agris affert, nihil ad Pompeium: propterea breuiter ea perſtringit. Attalea vrbs eſt Pamphiliæ, quã mi- A
ror à Ramo Attiliam, à Leodegario Attaliam dici; cum gręce ἀττάλεια ſcribatur, vnde Attalea, vt μηδεία Medea. Alioquin ſi Attaliam ſcribas, Attalienſium etiam erit ſcribendum. De hac Strabo. Olympus autem Lyciæ oppidum eſt: hæc vero à prædonibus occupata victoria P. Seruilij Vatiæ, qui victis Iſauris Iſauricus dictus eſt, in poteſtatem populi R. redacta ſunt; vnde in Prætura vrbana dixit Cicero: P. Seruilius Olympum vi, copiis, conſilio, virtute cepit, vrbem antiquam, & B
omnibus rebus auctam & ornatam. Huius belli meminit Florus, & alij; in eo vero, quod addit: *Hos populo R. P. Seruilij fortiſſimi viri victoria adiunxit.* Latet vis argumenti, quaſi vero indignum ſit, ea vendere, quæ P. Seruilius vir fortiſſimus armis peperit

Deinde agros in Macedonia regios.) Qui regis Philippi, & eius filij Perſis fuerunt, quorum illum T. Quinctius Flamininus, hunc L. Æmilius Paullus deuicit; auctor Liuius, & Florus, & Plutarchus.

Deinde agrum optimum, & fructuoſiſſimum Corinthium.) Corinthum bello Achaico deuictam euertit L. Mummius, qui propterea Achaicus dictus eſt, & Achaiam in prouinciæ formam redegit, & agrum publicauit: auctor Iuſtinus, Florus, Epitome, Pauſanias, alij; opimum C
porro, non optimum habent duo manuſcripti libri, quos ego inſpexi, quomodo in ſequenti locutus eſt. Corinthios agros opimos, & fertiles. Eſt etiam pondus argumenti in his verbis, quaſi vero dedeceat, agros fructuoſos à ſummo Imperatore L. Mummio ad vectigalia populi R. Imperio, ac felicitate adiunctos alienare.

Imperio autem, ac felicitate dixit.) Quia L. Mummius ad bellum Corinthium pene à Q. Metello Macedonico confectum profectus eſt: quo factum eſt, vt primo aduentu nullo fere negocio Corinthum in poteſtatem adduxerit.

Poſt autem agros in Hiſpania apud Carthaginem nouam.) Carthago noua D
in Bætica Hiſpania ad litus fuit ab Aſdrubale Pœno condita. noua aũt dicta eſt, vt à vetere, quæ in Africa erat, diſtingueretur, auctore Stephano; huius Carthaginis agros duorũ Scipionũ eximia virtute poſſeſſos ait. intelligit aũt Cn. & P. Scipiones fratres, qui primi bellũ in Hiſpania geſſerũt, atq; ibi ambo oppreſſi ſunt; cuius poſſeſſionẽ L. Marcius primipili centurio, imperatorib. ſuis amiſſis, virtute reſtituit; auctor Liu.

Tum ipſam veterem Carthaginem vendunt.) Tertio bello Punico P. Scipio Africanus Æmilianus Carthaginem expugnauit, atq; incendit: agrum ex decem legatorum ſententia in publicum, regionem in prouinciæ formam redegit, vrbis ſolum ipſum conſecrauit. Appianus. E
Hac igitur in re cum illud graue eſſe putat, quod ipſamet Carthago vendatur, tum maxime, quod Carthago ea vendatur, quæ nudata tectis, ac mœnibus à P. Scipione conſecrata fuerat: conſecrare autem nihil aliud erat, quam à priuato cultu ſacro aliquo carmine vindicare; vt Romæ Sp. Mælij, & M. Ciceronis area cõſecrata eſt: conſecraſſe autem Carthaginẽ Africanum docet etiam Appianus in Libyca extrema his verbis; συνῴκισε τὴν νῦν Καρχηδόνα ἀγχοτάτω μάλιστα ἐκείνης φυλαξάμενος τῆς πάλαι τὸ ἐπάρατον. & li. 1. de bellis ciuil. σκιπίων τὴν καρχηδόνα, ὅτι ἔσκαπτεν, ἐπηράσατο εἰς ἀεὶ μηλόβοτον εἶναι.

 Hac

A Hac de conſuetudine loquitur Cicero lib. II. de Legib. tres autem cauſas affert conſilij Africani in conſecranda Carthagine, quibus ab ea vendenda Rullum deterreri oportere iudicat, ne prudentiſſimi Scipionis factum reprehendere videatur, qui Carthaginem ab cultu hominum vindicauit. Vnde poſt C. Graccho vitio datum eſt, quod eo coloniam deduxerit: cauſæ vero fuerunt hæ, ſiue ad notandam Carthaginenſium calamitatem, ſiue ad Romanorum victoriam teſtificandam, ſiue ad oblatam aliquam religionem: quod eſt, cœleſtis alicuius ſigni admonitu, qualia multa ſigna Gracchum poſtea ab ea reſtituenda deterruerunt.

B *His inſignibus atq; infulis imperij venditis.*) Tranſit ad agros regis Mithridatis Ponticos, de quibus ſenatum admonuerat, quos icìrco à reliquis regiis agris ſeparauit, atq; in vltimum locum reiicit, vt de his liberius, vt cupiebat, conqueri poſſet: his ergo agris, inquit, Pamphiliis, Macedonicis, Corinthiis, Hiſpanicis, Carthagine venditis vendit agros Ponticos; augendæ vero rei cauſa priores agros illos tanquam inſignia, atq; infulas imperij vocat, quibus ornatam maiores remp. reliquerint, tranſlatione ſumpta à templis. quæ inſignibus, & infulis ornabantur: ſunt enim infulæ, auctore Feſto, filamenta lanea, quibus ſacerdotes, & hoſtiæ, templaq; velantur; vnde Cicero de ſi-

C gnis: Præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis, ac verbenis fuerunt. Vt ergo templa infulis, ſic reſp his agris erat ornata, quos vendi indigniſſimum eſſe iudicat Cicero, præſertim cum à maioribus hæc ornamenta relicta ſint; vnde inuidia conflatur in Rullum huius venditionis auctorem, & ait: *Quos Rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociaq; poſſederit.* Nam Mithridatis auitum quidem regnum fuit Pontus, ſed Cappadociam etiam Ariobarzane, Paphlagoniam Pylæmene regibus pulſis poſſedit. Has autem regiones Cn Pompeius bello cum rege inito in populi R ditionem adduxit, quin etiam Pontum ipſum in prouinciæ formam redegit. Appianus, & Dio. His ex-

D poſitis infert: *Num obſcure videntur prope haſta praconis inſectari Cn. Pompeij exercitum*: quibus verbis aperit id, quod propoſuit, nimirum hoc capite palam oppugnari Pompeium, cum vendi iubeantur illi agri, in quibus ille bellum gerat, neq; enim Kal. Ian. iis, quibus Cicero conſulatum iniuit, bellum à Pompeio adhuc perfectum erat; nam cum Mithridates hoc anno arma repararet, à filio eſt interfectus. Inuidioſe autem dixit, *prope haſta praconis inſectari Cn. Pompeij exercitum*, quaſi vero cum agri vendantur, in quibus Pompeianus exercitus eſt, exercitus ipſe vendatur, Haſtæ autem meminit, quod ea Romæ in auctionibus vtebantur, & erat haſta præconis auctionis ſignum, vnde in ſe-

E quenti dixit: *Ponite vobis ante oculos Rullum in Ponto haſta poſita auctionantem.* Et in II Philip *Quis haſtam venditionis vidit, quis vocem praconis audiuit?* hoc autem cum interrogatione, & indignatione dictum eſt; vt in ſequenti: *Num obſcure regnum conſtituitur?* ex quo apparet oratorem quaſi rei indignitate commotum in hanc interrogationem erumpere.

Hoc vero cuiuſmodi eſt.) Aggreditur aliud legis caput, idq; vituperat, id autem erat, vt quibus in locis vellent, decemuiri venderent; quod ipſum iniquum eſſe proponit, cum ita ait: *Hoc vero cuiuſmodi eſt*: oppugnat enim magis Rullum eiuſmodi tacita ſuſpicione, quam ſi diſerta vſus eſſet explanatione. Et cum ait: *Actionis eius, quam conſtituunt,*

ſtunt, locum ſibi nullum definiunt: excitat in Rullum inuidiam, quem credibile eſt, ipſum ſupra oſtendiſſe, ſemet ipſum decemuirum eſſe renunciaturum; id enim fecit etiam in ſequenti, quibus verbis arguit, hanc legem Rullum ad ſuam, non ad populi vtilitatem promulgaſſe. Et ait: *Lege permittitur*, id eſt, non non obſtando permittitur, ſed, vt lege liceat, conceditur: quæ verba cum dolore quodam proferenda eſſe iudicamus; eſt enim dolendum id lege concedi, quod lege prohibendum eſſet, ac vindicandum. A

Cenſoribus vectigalia.) Probat indignitatem huius permiſſionis comparatione à minori. Cenſoribus, inquit, vectigalia populi R. niſi in cōſpectu populi R. locare non licet, ergo decemuiris, vt in vltimis terris vendere liceat, indignum eſt: qua in comparatione Cenſores decemuiris opponuntur, forum Romanum vltimis terris, locatio venditioni. Cenſorum porro fuiſſe munus, vt vectigalia in cōſpectu populi R. locarēt, omnes loquuntur hiſtoriæ; vnde dixit in ſequenti: Vectigalia locare nuſquam licet, niſi in hac vrbe, hoc ex loco, hac veſtrum frequentia: locum vero roſtra, vnde loquebatur, intellexit. Plena autem eſt indignationis argumentatio. Cæterum, Quod hic *Vltimas terras*, Paphlagoniæ tenebras, atq; Cappadociæ ſolitudinem in ſequenti appellauit. B

At hoc etiam nequiſſimi homines.) Auget huius permiſſionis indignitatem diſſimilitudine. Nam nequiſſimi homines patrimonium in atriis potius auctionariis, quam in triuiis, & compitis auctionantur; at hic publici patrimonij heluo permittit, vt quibuſuis in tenebris publica vectigalia veneant. Atria vero auctionaria loca ſunt, in quibus publicæ auctiones fiebant, quæ fortaſſe in foro erant; vnde dixit in Quinctiana; Tollitur ab atriis Liciniis, atq; à præconum conſeſſu in Galliam Næuius. Triuia vero, & compita loca ſunt vrbis, in quæ tres, pluresve viæ incidant, in quibus auctio nulla fieri conſueuit. Itaque quod ſequitur diſſimilitudinem oſtendit in re ſimili. C

Hic permittit ſua lege decemuiris) Hæc verba cum ſtomacho ſingula ſunt proferenda; cum ait, & *Hic*, & *ſua lege*, & cum augendi cauſa, quas vltimas terras appellauerat, eas iam tenebras, & ſolitudinem vocat, & cum inquit, non vendere, ſed *Diuendere*, ad maiorem in aduerſarios inuidiam colligendam; eſt enim grauius hoc, quam illud, vt diuexare, quam vexare. Phil. xiii. D

Iam illa omnibus in prouinciis) Nunc poteſtatem tantam, quanta ſuperioribus capitibus legis decemuiris permittitur, decemuiris ipſis quæſtuoſam, ſociis pernicioſam futuram eſſe ſtatuit; augendi vero cauſa ſocios dicturus prouincias, regna, ac liberos dixit: nam teſte Liuio tribus modis externæ gentes in amicitiam populi R. veniunt, aut cum victis leges dantur, aut cum pares bello paciſcuntur, aut, cum nunquam hoſtes fuerint, fœdere iunguntur; Primus modus prouincias continet, alteri duo ſiue reges, ſiue liberos populos. Acerbum autem dixit futurum ſociis decemuirum non aduentum, ſed concurſationem; propter infinitam eorum auaritiam, vt etiam inuitos ſpoliare velint: Formidoloſum, propter imperij magnitudinem, vt etiam de innocentibus ſupplicium ſumere poſſint; quæſtuoſum, propter infinitam eorum cupiditatē, quod pecunias à ſociis, ne agris ſuis ſpolientur, facile accepturi ſint. *Non videtis* autem inquit, quia genus eſt loquendi oratoribus vſitatum, cū aliquam rem perſpicuam E

A eſſe ſignificare volunt, quæ tàm animo perſpiciatur, quam ea quæ oculis cernimis; vt illud Horatij:

Non vides, quanto moueas pericle
Pyrrha Getula catulos leana.

Hereditatum obeundarum cauſa.) Probat quod ſtatuit comparatione à minori per contraria. Legatorum, qui priuatis de rebus priuari nulla prope auctoritate prędíti exeunt, graues ſociis aduentus ſunt; ergo multo grauiorē decemuirum cōcurſum, qui maxima cum poteſtate, infinito cum imperio mittuntur: opponuntur aũt decemuiri legatis; qui ſunt cũ ſummo imperio priuatis, & nulla prope auctotitate prædítis; qui in orbē terrarum mittuntur iis, qui ad priuatum negotium

B mittuntur. Legatos autem nunc ſignificat eos, qui legationes liberas obibant, quas Romani Senatores à Senatu ſæpe impetrabant vel vitandi periculi, vel voti ſoluendi, vel negotij priuati procurãdi, vel hæreditatis obeundæ, vel pecuniæ exigendæ cauſa; periculi: vt Cicero lib. 14. epiſt. Meum fuit officium vel legatione vitare periculum, vel diligentia, & copiis reſiſtere, vel cadere fortiter; Voti: vt lib. 11. ad Att. A Cæſare valde liberaliter inuitor in legationem illam, ſibi vt ſim legatus, atq; etiam libera legatio voti cauſa datur. Et lib. xv. Ego meà Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quin ſi vellem, voti cauſa legationem ſuſcipere poſſem. Et lib. xv. Votiua legatio ne

C tibi quidem placebat. Etenim erat abſurdum, quæ, ſi ſtetiſſet reſp. vouiſſem, ea me euerſa illa vota diſſoluere. Negotij priuati: Cicero ad Cornificium: C. Anicius familiaris meus negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam legatione libera; & in ſequenti agrarias Legatos noſtros homines, qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt: Hæreditatum, vt hoc loco: Exigendæ pecuniæ, vt pro Flacco: Legationes ſumere liberas exigendi cauſa, rectum eſt: Hæ autem legationes à Senatu, & à populo dabantur; vndę Cicero ad Q. Fratrem: Illud, quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per Senatum, per populum libera. Eaſdem lege Iulia in quinquennium definitas

D tradit lib. xv. ad Att. Habent, inquit, legationes liberę definitum tempus lege Iulia. Iam cum dixit, *Qui & priuati, & priuatum ad negocium exierunt.* Feſtiue idem verbum bis poſuit, quam figuram traductionem vocant, vt illud Catulli: *Bona cum bona*

Nubit alite virgo

quia vero priuati exeunt, non maximis opibus ſunt, quia ad priuatum negotium, non ſumma auctoritate. Illa vero; *Quamobrem quid putatis impendere*: redditio comparationis eſt, quam complectionis in modum affert, addita interrogatione, in quam ex rei indignitate videtur erumpere; vt in ſequenti: *Quid cenſetis cum iſti decemuiri cum im-*

E *perio, cum fa cibus per orbem terrarum vagabuntur.* Elatorie autem dixit, non ſocios, aut regna, aut prouincias, ſed *omnes gentes, & orbem terrarũ*, vt inuidioſam eorum poteſtatem faceret; & adiicit: *Terroris, & mali*: nam in imperio ſummo terror eſt, ex auaritia malum impendet.

Quorum cum aduentus graues.) Probat à partibus incommoda, quæ ſocij à decemuiris accepturi ſunt. Aduentus enim eorũ graues erunt, quia in decẽuiros ſumptus, vt in dominos, vbi ad ſe venerint, facient.

Fa[illegible] formidoloſi.) Propter imminens, & promptum in eos, qui dicto decemuirum audientes non fuerint, ſupplicium.

Iudicium, ac poteſtas erit non ferenda.) Quia poterunt, quod videbitur publicum iudicare, quod iudicarint vendere, *Etiam*

Etiam illud, quod homines ſancti non facient.) Nunc quantum quæſtum A facturi ſint, vt propoſuit, probat. Licebit enim, inquit, à ſocijs, ne eorum agros vendant, pecuniam accipere. hoc autem à morib. eorum confirmat. nou .n ſunt ſancti. quanquã μετ᾽ εἰρωνείας καὶ βαρύτητος. inquit.

Quod homines ſancti non facient.) Cum velit dicere, eos id, quia ſancti non ſunt, eſſe facturos. *Per legem licebit.* κύκλος. id eſt figura, quæ orbis dicitur ab Hermogene, cum clauſula vnde cœpit, eo definit. vt Demoſth σοὶ μὲν γὰρ ἦν ὁ πατὴρ κλέπτης, εἴπερ ἦν ὅμοιός σοι. ſic hoc loco initium & finis clauſulæ huius eſt, *Licebit.* Illud autem. *Quod vi-* B *debitur publicum iudicare, quod iudicarint, vendere.* Gradatio eſt. κλίμαξ à Græcis dicta. nota figura.

Hinc vos quas ſpoliationes.) Aggreditur caput aliud, quod erat: decẽuiris omnibus agris publicis pergrande vectigal Ita imponere liceat, vt ijdẽ poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, & quos ipſis libeat, publicare. atq; hanc decemuiralẽ poteſtatem ſocijs ipſis acerbã futuram ſtatuit, ſi inuiti ſpoliabuntur, decemuiris quæſtuoſam, ſi volentes pecuniã, ne vendant, paciſcẽtur, atq; ius ipſum nũdinabuntur. vtitur autẽ tacita porius ſignificatione futurarum ſpoliationum, pactionũ, & iuris, fortunarumq́; nundinationũ, quam earũ diſerta ex- C plicatione, quia hæc quàm illa acrior, & vehemẽtior eſt *Nundinationẽ* porrò *iuris, & fortunarum* dixit, turpiſſimã, & flagitioſiſſimam iuris, & bonorũ mercaturam. vt in Vertẽ: Qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarẽtur. & in Antoniũ: In interiore ædiũ parte totius reip. nũdinæ. Cæterũ hic locus in ſequenti his verbis expreſſus eſt: Sequitur omnes agros extra Italiam cognitio decemuirum, priuatus ſit, an publicus ſicq́; agro pergrande vectigal imponitur. ſenſus eſt: Iubet vt decemuiri cognoſcant, qui publici agri ſint, qui priuati, publicis pergrande vectigal imponant, vt qui eos agros colendos conduxerint, maius vectigal pendant, quàm aſſueuit, priuatos vendant; vtroſq́; autem, quos commodum ſit, aut velint, vel liberent, ſi publici ſint, vel publicent, ſi priuati. hoc enim eſſe liberare agrum docet Ci- D cero in primo ad Attic. Liberabam agrum eum, qui P. Mucio. L. Calpurnio cos. publicus fuiſſet.

Etenim quod ſuperiore parte legis præfinitum fuit.) Senſum legis hunc elicit, Quod ante præfiniuit conſulatu L Syllæ, & Q Pompeij, cum ea vendi iuſſit, quæ poſt eos conſules publica populi R. facta eſſent, id nunc reddit infinitum, cum omnes agros præter Recentoricum, & Hiempſalis regis, poteſtati, & cognitioni decemuirali permittit.

Quo in iudicio perſpici non poteſt, vtrum ſeueritas acerbior.) Hãc poteſtatem, vt propoſuit, reprehendit, dilemmate vſus. aut enim, inquit, decemuiri in hoc iudicio ſeueritate vtentur, aut benignitate. ſeueritas E propter acerbitatem reprehendenda, ſi inuitos ſpoliabunt; benignitas propter quæſtum vituperanda, ſi pecunias, ne vendant, accipient.

Sunt tamen in tota lege.) Excipiebat Rullus in legẽ agrũ Recentoricũ, in Sicilia. atq; fœderati Hiempſalis in Africa; quorum illi nolebat vectigal imponi, hunc vetabat vendi. & has ergo exceptiones, vt iniquas, & ſuſpicioſas reprehendendas proponit. Cum autem ſubijcit;

Hic quæro ſi Hiempſali ſatis eſt cautũ fœdere) Vtranq́; harũ exceptionũ reprehẽdit dilẽmate. hoc modo: Recentoricus ager aut priuatus eſt, aut publicus, ſi priuatus, non fuit excipiendus, nam vectigal agris publicis

A bilcis tantum imponitur,ſi publicus,non gratis parcit ei agro,ſed pecunia corruptus Item: Hiempſalis agris aut ſatis eſt cautum fœdere, aut non,ſi ſatis,non attinuit eum excipi,ſi non ſatis ergo pecunia inductus ei agro cauet, ne vendatur. Cæterum, hic quæro; &c, primum quæro, genera ſunt dicendi, quibus ſæpe vtitur Cicero in refellendis aduerſatij rationibus,vt ſæpe infra. Libet agros emi.primum quæro quos agros. Item: Hic quæro, quam ob cauſam initium rerum,ac legum ſuarum hinc duxerit?PoſtHiarbam autem regem àCn.Pompeio victum,de quo ille viuente Sylla ex Africa triumphauit, regnauit Hiempſal, Hiempſali Iuba ſucceſſit, quem poſtea Cæſar prælio deuicit, B Dio,Plutarchus,Appianus. Hic vero Hiempſal, quanquam Mauritaniæ rex erat , tamen agros beneficio populi R. in Africa poſſidebat, Africam enim eam partem, quam Pœnis ademerant,Romani præcipuo nomine appellabant.

Num quiſnam tam abſtruſus nummus videtur.) Suſpicione auaritiæ confirmata concludit amplificando,eos occultas omnes conficiendę pecuniæ vias perueſtigaſſe, vnde odium in eos creatur: tractatur autem hæc concluſio interrogatione. Quod autem ait,

Quem non architecti huiuſce legis olfecerint?) Vtitur verbis tranſlatis illis quidem, verum non eodem ex loco ductis, neq; inter ſe,vt par eſſet, C ſet,conuenientibus. Nam architectus fabricæ princeps dicitur, olfacere autem ad odorem ſpectat,atq; à canibus venaticis ſumptum eſt, itaq; ſuſceptam metaphoram vſq; ad exitum non perducit, quod raro alias fecit: vt autem nunc dixit architectum legis , ſic pro Sex.Roſcio, architectum ſceleris: quos autem ſignificet hoc loco,facilius in ſequenti oſtendemus.

Prouincias , ciuitates liberas.) Tranſit ad aliud caput diſſuadendum, id erat , quo iubebat prædam, manubias , aurum coronarium ad decemuiros referri: trãſit autem ita,vt quod dicturus eſt,grauius,quam id,quod dictum eſt, faciat; cum ipſum iis, quas commemorauit, pe- D cuniis non contentum aliarum etiam appetentem eſſe adiicit: exhauriunt ergo, inquit, ſocios, inuadunt vectigalia; non eſt hoc ſatis: prædam etiam & manubias , & aurum coronarium ſibi vendicant: quæ orationis figura tranſitioni aptiſſima eſt, ſic in ſequenti. Intellexiſtis quot, & quantas res decẽuiri legis permiſſu vendituri ſint, non eſt ſatis. Quoniam autem hoc capite oppugnabantur imperatores, eos ad audienda hæc verba inuitat,cum ait:

Audite vos, qui ampliſſimo populi ſenatusq́; iudicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis: imitatur autem præconem , qui edicta magiſtratus recitaturus,populum ante,vt audiat,admonet. Sic etiam Horatius,

E *Cur ita crediderim,niſi quid te detinet,audi.*

Imperatores autem non inquit , ſed eos oratorie circumſcribit , qui exercitum habuerint,qui bella geſſerint,vel populi iuſſu,vel auctoritate ſenatus ; nam ex S C. ad populum bellum decernebatur: cum autem hoc ait, tacite indignum eſſe ſignificat, eos, qui ampliſſimo populi , aut ſenatus iudicio affecti ſint , à Tribuno pl.hac lege oppugnari. *Exercitus* autem *habuiſtis, & bella geſſiſtis* ait, quia niſi bellum geſſiſſent, prædam parare non potuiſſent, de qua nunc quærebatur: Quæ autem ſequuntur.

Quod ad quenq́; peruenit,peruenerit ex præda.) Verba legis ſunt,ex quib. non eſt, ꝙ quiſquam exiſtimet,vt Ramus, alterum horum peruenit, peruene-

peruenerit, ſuperuacaneum eſſe. ſic enim in Cluentiana: Qui in ſenatu ſententiam dixit, dixerit; coit, coierit; conuenit, conuenerit; A
quorum alterum præteriti eſt, futuri alterum. *Ex præda*, autem, *&* *manubiis*, inquit, non idem ſignificans. nam præda ſunt corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt, manubiæ pecunia à quæſtore ex venditione prædæ redacta. id quod Gellius docet, cum verba Ciceronis ex hac oratione ponderat, quæ tamen exciderunt. ea vero ſunt hæc: Prædã, manubias, ſectionem, caſtra deniq; Cn. Pompeij ſedente imperatore decemuiri vendent. Vtrumque autem complexus eſt Cicero cumulandæ inuidiæ gratia: Aurum porro coronarium quid ſit, tradit idem Gellius his verbis: Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur: qua de re Plinius lib. B
23. cap. 3. & Cicero in Piſonem: Mitto aurum coronarium, quod lex decerni, & accipi vetat, niſi decreto triumpho. Addit autem.

Quod neque conſumptum in monimento, neque in ærarium relatum ſit.) Nam moris fuit; vt imperatores ex manubijs hoſtium, aut auro, vel templa extruerent, vel alio modo vrbem ipſam ornarent, vt Metellus, qui manubijs Dalmatarum ædem Caſtoris extruxit. Curius, qui aquam Anienem ex manubijs Pyrhi in vrbem perduxit. Antonius, qui manubijs imperatorijs roſtra Cenſor ornauit. auctor Pædianus, Frontinus de Aqueductibus. Cicero 3. de Oratore. vel ea omnia in C
tabulis quæſtorijs perſcripta in ærarium referrent. quod omnes hiſtoriæ docent. Hoc autem ad decemuiros cum referri iubere ait, inuidioſe, & criminoſe ait, quaſi vero ad eos, vt ad dominos referendũ ſit. Hoc autem caput quam iniquum ſit, inde probat, quia in omnes imperatores, & eorum hæredes quæſtionem comparant, de quibus quæri iniquum ſit, cum de repetundis pecunijs non decemuiri, ſed prætor cum conſilio quærere debeat. inter cæteros autem quæſtionem, inquit, parant in Fauſtum L. Syllæ dictatoris filium, atq; hæredem, de pecunijs reſiduis. quam cauſſam ſuſcipi à decemuiris iniquum eſt, quia à iuratis iudicibus prætermiſſa eſt. hoc autem totum D
quid ſit, ex alijs orationum locis intelligi poteſt. ſic enim loquitur in Cluentiana: Nuper apud C Orchinium collegam meum locus ab iudicibus Fauſto Syllæ de pecunijs reſiduis non eſt conſtitutus; non quo illi aut exlegem eſſe Syllam, aut cauſam pecuniæ publicæ contemptam, atq; abiectam putarent, ſed quod accuſante tribuno pl. cõditione æqua diſceptari poſſe non putauerunt. Idem ſcriptum eſt in Corneliana, cuius verba ſunt in commẽtario Pædiani, qui ea ſic interpretatur: Quia defuerat ſuperioribus temporibus in ærario pecunia publica, multa & ſæpe eius rei remedia erant quæſita, in quibus E
hoc quoq;, vt pecuniæ publicæ, quæ reſiduæ apud quemque eſſent, exigerentur. id autem maxime pertinebat ad Cornelium Fauſtum dictatoris filium, quia Sylla per multos annos, quibus exercitibus præfuerat, & remp. tenuerat, ſumpſerat pecunias ex vectigalibus, & ex ærario populi R. eaq; res ſæpe erat agitata, ſæpe omiſſa, partim propter Syllanarum partium potentiam, partim, quod iniquum videbatur, poſt tot annos, quam quis pecuniam acceperat, eius reddere rationem. opponit porro iuratos iudices iſtis decemuiris, id eſt cupidis, & auaris, vt iniquum eſſe oſtendat, quam cauſſam iurati iudices omiſerunt, eam à cupidis decemuiris iam eſſe ſuſceptam. in quo vſus eſt præterito, *Suſcepere*, vt inuidiam eorum augeret. ſic enim legendum

A gendum eſt, non ſuſcipere, vt in vulgatis legitur. & addit:

Idcirco à iudicibus fortaſſe prætermiſſam.) Quæ eſt eiuſdem rei à ſua coniectura confirmatio. & quoniam ſatis docuit, quæſtionem in eos parari, ad quos pecunia peruenerit, deinceps idem etiam facere in eos, ad quos per ventura ſit in poſterum inquit, his verbis:

Deinde etiam in reliquum tempus diligentiſſime ſancit.) Quod ipſum non eſt aliud legis caput, vt putat Leodegarius, ſed pars prioris.

Hic tamen excipit Pompeium.) Cum de ijs imperatorib. ad quos pecunia publica peruentura eſſet, ſcriberet, excipiebat vnum Cn. Pompeium. Quam exceptionem iniquam eſſe docet duabus rationibus, B quarum vna ſumpta eſt à diſſimilib. altera à repugnantibus; à diſſimilib. ita. Nō eodem modo excipitur Seruilia lege Pompeius, ne pecuniā in ærarium referat, atq; lege illā, qua peregrini vrbe eijciuntur, Glaucippus. nam hac lege Pōpeius vnus priuatur iniuria, illa Glaucippus afficitur beneficio. ille autē ironia hanc ſententiam illuſtrauit, à repugnantib ita: repugnat, remittere Pompeio manubias, & eius vectigalia vendere. id autem Seruilia lege fieri probat ex ſequēti capite. Legem autem, qua peregrini vrbe eijciuntur, intelligit Papiā, quæ biennio ante lata fuerat à C. Papio tribuno pl. vt omnes peregrini vrbe exirent. peregrinos autem non Latinos, neq; ſocios Itali- C cos intellexit, de quib. Lex Licinia Mucia ante ciuitatem Italiæ datam lata fuerat, ſed de externis, vt Gallis, Hiſpanis, & Græcis, ex quibus erat Glaucippus. itaq; quia recēs erat lex, propterea eam nominatim non appellauit, ſed vt omnibus notam attulit. quam legem vituperauit in lib. de officijs. Male etiam, inquit, qui peregrinos vrbis vſu prohibent. quod tulit apud patres noſtros Pennus, Papius nuper. quare qui legem Licinlam Muciam hoc loco intelligi putant, haud ſatis eius legis, atque huius loci ſententiam proſpexiſſe videntur.

Iubet enim pecuniam, ſi qua poſt nos conſules.) Probat quod dixit, Rul- D lum, qui manubias remittit Pompeio, eius vectigalia vendere. nam iubet, inquit, ſi qua pecunia poſt me conſulem ex vectigalibus nouis recipiatur, hac vt decemuiri vtantur. quod nihil aliud eſt, quam Pōpeij noua vectigalia vendi iubere. ea vero ex Ponto, Bithynia, & Syria, quæ tres à Pompeio prouinciæ factæ ſunt, recepta ſunt. Appiano, Dione, alijs auctoribus.

Videtis iam patres C. omnibus rebus, & modis conſtructam, & coaceruatam pecuniam.) Tranſit ad aliud legis caput, quod erat: Hac pecunia decemuiri agros emant. vt autem ſuperiora capita iniqua probauit, ſic hoc, vt ijdem decemuiri, qui vectigalia vendiderint, & agros emant, E quos velint, & à quibus velint, & quanti velint. coniungit autē hoc caput cum ſuperiore verbis hiſce inuidioſis. *Videtis omnibus rebus, & modis conſtructam, & coaceruatam pecuniam decemuiralem.* quæ verba de ijs, qui quocunq; modo ingentem pecuniam conficiunt, vſurpantur, vnde Horatius de auaro.

Quid habet pulchri conſtructus aceruus?

Minuetur huius pecuniæ inuidia) Ingenioſe quaſi Rulli defenſor factus occurrit inuidiæ, quam prioribus verbis excitauerat: & inquit, non eſt, quod quiſq; inuideat tantis pecuniarum aceruis. conſumentur in emendis agris. in quo callide vſus eſt verbo, *Conſumentur*, non collocabuntur, vno verbo illam emptionem, vt inutilem improbans.

Optime.

Optime. quis ergo emet agros veſtros?) Cũ reſpondet, optime εἰρωνικῶς, A
inique id fieri proponit. quid autem inique fit? agros ab iiſdem de-
cemuiris emi. ipſe autem vtitur dialogo oratorio, quo ab aduerſario
quærit, quæ vult, eumque reſpondentem facit.

Tu Rullo (miſſos enim facio cæteros.) Sola increpatione iniquitatem
huius emptionis oſtendit. vt enim in re perſpicua inuehitur in Rul-
lum principem decemuirum deſignandorum. cum autem inquit: *Tu
Rullo,* ſignificanter inquit, cupidum ſcilicet, atq; auarum hominem,
qualem ipſum antea deſignauit, ſignificans. alioquin vis argumenti
nulla eſſet, quæ tamen maxima eſt, ſi ita intelligatur: Inique hoc
fit, nam non eſt cupidis hominibus permittenda poteſtas, vt emant B
agros, quos velint, à quib. velint, quanti velint. Quod autem adijcit:

Cauet enim vir optimus, ne emat ab inuito.) Eſt Rulli defenſio, qua le-
gis iniquitatem tollit. quam ironia ornauit, virum optimum appel-
lans Rullum, quem cupidiſſimum eſſe vult intelligi. hanc autẽ exce-
ptionem improbat dilemmate, inquiens. *Ab inuito emere iniurioſum
eſſe à non inuito quæſtuoſum.* Quæſtuoſum autem intelligit eis, qui ven-
diderint, vel quia quanti volent, vendent, vel quia inuidioſas poſſeſ-
ſiones pecunia libenter commutabunt. in quo Rullum cauere Val-
gio ſocero ſuo ſignificat, qui poſſeſſiones inuidioſas habebat, quas à
Sylla, cuius partes ſequutus erat, acceperat, vel deſertas, quæ peſti- C
lentes erant. id quod apertius ex tertia oratione colligitur. vnde hoc
loco infert

*Quantum tibi agri vendet ſocer tuus? &, ſi ego eius æquitatẽ animi probe no-
ui vendet, non inuitus.*) In quo etiã ſalſe, atq; εἰρωνικῶς Valgij impro-
bitatem inſectatur. *Aequitatem* autem *animi* virtutem eam, quam
Græci ἀδιαφορίαν appellãt, nominauit, cum animus nulla re vehe-
mentius afficitur. quod autem dixit de Valgio, idem cæteros Syllanó-
rum agrorum poſſeſſores libenter facturos, eadem de cauſſa ſubdit.

Nunc proſpicite omnium rerum infinitam.) Erat aliud legis caput, quo D
vetebat Rullus pecuniam, quã decemuiri coegiſſent, aut in ærarium
referri, aut exigi. & hoc improbat, quia ſi poſſeſſores cõſenſerint, non
vẽdere, cum cogi lege non poſſint, pecuniam ipſam decẽuirum fieri,
neceſſe erit. nam ea neq; in ærarium referri, neq; exigi per legẽ Serui-
liam poteſt quod quam iniquum, atque perniciosum ſit, ſatis patet.
hanc autem *infinitam, & intolerandam rerum omnium licentiam* orato-
rie vocat, quam, vt rem magnam, proſpiciant ſenatores, admonet,
quam ſententiam ſubiectione illuſtrauit, vt eſſet ornatior.

Verbum eſto. nihil. eſt, quod non emi poſſit: Aliud legis caput exagitat, in
quo de plebe in agros emptos deducenda agebat, quia neq; quot co- E
loniæ deducendæ ſint, neq; quorum hominum, neq; in quę loca defi-
nierit. vnde vrbi periculum imminebat. artificioſe autem coniungit
hanc orationem cum ſuperiore. artificium eſt oratoria quædam con-
ceſſio, qua ſuperiora omnia, quæ intoleranda ſunt, concedit, vt hoc
grauius inferat, atque ſi illa ad legem antiquandam adducere ſena-
tum non valeant, hæc certe adducant, quæ periculum reip. afferant.

Verum eſto: nihil eſt.) Inquit, &c. q. d. emantur quocunq; pretio agri.

Spoliemus orbẽ terrarũ.) Aſia, Bithynia, Mitylenis, Aegypto alienatis.

Vendamus vectigalia.) Pamphilijs, Macedonicis, Corinthijs, Hiſpa-
nicis, & reliquis populi R. agris venditis.

Effun-

A *Effundamus ærarium.*) Manubijs, quæ in ærarium referri deberent, conſumptis, vt emantur agri, nullo alio cum fructu, niſi vt ij, qui poſſeſſiones vel inuidioſas poſſident, vel peſtilentes, locupletentur. tum quæ erit huius deductionis ratio? certe, inquit, periculoſa reip. neq; enim quot colonias deducturus ſit, neq; quorum hominum, neq; in quæ loca, definit. quæ omnia tamen ſunt in colonijs conſideranda. Tractatur eadem, qua ſupra, ſubiectione oratio. In his autem verbis eſt, quod emendationis indigeat. malim enim legere. *Quid tum? qua erit in iſtos agros deductio?* quam vt vulgo: *Quid? tum qua erit.* Item cum ſubdit: *deducentur, inquit, coloniæ: quot? quorum hominum, in quæ loca.*

B malim, *quot, quorum hominum, in quæ loca.* Sic enim in ſequenti. Vt quibuſcumq; in locis vobis videretur, ac quàm multis videretur, colonias collocaretis. id eſt, in quæ loca, & quot deduceretis. ſenſus perſpicuus eſt.

Tibi nos Rulle, & iſtis tuis.) Periculum imminere reip. ex hac infinita coloniarum deductione probat. cum ex hac lege ita multæ coloniæ deduci poſſint, vt tota Italia præſidijs confirmetur, eorum hominum, vt colonijs occupetur, in ea loca, vt omnibus vinculis deuincta, & conſtricta teneatur. Affert etiam aliam ſuſpicionem à perſona Rulli, & reliquorum, qui hanc legem intulerunt, quos dominationis cupidos ſupra arguit, ac propterea hanc eis coloniarum

C deducendarum poteſtatem tradi periculoſum eſſe aſſerit. Vtitur autem tanquam in re perſpicua increpatione, quæ eſt τῆς σφοδρότητος. atq; in legis auctores inuehitur, quos vt ſupra, architectos legis, ſic nunc machinatores appellat. Craſſum autem & Lucullum in primis videtur ſignificare, quod ex ſequenti etiam apertius intelligitur. Appellat porrò inermem Italiam, quòd in ea exercitus non alebantur, neq; ipſa per prætores, vt prouincia, adminiſtrabatur. atq; huic etiam maius periculum impendere ſignificat, ſi ipſa inermis armatis decemuirum præſidijs, & colonis tradatur. Cum autem dixiſſet, *præ-*

D *ſidijs confirmaretis, colonijs occuparetis*, quæ dicendi genera propria ſunt, ſubiunxit, *omnibus vinclis conſtrictam, & deuinctam teneretis.* quod eſt tranſlate dictum ea tranſlatione, quæ maxime rem ante oculos ponit, & ſenſum ferit.

Vbi enim cauetur ne in Ianiculo.) Apertius probat periculum imminens; ſi, in quo voluerint loco, coloniam collocare decemuiri poſſint. ita enim fiet, vt etiam in Ianiculo coloniam ponere valeant, atque vrbem Romam vrbe alia premere. Ianiculum autem mons ita vrbi imminebat, vt prope arx ad vrbem ipſam oppugnandam vide-

E retur, quem cum Porſena bello Etruſco oppugnaſſet, terrorem maximum Romanis intulit. Itaq; quoties centuriata comitia in campo Martio ab vniuerſo populo habebantur, Ianiculum præſidio armatorum cuſtodiebatur, ne dum populus in ſuffragijs ferendis erat occupatus, hoſtes arcem Ianiculi inuaderent. auctor Dio, & Liuius. quod autem dixit.

Vrbem hanc vrbe alia premere.) Exemplum erit Albæ, quam Romani coloni ſibi finitimam deleuerunt. cum autem ait:

Non faciemus.) Artificioſe affert Rulli reſponſionem, qua ſe neget in Ianiculo coloniam collocaturum. quam euertit tribus modis, primum, neſcio, an hoc ita ſit futurum; deinde, timeo, ne fiat; extremo,

nolo permittere, vt ſaluus ſim veſtro potius beneficio, quam meo A
conſilio. in quo prudentis eſſe ſignificat. quæ euenire mala poſſint,
proſpicere, eaque propellere. morata autem valde oratio eſt.

Quod vero totam Italiam colonis veſtris complere voluiſtis.) Probatur item quantum periculum immineat, ſi decemviri quot colonias velint, & quorum hominum velint, deducant in quo vtitur, vt ſolet, tacita potius periculi ſignificatione, quam diſerta demonſtratione, cum ait.

Id cuiuſmodi eſſet, neminem ne noſtrum intellecturum exiſtimatis?) Atque interim odium etiam creat Rullo, qui quaſi ſtoliditatis ſapientiſſimum ordinem coarguerit, ac ſuas illum inſidias intellecturum non B
fuiſſe putauerit, quas facile perſpici potuiſſe ſignificat, cum diſerte ſcriptum eſſet, vt quæ in municipia, quaſque in colonias decemviri vellent, deducerent colonos, quos vellent, & iis agros aſſignarent, quibus in locis vellent. quis enim ex his verbis non ſuſpicaretur, id quod Cicero affert, eos militibus ſuis occupata Italia de vrbe ipſa Roma ſeruitute opprimenda cogitare? Municipia autem, & colonias nominabat Rullus, vt generatim omnia Italiæ oppida comprehenderet, quorum maxima pars erant municipia, aut coloniæ ac municipia quidem in colonias redigi poſſe volebat, colonias vero veteres noua deductione inſtaurari. quod ſæpe alias, & poſt maxime ab C
Imp. Cæſare Auguſto factum eſt. Et cum inquit:

Quos velint colonos.) Improbos eos etiam, & ad vim, & cædem paratos deducere ipſum velle ſignificat. Itaque paulo poſt milites Rulli eos vocat, quaſi qui beneficio à Rullo affecti pro Rulli ipſius opibus, non pro populo R. eſſent arma capturi. extremo autem augendi cauſa, inquit.

Vobis non modo dignitatis retinendæ, ſed ne libertatis quidem recuperandæ ſpes relinquatur.) Duæ enim res ſunt, quæ in primis à ſenatu cuſtodiuntur dignitas, & libertas, quarum libertas etiam grauior eſt, quã auctoritas. inquit ergo ſenatum hac decemuirali Colonorum de- D
ductione ita oppreſſum iri, vt & dignitatem amittat, & libertatem non amittat ſolum, ſed ne eius quidem recuperandæ ſpem in poſterum poſſit habere nam acrius pro recuperandis noſtris rebus pugnare ſolemus, quam pro retinendis.

Atque hoc à me ſuſpicionibus.) Extremum illud erat in lege, aut colonia nominatim Capuam deduceretur, Quod ipſum reip. periculoſum eſſe a ſitu, & vicinitate vrbis, & Campanorum hominum ingenio probaturus eſt tranſit autem artificioſe à priore confirmatione ad hanc. cum inquit ſummum periculum ſeruitutis, quod imminere reip ſi decẽviri quot velint, quorum hominum velint, quo velint E
colonias deducant, ſuſpicione, & coniectura coargui, nunc multo apertius confirmabo in Capuæ deductione vituperanda, ita vt nemo hac de re dubitare poſſit. nam illa infinita erat deductio, hæc certa, ac definita, ita vt & à loci, & ab incolatum natura argumenta duci poſſint.

Iam omnis omnium tolletur error.) Errorem pro dubitatione poſuit. *Iam* autem dixit, pro in hac cauſa Campana. ſequuntur illa oratoria. nam quod vno verbo dicere poterat Vrbem Romam, multis dixit:

Nomen huius Reip. ſedem vrbis, atque imperij, denique hoc templum Iouis optimi maximi, atque hanc arcem omnium gentium ſibi diſplicere oſtendent.)

A Ex quibus reſp. vrbs, & imperium tanquam totum ſunt, Reſp. quatenus legibus conſtituta eſt, vrbs, quatenus ciuium ædificia continet, imperium, quatenus externis gentibus latiſſime imperat. nam, *Templum Iouis*, ſenatum intelligit, quatenus eo Senatores, vt in curiam conueniunt. conuenerat enim hoc die ſenatus in Capitolio. *Arcem omnium gentium*, inquit, auctoritatem ſenatorũ in rep. notans, ad quã omnes gentes, vt in arcem confugerent, vt in or. de ſupplicijs: Nunc te Iuppiter opt. Max. cuius iſte donum regale dignum, tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atq; iſta arce omnium nationũ, &c.

Capuam deduci colonos.) Hæc erant verba legis. quæ quid ſignificẽt,
B nam ſingula maximum pondus habent, interpretatur. id eſt, *Illam vrbem huic vrbi rurſus opponere. Illuc opes ſuas deferre, & imperij nomen trãſferre cogitant.* quæ quia admirabilia ſunt, propterea ſignis, atq; argumentis confirmanda ſunt. Quod autem inquit, *Rurſus opponere*, ſignificat eo tempore, quo ad Annibalem Capua defecit, atque contra Remp. arma tulit, primum oppoſitam eſſe, nunc iterum.

Qui locus propter vbertatem agrorum.) Probat Capuam Romæ oppoſitam iri ſigno ex loci natura, & colonorum maioribus ſumpto. Capua propter vbertatem agrorum, & copiam rerum omnium ita ſuperba eſt, vt ſuperbiam genuiſſe dicatur, coloni delecti ad omne
C facinus eo deducentur, ergo erunt inſolentiſſimi accedit probatio à comparatione minorum. nam ſi quondam Campani in vetere fortuna, & dignitate nati, copiam rerum commoderate ferre nõ potuerunt, multo minus iſti coloni. De vbertate porro Campaniæ multis verbis ſcripſit Dionyſius lib. primo, & Plinius lib. III. qui felicem propterea eam appellat, &, vt veteres dixerunt, ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Itaque Dionyſius de ſitu vrbis dixit: καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, καὶ πηχύων βεολβος ἀγάλλις. De ſuperbia Campanorum auctor eſt Valerius, qui Campanum ſenatum adeo arrogantem fuiſſe tradit, vt diuerſo à plebe foro vtere-
D tur. ac Liuius lib. IX. qui Campanis ingenitam fuiſſe ſuperbiam ſcribit. Quam cum augere Cicero vellet, in oratione in ſenatu poſt reditum: Capuæ, quæ fuit Campaniæ caput, ſuperbiæ quondam fuiſſe domicilium dixit. hoc autem loco Capuam ſuperbiam ipſam genuiſſe, ac crudelitatem ait, in ſequenti quidem oratione arrogantiam, & ferociam vocauit. De luxu autem, & ſuperbia, & crudelitate Campanorum ſic cecinit Silius lib. XI.

Luxus, & inſanis nutrita ignauia luſtris
Conſumptuſque pudor peccando, vniſque relictus
Diuitijs probroſus honor lacerabat hiantem
E *Deſidia populum, ac reſolutam legibus vrbem.*

Et paulo poſt.

Quin etiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira,
Certantum ferro ſæpe, & ſuper ipſa cadentum
Pocula, reſperſis non parco ſanguine menſis.

Ex quo intelligi poteſt, eos vehementer errare, qui vocem *crudelitate* hoc loco ſuſpectam habuerint. Præterea vero probabile videri vult, ſi, qui in vetere fortuna nati erant, ea abuſi ſunt, atque inſolentes fuerunt, multo magis eos, quibus nouiſſime Campani fertiles agri fuerunt diſtributi. nam vt docuit Ariſtoteles lib. II. de arte dicendi

οἱ νεό-

οἱ νεόπλουτοι ὑπερήφανοι hanc autem rationem ea, qua ſolet, ironia A
tractauit, cui ironiæ aptiſſimum illud verbum adhibuit; *Credo.* quod
etiam vſurpauit Virgilius, cum dixit.

--- At credo mea numina tandem,
Feſſa iacent.

Veterem autem Campanorum fortunam eam, quæ antequam ad
Annibalem deficerent, vtebantur, cum omnibus rebus, atque omni
dignitate florens ciuitas eo ſuperbiæ deducta eſt, vt de principatu
Italiæ cogitarit, atque contra populum R. arma tulerit. Quibus cal-
lide oppoſuit nouos hos colonos, quos vt ſupra milites, ſic hoc loco
verbo magis in decemuiros inuidioſo, decemuirum ſatellites nomi- B
nat, neq; enim ſatellites niſi regum, ac dominorum ſunt, quorum
vita eiuſmodi miniſtrorum armis cuſtoditur quo verbo plebem et-
iam tacite deterret ab agris accipiendis à decemuiris, qui ſe tanquã
dominos plebis armis ad iniuſtum dominatum abuſuros cogitant.
Quod autem *modeſte inſolentiam ſuam continebunt*, dixit; pulchrum an-
titheti genus attulit. quale illud eſt apud Ouidium, Concors diſcor-
dia. & Horatium, Inſaniens, ſapientia, & ſtrenua inertia. quod videtur
eſſe ex genere τῶν ὀξυμωρῶν.

Maiores noſtri Capua magiſtratus.) Oſtendit decemuiros imperium
Capuam transferre cogitare, ſigno ſumpto à factis maiorum & de- C
cemuirum diſſimilibus. maiores reip. imaginem nullam Capuæ re-
liquerunt, ne eo Roma aliquando imperium transferretur, decem-
uiri noua coloniæ deductione remp. ibi reſtituunt, ergo imperium
eo transferre cogitant: neq; enim, niſi hoc cogitarent, quam perni-
cioſa reip, hæc deductio eſſet, non viderent. vt autem maiorem ha-
beret vim oratio, vſus eſt ἀποστροφῇ. ad decemuiros, cum quadam
increpatione. Quod autem ſcribit à maioribus factum eſſe, id bello
punico II. poſt receptam Capuam factum eſt. de qua re ſic Liuius li.
XXVI. Habitari tantum, tanquam vrbem, Capuam, frequentarique
placuit, corpus nullum ciuitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, D
nec magiſtratus eſſe, ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinẽ
nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore. Idẽ ſcribit
Cicero inſequenti, vnde ad hunc locum illuſtrandum multa peti
poſſunt Quod autem dixit:

*Maiores noſtri Capua magiſtratus, ſenatum, conſilium commune, ſuſtule-
rũt.*) non idem duobus verbis expreſſit, vt multi credunt, ſed ſenato-
rum, & plebis concilium, vt Liuius dixit, ſignificauit. quæ tria cum
extremo oratorie complecti vellet, ſubiecit; *Omnia denique inſignia
reip.* immorans deinde in eadem ſententia, ſubdit: *Neque aliud quid-
quam niſi inane nomen Capuæ reliquerunt.* inane nomen appellans vr- E
bem ſine reip. imagine, quæ in magiſtratibus, & ſenatus plebiſq; cõ-
ſilio potiſſimum poſita eſt. & quia id ipſum crudelitate adducti fe-
ciſſe videri poterant, hanc cauſam reijcit à contrarijs maiorũ morib.
qui vſq; adeo ab ipſa crudelitate abhorruerunt, vt nõ ſolum Italicis,
ſed etiam externis gentibus victis ſua ſæpiſſime reddiderint, vt Pœ-
nis, Macedonibus, & Græcis, & Antiocho bello ſecundo punico, &
primo Macedonico, atq; Antiochino, quorum notæ hiſtoriæ ſunt.

Quid enim cauendum eſt in colonis deducendis? ſi luxuries.) Nũc Capuam
periculoſam eſſe vrbi coloniam à Patrum diſtributione oſtendit. in
colonijs n. deducendis luxuries, ſuperbia, & præſidium caueri debet.

 Capua

A Capua autem, ſi luxuries quæritur, ea luxuria eſt, vt Annibalem ipſum corruperit; ſi ſuperbia, ita arrogans, vt ibi inſolentia nata videatur; ſi præſidium, ea firmitate, vt non præponi Romæ, ſed opponi videatur. De Annibale Capuæ luxuria fracto ſic ſcribit Valerius. At Campana luxuries per quam vtilis noſtræ ciuitati fuit, inuictum enim armis Annibalem illecebris ſuis complexa vincendum Romano militi tribuit, illa vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrātia, veneris vſu luxuriore ad ſomnum; & delicias euocauit. ac tum demum fracta, & contuſa punica feritas eſt, cum Seplaſia ei & Albana
B caſtra eſſe cœperunt. Idem prope Liuius, & cæteri. Annibalem autē maxime nominant, vt eum, quem traditum ſit, fame, ſiti, æſtu, frigore, vigilijs, militiæ laboribus vllis vinci non potuiſſe. de ſuperbia Capuæ ante dictum eſt. De præſidio quod ait, intelligendum eſt, colonias à Romanis ea maxime de cauſa deduci ſolitas; vt propugnacula eſſent imperij. vnde Cicero in v. Philip. de Mutina colonia dixit. Quid intereſt, vtrum hanc vrbem oppugnet, an huius vrbis propugnaculum, coloniamq; populi R. præſidij cauſa conſtitutam? & Liuius li. xxxi. Cremonam, & Placentiam colonias velut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitas ſcripſit. quod cum ſignifi-
C care hoc loco vellet Cicero, dixit: *non præponitur huic vrbi iſta colonia, ſed opponitur*, venuſtatem etiam ex annominatione in re grauiſſima quærens.

At quemadmodum armatur, dij immortales?) Addit tanto firmiorem contra remp. arcem Capuam ipſam in poſterum, quam ante fuerat, quanto pluribus finitimis colonijs vndiq; munietur, & inſtruetur. vnde periculi metus augetur, argumento à minori ducto. nam ſi quondam ſuis viribus tantum potuit, multo maioribus opibus his armata præſidijs poſthac erit. cum admiratione autem hanc ſententiam expreſſit, quæ oratio maiorem relinquit in animis auditorum
D ſuſpicionē, quam ſi diſerte expoſuiſſet. Quæ autē ſint hæ vrbes, quæ circum Capuam ſint, in ſequenti nominat, Cales, Teanum, Atellam, Cumas, Neapolim, Pompeios, Nuceriam, Puteolos, quas à decemuiris deductas, & præſidijs firmatas iri ꝓbat, quia nulla alia de cauſa ſcriptum ſit in lege, vt in omnia, quæ velint, oppida colonos decemuiri deducant, quos velint, niſi vt hæc omnia oppida præſidijs ſuis contra remp. teneant.

Atq; his colonis agrum Campanū, & Stellatem cāpum diuidi iubet,) Aliud legis caput, in quo agrū Campanum, & Stellatem campum colonis Capuam deductis diuidebat, diſſuadet tribus rationib. quod id inu-
E tile, turpe, & ſaluti, libertatiq; periculoſum ſit futurum. Inutile, quia vectigalia publica diminuuntur; turpe, quia non decet; id Rullo cōcedi, quod Syllæ, & Gracchis nō eſt permiſſum; periculoſum, quia ſi Rullus, & cæteri Rulli ſimiles Capuam, & loca circa Capuam occuparint, neq; libertas neq; vita retineri poterit, priores duas rationes affert ꝑ præteritionē. ſimulat n. ſe ea prætermittere, quæ tamen dicit. ꝙ facimus, auctore Hermogene, cū res vel paruæ, vel notæ, vel moleſtę ſunt ijs, qui audiunt. nam quatenus eiuſmodi ſunt, prætereuntur, quatenus cauſam noſtram adiuuant, exponuntur. vt pro Flacco: At hæc, inquit, præſidia etiam in cenſu dedicauiſti: mitto, quod aliena; mitto, quod poſſeſſa per vim; mitto, quod conuicta ab Appollinidē-

ſibusq;

ſibus; mitto, quod à Pergamenis repudtata. Campanum porro appellat Capuæ agrum, non totius regionis Campaniæ. Campus autẽ Stellatis, auctore Liuio, erat in Campania, & Capuano agro finitimus, adiungebat ergo Stellatẽ campum agro Campano, quoniam agrum haud omnibus colonis ſatis futurum iudicabat. quoniam autem campus non ea erat vbertate, quá ager, propterea agri dena ſingulis iugera aſſignabat, campi duodena. quod apertius in ſequenti oſtendit. Confundit porro damnum cum turpitudine, cum inquit; A

Non queror diminutionem vectigalium: non flagitium huius iacturæ, atque damni.) Significans vectigalium Campanorum alienationem non ſolum inutilem, ſed etiam flagitioſam eſſe. Item cum ait: B

Caput patrimonij publici, pulcherrimam Reip. poſſeſſionem) Nam patrimonij partem aliquam amittere, damnum habet, at quod caput, & ſumma patrimonij, & quæ pulcherrima poſſeſſio ſit, etiam turpitudinẽ. pulchra enim poſſeſſio dicitur, quæ non ad vſum, ſed ad animi liberalem quandam oblectationem comparata eſt. *Caput* autem *patrimonij* hoc loco dixit, vt inſequenti, caput veſtræ pecuniæ, & in frumentaria, Ennenſem agrũ caput rei frumentariæ. Addit præterea augendi cauſa; à diuerſo agri Cãpani vſu *Subſidium annonæ, horreum belli.* Quomodo in octaua Philippica locutus eſt: Hic eſt Cãpanus ager, & Leontinus, quæ duo maiores noſtri annonæ perfugia ducebant, & in ſequenti agraria, Campanum agrum annonæ ſolatium dixit. *Horreum* autem *belli* Campanum agrum vocauit, quomodo M. Cato eadem de cauſa Siciliam cellam penariam reip. nominauit, vt ipſe ſcripſit in Verrẽ. atq; hæc quidem ſunt eiuſmodi, vt vtilitatis cauſa retinenda videantur, cum autem idem ager adeo Romæ finitimus ſit, vt ꝓpe ſub ſigno, clauſtriſq; reip. poſitum vectigal ſit, turpe videtur eſſe illud ipſum ſeruare non potuiſſe, cuius verbi ſumpta translatio eſt à patrib. familias, qui quę ipſi à rapina vindicare volunt, ea annulo notant, & claui tuentur, ne facile aut commutentur, aut ſurripiantur. vnde illud Quincti fratris: Sicut olim matrem noſtrã facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ. eſt autem flagitioſum ea, quæ ſummo ſtudio cuſtodimus, cõſeruare non poſſe. quod flagitium auget deinde magis, cum addit. C D

Non dico eum denique nos agrum P. Rullo conceſſiſſe, qui ager ipſe per ſeſe, & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet.) Quib. in verbis incluſum eſt argumentum à maiori ductum. Comparat enim Syllã, & Gracchos cum P. Rullo. & quod Syllæ dominanti, & Gracchis largientibus non eſt conceſſum, vt agrum Campanum diuiderent, ac remp. tanto vectigali diſpoliarent, id ne Rullo quidem ſine infamia concedi poſſe concludit. Nam ſi hoc permittendum erat, certe vel Syllæ concedendum erat propter eius in rep. opes, quas grauiori nomine dominationem vocauit, vel Gracchis propter eorum benignitatem, quam in ſenatu largitionem nomine optimatib. inuidioſo appellauit. at hoc non eſt, ergo multo minus P. Rullo, qui cum Sylla, & Gracchis non eſt comparandus, permittendum videtur. Ti. autẽ, & C. Gracchos fratres trib. pl. leges agrarias tuliſſe plebi ſecundas, optimatibus aduerſas, itemq; L. Syllam redacta armis in poteſtatem rep. agros multos militib. diuiſiſſe, ſatis perſpicuum cũ ſit, exponere ſuperſedebimus. Quod autẽ dixit, agrum Campanum ipſum per ſe E

Google

A Syllæ, & Gracchis reſtitiſſe, tranſlatione vſus eſt ea, quæ inter omnes excellit: quæ dicitur κατ' ἐνέργειαν, & quæ rem ante oculos ponit, qualis eſt illa vulgata Virgilij:

Pontem indignatus Araxes.

Cuius de laude tranſlationis multa Ariſtoteles in tertio Rhetoricorum, & Demetrius in libro de interpretatione. ſignificat autem agrum ipſum Campanum ſine Conſulum, aliorumue præſidio ſeſe aduerſus Syllanam, Gracchanamque diuiſionem defendiſſe, ac quaſi armatam eorum in ſe impetus repuliſſe, improbiſq; illorum conatibus reſtitiſſe quod ipſum non animaduerſum eſſe miror à doctiſ-
B ſimo viro Petro Ramo, qui, Reſtitiſſe deriuatum ſcribit à reſto, non à reſiſto, & reſtitiſſe ſuperfuiſſe interpretatur. quo nihil eſſe meo quidem iudicio alienius poteſt. Iam illa, quæ ſubſequuntur, ad augēdas agri Campani commoditates acceruatim illata ſunt, vt maius infligi reip. vulnus videatur, ſi Campanus ager ex vectigalibus publicis eximatur.

Non dico, ſolum hoc in Rep. vectigali eſſe, quod amiſſis alijs remaneat, intermiſſu non conquieſcat; in pace niteat, in bello non obſoleſcat; militem ſuſtentet, hoſtem non pertimeſcat.) In quibus verbis prima illa ratio eſt amplificationis, quod ſolum hoc eſſe in rep. vectigal ait, quod maximas ha-
C beat opportunitates; quas opportnitates tribus modis amplificauit, primum aliorum vectigalium, deinde diuerſorum temporum, tum diuerſorum vſuum comparatione. Nā alia vectigalia amitti, aut intermitti poſſunt, hoc vnum remanet, & non conquieſcit. ſignificat autem vectigalia prouinciarum, quæ belli difficultatibus afflicta, aut prorſus i t reunt, aut certe in aliud tēpus differuntur, cū cāpanum vectigal, quod in Italia, & non lōge ab vrbe ſit, nullum eiuſmodi incommodum accipere poſſit ſic enim dixit in ſequenti: Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur. Cuius rei cauſam aperuit Cicero in Pompeiana;
D Non enim ſolum aduētus belli, inquit, ſed metus ipſe affert calamitatem. Nam cum hoſtium copiæ non longe abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamē pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Quod autem tranſlate dixit, *in pace niteat, in bello non obſoleſcat*, id in ſequenti magis proprie dixit, pacis ornamentum, belli ſubſidium. Et quod intulit, *militem ſuſtentet, hoſtem nō pertimeſcat*; illud declarat, quod ait in ſequēti: An obliti eſtis Italico bello, quantos agri Cāpani fructib. exercitus alueritis. Iam illa huius ſentētiæ ornamēta ſunt, vt nihil ipſa eſſe illuſtrius, ac pulchrius poſſit, ἀντίθετα, ὁμοιοτέλευτα, πάρισα. quæ omnia perſequi ꝓpe puerile
E videtur. Concludit porro has rationes, atq; hanc præteritionem ita.

Prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reſeruo) Quibus verbis ſignificat, ſe hos argumentorum locos pluribus verbis tractaturum eſſe in concione. (concionem autem orationem ſequentem ad Quirites appellat.) nam cum populus vtilitate potius ducatur, quam honeſtate, quippe qui ex imperita fere, & inerudita multitudine conſtet, propterea hæc vtilitatis amplificatio concioni erit aptior, vt, quę eſt dignitatis, orationi in ſenatu accommodatior. ex quo admonemur, quam diligenter eorum, apud quos dicimus, habenda ratio ſit, quod præceptum omnium rhetorum ore celebratiſſimum eſt. Cum ergo hæc oratio in concionem a Cicerone reijciatur, & nos quoque diligen-

diligentem eius interpretationem ei loco reſeruabimus. cum autem **A**
duas priores rationes damnum, & turpitudinem ſe permittere ſimularit, infert ſalutis ac libertatis periculum, quod quemq; ad antiquādam legem excitare maxime debet. *At de periculo*, inquit, *ſalutis, & libertatis loquor*. Quam propoſitionem confirmans, ſubiicit.

Quid enim exiſtimatis integrum vobis in rep. fore, aut in veſtra libertate, ac dignitate retinendum?) Quorum illud *integrum*, ad ſalutem referri videtur, quaſi vero ne vita quidem ſenatoribus ſit futura in poteſtate. libertati deinde addidit dignitatem, quod dignitas fere libertatē conſequatur. hoc autem periculum primum à Rulli moribus, & ſociorū eius probat, quos dominationis cupidos ſignificat, cum ait. **B**

Si Rullus, atq; ij, quos multo magis quam Rullum timetis Capuam occuparint.) Quos porro intelligat; etſi ad rem cognoſcendam maximi intereſſe puto, tamen ita obſcurum eſt, vt diuinandum ſit. Craſſum autem & Cæſarem, & eos, qui coniurationis, quæ Cotta, & Torquato Coſs. facta eſt, & eius, quæ ſe Conſule erupit, auctores fuerunt, homines nouarum rerum auidos, fortaſſe intelligit. deinde vero à comitatu Rulli, & eorum, quos ſignificauit, ducum; inquiens.

Cum omni egentium, atq; improborum manu) Etenim veriſimile eſt, praua omnia auſuros eſſe, quos vel egeſtatis vis, vel animi vitium, quæ duo audaciæ, & ſceleris incitamēta maxima ſunt, inflammarint; **C**
quorum illi, vt ea parent, quę ad victum eis opus ſunt, quibus carent, hi deprauato quodam naturæ habitu peccant, vt inquit Ariſtoteles. tertio vero ab apparatu copiarum; ait enim.

Cum omnibus copiis, cum omni argento, atq; auro.) Quibus verbis auri & argenti cum incredibilem ex præda, manubiis, auro coronario, quæ in agros non fuerit conſumpta, ſignificat. qua bellum vrbi illaturos eos innuit. nam pecuniæ nerui belli eſſe dicuntur. poſtremo à locorū magnitudine, & multitudine, cum inquit.

Capuam, & vrbes circa Capuam.) Hoc idem ſic in ſequenti. Nam cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem obtinebunt, id **D**
eſt, totam Italiam ſuis opibus obſidebunt, iidem veſtram libertatem ſuis præſidiis, & coloniis interclusam tenebunt, quæ ſpes tandem, quæ facultas recuperandæ veſtræ libertatis relinquetur.

His ego rebus P. C. reſiſtam vehementer, atq; acriter.) Perorationem aggreditur, qua ſe Cōſulem acriter aduerſarurum tribuniciis his actionibus contra temp. pollicetur. huius vero facti rationes affert duas; reſiſtam, inquit, quia popularis conſul ſum, & reſiſtam vehementer, quia tribunicia impedimenta non pertimeſco. Rullum autem & collegas Rulli errasse ait, qui ſe ſperarint populares habitos iri in euertenda rep. contra ſe Conſulem non oſtentatione, vt illi, ſed veritate **E**
popularem. quod, vt probet eos in concionem vocat, vt diſceptatore populo vtatur, vter vere ſit popularis Rullus ne tribunus, an ipſe Conſul. quæ plena fiduciæ, & veritatis videtur oratio. Diſceptatorem autem appellat arbitrum, vt pro Flacco: Quare ſi quis illuc me vocat, venio, populum R. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco.

Quæ contra remp. diu cogitarint.) Poteſt ferri; ſed malim, *diu cogitarunt*, vt apertius res ipſa demonſtretur.

Vt ita circumſpiciamus omnia.) Inde dictionem *ita* eiiclendum puto, nā præterquā ꝙ antiqui libri, quos ego inſpexi, ipſam tollunt: qui animum in-

A mum intenderit, & conſiderabit diligentius, approbabit, & rationē eiici debere perſpiciet. Se autem vere popularem eſſe, Rullum non popularem hac ratione populo probaturum confidit. Popularis eſt ille, qui quæ grata ſunt populo facit; nihil tam gratum populo eſt, quā pax, concordia, & ocium: ille hæc diſturbauit, ego conſtituere cupio; ergo ego, non ille popularis: diſturbaſſe autem ſignificat, his verbis: *Solicitam mihi Tribuni pl. ciuitatem ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatā veſtris legibus, & concionibus, & ſeditionibus tradidiſtis, ſpem improbis oſtendiſtis, timorem bonis inieciſtis.*) Quæ eadem repetit his verbis in ſequenti. *Ego qualem remp. K. Ian. acceperim Quirites, intelligo, plenam ſolicitudinis,* B *plenam timoris, in qua nihil erat mali, nihil aduerſi, quod non boni metuerent, improbi expectarent.* Hoc autē ait, quia cū tribuni pl. IV. Id. Dec. iniſſent, legibus, concionibus, ſeditionibus ſuis ocium ciuitatis peruerterant: nam Antonium Conſulem ſui ſimilem nacti, alij filios proſcriptorum ad honores petendos lege aduocabant, alij vt Autronio, & Syllæ ambitus damnatis in ſenatum venire, & honores petere liceret, ferebāt, alij nouas tabulas, alij colonias promulgabant, vt inquit Dio; vnde maxima ciuitatis, & reip. perturbatio conſequebatur. Adiungit aliud grauius:

Fidem de foro, dignitatem de rep. ſuſtuliſtis.) Quod idem ſic expreſſit in C ſequenti: *Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed ſuſpicione, ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum: nouæ dominationes, extraordinaria non imperia, ſed regna quæri putabantur.* Hoc eſt autem, quod dixit Dio; aliquos tribunos nouas tabulas promulgaſſe: qua de re apertius Cicero in 2. de off. ita: *Nulla res vehementius remp. continet, quam fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum; nunquam enim vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolueretur: armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum, & ordine, quibus ſic reſtiti, vt hoc tantum malum de rep. tolleretur: nunquam enim nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt: fraudandi enim* D *ſpe ſublata ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt.* De foro autem ſublatam fidem ait, alludens ad tabernas argentariorum, quæ circum forum erant, quod indicat Liuius lib. 26. *Annibal,* inquit, *vocato prætene tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, iuſſit venire:* vnde Cicero ipſe lib. 2. ad Att. *Æs circumforaneum* dixit: id autem erat moris, vt qui egerent pecunia, eam ex argentariorum horum menſis ſumerent, ſi modo ſoluendo eſſent: cum autem ij, qui debebant argentariis aut nolebant, aut non poterant ſoluere, tum fides ſublata dicebatur è foro: ſic enim interpretatur Cæſar lib. 3 de bello ciuili: *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neq; credita pecunia ſoluerentur.* Et Cicero in E Pompeiana: *Hæc fides, atq; hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis.* Item: *Nam tum cum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe*: cum ergo in tanto metu, ac perturbatione ſit ciuitas, ſperat ſe popularem viſum iri populo, ſi ſe conſule nihil metuendum eſſe oſtenderit; nullum exercitum, nullam manum futuram demonſtrat, vnde bellum, aut ſeditio excitari poſſit; nullas colonias, quæ aduerſus remp. deducantur; nullam venditionem vectigalium, qua ærarium exhauriatur, priuati locupletentur; nullum imperium nouum, aut regnum Decemuirum, quo reip. dignitas conuellatur; nullam Capuam coloniam deductam iri, quo hominum imperium

transfe-

transferatur;ſed ſummam ocij,& pacis tranquillitatem,qua nihil eſſe populo iucundius poteſt: hanc autem ſpem ſuam admiſta ironia ita expreſſit: A

Verrendum, credo, nobis erit, ne veſtra iſta praeclara lex agraria magis popularis eſſe videatur. Capuam autem alteram Romam dixit, vt etiam Philip 12. *Veſtrum hoc conſilium Capua probabit, quae temporibus his Roma altera eſt;* & in ſequenti agraria: *Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium noſtrum illa altera Roma quaeretur;* hinc Horatius dixit, Aemulam virtutē Capuae, quia ipſa ad magnitudinē prope vrbis Romae acceſſit.

Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas:
Suis & ipſa Roma viribus ruit. B
Quem neq; finitimi valuerunt perdere Marſi,
Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer.

His expoſitis, pergit probare, ſe acriter ad populum huic legi repugnaturum: *neq; enim*, inquit, *ſi ſcelerata veſtra conſilia, quibus remp. hanc euertere cogitatis, ſi fraudem, & inſidias legis agrariae, quae vobis opes priuatas contra hanc remp. comparatis, aperuero, pertimeſcam, ne mihi contra vos Tribunos liceat in concione conſiſtere: etenim conſtitutum mihi eſt grauiter, & libere gerere conſulatum, ita vt neq; prouinciam, neq; honorem, neq; commodum, quod ab inimico Tribuno pl. impediri poſſit, appediturus ſim.* Hoc autem ait, quia aliquando Conſules aduerſantes actionibus Tribuniciis à Tribunis ipſis in carcerem duci iuſſi ſunt, ſaepiſſime autem ab iiſdem rogationibus, quae de prouinciis, aut imperiis, aut honoribus eorum ferebantur, interceſſum eſt: quae commoda, aut ornamenta qui contempſerunt, ij ſoli Conſulatum grauiter & libere geſſerunt, grauiter, in ſalute & commodis reip. defendendis, ſuis negligendis, libere, in coercenda tribunorum libidine, aut eorum mala gratia pro rep. contemnenda. Non eſt autem praetermittendum, fuiſſe quoſdam non ineruditos homines, qui verbum *oſtendero*, inde eiiciendū putarint, quod & abundare, & additum ab aliquo crediderint; cum totum illud: *Cum vero ſcelera conſiliorum veſtrorum* &c. ad verbum *oſtenderis* ſupra dictum referatur: me tamen, vt locum immutatum relinquerem antiquorum librorum adduxit conſenſus, nullos enim adhuc vidi, à quibus haec abſit dictio. C D

Prouinciam) Porro dixit, quia hoc tempore poſt legem Semproniam Conſulibus quotannis prouinciae decernebantur, in quas poſt Conſulatum proficiſcerentur.

Honorem.) Vel imperium intellexit, vel ſupplicationes, vel triumphū.

Ornamentum.) Rogationem fortaſſe, qua prouinciae ornabantur: non enim omnibus iiſdem finibus, aut eodem viatico, & ſtipendio, aut eodem exercitu concedebantur. E

Commodum.) Viatici magnitudinem, & prouinciae latitudinem, & caetera, quae multa conſequi eiuſmodi poſſunt commoda intellexit: quibus omnibus decernendis & in ſenatu, & ad populum inimicus intercedere tribunus pl poterat. Hoc autē ne temere fingere ad tempus videatur, denunciat ſe aperte ex Conſulatu in prouinciam non iturum, his verbis:

Dicit frequentiſſimo ſenatu Conſul K. Ian. ſeſe ſi ſtatus hic reip. maneat, neq; aliud negocium extiterit, quod honeſte ſubterfugere non poſſit, in prouinciam non iturum) Quae verba, vt prudenter prolata, ſic accurate ponderanda ſunt: non enim dicit, ego Conſul, ſed euitandae arrogantiae cauſa

 tertiam

A tertiam perſonam induxit, & callide *Conſul* addidit, quaſi volens intelligi, eum, qui alias prouinciam ſolet appetere, nunc eam recuſare & negligere. & addit.

Frequentiſſimo Senatu.) Nam ſi id infrequenti ſenatu dixiſſet, poſtea inficiari, & à ſe dictum negare non admodum multis teſtibus reprobantibus potuiſſet. præterea, *K. Ianuarii*, id eſt, integra re, cum nulla res inciderit, quæ ipſum ab accipienda prouincia deterrere poſſit. nã ſi extremo Conſulatu hoc diceret, nouo aliquo belli tumultu eam reſpuere videri poſſet, quod non ſine infamia faceret. & adiungit.

Si ſtatus hic reip. maneat.) Quia hoc anno pax in toto imperio fuit,
B ita vt ſalutis augurium, quod niſi pacato toto imperio fieri ſolebat, factum ſit, auctore Dione. & affert.

Neq; aliud negotium extiterit.) Vt nouum bellum, quod Conſularem exercitum deſideraret, neq; honeſte recuſari prouincia poſſet. Quod autem ſe facturum pollicetur, etiam fecit. Nam cum Macedoniam ſortitus eſſet, eam Antonio collegæ conceſſit, & Galliam Antonij Metello Celeri Prætori tradidit. qua de re ſic loquitur in Piſonem: *Ego prouinciam Galliam, ſenatus auctoritate, exercitu, & prouincia inſtructam, & ornatam in concione depoſui.* Idem Dio, & ipſe alibi ſæpiſſime. Et quia hæc probare poſſunt, quid ſit grauiter Conſulatum gerere, quod eſt
C publicas rationes priuatis anteponere. poſt quid ſit libere, exponit, cum inquit.

Sic me in hoc magiſtratu geram populi R. vt poſſim tribunum pl. reip. iratum coercere, mihi iratum contemnere.) Magiſtratum porro populi R. ait, quomodo in poſteriore proxima dixit: *Hic ego Conſul populi R. non modo nihil iudico, ſed ne quid ſentiam quidem profero.* non deſunt autem, qui non nihil hoc loco de mendo ſuſpicentur, &, cum ſic antiqui libri habeant, *geram P. R.* ipſi nulla fere mutatione legant, *geram P. C.* vt Patres Conſcripti ſignificentur. habetur enim oratio in ſenatu.

Vt poſſim tribunum pl. reip. iratum) Eadem pene ſententia dixit in 2.
D Philip. *Meum vt voles, cum rep. redi in gratiam,*

Quamobrem per deos immortales colligite vos tribuni pl.) Adhortatur deinde Tribunos pl vt cum Conſulibus, & cum optimatibus conſentiant, atq; communem remp. communi ſtudio complectantur, ac tres rationes affert, quibus id facere debeant. primum autem totum quaſi quoddam propoſuit, cum dixit: *colligite vos.* Quod genus dicendi vſurpauit etiam in Philip. x. *Quamobrem collige te, placaq; animum aliquando, & mitiga, audi viros bonos.* quod nihil hoc loco aliud eſt, quam, ſententiam mutare; deinde ſequuntur partes:

Deſerite eos, à quibus niſi proſpicitis breui tempore deſeremini.) Id eſt, im-
E probos, & rerum nouarum cupidos, eos, qui legis huius erant auctores, & *conſpirate nobiſcum Conſulibus*, qui reip. ſtudemus, & *conſentite cum bonis*, quibus nihil rep. poteſt eſſe iucundius, quod nihil aliud eſt, quã id quod infert.

Communem remp. communi ſtudio, atq; amore defendite.) Id eſt, & optimatibus, & plebi. Hoc poſito ſequuntur rationes, quarum vna eſt à neceſſario, quod reſp. domeſtico, non externo morbo laborat, ita vt omnes, qui reip. partis ſunt, illi medicinam afferre pro ſe quiſque debeat. vt enim malum occultius eſt, ita diligentius repellendum eſt. Hoc autem inteſtinum malum mirum in modum amplificauit, cum dixit.

Multa

Multa ſunt occulta reip. vulnera, multa nefariorum ciuium pernicioſa conſilia. nullum externum periculum eſt. non rex, non gens vlla, non natio pertimeſcenda eſt. incluſum malum, inteſtinum ac domeſticum eſt) Quam eandem ſententriam his verbis protulit etiam in orat. 2. in Catilinam: *Nulla eſt natio, quam pertimeſcamus; nullus rex, qui bellum populo R inferre poſſit; omnia ſunt externa vnius virtute terra, mariq; pacata, domeſticum bellum manet; intus inſidiæ ſunt, intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis.* & pro Murena: *Intus eſt equus Troianus, à quo nunquam me conſule dormientes opprimemini* & Demoſthenes. οὐκ ἔστι δὲ, οὐκ ἔστι τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι, πρὶν ἂν τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει κολάσητε. cum autem hanc amplificationem à tranſlato verbo inſtituiſſet, *Multa ſunt reip. vulnera.* eandem etiam eadem tranſlatione concluſit, cum dixit, A B

Huic pro ſe quiſq; noſtrum mederi, atq; hoc omnes ſanare velle debemus.) Affert deinde alteram tationem, cur ſecum ad remp. defendendam conſpitare Tribuni debeant, quia auctoritatem ſuam ſequetur ſenatus, ſequetur etiam populus ſed quia dubia erat populi voluntas in actione, quæ pro populi commodis ſuſcepta videbatur, infirmandas, confirmat eam argumento ſumpto à toto.

Erratis enim, inquit, *ſi putatis ſenatum hæc tantum probare, populum vero improbare. nam omnes qui ſe incolumes volunt, ſequentur auctoritatē Conſulis.*) Deinde quoniam etiam ſæpe incommodi, atq; ignaui conſules fuiſſe inueniuntur, ſemetipſum ad populum alliciendū laudat, inquiens. C

Soluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi &c.) Neq; enim ipſe aut cupiditate rerum nouarum, aut pœnæ timore ad remp. oppugnādam adducetur, neq; temetitate periculis ſe obiiciet, neq; timore diſcrimen contentionis effugiet Huic additur tertia ratio, quod turbulenta via ad honores adipiſcēdos ineptiſſima ſit, ocij, & quietis amica aptiſſima. inepta illa, quia ſi quis ſe poſſe ea ratione honori velificari ſuo ſperet, id nunquam ſe Conſule conſequetur; apta hæc, exemplo ſui, qui equeſtri loco natus, tamen Conſul factus eſt *Velificari* autem tranſlatione à nauigatione ſumpta dixit, pro *fauere*. Equitem porro Romanū dicunt, qui ſit ex ordine equeſtri, nec adhuc in ſenatum lectus ſit, equeſtri loco ortum, cuius pater, auuſq; equites Romani fuerint, ipſe primus in ſenatū venerit. qualis ipſe erat. D

Quod ſi vos veſtrum mihi ſtudium P. C.) Vltimo loco hortatur etiam ſenatum, vt ſuum ſibi ſtudium præbeat ad remp defendendam, vt eius ordinis vetus auctoritas reſtituatur. verum caute agit, & prudenter cum ſenatoribus; non enim aperte petit, vt ſuum ſibi ſtudium præſtent, quaſi vero id non faciant, ſed ſi ſuum illi ſibi ſtudium profiterentur, pollicetur ſe effecturum, vt quæ apud maiores fuit eius ordinis auctoritas, eadem nunc longo interuallo reſtituta eſſe videatur, id quod maxime reſp. deſiderat. interuallum autem ſignificat, quod inter Ti Gracchi tribunatum, & ſuum conſulatum intercedit. nam & Gracchorum, & Saturnini, & Druſi, & Sulpicij, & aliorum tribunorum furioſis actionibus debilitata admodū ſenatus auctotiras, popularis poteſtas confirmata fuerat, quæ hoc primum die reſtitui eloquentia conſulis Ciceronis cœpta eſt. Itaq; ipſe ſic ad Lentulum ſcripſit: Memoria tenebam nobis Conſulibus ea fundamenta iacta Ka. Ianuarij confirmandi ſenatus, vt neminem innitari oporteat, Non. Decembribus tantum vel animi fuiſſe in illo ordine, vel auctoritatis. E

& in

Digitized by Google

A & in Philipp. 7. Retinenda eſt igitur vobis conſtantia, grauitas, perſeuerantia. repetenda eſt vetus illa ſeueritas. ſi quidem auctoritas ſenatus, decus, honeſtatem, laudem, dignitatem deſiderat, quibus hic ordo nimium caruit diu. Hoc autem à rep. deſiderari dixit, propter imminentia vrbi pericula, quæ in hunc conſulatum inciderunt, atque à prudentibus ex communi rerum nouarum ſtudio facile proſpici poterant.

B

BERNARDINI LAVREDANI, ANDREÆ F. PATRICII VENETI,

C

IN SECVNDAM ORATIONEM M. T. CICERONIS contra P. Rullum De Lege Agraria,

COMMENTARIVS.

D

ORATIO XVI.

QVOD fecit K. Ianuarijs Conſul Cicero in ſenatu, vt agrariam Rulli legem diſſuaderet, atq; iniquam eam, & pernicioſam eſſe reipub. oſtenderet, idem haud ita multis poſt diebus fecit in concione; ne populus ſuffragijs ſuis eam legem iuberet; quæ à Tribuno pl Rullo ad paucorum commodum potius, quam ad plebis
E vtilitatem illata eſſet. Ac Plutarchus quidem Tribunos pl. priore oratione perculſos paucis diebus quieuiſſe ſcribit, poſt autem iterum rem adortos vocatis in concionem Conſulibus, Ciceronem, vt his verbis ad populum legem reprehenderet, impuliſſe. quo in loco Rullum Tribunum Ciceronem Conſulem in concionem vocaſſe videtur ſignificare, cum tamen Cicero ipſe Rullum, & reliquos tribunos à ſe in concionem prouocatos non veniſſe ſatis aperte notet, cum inquit in hac oratione: *Quod ſi veſtrum commodum ſpectat, veniat, & coram mecum de agri Campani diuiſione diſputet*, & in ſequenti: *Commodius feciſſent Tribuni pl. Quirites, ſi, quæ apud vos de me deferunt, ea coram potius me præſente dixiſſent. nam & æquitatem veſtræ diſceptationis, & conſuetudinem ſu-*

num ſuperiorum, & ius ſua poteſtatu retinuiſſent. ſed quoniam adhuc præſens A
certamen, contentionemq́; fugerunt, nunc, ſi videtur eis, in meam concionem pro-
deant; & , quo prouocati à me venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur.
Eſt igitur genus idem cauſſæ, idem ſtatus, eadem argumenta, argu-
mentorumq́; tractatio; niſi quod mutata eorum, apud quos agitur,
perſona, aliquantum etiam artificij immutauit. cuius præcepti ipſe
auctor eſt in 2. de Oratore, cum ait: *Suadere aliquid, & diſſuadere grauiſ-*
ſima mihi videtur eſſe perſona: nam & ſapientis eſt conſilium explicare ſuum
de maximis rebus; & honeſti, ac diſerti, vti mente prouidere, auctoritate proba-
re, oratione perſuadere poſſit. atq; hæc in ſenatu minore apparatu agenda ſunt,
ſapiens enim eſt conſilium, multúq; alijs dicendi relinquendus locus. vitanda
etiam ingenij, oſtentationiſq; ſuſpicio. Concio capit omnem vim oratio-
nis, & varietatem, grauitatemq́; deſiderat. Perfecta autem atq; inte- B
gra hæc oratio facilius omnem de agraria re oratoris rationem, ac
mentem explicabit; cuius orationis partes ſunt, exordium, narratio,
propoſitio, confirmatio, & peroratio. Exordium ab opinione, &
exiſtimatione eorum, qui audirent, ſumptum eſt. intelligebat enim
Cicero, populum Romanum ita exiſtimare, Rulli legem eſſe maxi-
me popularem, propter fructus, quos populo proponebat. quare hãc
opinionẽ inſitam animis conatur artificioſe in ipſo veſtibulo cauſ-
ſæ euellere, ac docere, ſeſe, non Rullum eſſe popularem. ſe enim pa-
cem, libertatem, & ocium populi tueri, Rullum hæc diſturbare. in
primis autem probat, ſe talem eſſe oportere propter inſigne, ac ſin- C
gulare beneficium Cõſulatus à populo acceptum. quod beneficium
mirum in modum extollit. erat autem rectus ordo hic: Non Rullus,
ſed ego popularis ſum. ratio, ille enim pacem, libertatem, & ocium
veſtrum oppugnat, ego ea omni ſtudio defendo. rationis confirma-
tio; debeo autem id facere propter veſtrum erga me ſingulare bene-
ficium. poſtremo loco beneficij amplificatio. Hunc autem ordinem
artificioſe inuertit, vt docet Hermogenes in forma τῆς περιβολῆς.
μέθοδος, inquit, περιβολῆς, τὸ ἀναστρέφειν τὴν τάξιν τῶν πραγμά-
των, καὶ τὸ τὰς κατασκευὰς τῶν προτάσεων. καὶ τὰς πίστεις, τάς τε D
τούτων αὐξήσεις πρώτας τιθέναι. orditur enim à confirmatione ra-
tionis, atq; adeo ab ipſius confirmationis exornatione, quæ eſt col-
latio. nam confert ſe cum nobilibus, qui cum & ipſi maximis popu-
li R. beneficijs ornati eſſent, tamen in agendis gratijs ita maiorum
ſuorum, & ſuas laudes admiſcerent, vt populi beneficium extenua-
rent. ipſe autem ſe contra facturum pollicetur. ita enim gratias actu-
rum, vt maiorum ſuorum nullam ſit facturus mentionem, de ſe au-
tem ſiquid dicendum ſit, id parce, ac moderate facturum. cauſſam
cur ordinem inuerterit, hanc fuiſſe puto. videbat, ſi in ipſo cauſſæ in-
greſſu negaſſet legem Rulli popularem eſſe, populum, quia aliter E
perſuaſus erat, facile reclamaturum fuiſſe. Itaque prudenter ſibi
viam præmunit, ac bonam de ſe opinionem inſerit, cum ſe virũ bo-
num, & gratum, & in primis popularis vtilitatis ſtudioſum oſtendit.
qua ratione auditorum ſtudia ſibi adiungit, Rullo detrahit, fraudem
illi, atque auaritiam, & dominandi libidinem tribuens, quibus nihil
eſſe populo odioſius poteſt. hanc autem collationem his verbis
infert.

Eſt hoc in more poſitum Quirites, inſtitutoque maiorum, vt ij, qui beneficio
veſtro

A *veſtro imagines familia ſua conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij veſtri cum ſuorum laude coniungant.* Nobiles autem
intelligit, qui eoſdem, atq; maiores ſui, quorum imagines haberent,
honores populi beneficio adepti ſunt. Nobilitas enim nō ex condi-
tione, ſed ex imaginib. maiorum apud Romanos comparabatur. erat
autem imago (auctore Polybio, lib. *6*) ſimulachrum oris ſimilitudi-
nem affabre, miroq; artificio confectam, coloribus, pigmentiſq; ad-
umbratam referens, quam inſigniori, ac celebriori domus in parte
collocabant. imaginis autem ſuæ ponendæ ius conſequebantur ex
curulibus magiſtratibus, quorum primus erat curulis ædilitas, vt o-
B ſtendit Cicero lib. 7. in Verrem, cum ait, ſe ob ædilitatem delatā ad-
eptum eſſe antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam
prætextam, ſellam curulē, ius imaginis ad memoriam, poſteritatem-
que prodendam. Hinc Liuius dixit lib. 1 Ancus nobilis vna imagine
Numæ. Quare conſequi imagines familiæ, eſt magiſtratus curules à
maiorib ſuis geſtos item capere, quod nobilitatis erat. Hos ergo no-
biles conſueuiſſe ait primam concionem habere, qua gratias populo
agerent, ita tamen, vt ſuos maiores laudarent. cuius moris meminit
etiam Plutarchus in Paullo, cum dixit, moris fuiſſe, vt qui Conſules
creati eſſent, gratias populo agerent, eumq; benigne ex roſtris appel-
C larent. & Cicero lib. 11. de finibus, cum inquit: *Quid enim mereri Tor-
quate velis, cum iam magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis. eſt enim
tibi edicendum quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo, & fortaſſe etiam, ſi tibi vi-
ſum erit, aliquid de maioribus tuis, & de te ipſo dicere, more maiorum.* & Sue-
tonius: Prætorem collaudauit, quod honore inito conſuetudinem
antiquam retuliſſet de maioribus ſuis pro concione memorandis.
Poſt addit:

*Qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur: pleri-
que autem hoc perficiunt, vt tantum maioribus eorum debitum eſſe videatur,
vnde etiam, quod poſteris ſolueretur, redundaret.*) Quibus verbis nobiles i-
D pſos adducit in odium, quòd ait, aliquot ex ijs dum maiorum ſuo-
rum virtutes exponunt, ſe eodem illo honore, quo maiores ſui affe-
cti erant, dignos declarare, pleroſque autem dicendo efficere, vt tan-
tùm maiorum ſuorum virtuti debitum à populo fuiſſe videatur, vt
etiam reſtaret, quod ſibi ſoluendum eſſet. translatio ab ære alieno
ducta eſt. poſt autem redditionis comparationem infert, ac de ſe-
metipſo ita ait:

Mihi quidem apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur. Qui-
bus verbis negat ſe de maioribus ſuis aliquid nobilium more eſſe
dicturum. & quia obijci poterat iccirco eos ab ipſo præteriri, quia
E humili, & obſcuro loco erant nati, occurrit quæſtioni, ſed modeſte.
eos enim ait liberaliter, atque honeſte vixiſſe, cuius rei ſignum ſe i-
pſum affert, qui eorum ſanguine procreatus, & diſciplinis inſtitutus
eſt, ſed curulibus honoribus caruiſſet. De patre autem ac maioribus
ſuis ſic ipſe in 2. de legibus: Hæc eſt mea & huius fratris mei germa-
na patria (de Arpino loquitur.) hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſu-
mus, hic gens, hic ſacra, hic maiorum multa veſtigia. quid plura? hãc
vides villam, vt nunc quidem eſt, ædificatam patris noſtri ſtudio, qui
cum eſſet infirma valetudine, hic ferè ætatem egit in literis. ſed hoc
ipſo in loco cum auus viueret, & antiquo more parua eſſet villa, vt
illa Curiana in Sabinis, me ſcito eſſe natum. his ergo generis an-

tiqui,

Digitized by Google

ɛm, libero homine dignam vitam tribuit, nobilitatem, quæ A
bus honoribus comparabatur, detrahit. ipſe enim primus
ɿonores ex ſua familia Romæ cepit. itaq; primus imaginem
: auctor nobilitatis familiæ ſuæ fuit. Contra autem ſe factu-
ſıretur, ac nobiles faciunt. illi enim beneficium populi cum
ıaude coniungunt, ſe non cum ſuorum, ſed cum ſua coniun-
quoniam autem de ſemet dicere, id eſt, quibus ſtudijs eā di-
:onſecatus ſit, arrogantis eſt. Propterea vitandæ arrogantiæ
:ceſſitatē ſimulat nullo enim modo ſe ſilere poſſe ait de tā-
è beneficijs, quod id ingrati ſit; etenim cū grauius ſit ingra-
,quàm arrogantem, leuius eligendum eſt. Itaq; concludit: B
adhibebitur à me certa ratio, moderatioq; dicendi.) Quibus verbis
ſe vitam initurum profitetur, vt neq; beneficia populi præ-
:, & cur dignus ſit ſummo populi honore, modice dicat. Sū-
n honorem intelligit Conſulatum. Quomodo autem ora-
t ſiue reprehenſione laudare poſſit, docet Hermogenes.
longo interuallo.) Aggreditur augere beneficium populi, Con-
loci amplificationis ſunt hi; quod homo nouus Conſul ſit
uod anno ſuo; quod vt primum petierit; quod ſine repulſa;
:e viua. Plutarchus in Catone maiore nouos dictos fuiſſe
ꞁui ex genere noti non eſſent, ſed qui ipſi primi ſua virtute C
rentur. recte: nam vt nobiles eos diximus, qui maiorum i-
habebant, aut quorum maiores magiſtratus curules geſſe-
ꞁui ipſi primi magiſtratum curulem ceperant, noui nuncu-
', qualis fuit Cicero, ante Ciceronem Ti. Coruncanius, M.
Cęlius, T. Didius, proxime autem C. Marius. augetur autem
ıum, non ſolum, quod homo nouus, ſed quod primus per-
:eruallo propè memoriæ, temporumque ſuorum conſul fa-
ignificat autem poſt C Marium municipem ſuum, nemini
ɿouo Conſulatum, niſi ſibi eſſe mandatum. C. autem Ma-
ſul primum factus eſt ante annos 40. vt oratorie potius, D
rei veritatem apte dixerit: *Perlongo interuallo prope memoriæ,*
q; noſtrorum. Locos etiam amplificandi beneficij tradit Ari-
'rimus, ſolus, cum paucis. immoratur autem in eadem ſen-
m cum dixerit:
longo interuallo primum hominem nouum conſulem feciſtis. ſubdit.
um, quem nobilitas præſidijs firmatum, atq; omni ratione obuallatū
: duce reſcidiſtis, virtutiq; in poſterum &c.) Quod autem verbis
lixerat, id tranſlatis effert. tranſlatio è re militari ſumpta
'cum inducturus eſſet, apte incepit à verbo quotidiano vſu
vt vix tranſlatum eſſe videatur. nam ſi repente, & cum im- E
ta tranſlatione irrupiſſet, offenderentur nouitate rei autes
ſolens verbum audientes, quam viā prius ſibi muniuit ver-
ıde ad apertam tranſlationem tranſgreſſus eſt: *Quem nobili-*
ſ firmatum. Cōparat aūt imperatores cum nobilibus nam vt
n locum, quem occuparunt, præſidijs tenent. & vallo com-
, ſic nobilitas cōſulatum ita tenebat, vt ad illum cæteris ad-
pateret. cōtinuans autem tranſlationem, ait, *obuallatū*; &, *te-*
ne duce, &; *reſcidiſtis*. quæ omnia è re bellica ſumpta ſunt. Cæ-
le bello ciuili. Præſidijs diſpoſitis omnia litora a Cæſare re-
. Cicero ad Catonē: *Vallo, & foſſa circundedi, ſex caſtellis, caſtriſq;*
pſi. Virgi-

Digitized by Google

A Virgilius in 9. Aeneidos.

Reſcindit vallum, & ſcalas in mœnia peſcit.

Item:

Ferro quis ſcindere vallum apparat?

Translarionem autem concludens, verbum, *Patere,* ſubiunxit. Idem pro Murena. Ego vero, qui tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, vt aditus ad Conſulatum poſt hac, ſicut apud maiores noſtros fuit, non magis nobilitati, quàm virtuti pateret, nō arbitrabar. occupatus autem fuerat Conſulatus à nobilibus poſt L. Sullæ dominatum. ſequuntur deinceps aliæ amplificationes.

B *Neque me tantummodo conſulem, quod ipſum per ſe &c.*) Ex vero ſumptæ ſunt à modo, quo delatus eſt conſulatus. nam Conſulem fieri per ſe ampliſſimum eſt, at, quomodo pauci nobiles, nouus ante ſe nemo, multo amplius, id eſt, cum anno ſuo, vt primum petierit, ſine repulſa factum eſſe. de nobilibus tamen probare omittit, de nouis probat, cum ait:

Nam profecto ſi recordari volueritis de nouis hominibus, reperietis eos, &c.) Et inquit Noui homines, qui ante me Conſules facti ſunt, aut ſine repulſa, aut repulſa accepta facti ſunt. ſi ſine repulſa, ij occaſione aliqua belli, cum multis poſt Præturam annis, & ſerius, quàm per ætatem liceret, periſſent, qui autem anno ſuo petierint, non ſine repulſa facti ſunt, ego vero ſolus homo nouus, eum anno meo petierim, Conſul factus ſum C autem Marium deſignat, qui ſine repulſa Cōſul factus eſt, occaſione belli Iugurthini, cum ſeptem annos poſt Præturam iacuiſſet, & ſerius, quam per ætatem liceret, petijſſet, auctor Saluſtius, Plutarchus. Cicero de offic. & in ord pro Murena. Quòd autem ait:

C

Quam per ætatem liceret.) Legem annalem intelligit, quæ annorum numerum definiebat ad capiendos magiſtratus, & certam ætatem ad honores cōſtituebat adoleſcentiæ temeritatis cauſſa. de qua Cicero lib 3. de legibus. Aeuitatem annali lege ſeruanto. & Liuius lib.30. Eo anno rogatio primum lata eſt à L. Villio Tribuno pl. quot annos nati quemq; magiſtratum peterent, caperentur. vnde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. quoto autem ætatis anno Aedilitas, Prætura, & Conſulatus Ciceronis tempore caperentur, cum alij tradiderint, ipſe nihil dicam. Conſulatum anno ætatis 43. geri per leges potuiſſe conſtat. 13 Philippica. Conſulatum autem biennio Prætura antecedebat, Præturam biennio Aedilitas curulis. Itaq, anno ſuo petere magiſtratum, eſt duas leges, aut certe alteram ex duabus ſeruare. petit enim anno ſuo conſulatum, & qui 42. ætatis anno petit, & qui biennio poſt Præturam petit, ita vt inter Præturam & Conſulatum biennium intercedat. Quod fecit Cicero. ſic enim opponit:

D

E

Me eſſe vnum ex omnibus nouis hominibus, qui conſulatum petierim, cum primum licitum ſit.) Scilicet per legem, quæ inter Præturam, & Conſulatum biennium vacuum interponebat.

Cum primum petierim.) Scilicet ſine repulſa. & ait.

De quibus meminiſſe.) C. Marium excipiens nam poſt eum T. Didius, & C. Lælius noui homines Cōſules facti fuerant, ſed forte nec ſuo anno petierunt, nec ſine repulſa Conſules facti ſunt. concludit deinde per expolitionem à conſequentibus, ſeme modeſte laudās:

Vt ve-

Vt veſter hones ad mei temporis diem petitus, non ad aliena petitionis occaſionem A *interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, ſed dignitate impetratus eſſe videatur.*) Egregie: nam ſi petijt, vt primum licuit, ergo iuſte cepit, non intercepit Conſulatum; ſi factus eſt, vt primum petijt, ergo dignitate, id eſt, meritis impetrauit, non precibus. Hanc orationē illuſtrant ἀντίθετα, ὁμοιοτέλευτα, ἄρσις, καὶ θέσις. interceptum autem honorem vocat, ante tempus ſurreptum occaſione alicuius competitoris parum apud populum gratioſi. Diuturnis precibus efflagitatum, ſæpius propter repulſas latas petitum.

Eſt illud ampliſſimum quod paulo ante commemoraui.) Affert aliam amplificationem; quod non tabellis, ſed viua voce Conſul decla- B ratus ſit. repetitis tamen prioris amplificationis locis, quod primus homo nouus, quod multis poſthabitis, quod ſine repulſa, quod anno ſuo. oratorie autem dixit hæc eſſe ampliſſima, cum tamen alia ſint ampliora, vt ſi quis non petens, aut legibus ſolutus ante ætatem Conſul factus ſit. vt quondam P. Scipio. quod ait:

Multis poſthabitis.) Intelligit L. Catilinam, P. Galbam, L. Caſſium, C. Sacerdotem, & Q. Cornificium competitores. de quibus Pædianus. quem porro annum ſuum appellat, indicaui. ſic in Bruto ſe anno ſuo Conſulem factum prodit, & in prima epiſtola ad Atticum. Qui ſi in noſtrum annum reciderit. C

Sed tamen magnificentius eſſe illo nihil poſſet, quod meis comitijs non tabellam indicem tacita libertatis, ſed vocem viuam.) Hoc illud magnificentiſſimum eſſe ait, quod comitijs ijs, quibus ipſe primum petens, Conſul factus eſt, conſulem ſe non tabella, ſed voce populus declarauerit. Tabellam autem in mandandis magiſtratibus pop. R. primum vſurpauit lege Gabinia, vt ſcribit Cicero in Lælio. in tabella autem nomina candidatorum ſcribi conſueuiſſe, ſed primis tantum literis, indicat locus ille in Piſonem: Is poſteaquam intellexit ſe poſſe interuerſa ædilitate à L. Piſone Conſule Prætorem renuntiari, ſi modo eadem prima litera competitorem habuiſſet aliquem. D Idem dixit in Piſonem: Me vniuerſa ciuitas non prius tabella, quã voce priorem conſulem declarauit. hanc autem tabellam vocat *vindicem tacita libertatis* (ſic enim legendum non *indicem.*) vt lib. 3. de legibus. Habebat ſane populus tabellam quaſi vindicem libertatis. Item: Non fuit latebra danda populo; in qua bonis ignorantibus, quid quiſq; ſentiret, tabella vitioſum occultaret ſuffragium. & in Planciana: Populo grata eſt tabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, datq; eam libertatem, vt quod velint, faciant. *Vocem* autem *viuam* ait (quanquam Ramus *vocem vnam* legit.) imperite quiddam: eſt enim ſignificantius in *viuam*, quam in *vnam*. E eamque indicem popularium voluntatum vocat, & ex παρωνομασία verborum *vindicem*, & *indicem* venuſtatem quærit Hanc amplificationem ſequitur expolitio ab adiunctis.

Itaque me non extrema tribus ſuffragiorum: ſed, &c.) Hæc autem expolitio tractatur contentione horum verborum: *Extrema tribus, primi concurſus, ſingula voces præconum, vna voce populus R.* Significabat autem ſe non ab extremis centurijs ſingularum tribuum, ſed à primo vocatis ex ſingulis tribubus conſulem declaratum, neq; deuentum eſſe ad extrema ſuffragia tribuum, i. e. vſq; ad cēturias quintæ claſſis.

A quæ ex ſingulis tribubus poſtremæ vocabantur, ſed à cẽturijs primæ claſſis ſtatim abſque varietate conſulem factum. Præconum autem meminit, quia in comitijs aderant præcones; qui quæ quemque Conſulem centuria diceret, populo renunciarent. Vnde eſt in VII. in Verrem. Tu cum Prætor renunciatus eſſes, non ipſa præconis voce excitatus es, qui te totiens ſeniorum, iuniorumque centurijs illo honore affici pronunciauit.

Hoc ego tam inſigne, tam ſingulare veſtrum beneficium:) Concludit ſe propter tantum erga ſe beneficium debere inuigilare, vt Conſulatū ipſum tueatur. Hoc autem beneficium ſe permagnum iudicare ad B lætitiam ait, ad ſolicitudinem multo maius; ad lætitiam ſcil. quam cepit ex ratione capti magiſtratus; ad ſolicitudinem, quam ex difficultate eius gerendi percepturus eſt; hanc autem ſolicitudinem, quæ ſit, exponit περιφραστικῶς. cogitationes multas, & graues in animo inſidentes, quæ ſibi nullam partem neq; diurnæ, neq; nocturnæ quietis impartiant. Rationm vero tuendi conſulatus difficilem eſſe ait, primum omnibus per ſe propter magiſtratus magnitudinẽ, deinde ſibi præter cæteros difficillimam ob familiæ nouitatem, quæ autem incommoda afferat nouitas, addit à partium diſtributione, nam ſi errauerit, nulla venia; ſi recte fecerit, exigua laus, & ab inuiti C tis expreſſa proponitur; ſi dubitauerit, fideli conſilio, ſi laborauerit, certo nobilitatis ſubſidio egebit. Noue autem illa dicta ſunt:

(ui errato nulla venia, recte facto exigua laus, ab inuitu expreſſa proponitur.) Errato enim, & recte facto dixit Græcorum more pro ἁμαρτήσαντι, καὶ καλῶς ποιήσαντι. vt Terentius in Hecyra. Iam ætate ea ſum, vt non ſiet peccato mihi ignoſci æquum. id eſt, vbi peccauero; & Quinctilianus lib. VI. Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi poſſet perducere, quo dicto flendum, ac iraſcendum eſſet, rarius fuit, id eſt, ὀ λέξαντος. vbi dixiſſet, libri tamen ve D teres, *Cum errato*, habent, quod doctis fortaſſe magis probetur: Cum autem ait.

Non dubitanti ſit. &c. non laboranti certum ſubſidiam nobil. &c.) Negatio cum verbo, non cum participijs iungenda eſt causam autem deſertæ nouitatis expreſſit in oratione de ſupplicijs his verbis: Videmus quanta ſit inuidia, quantoque in odio apud quoſdam nobiles nouorum hominum virtus & induſtria. ſi tantillum oculos deiecerint, præſto eſſe inſidias, ſi vllum locum aperuerint ſuſpicioni, aut crimini, accipiendum ſtatim vulnus, etiam illis ſemper vigilandum, ſemper laborandum videmus. Item: Hominum nobilium non fere E quiſquam nouorum hominum induſtriæ fauet; nullis ipſi officijs beneuolentiam nobilium allicere poſſunt, quaſi natura, & genere disiuncti ſint, ita diſſident ab illis animo, & voluntate. Eadem loquitur etiam Marius apud Saluſtium. mouet πάθος à conditione nouorum hominũ lumina huius orationis ſunt ἀντίθετα, & ὁμοίωσις. Huic deinde adiungit tertiam rationem difficultatis eius. quæ ſibi ſolicitudinem afferr. quia vituperatio ſui eſt in populum redundatura. locus argumenti eſt ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. nam ſi ipſe, qui accepit, reprehenditur; ergo & populus, qui dedit, qua ratione popularem venatur gratiam. inquit enim.

Si ſolus in diſcrimen aliquod adducerer, ferrem animo æquiore, ſed mihi videntur

dentur

certi homines ;) Nobiles ſcilicet,qui ſi quam in rem me non cõ- A
‑uenifſe, ſed caſu incidiſſe arbitrabuntur, vos vniuerſos,qui
maiorem dignitatem quam nobilib. habere volueritis,vitupe-
.inquit autem:

i modo conſilio,ſed caſu.) Exprimens,quod Græci ἀμάρτημα,καὶ
ημα. quorum illud ſuadente ratione peccare,hoc temere; illud
atione,hoc venia dignum.auctor Ariſt.in v. Ethic.& in 1.Rhet.
item ita natura comparatum, vt quorum erroris cauſam non
itas, ſed imprudentia ſuſtinet, homines miſericordia potius
odio proſequamur. Item: B

pſum eſſe.) Non progreſſum, vt ſi in aliquam turpitudinem in-
et,non animi vitio,& ſponte in eam deueniſſe, ſed per impru-
iam incidiſſe videretur.vt illud in Catilinam: *Denique me ita in
actabo,vt meminerim ſemper,quæ geſſerim,curẽq́, vt ea virtute, non ca-
ſu eſſe videantur.* Item in epiſtola ad Q. Metellũ: *Huius ego temeri-
i virtute, atq; animo non reſtitiſſem,quis eſſet,qui me in conſulatu,nõ caſu
u exiſtimaret, quã conſilio fortem fuiſſe?* Ipſe autem antelatum nobili-
ait,vt L. Catilinæ, P. Galbæ; L. Caſſio viris nobiliſſimis: auctor
ianus.ſic in vi. Philippica. *An ego nõ prouideam meis ciuibus, nõ dies,
eſq; de veſtra libertate,de reip.ſalute cogitem? quid n. non debeo vobis Qui-
i.quem à ſe ortum hominib.nobiliſſimis omnibus honorib prætulistis?* Ipſe C
em ita ſe geſturum conſulatũ profitetur,vt omnia potius mala ſi-
perpetienda exiſtimet, quam non ita gerat,vt in omnibus cõſilijs,
tiſq; ſuis factum cõſiliumq; populi R. in ſe Conſule creando pro-
tur. qui ſummus eſt beneuolentiæ locus: ex eorundẽ autem ver-
tum crebra vſurpatione iucunditas quæſita eſt. Extremo loco po-
t quartam rationem difficultatibus Conſulatus à ſe gerendi, quod
n eodem modo geſturus eſt conſulatum, atq; alij ante ſe conſules
cerunt. Illi enim,inquit,nimis optimatibus dediti huius loci adi-
m, id eſt, roſtra, vnde cum populo in foro agebatur, aut omnino D
tarunt,aut certe non admodum celebrarunt.

*Ego autem non ſolum hoc in loco dicam, vbi eſt id dictu facillimum,ſed in i-
ò ſenatu,in quo eſſe locus qui voci non videbatur, prima illa mea oratione K.
in.dixi,me popularem futurum eſſe conſulem.*) Quibus verbis ſummi o-
ator ingenij mire popul fibi beneuolentiam conciliat,& ſenſim ad
auſam accedit eſt autem intelligendum, iam inde à libera rep.
iſſenſionem fuiſſe inter ſenatum,& populum. conſules autem fere
enatum,tribunos pl.populum tutatos eſſe: itaq; in ſenatu vix quiſ-
uam inuentus eſt vnquam,qui ſe popularem appellaret, quod eſt
opuli partium ſtudioſum: Priſcianus lib v orationem autẽ ſuam
rimam intelligit eam,quæ præceſſit cauſam autem huius, popula- E
is ſtudij affert gratitudinẽ animi,vt reſpondeat magnitudini bene-
icij à populo accepti.neq; enim inquit,aliter facere debeo,cũ ſciam
me non à paucis potentib. ſed ab vniuerſo populo multis nobiliſſi-
mis hominibus conſulem eſſe prælatum, Me a.cum dixit,ſignifican-
ter dixit,i.e.nouum hominem tantum loco natum.opponit a. pau-
cos potentes vniuerſo populo; ſtudium,& gratiam iudicio eſt enim
honorificentius ab omnibus fieri,quam à paucis,& iudicio potius,
quam gratia.Quod autẽ vulgo legitur *Non eſſem popularis*; malim legi.
Non ſim popularis.& ſupra,magis placeret,nõ, *Facere poſſem*, ſed *poſſum*.
Sed mihi ad huiuſce verbi vim.) Accedit ad cauſam & ex hoc verbo

Digitized by Google

A *Populares.* arripit occaſionem demonſtrandi, quid interſit inter ſe, & Rullū, ac ſe quidem vere popularem eſſe, illum oſtētatione. Eſt ergo, inquit, mihi opus ad interpretationem huius verbi, popularis, ſapientia veſtra. nam magnus in eo error verſatur; quia ſunt quidam, qui cum populi commoda, & ſalutem oppugnent, oratione tamen ſe populares eſſe volunt. ex quo efficitur, popularis duplicem eſſe ſignificationem, vnum re eſſe popularem, alterum verbo. *Commoda a,* refert ad agros, & vectigalia, quibus populus à Rullo ſpoliabatur. *Salutem,* ad libertatem, & vitam, quæ inuecto tanto decemuiratum imperio in diſcrimen adducebantur. *Oratione* autem *Aſſequi* dixit.
B vt de Graccho in III. Tuſculana: Et quidem Gracchus cum largitiones maximas feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis defendebat ærarium.

Ego qualem Remp. K. Ian. acceperim:) Cum duo genera hominum popularium, qui re, & qui verbo populi commoda tueantur, ſe re popularem eſſe oſtendit, Rullum, & collegas eius verbo, idque hoc pacto. Re popularis ille eſt, qui pacem, ocium, libertatem reſtituere cupit; verbo, qui largitionem promulgat, quæ verbis oſtentari poteſt, re vera fieri niſi exhauſto ærario non poteſt. ego ocium, pacem, libertatem per Tribunos diſturbatam reſtituere cupio, ille largitionem
C periculoſam reip. inuehit, igitur ego re, ille verbo popularis. De ſe ipſo autem ita loquitur. Se rempub. à Tribunis pleb. Kal. Ian. accepiſſe perturbatam. propterea eo die dixiſſe in ſenatu ſe popularem in rep. conſulem futurum. Hanc autem perturbationem reip. auget primum à toto ad partes deſcendens. totum enim eſt illud.

Ego qualem Remp. acceperim.) Hoc ſpecies perturbationis ſequitur.

Plenam ſollicitudinis, plenam timoris.) Quorum cauſa ſtatim ſubiungitur.

D *In qua nihil erat mali; quod non boni metuerent, nihil aduerſi, quod non improbi expectarent.*) Inde partes horum malorum afferuntur;

Omnia turbulenta conſilia, contra hunc Reipub. ſtatum, & contra veſtrum ocium. & poſtea *ſublata erat de foro fides.* & rurſus. *noua dominationes, extraordinaria non imperia,* &c) vbi *Turbulenta conſilia* proprie de Tribunis pl. dicuntur, qui ſeditioſi etiam dicebantur. *Hunc* autem *Reipubl. ſtatum,* vel quem Cn. Pompeius Conſul reſtituta tribunicia poteſtate, & L. Aurelius Cotta Prætor communicatis plebi iudicijs intulerunt.

Veſtrum ocium) Vrbanam tranquillitatem, ſeditionibus ciuilibus vacuam, poſt Sullæ mortem, & bellum à Lepido illatum.

E *Nobis Conſulibus deſignatis.*) Tum cum Tribuni iam gerebant magiſtratum, quem IIII. Id. Decembris inierant.

Sublata erat de foro fides.) Hoc quid ſit, in ſuperioris orationis commentario dictum eſt. auget autem huius rei perniciem à cauſis, vnde ſublata erat, non enim ictu nouæ calamitatis, vt belli, cuius offenſione vectigalia exigi non poſſent: ſed ſuſpicione nouæ calamitatis, forte ciuilis, perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum. Verum *Calamitatis,* cum dixit, rem à grandine, quæ repentina calamos ſegetis infringere ſolet, tranſtulit.

Perturbationem iudiciorum, & infirmationem rerum iudicatarum intellexit.) Cum aut Prætores ius non dicunt creditoribus, aut eorum iu-

dicium

infirmaturab alio magiſtratu. quæ incommoda in perturbata A ccidere ſolent, vel externo bello, vel ciuili. externo vt Punico II: us lib. XXII. Statum quoq; ciuitatis ea victoria mouit, vt iam in- aud ſecus quam in pace res inter ſe contraheie vendendo, e- ı do, mutuum dando argentum, creditumq; ſoluendo auderent. ili: vt Sullanis temporibus, cum Sempronius Aſellio Prætor, d ius diceret creditoribus, eſt interfectus.

Noua dominationis.) Decemuiros intelligit, de quibus, cum impe- prope regio creandis Rullus promulgauerat; quod imperium orie *Regna* vocat, qua voce nulla libero populo grauior fuit, à ſemel reges expulſi fuerant. Hæc autem cauſam ſibi attuliſſe B vt in ſenatu dixerit, ſe popularem Conſulem futurum. *Quæ cum* inquit, *Non ſolum ſuſpicarer*; nimirum impendentia, *Sed plane cer- em*, iam inſtantia ratio.

Neque enim obſcure gerebantur.) Quo modo dixit etiam ad Lentu- m: Quæ cum viderem, neq; enim erant obſcura. & pro Sextio Hæc o cum viderem, neq; enim erant occulta. & pro Cteſiphonte De- oſthenes: ταῦτα δὲ ὁρῶν ὁ φίλιππ☉. οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ. hæc inquã m viderem, dixi K. Ian. *In ſenatu*, in oratione priore, cuius magna ars deſideratur.

In hoc magiſtratu me popularem conſulem futurum) Hanc deinde C onclusionem probat ita. Qui pacem, libertatem, & ocium defendit, t popularis. ego id facio, ergo popularis. propoſitio deinde ita con- irmatur. Qui defendit res populares, eſt popularis. Pax, libertas, o- cium res ſunt populares, ergo qui ea defendit, eſt popularis. Quare cum ait.

Quid eſt enim tam populare, quam pax, &c.) Aſſumptionem affert al- terius argumentationis, eamq; interrogatione illuſtrat. pacem autẽ popularem eſſe probat ſigno, quod non ſolum res animatæ, ſed etiã inanimatæ, pace lætentur. gradum autem fecit à rebus ſentiendi D vim habentibus ad tecta, agroſq; ſenſu carentes, ὑπερβολικῶς. vt etiam pro Marcello: Parietes medius fidius gratias tibi C. Cæſar a- gere geſtiunt quibus verbis exprimitur illa, de qua ſcribit Hermoge- nes, orationis γλυκύτης. libertatem item popularem eſſe, quod eam non homines ſolum, ſed etiam beſtiæ experant. hic eſt autem locus Ariſtotelis in primo Rhet. Bonum illud eſt, quod omnia expetunt, q̃ aut ſenſu, aut mẽte prędita ſunt, ἢ πάντα τὰ αἴσθησιν ἔχοντα, ἢ νοῦν. De beſtijs libertatem cupientibus ſic Cicero lib. 5. de finibus Beſtiæ, quas delectationis cauſa concludimus, cum copioſius alantur, quã ſi eſſent liberæ, non facile tamen patiuntur ſeſe contineri. Ocium E deniq; populare eſſe probat à iudicio Quiritum, & maiorum ſuorũ, qui ſemper in negotijs maximis verſandum eſſe duxerunt, vt ali- quando tandem in ocio eſſe poſſent. Idem autem locus eſt Ariſtote- lis. ocium enim optabile eſt, quia finis eſt negotij, vt pax belli, eodẽ auctore lib. 10. Ethicorum. non enim bellum ipſum per ſe optatur, niſi à ſceleratis, ſed vt in pace ſimus vnde ipſe etiam dixit in primo de officijs: Suſcipienda bella ſunt, vt in pace ſine iniuria viuatur. æ- quum eſt autem animaduertere ſignorum gradus, quibus vſus eſt, nam ab inanimatis ad ea quæ ſenſu vtuntur, ab his rationem haben- tia, à rationẽ habẽtibus, id eſt, ab hominib. ad Romanos peruenit.

A ocium autem omne iucundiſſimum eſſe iudicat, ſed maxime in imperio, & dignitate. nam eſt etiam ocium cum ſeruitute coniunctum. de quo M. Æmilius apud Saluſtium: *Quæ ſi vobis Quirites, pax, & concordia intelliguntur, maxima turbamenta reip. atq; exitia, probate; annuite legibus impoſitis, accipite ocium cum ſeruitio, & tradite exemplum poſteris ad populum R. ſui met ſanguinis mercede circumuenientendum.* Itaq; gratias etiam agendas maioribus ſuis cenſet, quod eorum labore factum ſit, vt impune, id eſt, ſine reprehenſione quieſcere, ac frui illorum laboribus poſſint. Affert deinde concluſionem prioris argumentationis cum aſſumptione eiuſdem. Concluſio:

B *Quare qui poſſum eſſe non popularis.* aſſumptio: *Cum videam pacem, libertatem, ocium, & omnia, quæ vobis cara, atque ampla ſunt, in fidem, & patrocinium.* Opponit autem pacem externam bello, libertatem ſeruitio, ocium inteſtinis ſeditionibus. De libertate propria Romanorum, idem in 3. Philip. Aliquando per Deos immortales P.C. patrium animum, virtutemq; capiamus, aut libertatem propriam Romani generis, ac nominis recuperemus. & vt. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt; populi R. eſt propria libertas. *Cara* autem intelligit, vt liberos; *Ampla*, vt dignitatem.

Neq; enim Quirites, illud vobis iucundum, aut populare debet videri, largi-
C *tio aliqua.*) Nunc oſtendit Rullum non eſſe popularem, ita: Qui largitionem promulgant, quæ verbis tantum oſtentetur, re vera fieri niſi exhauſto ærario non poſſit; qui iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, reſtitutionem damnatorum afferunt, qui agros populo R. ſpecie ſimulationis oſtentant, obſcure autem aliud moliuntur, ij non ſunt populares exiſtimandi. hoc facit Rullus cum collegis. ergo non populares. Largitionem autem promulgatam intelligit, legem Rulli agrariam, qua agros plebi largiebatur, conſtat enim, promulgare eſſe trinundino ad populum de ſua lege dicere. & cum ait.

D *Niſi exhauſto ærario*) Fundamentum iacit eius loci, quo eſt vſurus ἀπὸ τῶν βλαβερῶν. lex pernicioſa eſt ærario, quia exhaurit ærarium. *Oſtentari* autem dixit, ad Rulli vanitatem, & iactationem demonſtrandam.

Iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, damnatorum reſtitutionem inquit.) Quia vt ſupra dixi. tribuni pl. alij de proſcriptorum filiis tulerant, alij de C. Rabirio perduellione. quibus legibus latis iudicia ſuperiora conuellebantur. Alij de Autronio, & Sylla ambitus damnatis, vt in integrum reſtituerentur quam autem exitiales hę leges ſint, probat inde, quod perditis temporibus ciuitates afflictę nul-
E la alia grauiora his incommoda perpeti poſſunt. ſic enim dixit in oratione de ſupplicijs: Perditæ ciuitates deſperatis omnibus rebus hos ſolent exitus exitiales habere. vt damnati in integrum reſtituantur, vincti ſoluantur, exules reducantur, res iudicatæ reſcindantur, quæ cum accidunt, nemo eſt quin intelligat, ruere illam remp. notanda eſt præterea in his verbis παρήχησις. quæ venuſtas eſt orationis poſita in duobus vel pluribus verbis voce ſimilibus, ſignificatione diſſimilibus. qualia ſunt.

Extremi exitiorum eſſe exitus.) Ait præterea Rullum, ac collegas agros populo polliceri, aliud obſcure moliri, aliud ſpe, ac ſpecie ſimulationis oſtentare, id eſt, obſcure ſua commoda quærere, ſpecie

& palam,

ım publica. Quod autem Cicero dixit, *ſpecie ſimulationis*, Liuius A *ub umbra.* vt illud; *Si nunc etiam ſub vmbra fœderis æqui ſeruitutem ſſumus.*

m vere dicam Quirites, genus ipſum legis agrariæ vituperare non poſ-
Quia eos populares eſſe negauerat, qui agros populo oſtenta- ne totum genus agrariæ legis reprehendere videretur, quæ lex ne ſemper popularis habita eſt, vtitur προλήψει. qua ſe negat ı legis agrariæ genus vituperare, quippe quæ à Gracchis maxi- ›pularibus hominibus lata ſit. *Vere* autem *dicam* cum inquit, ἐπὶ ἦθος βεβαιωσιν. vt ait Hermogenes. Cæterum Ti. & C. B hi fratres tribuni pl legem antiquam Liciniam retulerunt, ne lus quam quinquaginta agri iugera poſſideret; ſi quis agrum produceret, vt Triumuiri iudicarent, qua publicus ager eſſet, riuatus. quibus legibus cum in optimatium odium incurriſ- ımbo intra decem annos interfecti ſunt, ille P. Mucio, hic L.O- Cos. vnde Cicero in Sextiana: Ti. Gracchus legem ferebat a- m, grata res erat populo, nitebantur contra optimates, quod ea diam excitari videbant & cum locupletes poſſeſſionibus diu- mouerentur, ſpoliari remp. propugnatoribus arbitrabantur. ıt autem eos à ſplendore rerum actarum, ab eloquentia, qua v- C ſed maxime Caius valuit, ab amore, quo plebem Romanam, etiam cauſa perierunt, complexi ſunt. Blandituŕq; hac laude : populo, cuius maxime auribus erat inſeruiendum. Quod au- os ait.

em in agris publicis conſtituiſſe, qui agri à priuatis antea poſſidebantur.) :ſt cum agri, qui pulſis hoſtibus publici eſſe debebant, à paucis natibus exacta plebe poſſiderentur, lege Sempronia lata hoc R. commodum cepit, vt attributis quingentis cuiq; iugeribus, à in agrorum publicorum partem veniret. immoratur deinde ıdandis Gracchis, quod id populo gratiſſimum eſſe intellige- D :um ſe diſſimilem eſſe aliorum conſulum inquit, qui nefas eſſe unt, Gracchos laudare non quod non & Conſules multi è ple- ent, vt Gracchi fuerant, ſed quod Conſulatus, qui patricius erat ſtratus, plebeios etiam ad optimatium ſtudia incitabat. ratio n laudis à commodis petita eſt, quæ ab iis in remp. ſunt impor- inquit enim.

rum conſiliis, ſapientia, legibus, multas eſſe video reip. partes conſtitutas) . autem multæ leges à Gracchis latæ ſint, & maxime à Caio, dif- eſt intellectu, quibus potiſſimum multas reip. partes conſtitu- icat. forte autem intellexit eam, de qua pro Rabirio ſcripſit; C. E chus legem tulit, ne de capite ciuium R. iniuſſu populi iudicare- & illam, de qua pro domo: C. Gracchus prouincias conſulares modo non abſtulit à ſenatu, ſed vt neceſſe eſſet quotannis con- i per ſenatū, tulit. & illam, de qua in Cluentiana: ne quis coeat, ıblico iudicio condemnet quenquam, quæ magis ę rep. fuiſſe vi- r, quam aut agraria, aut frumentaria, aut iudiciarię ab eodem la- le quibus Appianus & Plutarchus. mutilus autem eſt locus yna acta dictione, *Ingenioſiſſimos*, quod operarum incuria factum cre- m legendum ſit: *Clariſſimos, ingenioſiſſimos, amantiſſimos.*

aq; vt initio mihi deſignato) Iam audacius ad cauſam aggreditur, vt

A Seruiliam legem agrariam improbet: ante tamen quaſi narrationem quandam proponit, in qua multas inſidiarum ſuſpiciones aſpergit, quibus probet Tribunos pl. hanc legem ad ſua, non ad populi commoda promulgaſſe, quod ſe Conſulem, cum in eorum ſermonem ſe familiariter inſinuaret, celarent atq; excluderent, quod ſe legis auctorem futurum, ſi vtilis eſſet, profitentem aſpernarentur; quod etiam inter ſe conuenirent; priuatos quoſdam ad cœtus nocturnos adhiberent; quod Rullus, inito magiſtratu, nulla propoſita lege, concione aduocata, de lege tam obſcure dixerit, vt nemo inuentus ſit, qui, quid diceret, intellexerit; inquit igitur: *Mihi deſignato conſuli nunciabatur tri-*
B *bunos pl. deſignatos legem agrariam conſcribere, cupiebam, quid cogitarent, cognoſcere.* Recte: Conſules enim creabantur fere ante K. Sextil. niſi propter interceſſiones, aut obnunciationes aliquas comitia differrentur: hoc autem ipſe oſtendit lib. 1. ad Att. Cum comitia, quibus Afranius Conſul creatus eſt, edicta ad VI K. Sext. ait: ex eo autem die, quo creati erant, quouſq; inirent, deſignati dicebantur: quod idem de tribunis pl intelligendum eſt, qui eodem menſe Iulio ante Conſules creabantur, vt idem indicat in 1. epiſt. ad Att. In campo, inquit, comitiis tribuniciis ad XVI K. Sext. Eorum autem, qui hoc anno tribuni pl. fuerunt, niſi quinque inuenire nomina potui. P. Seruilium Rullum,
C L. Beſtiam, L. Cæcilium, T. Labienum, T. Ampium: auctores Saluſtius, Plutarchus, Velleius, Cicero pro Sylla, pro Rabirio, Suetonius, Dio, Appianus. Rationem deinde ſuæ huius cupiditatis honeſtam hanc affert: vt vna cum tribunis pl. hoc anno remp. bene adminiſtraret, cōtra quam cæteri feciſſent conſules, quibus perpetua fere cum tribunis contentio fuit: affert deinde primam inſidiarum tribuniciarum ſuſpicionem.

Cum me familiariter, inquit, *in eorum ſermonem inſinuarem ac darem, celabar, atq; excludebar*) Quibus verbis ſe probum, prudentē & amicum pl. R. probat, tribunorum contra animos occulta maleuolentia ſuf-
D fuſos, atq; inſidioſas actiones ſignificat: morata autem hęc oratio eſt, quippe quæ mores, id eſt, ſenſus & ſuos & aliorum exprimat. Adiungit deinde ſecundam,

Et cum oſtenderem, ſi lex vtilis plebi R. mihi videretur, auctorem me, atq; adiutorem futurum, tamen aſpernabantur hanc liberalitatem meam) Quibus verbis ſuſpicioſam etiam magis eorum legem facit, cuius auctorem, & adiutorem Conſulem ſint aſpernati: qui autem legem ferebant, ij ſibi multos ſumma auctoritate viros adiungebant, qui legem ſuaderent: ex iis, qui primas tenebat, auctor legis dicebatur: reliqui adiutores, Cicero de Legib. III. Iſti rationi neq; lator eſt inuentus, nec
E auctor vnquam bonus. Item: Caſſiæ legis culpam Scipio tuus ſuſtinet, quo auctore lata eſſe dicitur: cur autem ſe aſpernarentur, ſubiicit.

Negabant, inquit, *me adduci poſſe, vt vllam largitionem probarem.*) Quare à morata oratione non diſcedens, deinde concludit.

Finem feci offerendi mei, ne forte mea ſedulitas) *in ſuſpicionem incideret vel inſidiarum, vel impudentiæ.* Siquidem vt ait Ariſt. pudorem affert τὸ περὶ αὐτοῦ λέγειν καὶ ἐπαγγέλλεσθαι: id eſt, de ſe ipſo prædicare, ac polliceri: ſequitur deinceps tertia inſidiarum ſuſpicio.

Interea non deſiſtebant clam inter ſe conuenire, priuatos quoſdam adhibere,

ad ſuos

ctus occultos noctem adiungere, & ſolitudinem.) Quam deinde con- A
ietu ciuitatis, metum ſolicitudine plebis Romanæ, qua per
affecta eſt, vt in extremo: Quæ nobis conſulibus deſignatis
is, ea ne accidere poſſent, meo conſilio prouiſa ſunt. Huic
idiungatur ſuſpicio, quod cum iniſſent magiſtratum tribuni,
opoſita lege, Rullus concione aduocata neſcio quid de lege
ſſime dixerit.

ineunt tandem, inquit, *magiſtratus tribuni pl.*) Nimirum IV. Id.
illud autem *tandem*, refertur ad cupiditatē conſulis, vt paulo
quando tandem me deſignato, lex in publicum proponitur. Et illud
num: *Veniſti tandem.* Deinde: B

expectata P. Rull.) Id eſt, expectatur à me concio P. Rulli: præ-
m breuitatis cauſa loquitur, vt cupiditatem ſuam proportio-
orationis oſtendat. Cur autem maxime P. Rulli?

& princeps erat agraria legis, & truculentius ſe gerebat, quam cæteri)
ulti legem ferant, is cuius nomine lex appellatur, princeps
atur: truculente autem ſe gerere, eſt vultu, voce, inceſſu, &
poris habitu, atque cultu honorem præ ſe ferre; itaque ita.

eſignatus alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur.) Id
tum cum deſignatus erat, vultum triſtiorē quam antea com- C
t, vocem grauiorem, inceſſum tumidiorem, & faſtus plenio-
Cicero de Antoniis: Ora vobis eorum P.C ponite ante ocu-
axime Antoniorum inceſſum, aſpectum, vultum, ſpiritum, &

u obſoletiore.) Vt de Piſone in Sextiana: Veſtitus aſper noſtra
pura plebeia, ac pene fuſca. tali enim veſtitu etiam ſuperbi v-
vnde Ælianus lib 9. *Diogenes*, inquit, *cum veniſſet Olympiam, &*
quoſdam adoleſcentes precioſis, magnificuq́ veſtibus amictos videret, ri-
ſit, hoc nihil eſt præter faſtū. deinde cū incideret in Lacedæmonios lace-
entibusq́ tunicis indutos, hac, inquit, longe alia eſt ſuperbia. adiungit. D
e inculto, & horrido.) Egregie: nam qui interiore animo alicui
ent, corporis colendi curam abiicere ſolent, vnde horor profi-
: vt Cicero de Piſone philoſopho: Quia ſubhorridum, atque
ni videbant. corporis autem inculti partes ſunt, Capilli, &
nagnitudo, vnde adiicit.

atior, quam antea, barbaq́ maiore) Etenim ante Scipionem om-
nquit Plinius, barbā gerebant, vnde cognomina illa orta ſunt,
is, Barbula, Ahenobarbus. primus Scipio Æmilianus quotidie
tituit: ętate autem Ciceronis iuuenes barbam ferebant, ſenio-
ebant, niſi in luctu, aut alia eiuſmodi ægritudine. Rullus au- E
antiquos illos tribunos pl. referret, à quibus vis ipſa tribunicia
ata eſt, barba, & capillo vti maiore cœperat.

ulu, inquit, *& aſpectu denunciare omnibus vim tribuniciam, & mini-*
videntur.) Recte nam oculi intenti ſeueritatem, volucres le-
n indicant. *Vim* autem *tribuniciam*, poteſtatem tribunorum in-
t, cum in iubendo, tum in intercedendo ſummam, quam in
na ſpiritus tribunicios, & in philippicis odioſo nomine, furo-
ibunicium appellauit. *Minitari*, autem, reip. dixit, pro optima-
quo verbo, ne populum offenderet, abſtinuit. Hac autem Rul-
riptione, qua nihil eſſe ad odium in eum incitandum accom-

 moda-

A modatius potuit cum inſtitutam ſententiam interrupiſſet, poſt per ἐπανάληψιν ad eam redit.

Et legem hominis, inquit, *concionemq́ expectabam.*) Hominem autem intelligit Rullum. ſic enim dixerat: *Concio expectata P. Rulli* pergit.

Lex initio nulla proponitur, concionem in primis aduocari iubet.) Quibus verbis Rulli actionem ſuſpicioſam facit, quod concionem ante aduocauit, quam legem propoſuerit. Eſt autem proponere legem idem, ac promulgare. quanquam Cicero lib. 3. de Legib. aliud eſſe promulgare, ac proponere videtur ſignificare, cum ſcribit: *Promulgata, propoſita, in ærario cognita agunto.* quaſi vero promulgare ſit quocunq; modo
B legem ſiue voce, ſiue ſcripto in vulgus edere, proponere ſit ſcriptam publice cognoſcendam, ac deſcribendam exhibere.

Concionem in primis aduocari iubet) Id eſt, plebis concilium. neq; enim tribuni patricios aduocabant.

Summa expectatione concurritur.) Scilicet à plebe, cuius res agebatur. Hæc autem διάλυτα breuitati ſeruiunt, & celeritati.

Orationem explicat ſane longam, & verbis valde bonis.) Quanquam laudare videtur orationem Rulli, non laudat tamen nam nec longitudo orationis, nec bonitas verborum ſumma in laude ponenda ſunt, ſi ſola ſunt. nam, vt ait Hermogenes, οὐχ ὅσα ἂν εὕρωμεν, ἐροῦμεν, ἀλλ' ὅσα
C ἂν κρίνωμεν εἶναι λεκτέα. & Cic. III de Orat dixit: Etiam hoc, quod vulgo de oratoribus ab imperitis dici ſolet; bonis is verbis, aut aliquis non bonis vtitur, non arte quadam perpenditur, ſed quaſi naturali ſenſu iudicatur. Vbi autem laudauit, vitium affert omnium maximum, obſcuritatem.

Vnum erat, inquit, *quod mihi vitioſum videbatur, quod tanta ex frequentia inueniri nemo potuit, qui intelligere poſſet, quid diceret.*) Cum riſu autem, inquit, *mihi videbatur*, quaſi vero obſcuritas non omnium iudicio reprehendatur. eodem modo exagitauit Antonium in III. Philip. *Sen-*
D *tentiolas*, inquit, *edicti cuiuſdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare. ego autem qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminē inueni.* Deinde ſuſpectam hanc obſcuritatis affectationem facit, cum ait.

Hoc ille vtrum inſidiarum cauſa fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, neſcio.) Quibus verbis in odium eum rapit, & in contemptum. ſi fecit inſidiarum cauſa, odio habendus eſt, ſi delectatur obſcuro genere dicendi, contemnendus eſt. dubitatione autem, quæ morati ſermonis eſt, ſententiam illuſtrauit addit.

Tamen ſi qui acutiores in concione ſteterant, de lege agraria neſcio quid voluiſſe eum dicere ſuſpicabantur) Cuius loci artificium his verbis explicat
E Quinctilianus: *Eadem fere eſt ratio minuendi. nam totidem ſunt aſcendentibus, quot deſcendentibus gradus.* Ideoq; vno ero exemplo contentus eius loci, quo Cicero de oratione Rulli hoc dicit: *Tamen ſi qui acutiores*, &c. quod ſi ad intellectum referas, minutio eſt, ſi ad obſcuritatem incrementum. extremo loco hanc narrationem concludit.

Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur. concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt.) Diligentiam autem cupiditati ſuæ congruentem indicat, qui ſtatim plures librarios ad legem deſcribendam miſerit. Librarij enim erant ſcriptores librorum, quorum opera in legibus etiam deſcribendis, & orationibus excipiendis Romanos vſos eſſe ſatis conſtat.

Omni

hoc vobis ratione confirmare poſſum.) Hactenus narratio, aut nar-
s cuiuſdam imago. Deinceps ſequitur propoſitio, qua ſe pro-
m pollicetur, hanc legem iniquam eſſe, ac pernicioſam. ante
popularem gratiam aucupans præmittit, ſe eo animo ad hãc A
legendam, & cognoſcendam veniſſe, vt ſi vtilis eſſet popula
eius auctor, & adiutor eſſet. & quia vix credibile videbatur,
ılem tribuniciæ legis auctorem futurum, id probat quia Con-
s, inquit, non eſt per ſe inimicus tribunatui, ſed, vt aiunt phi-
ıi, per accidens; quia ſæpe malis tribunis boni conſules obſti-
t, & malis conſulibus boni tribuni. quod vitium non eſt pote-
ed eorum, qui poteſtate abutuntur. Quod autem dixit: B
enim natura, neq; diſſidio, neque odio penitus inſito bellum neſcio quod, ſuſceptum conſulatus cum tribunatu.) Significandæ magis rei cauſ-
ı verba idem valentia vſurpauit, Naturam, diſſidium, odium.
um natura tanquam genus eſt, diſſidium quaſi ſpecies. & tan-
ı efficiens cauſſa odij. ſiquidem odium eſt incredibilis quæ-
animorum diſiunctio. quod autem dixit, *bellum neſcio quod*, apte
uit duriuſculum verbum belli. nam, Neſcio quis alio loco ad-
emptum dicitur. vt in Sextiana: Interceſſit Ligus iſte neſcio
additamentum inimicorum meorum. ſciendum eſt autem hæc
atius à Cicerone dici, quàm verius ſiquidem tribunatum plebs C
vete contra impotentiam conſulatus ſibi comparauit, vnde ma-
a tribunis pleb. vis intercedendi ſemper fuit, atque vt conſula-
pro optimatibus, ſic tribunatus pro plebe ſtetit. inter optimates
em & plebem ſemper diſſenſio fuit. hæc autem ita nota ſunt, vt
toritate egere non videantur. ſignificat autem hoc ſignum facile
ui poſſe, ſi quis dicat, conſulatus naturali odio diſſentit à Tribu-
:u, quia perſæpe ſeditioſis, atque improbis tribunis pleb. boni, &
tes conſules obſtiterunt, & quia vis tribunicia nonnunquam li-
lini reſtitit conſulari. quo loco ſeditioſos, & improbos tribunos, D
bonos, ac fortes conſules dixit. recte. probitas enim & improbi-
s voluntatis ſunt, ſeditio, & fortitudo actionis. nam de republica
:ne, aut male ſentire probitatis eſt, aut improbitatis. rempubl. be-
:, aut male gerere fortitudinis, ac ſeditionis. Itaque bonos impro-
is oppoſuit; fortes ſeditioſis. conſules autem tribunis reſtiterunt,
t L. Opimius Graccho, C. Marius Saturnino, L. Philippus Druſo.
ibuni conſulibus, vt ij, qui pronunciarunt, ni Cn. Iulius, L. Quin-
tius cos ſenatui dicto audientes eſſent, eos ſe in vincula duci iuſſu-
os. vt ſcribit Liuius lib. 5. ornandæ porro rei gratia virtutes, & vitia
to ijs, in quibus illa ſunt ponit; cum ait: E

Vis tribunicia nonnunquam libidini reſtitit conſulari.) Vt in Miloniana: Inſidiator ſuperatus, vi victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt. Tribuni autem pl. iam inde à L. Quinctio, C. Iulio Mentone cos. poteſtatem nacti ſunt conſules etiam in carcerem ire iubendi vt docet Liuius lib. 4. cum autem hac digreſſione de conſulatus & tribunatus diſſidio inſtitutam orationem interrupiſſet, per ἐπανάληψιν repetit, quod reliquerat. ſunt autem ad ἐπανάληψιν hæ voces accommodatæ, Itaque, Igitur, Inquam. Quare ait:

Itaque hoc animo legem ſumpſi in manus, vt eam cuperem eſſe aptam veſtris commodis, & eiuſmodi, quam conſul re, non oratione popularis & honeſte,

A *honeſte, & libenter poſſet defendere.*) Quam ſententiam repetit, quia ad beneuolentiam populi nihil ea accommodarius eſſe intelligebat. *Honeſte*, autem dixit, habita ratione dignitatis conſularis, *Libenter*, habita ratione voluntatis; neque enim omnibus in rebus, quæ vtiles plebi ſint, aſſentire velle Conſul debet. Contra autem, quam cupiit, ſe inueniſſe ait.

Atqui ego à primo capite legis vſq; ad extremum reperio Quirites, inquit, *nihil aliud actum, niſi vti decem &c. Nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum*) Plura autem fuiſſe legis capita oſtendit ipſe lib. III. ad Att. *Veterum*, inquit, *tribunorum pl. rogatio tria capita habebat*, & hoc loco cum B Seruiliæ legis XL. etiam caput afferat in ſequenti oratione. Hoc autem totum miris modis amplificat; inquit enim.

Nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum.) Incremento vtens. nam cogitare minus eſt, quam ſuſcipere, ſuſcipere, quam agere. ſic in Catilinam: Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas. ſcire enim quid agat Catilina magnum, quid moliatur, maius, quid cogitet, longe maximum eſt. & in Cluentiana: Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab inuito filio voluerit, optauerit, cogitauerit. Hoc autem incrementum ornamentum eſt ἐπαναφορᾷ, ὁμοιοτελεύτῳ, ἀσυνδέτῳ. eodem autem incremento vtitur, C cum ſubdit.

Niſi vti decem reges ærarij, vectigalium, prouinciarum omnium, totius reip. conſtituerentur.) Nam præter amplificationem, quæ eſt in voce *reges*; incremento etiam à partibus ad totum aſcendit; ab ærario ad vectigalia, ab his ad omnes prouincias, ab his ad totam remp. *Ærarij* autem dixit. nam infra inquit: *Sumptum haurit ex ærario.* Item: *Irrumpunt in ærarium.* & *Vectigalium*, quia vectigalia latius patent, quam ærarium. ſic infra: *Imperat, vt decemuiri veſtra vectigalia vendant nominatim Prouinciarum* autem *omnium* cum dixit, oratorie potius, quam vere dixit. non enim omnes prouinciæ populi R. decemuirum poteſtati hac le-D ge permiſſæ. extremo dixit, *Totam remp.* quippe quæ hæc omnia vno complexu comprehendat. Iiſdem fere verbis hanc poteſtatem expreſſit Plutarchus in Cicerone. χρήματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ταμείου, πωλεῖν τὰ δημόσια, πάσης μὲν Ἰταλίας, πάσης δὲ Συρίας, καὶ ὅσα διὰ Πομπηΐου. νέωσι προσώρισαν κυρίους ὄντας. & in eodem incremento perſtans addit.

Regnorum, liberorum populorum, orbis deniq; terrarum domini.) Regnum autem Ægyptum intellexit, & augendi cauſa vſus eſt numero multitudinis, vt ſæpe fieri docet Ariſtoteles. Liberos populos appellat, qui E neq; regibus parent, neq; in prouinciæ formam à populo R. redacti ſunt, ſed æquo fœdere cum populo R. iuncti ſunt, quæ duo complexus eſt hac voce *Orbis terrarum*, elatorie potius, quam apte ad fidem veritatis expreſſa; & addit.

Legis agrariæ ſimulatione, atq; nomine.) Quomodo dixit in Piſonem: *Multi cupidiores prouinciæ triumphi nomine tegunt, ac velant cupiditē ſuam.* Deinde vt maiorem inuidiam, & odium in latores legis accenderet, eandem fere ſententiam maiorē etiam cum animi fiducia repetit. quare iniquitatem & perniciem reip. quæ hac lege continentur, qui huius cauſæ ſtatus eſt, proponit, & ſic inquit.

Confirmo Quirites, hac lege agraria pulchra, atq; populari dari vobis nihil condo-

ıri certis hominibus omnia.)Quo loco εἰρωνικῶς legem pulchram, A
ularē vocat, turpem, & pernicioſam, quippe qua omnia com-
deeemuiris parentur, nulla plebi. hoc enim tanquam totum
lam proponit. adijcit partes:

ntari populo R. agros, eripi etiam libertatem, priuatorum pecunias au-
ıblicas exhauriri.) Opponit autem inter ſe oſtentare, & eripe-
os & libertatem. & Vobis, inquit, agri non dantur, deeemuiris
ıatus in populum R. comparatur, illorum peeuniæ augentur,
i R. exhautiuntur. Libertatis autem meminit, quod finis ſit
ıris reip. Cum autem peeuniæ priuatæ augentur, publieæ ex-
ıntur, tum conſtat miſerabilem prope eius reip. eſſe conditio- B
quod etiam Demoſthenes in Philippicis Athenis factum que-
ontra autem Horatius prius ſæculum laudans, dixit:

-Priuatus illis

Cenſus erat breuis, commune magnum.

æc quidem perniciem continent, illud quod ſequitur indigni-
ıiquitatem.

tribunum pl. quem maiores præſidem libertatis, & cuſtodem eſſe volue-
ʒes in ciuitate conſtitui.) Præclare. Etenim cum plebs R. impa-
ıe vti in rep putaret, atq; exactis regibus paueis tamen patri- C
nes quos conſulatus; ae tota reſp. eſſet, ſeruire, ſeceſſione fa-
ɔunatum pl conſtituit, qui libertatem ſuam defenderet. hoc
ıdigniſſimum eſt, vt is magiſtratus, eui libertatis cuſtodia tra-
t, libertatem oppugnet atq; etiam inter res miſerabiles nume-
ſtoteles, ὅθεν προσῆκεν ἀγαθόν τι πράξαι, κακόν τι συμβῆναι.
uo loeo concludit propoſitionem ita:

: cum expoſuero, ſi falſa vobis videbuntur eſſe, ſequar auctoritatem ve-
ıutabo ſententiam meam.) Vtitur autem dilemmate tali. ſi quæ
ılſa erunt, parebo vobis, ſi vera, vos mihi parere debetis. quod
ıcere deberet, vt grauius eſſet in oratione pondus, dixit: D

nſidias fieri libertati veſtræ ſimulatione largitionis intelligetis; nolitote
e plurimo ſudore, & ſanguine maiorum veſtrorum partam, vobisq; tra-
ıbertatem nullo veſtro labore conſule adiutore defendere.) Quibus
admonet populum, vt nullo ſuo labore libertatem ſuam de-
, quæ à maioribus parta ſit, & quidē plurimo ſanguine, & ſu-
Etenim inter res honeſtas numeratur, quæ à maioribus acce-
retinere. opponit autem populum, qui nunc eſt, maioribus e-
urimo ſudore & ſanguine parere, nullo ſuo labore defendere.
o porro *ſudore, & ſanguine* cum dixit, ab Ennio mutuatus eſt, qui E
: Salmacida ſpolia ſine ſanguine, & ſudore. Et, *Nullo* quidem
ore, quia conſule, non tribuno pl. adiutore, euius maior pote-
, quàm tribuni. *Conſule* autem *adiutore*, non me adiutore. nam
ior eſt in nomine magiſtratus. vtrumq; autem complexus eſt
us apud Saluſtium: Quæ ſi probatis, adeſte Quirites, & bene
tibus dijs M. Æmilium Conſulem ducem, & auctorem ſequi-
d recipiendam libertatem. loci hi ſunt. ἀπὸ τοῦ καλοῦ, ἀπὸ τοῦ
ἐθνους, ἀπὸ τοῦ ῥᾳδίου.

num caput eſt legis Agrariæ.) Aggreditur ſingula legis capita re-
ndere, eaq;, vt pollicitus eſt, iniqua, ac pernicioſa oſtendere.

Legis

A Legis autem huius partes quatuor fuerant. vna de decemuiris, altera de pecunia conficienda, tertia de agris emendis, quarta de colonijs deducendis. De decemuiris autem tria quærebantur, quomodo crearentur, qua poteſtate afficerentur, quomodo ornarentur. Primum autem caput erat de creandis. Quod cum conſulis iuſſu præco recitaſſet; tum conſul ita ſubſecutus eſt.

Primum caput eſt legis Agrariæ; quo, vt illi putant tentamini leuiter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſſitis.) Quibus verbis ſtatuit iniquum ipſum eſſe, quod libertatem diminuat populi Ro. ſic enim inquit:

B *Iubet enim tribunum pl. qui eam legem.* Scilicet de creandis decemuiris, *tulerit, creare decemuiros per tribus decem, & ſeptem, vt quem nouem tribus fecerint, is decemuir eſt.*) Hoc ergo iniquum eſſe probat, quia partem populi R. ſuffragio priuat. id autem iniquum eſſe, quia nouum, & nunquam antea factum. vt curatores legibus agrarijs, per partem populi crearentur.

Toties enim. Inquit, *legibus agrarijs curatores conſtituti ſunt, triumuiri, quinqueuiri; decemuiri.*) Triumuiri quidem, & Quinqueuiri, Nepeſino, & Pontino agro diuidendo, auctore Liuio lib. 6. Decemuiri Liguſtico, & Gallico, teſte eodem lib. 42.

C *Quæro ecquando niſi per 35. tribus creati ſunt?*) Id eſt tributis comitijs ab vniuerſo populo. Hoc autem ita fieri æquum eſſe probat.

Nam cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab vniuerſo pop. R. proficiſci conuenit, tum maxime eas profecto, quæ ad populi fructum conſtituuntur.) Cũ poteſtate autem dicebantur eſſe, auctore Feſto, qui à populo alicui negotio præficiebantur, cum imperio, quibus à populo nominatim mandatum erat imperium. *Curatores*, qui extra ordinem vni rei curãdæ præpoſiti erant, vt vijs, & annonę. Sequitur huius æquitatis ratio:

Vt vniuerſi, inquit, *deligant, quem populo R. maxime conſulturum putent, & vnuſquiſq; ſtudio, ac ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum*

D *munire poſſit.*) Poſtremo altera pars iniquitatis affertur, quod paucas tribus non certa conditione iuris, ita vt quæque honeſtiſſima, aut antiquiſſima ſit, ſed beneficio ſortis ad vſurpandam libertatem contra mores vocat. *Ad vſurpandam* autem *Libertatem*, id eſt ad retinendam, & continuandam vt Liuius: E plebe creatus vnus tribunus militum iuris vſurpandi cauſſa.

Item, inquit, *eodemq; modo capite altero vt comitijs Pontificis maximi.*) Alterum legis caput erat hoc. Per ſeptem decem tribus decemuiros creato, item, eodemq; modo, vt comitijs Pontificis Maximi, ex quibus verbis dubitari poſſet, ne hæc, *eodemq; modo*, ab aliquo ad inter-

E pretationem vocis, *Item*, illata eſſent, niſi in legibus ſcribendis multa eiuſmodi ad ſignificationem vel pleniorem, vel aptiorem inuenirentur. & hoc igitur vt iniquum reprehendit. Nam decemuiros æquat Pontifici Maximo. argumentatur à differentibus. aliud eſt enim creare Pontificem Maximum, aliud decemuiros. pontifex maximus propter religionem creari à populo profano iure non poteſt, decemuiri poſſunt; & à minori, quòd ſi pontifex maximus, qui à populo creari non poterat, propter amplitudinem ſacerdotij; tamen creatus eſt à parte populi, vt populo ſupplicaretur, ergo multo magis decemuiri, in quibus nulla ratio religionis eſt, à populo vniuerſo creandi. argumentationem autem hanc ita tractat, vt impudentiæ

Rullum

n arguat, qui hoc conſilium maiorum in comitijs Pontificis A
ni non perſpexerit. quod idem conſilium ſecutum eſſe ait Cn.
ium, cum legem tulit, vt cætera etiam ſacerdotia, quæ per cæ-
nias ab vniuerſo populo mandari non poterant, à minore par-
uli mandarentur; ita vt qui ab ea parte factus eſſet, is à colle-
optaretur. Cæterum Pontificum collegium à Numa rege in-
um conſtat, quorum qui princeps eſſet, eum Ponficem Maxi-
nominauit; ac Pontifices quidem primum à collegio coopta-
ar, Pontifex vero Maximus à minore parte populi creabatur. vt
t Liuius lib. 40. Exitu anni C. Seruilius Pontif. Max. deceſſit. i.
decemuir ſacrorum fuit. Pontifex in locum eius à collegio co- B
tus Q. Fuluius Flaccus, ac Pontifex Maximus M. Aemilius Le-
s, cum multi clari viri petiſſent. Item: Comitia inde Pontifici
imo creando ſunt habita. poſt autem Cn. Domitius Ahenobar-
trib. pleb. Mario III. conſule legem tulit, vt cætera etiam ſacer-
a, vt Pontifices minores, triumuiri epulonum, quindecemuiri
llini, augures comitijs Pontificis Maximi crearentur, atque
cooptandi collegis eriperet. vt Suetonius in Nerone, & Paterculus
2. ſcripſerunt. & Cicero pro Cornelio his verbis, vt eſt apud Pa-
num: Quid auunculus tuus clariſſimus vir clariſſimo patre, auo,
ioribus, credo ſilentio, fauente nobilitate, nullo interceſſore cō- C
tato populo Romano dedit; & potentiſſimorum hominum colle-
s eripuit cooptandorum ſacerdotum poteſtatem. Occaſionem
item nactus Cn. Domitij, amplificationem infert per contentio-
m. qua Rullum cum Domitio, factum cum facto comparat, atque
iuſque diſſimilitudinem colligit. Domitius enim inquit, nobi-
ſſimus eſt; Rullus ſe nobilem eſſe dicit. recte. Etenim Domitia
ens quanquam plebeia, tamen nobiliſſima fuit, quippe quæ Con-
ılatus, cenſuras, triumphos plurimos conſecuta ſit, vt Velleius lib.
. & Suetonius in Nerone ſcripſerunt. Rullus autem ex Seruilia
ente plebeia fuit, (nam fuit altera etiam patricia,) ſed an nobilis, D
dubitari poteſt. Hoc quidem conſtat Seruilios aliquot plebeios et-
am conſulatum adeptos, à quibus ipſe fortaſſe ſe originem trahe-
re prædicabat. Rulli nobiles, de quibus ſæpe Cicero, non ad Serui-
lios; ſed ad Fabios pertinuerunt. contra quam ſcriptum reliquit Ra-
mus item, Domitius populo id, quod non erat populi, quoad potuit
dedit, Rullus id, quod populi proprium erat, per vim adimere cona-
tus eſt inquit autem:

Quod per cæremonias, populi fieri non poterat.) Id eſt, per religionem,
quæ impediebat, quo minus populus profanus Pontifices comitijs
crearet. E

Quoad poſſet.) Scilicet, per poteſtatem tribuniciam.

Quoad fas eſſet) Id eſt per religionem.

Quoad liceret.) Nimirum per leges populi R.

Populo ad partes daret.) Nihil diſcrepant manuſcripti libri ab im-
preſſis. ego tamen malim, *populo ad partes*, vt ſit non vniuerſo populo,
ſed vni parti.

Quod nemo imminuit, nemo immutauit.) Imminutum enim fuiſſet, ſi
aliqua pars populi ad curatores agrarios creandos aliquando aduo-
cata fuiſſet. Immutatum, ſi à populo ad ſenatum ius translatum fu-
iſſet, quorum illud ad derogationem, hoc ad abrogationē pertinet.

Qui

A Legis autem huius partes quatuor fuerant. vna de decemuiris, altera de pecunia conficienda, tertia de agris emendis, quarta de colonijs deducendis. De decemuiris autem tria quærebantur, quomodo crearentur, qua poteſtate afficerentur, quomodo ornarentur. Primum autem caput erat de creandis. Quod cum conſulis iuſſu præco recitaſſet, tum conſul ita ſubſecutus eſt.

Primum caput eſt legis Agrariæ, quo, vt illi putant tentamini leuiter, quo animo libertatis veſtræ diminutionem ferre poſsitis.) Quibus verbis ſtatuit iniquum ipſum eſſe, quod libertatem diminuat populi Ro. ſic enim inquit:

B *Iubet enim tribunum pl. qui eam legem.* Scilicet de creandis decemuiris, *tulerit, creare decemuiros per tribus decem, & ſeptem, vt quem nouem tribus fecerint, is decemuir eſt.*) Hoc ergo iniquum eſſe probat, quia partem populi R. ſuffragio priuat. id autem iniquum eſſe, quia nouum, & nunquam antea factum. vt curatores legibus agrarijs, per partem populi crearentur.

Toties enim. Inquit, *legibus agrarijs curatores conſtituti ſunt, triumuiri, quinqueuiri; decemuiri.*) Triumuiri quidem, & Quinqueuiri, Nepeſino, & Pontino agro diuidendo, auctore Liuio lib. 6. Decemuiri Liguſtico, & Gallico, teſte eodem lib. 42.

C *Quare ecquando niſi per 35. tribus creati ſunt?*) Id eſt tributis comitijs ab vniuerſo populo. Hoc autem ita fieri æquum eſſe probat.

Nam cum omnes poteſtates, imperia, curationes ab vniuerſo pop. R. proficiſci conueniat, tum maxime eas profecto, quæ ad populi fructum conſtituuntur.) Cũ poteſtate autem dicebantur eſſe, auctore Feſto, qui à populo alicui negotio præficiebantur, cum imperio, quibus à populo nominatim mandatum erat imperium. *Curatores*, qui extra ordinem vni rei curandæ præpoſiti erant, vt vijs, & annonę. Sequitur huius æquitatis ratio:

Vt vniuerſi, inquit, *deligant, quem populo R. maxime conſulturum putent, & vnuſquiſq; ſtudio, ac ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum*
D *munire poſsit.*) Poſtremo altera pars iniquitatis affertur, quod paucas tribus non certa conditione iuris, ita vt quæque honeſtiſſima, aut antiquiſſima ſit, ſed beneficio ſortis ad vſurpandam libertatem contra mores vocat. *Ad vſurpandam* autem *Libertatem*, id eſt ad retinendam, & continuandam vt Liuius: E plebe creatus vnus tribunus militum iuris vſurpandi cauſſa.

Item, inquit, *eodemq; modo capite altero vt comitijs Pontificis maximi.*) Alterum legis caput erat hoc. Per ſeptem decem tribus decemuiros creato, item, eodemq; modo, vt comitijs Pontificis Maximi, ex quibus verbis dubitari poſſet, ne hæc. *eodemq; modo*, ab aliquo ad inter-
E pretationem vocis, *Item*, illata eſſent, niſi in legibus ſcribendis multa eiuſmodi ad ſignificationem vel pleniorem, vel aptiorem inuenirentur. & hoc igitur vt iniquum reprehendit. Nam decemuiros æquat Pontifici Maximo. argumentatur à differentibus. aliud eſt enim creare Pontificem Maximum, aliud decemuiros. pontifex maximus propter religionem creari à populo profano iure non poteſt, decemuiri poſſunt; & à minori, quod ſi pontifex maximus, qui à populo creari non poterat, propter amplitudinem ſacerdotij; tamen creatus eſt à parte populi, vt populo ſupplicaretur, ergo multo magis decemuiri, in quibus nulla ratio religionis eſt, à populo vniuerſo creandi. argumentationem autem hanc ita tractat, vt impudentiæ

Rullum

Rullum arguat, qui hoc conſilium maiorum in comitijs Pontificis A
Maximi non perſpexerit.quod idem conſilium ſecutum eſſe ait Cn.
Domitium, cum legem tulit, vt cætera etiam ſacerdotia, quæ per cæ-
remonias ab vniuerſo populo mandari non poterant, à minore par-
te populi mandarentur; ita vt qui ab ea parte factus eſſet, is à colle-
gio cooptaretur. Cæterum Pontificum collegium à Numa rege in-
ſtitutum conſtat, quorum qui princeps eſſet, eum Ponficem Maxi-
mum nominauit; ac Pontifices quidem primum à collegio coopta-
bantur; Pontifex vero Maximus à minore parte populi creabatur. vt
docet Liuius lib. 40. Exitu anni C. Seruilius Pontif. Max. deceſſit. i-
dem decemuir ſacrorum fuit. Pontifex in locum eius à collegio co- B
optatus Q. Fuluius Flaccus. ac Pontifex Maximus M. Aemilius Le-
pidus, cum multi clari viri petiſſent. Item: Comitia inde Pontifici
Maximo creando ſunt habita. poſt autem Cn. Domitius Ahenobar-
bus trib. pleb. Mario III. conſule legem tulit, vt cætera etiam ſacer-
dotia, vt Pontifices minores, triumuiri epulonum, quindecemuiri
Sibyllini, augures comitijs Pontificis Maximi crearentur, atque
ius cooptandi collegis eripuit. vt Suetonius in Nerone; & Paterculus
lib. 2. ſcripſerunt. & Cicero pro Cornelio his verbis, vt eſt apud Pæ-
dianum: Quid auunculus tuus clariſſimus vir clariſſimo patre, auo,
maioribus, credo ſilentio, fauente nobilitate, nullo interceſſore cō- C
parato populo Romano dedit; & potentiſſimorum hominum colle-
gijs eripuit cooptandorum ſacerdotum poteſtatem. Occaſionem
autem nactus Cn. Domitij, amplificationem infert per contentio-
nem qua Rullum cum Domitio, factum cum facto comparat, atque
vtriuſque diſſimilitudinem colligit. Domitius enim inquit, nobi-
liſſimus eſt; Rullus ſe nobilem eſſe dicit. recte. Etenim Domitia
gens quanquam plebeia, tamen nobiliſſima fuit, quippe quæ Con-
ſulatus, cenſuras, triumphos plurimos conſecuta ſit, vt Velleius lib.
2. & Suetonius in Nerone ſcripſerunt. Rullus autem ex Seruilia
gente plebeia fuit, (nam fuit altera etiam patricia,) ſed an nobilis, D
dubitari poteſt. Hoc quidem conſtat Seruilios aliquot plebeios e-
tiam conſulatum adeptos, à quibus ipſe fortaſſe ſe originem trahe-
re prædicabat. Rulli nobiles, de quibus ſæpe Cicero, non ad Serui-
lios; ſed ad Fabios pertinuerunt. contra quam ſcriptum reliquit Ra-
mus item, Domitius populo id, quod non erat populi, quoad potuit
dedit, Rullus id, quod populi proprium erat; per vim adimere cona-
tus eſt inquit autem:

Quod per cæremonias, populi fieri non poterat.) Id eſt, per religionem,
quæ impediebat, quo minus populus profanus Pontifices comitijs
crearet. E

Quoad poſſet.) Scilicet, per poteſtatem tribuniciam.

Quoad fas eſſet) Id eſt per religionem.

Quoad liceret.) Nimirum per leges populi R.

Populo ad partes daret.) Nihil diſcrepant manuſcripti libri ab im-
preſſis. ego tamen malim, *populo ad partes*, vt ſit non vniuerſo populo,
ſed vni parti.

Quod nemo imminuit, nemo immutauit.) Imminutum enim fuiſſet, ſi
aliqua pars populi ad curatores agrarios creandos aliquando aduo-
cata fuiſſet. Immutatum, ſi à populo ad ſenatum ius translatum fu-
iſſet, quorum illud ad derogationem, hoc ad abrogationē pertinet.

Qui

A *Qui populo eſſent agros aſsignaturi.*) Qui triumuiri,aut quinqueuiri, aut decemuiri agris dandis dicebantur.

Ante acciperent à populo beneficium,quam darent.) Tacite innuit rei æquitatem,eſt enim æquum, vt qui creatur à populo ad dandum populo beneficium, ante ab vniuerſo populo beneficium accipiat. Tranſlate autem dixit, *eripere vobis atque è manibus extorquere conatus eſt*,quòd proprium eſt gladiatorum. vnde in Catilinam. Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus. Cæterum opponuntur hæc inter ſe; ille conſilio aſſecutus eſt, vt daret;hic per vim eripere conatus eſt. quod vt apertius perſpiceretur, repetit diſſimilitudinem, ita:

B *Ille quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodammodo dedit, hic quod adimi nullo pacto poterat poteſtate quadam ratione eripere conatur.*) Vrget autem eandem ſententiam, ſed alijs verbis iiſq; breuioribus, vt contentio, & diſſimilitudo magis eluceſcat. inde enim beneficium, hinc iniuria profecta eſt. Itaq; in eum beneuolentia, in hunc odium comparatur.

Quaret quiſpiam,in tanta iniuria.) Erat altera pars huius capitis hæc; comitia decemuiris creandis idem,qui legem tulerit, habeto. quam nunc iniquam oſtendit tribus rationibus, quarum prima eſt, quod ſe ipſum habendis comitijs præficiat:altera, quod ſi comitia habue-

C rit,paucis hominibus gratificabitur. tertia, quòd ſe ipſum decemuirum renunciabit. hanc autem partem proponit προτάσει; ὑποφορᾷ, ἀνθυποφορᾷ, quæ cũ ad refellendam quæſtionem aptiſſima ſunt, tum celeritati maxime ſeruiunt. πρότασις eſt. *Quaret quiſpiam*, ὑποφορὰ. *In tanta iniuria, & impudentia quid ſpectauit.* ἀνθυποφορὰ, *non defuit conſilium.* Iniuriam autem & impudentiam dixit, quod impudentia parens quodammodo iniuriæ ſit, iniuriam porro appellat, ſuffragij ſpoliationem.

Quid ſpectauit.) Id eſt,quem finem in faciendo populo iniuria ſibi

D propoſuerit,vtilitatem ne aliquam,an voluptatem.

Conſilium non defuit.) Id vero poſitum in eo fuit, vt & paucis hominibus,& ſibi gratificaretur.

Fides autem.) Id eſt, iuſta quædam erga populum Roman. beneuolentia.

Aequitas.) Id eſt iuſtitia in promerendis æque vniuerſi populi tribubus defuit. Hoc propoſito verba legis affert, vnde id colligi poſſit.

Iubet enim,inquit, *comitia decemuiris habere creandis eum,qui legem tulerit.*) Atque hoc ita interpretatur, vt iubeat, ſe ipſum comitijs

E præponi.eſt enim idem ipſe,qui legẽ fert. hoc autem veriſimile reddit à moribus eius,eſt enim appetens,& cupidus. Cæterum hoc intulit,nõ vt reprehendat,qui legem ferat, eum comitia habere, quod alias etiam factum ſit,ſed vt hoc poſito, quæ ſequantur incommoda facilius probet,ac prauum conſilium eius patefacit. Hæc enim inter ſe quaſi quibuſdam vinculis nexa, & conſequentia eſſe vult. ſi Rullus legem fert, comitia habebit decemuiris creandis, ſi habebit comitia, quas volet tribus ſorte educet, ſi hoc, & quos volet decemuiros creabit, & in primis ſemetipſum. ſi ita, & decemuiri nouem ijs tantum tribubus,à quibus creati fuerint, gratificabuntur. Hoc ergo quantam vim habeat, vt attendat populus, admonet, nimirum minorem

norem populi partem ſorte ad comitia decemuirum educari. Habebit enim, inquit, comitia Rullus, volet renunciare decemuiros, quibus hæc regia poteſtas quæritur. & quia vniuerſo populo hæc comitia non committit, neque legis auctores recte committi putant poſſe, ſortietur idem Rullus ex xxxv. tribubus decem, & ſeptem, quas volet; quos nouem tribus decemuiros fecerint, erunt. Illi vero, vt grati ſint, nouem ipſis tribubus omnia largientur, reliquis xxvi. omnia ſe iure denegare poſſe arbitrabuntur. Quod autem ait: A

Volet eos denunciare.) Neſcio an melius legeretur, *Renunciare*, quod verbum in hac re vſitatum eſt. vt pro Murena: Illo die, quo auſpicato comitijs centuriatis L. Murenam Conſulem renunciaui. & infra in hac: Quis decimuiros, quos voluit, renunciauit. Felicem porro appellat Rullum, qui ſortietur tribus, & educet, quas volet felicem inquam, cui adeo ex ſententia cedant omnia, vt etiam ſors ipſa faueat in educendis, quas velit, tribubus. ita M. & L. Antonios in Philippicis vocat felices, qui eas, quas cupiebant, prouincias ſortiti ſunt. tacite autem fraudem eorum in ſortibus educendis notat. quaſi vero non pueri, ſed ipſorum manu eductas iri ſignificet, vt moris erat. cum vero ait: B

Atque ij, vt grati, ac memores beneficij eſſe videbantur, aliquid ſe nouem tribuum notis hominibus debere confitebuntur.) Ab honeſto argumentatur. quid eſt enim honeſtius gratitudine? Pergit deinde probare per leges nō licere, Rullum, qui legem fert, ſemetipſum legis curatorem, i. e. decemuirum conſtituere. leges a. erant Licinia, & Æbutia, quas non conſulares eſſe, ſed tribunicias ait, id eſt, non ab optimatum, ſed à plebis defenſoribus latas, atque idcirco tanto magis tribuno pl cuſtodiendas. Earum legum hæc ſententia fuit, vt qui de aliqua curatione, aut poteſtate legem tulerit, & ipſe, & collegæ, & cognati, & affines eius exciperentur, ne eis ea curatio, aut poteſtas mandari poſſit. quæ leges quo anno latæ ſint, parum compertum eſt. Liciniæ etiam meminit pro domo: Ne id quidem, inquit, per legem Liciniam facere potuiſti, vt ipſe tibi curationem ferres. Has autem leges gratas, iucundaſque plebi fuiſſe ait, quod ad patriciorum tunc dominantium comprimendam cupiditatem latæ ſint. cognatos autem, & affines nominabat lex, quod non ſint ijdem. Nam cognati ſemper ex eadem gente ſunt, affines plerunque ex diuerſa, atque illi quidem generis, hi nuptiarum neceſſitudine inter ſe coniuncti ſunt Laudat deinde has leges, hac ratione, quod qui alterius ſe rationibus conſulere profitetur, is ab omni ſuſpicione ſe remouere debet, ne non id ſui commodi cauſa, ſed alieni facere videatur, quod eueniet ſcilicet ſi poteſtatem ad alios, gratiam ad ſe beneficij patietur peruenire. ornauit autem hanc ſententiam ἀπὸ τῆς ἐργαςίας(?) τῶν ἐναντίων(?) nam Rullum ipſum alloquitur, atque increpat. Quod autem addit: C D E

Nam hoc quidem vix eſt liberi populi, vix veſtrorum animorum, ac magnificentia.) Argumentum videtur eſſe à contrario, vt enim remouere ſe à poteſtate, magni animi eſt, ſic appetere, vix videtur eſſe magnificentiæ eius, quæ libero populo, & maxime Romano conuenit. Magnificentiam autem pro animi magnitudine intelligendam puto. magnificus enim in magnis ſumptibus faciendis verſatur, magnanimus libenter beneficia confert, accipere erubeſcit, auctore in Ethicis

A Ariſtotele. Hæc autem omnia legis incommoda extremo repetit, ac per congeriem ante oculos ponit: Rullum maiorem partem populi ſuffragijs priuaſſe, comitijs præfuiſſe, tribus, quas voluit, nullo cuſtode ſortitum vocaſſe. Decẽuiros, quas voluit, renũciaſſe, ſemet principem renunciaſſe. hæc autem vt grauiora ſint, præter ſubiectionem, adhibet figuram illam, quæ à Græcis dicitur συμπλοκὴ, à Cicerone in III. de Oratore, eiuſdem verbi crebra tum à principio repetitio, tum in extremũ conuerſio, appellata. vt in Miloniana: Quis eos poſtulauit? Appius. Quis produxit? Appius. crebram autem Rulli ſubiectionem odioſam, ac moleſtam fore populo exiſtimauit, vt domi-
B ni ſuperbi, ac impotentis. Dixit autem.

Nullo cuſtode ſortitus) Nam cuſtodes in comitijs adhiberi ſolebant, qui obſernarent ne quid fraudis committeretur in ſortiendis tribubus, & centurijs, vel in ſuffragijs dicendis. vnde Lucanus in v.

Decantatque tribus, & vana verſat in vrna.

Huic porto rerum repetitioni addit amplificationem à ſuo iudicio confirmatam.

Vix me hercule ſeruis, &c.) Tanta eſt enim, inquit, harum rerum indignitas, vt vix crediderim eum has ſeruis ſuis probaturum, ne dum vobis omnium gentium dominis. argumentũ eſt à minori. quoniam
C autem quo diutius in hac rerum commemoratione verſaretur, eo vehementius ſe populi mentes inflammaturum eſſe intelligebat, eadem hęc incommoda iterum repetit, ſed alijs verbis. inquit enim:

Optimæ leges igitur hac lege ſine vlla exceptione tollentur,) Eſt enim indignum leges tolli, ſed ſi optimæ ſint, multo indignius; ſi ſine vlla exceptione, indigniſſimum. Nam aliæ etiam leges ſublatæ ſunt, at in vno tantum homine, aut in vno tantum tempore, aut in vna tantum cauſa; hæc nullam perſonam, nullum tempus, nullam cauſam excipit. quid ſit autem legem Liciniam, & Æbutiam optimas leges tol-
D lere, exponit, cum ait.

Idem legis ſibi ſua lege curationem petet.) Ad ea vero, quæ ante dixit, adiungit.

Et videlicet collegas ſuos adſcriptores legis agrariæ non repudiabit, à quibus ei locus primus inuidiæ in præſcriptione legis conceſſus eſt, cæteri fructus omnium rerum, qui in ſpe legis huius poſiti ſunt, communi cautione, atque æqua ſibi parte retinentur.) Quibus verbis ſignum affert, ex quo probetur non ſolum ſe ipſum renunciaturum, ſed etiam collegas, qui legis adſcriptores ſint, & communis quæſtus participes. ſignificat autem, vt in actionibus erant quidam quaſi ſecundi accuſatores, qui ſubſcriptores dicebantur, ſic in hac lege adſcriptores quoſdam fuiſſe,
E qui in ea re ſecundas partes tenerent, qui Rullo quidem, vt nomen ſuum legi præſcriberet, permiſiſſent, de communi autem quæſtu cũ eo cauiſſent quod autem ad legis præſcriptionem attinet, locus eſt in Vertem eiuſmodi: Eam legem non is promulgauit, cuius nomine proſcriptam videtis.

At videte hominis diligentiam:) Reprehendit nunc alteram partem huius capitis ſecundi, quæ iubebat, præſentem profiteri. iniquam autem eſſe oſtendit, quia vnum Pompeium qui nunc bellum Mithridaticum in Ponto gerebat, ab hac petitione remouet. Diligentiam ergo Rulli in ſcribenda lege conſiderandum eſſe admonet, qui abſentes excipiat, ſi modo, inquit, hoc Rulli inuentum fuit, & non potius

tius eorum, quorum ſententiam Rullus ſequutus eſt, vt Craſſi, & Luculli, hi enim maxime Pompeio fuerunt infenſi. Lucullus a. ad vrbem erat, calumnia inimicorum impeditus, ne triumpharet. cur a. abſentes exceperunt? quia viderunt ſi ex omni populo legi decemuiri poſſent, Cn. Pompeium abſentem in primis lectum iri, propter ſingularem eius fidem, integritatem, auctoritatem, de quib. ſatis in Pompeiana diſputauit, cuius deinde rei ſignum hoc affert. Eſt enim veriſimile, cui ex omnib. grauiſſima bella mari, & terra cõmiſſa ſunt, eidem etiam decemuirarũ optime, & iuſtiſſime mandari poſſe. ſatis autem conſtat, ſignificari bellum maritimum, & Mithridaticũ, quæ Cn. Pompeio lege Gabinia, & Manilia paulo ante tradita ſunt. Vnde autem intelligi poſſit, eos Pompeium in primis remouere voluiſſe, inquit, quod cum multa ſint legitimæ profeſſionis impedimenta, vt ætas, vt alius magiſtratus, vt reatus, vt abſentia, nihil aliud niſi abſentiam, qua vna Pompeius tenebatur, exceperunt. Ait enim: A

Non excipitur hac lege adoleſcentia.) Qua prohibebatur ne quis vrbanum magiſtratum gereret, niſi decem ſtipendia confeciſſet. qua de re Polybius lib. VI. cum autem conſtet annum XVII. ætatis legitimum ad militandum fuiſſe, profecto non niſi annno XXVII. legitimis confectis ſtipendijs vrbanum capere magiſtratum licebat, quæ ætas ab adoleſcentia abeſſe incipiebat. B

Non legitimum aliquod impedimentum.) Vt ne quis eundem magiſtratum caperet, niſi decennio interiecto. C

Non poteſtas, non magiſtratus vllus aliis negotijs, ac legibus impeditus.) Vt ne quis duos magiſtratus vno anno gereret. de quibus duabus legib. ſic Liuius lib. 7. Item alijs plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet. neu duos magiſtratus vno anno gereret.

Reus denique.) Legendum. *Non reus denique*, nam candidati rei ratio non habebatur. vnde Saluſtius Catilinam ait repetundarum reum prohibitum eſſe petere conſulatum. D

Præſentem eum profiteri iubet.) Id eſt, vnius abſentis rationem haberi vetat. cuius legis meminit Suetonius, & Plutarchus in Cæſare; qua ſolutus eſt Marius, cum tertium, & quartum conſul creatus eſt. Eſt autem profiteri, in concione publice dato nomine voluntatem ſuam de aliquo magiſtratu populi ſuffragio obtinendo declarare. Liuius lib. 26. Diem comitijs conſules edixerunt, primo expectauerant, vt qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. & Velleius li. II. Nam & quæſturam petentes, quos indignos iudicauit, profiteri vetuit. Hoc autem quam iniquum ſit, inde oſtẽdit, quod nulla alia in lege prohibeatur, ne quis abſens ſe candidatum profiteatur, non modo in extraordinarijs magiſtratibus, vt decemuiratu, ſed ne in ordinarijs quidem, vt ædilitate, prætura, & conſulatu, quorum certus ordo eſt Quod autem ait. E

Quod nulla alia in lege vnquam fuit:) Non habet eam vim, vt ſignificet, lege conceſſum fuiſſe, vt abſentibus mandari magiſtratus poſſet, quod lege prohibitum fuiſſe iam diximus, ſed ne vetitum quidẽ fuiſſe, ne quis per amicos abſens profiteretur, quanquam eius ratio nõ haberetur, niſi comitijs interfuiſſet; profeſſio n. ſtatim poſt edicta comitia fiebat. Itaq; antequam ea haberentur, accurrere qui abſens

A profeſſus fuerat ad diem comitiorum poterat. quod ne fieri quidem hac lege Seruilia licuiſſe arguit Cicero. cur autem excludant profeſſione Pompeium, poſt aperit.

Timebat enim Pompeius, ne &c.) Quia timent, inquit, ne ſi ille adſit, aut legem ferri non patiatur, aut ſi lex accepta ſit, ne decemuir creetur, qui ſit vindex, ac cuſtos cupiditatum ſuarum. quo loco vindicẽ cupiditatum dixit, vt alio loco vindicem conſutationis, i. e oppreſſorem. Hoc autem loco cum populũ vel ex tacita admurmuratione, vel ex ipſo ore vultuq; commotum eſſe inteligeret, quod princeps ciuitatis Pompeius vnus hac lege contumelia afficeretur, pro re B nata, repetit, ea, quæ ſe initio demonſtraturum eſſe profeſſus eſt.

Regnum comparari, libertatem hac lege funditus tolli.) Quia cuſtos eius ſummoueatur Pompeius. Hoc autem facile prouideri potuiſſe probat.

Cum ad omnia veſtra, inquiens, *Pauci homines cupiditatis oculos adiecisſent*, id agerent, *Vt ex omni cuſtodia veſtra libertatis, ex omni poteſtate, curatione, patrocinio veſtrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur.*) Ergo ſignum ſumptum eſt à cupiditate tribunorum, & fide Pompeij. *Cupiditatis* autem *oculos adieciſſent*, pro ſpe affectaſſent, translatione C vſus ea, quæ κατ' ἀναλογίαν dicitur ab Ariſtotele. vt in Philip. xi In poſſeſſiones, atque fortunas impudentiſſimos oculos ſpe, & mente defigere. Ex *omni* autem *cuſtodia veſtra libertatis* dixit. quippe quæ hac lege in diſcrimen adducitur, cum infinitum imperium decemuiris datur. *Omni poteſtate*; id eſt, iuris dicundi, quæ hac lege decemuiris permittitur. *Curatione*. nimirum agrorum vendendorum, emendorum, & diuidendorum.

Patrocinio veſtrorum commodorum.) Vt æqualis inter omnes agrorũ fiat diuiſio, non nouem tribuum notis hominibus per gratiam fiat largitio. *Depelleretur* porro *Cn. Pompeius*, ſignificanter dixit, quaſi qui perpetuus cuſtos ſit, ac patronus commodorum veſtrorum; cuius rei D maximum dedit in conſulatu documentum, cum tribuniciam poteſtatem, ac dignitatem à Sylla dictatore ſublatam reſtituit. Immoratur deinde in eadem ſententia, cum ita ſubijcit.

Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram, negligentiam meam legẽ incognitam acceperitis, fore vti poſtea cognitis inſidijs, cum decemuiros crearetis, tum vitijs omnibus, & ſceleribus legis Cn. Pompeij præſidium opponendum putetis, &c. per imprudentiam autem *veſtram* dixit, pro vobis ignorãtibus. Nam ea, quæ ſponte facimus aut ab appetitu noſtro, aut cognitione proficiſcũtur. quod ſi appetitus impediatur, facimus per vim, ſi cognitio, per imprudentiam. *Negligentiam meam.* nimirum, qui E vobis aut legis vitia non indicauerim, aut legislatorum ſcelera non patefecerim. Legem autem accipere, eſt Vti rogas iubere. Poſtremo concludit, quod propoſuit: regnum à tribunis hac lege quæri, nulla alia ratione facilius comprobari poſſe, quam quod inde cuſtodem libertatis, & vindicem iniuſtæ dominationis Pompeium amouerint, atq; dignitatis expertem fecerint.

Cognoſcite nunc quæ poteſtas decemuiris, & quanta detur. Hactenus de creatione decemuirum dixit. nunc de eorundem poteſtate ſe dicturum pollicetur, de qua in tertio legis capite agebatur, cuius hæc erant verba. Decemuiri lege curiata ornantor. eam legem prætor ferto, qui primus factus ſit, aut ſi is non potuerit, qui poſtremus. vt ij decem-

decemuiratum habeant, quos plebs deſignauerit. hanc autem trib. rationib. reprehendit. quod lege curiata ornet eos, quibus nullis comitijs ante magiſtratus datus ſit, quod curiata comitia vetuſtate ꝓpe obliterata adhibeat, tributa, quæ vſurpantur, omittat, quod prætori legem fere imperet, atq; in primo, & poſtremo prætore ludat. A Lex autem curiata erat, quæ curiatis comitijs rogabatur. curiata comitia. quibus populus per curias ſuffragia inibat. curiæ erant triginta vrbis partes iam inde à Romulo rege factæ, in quas totus populus ita diuiſus erat, vt vna queq; curia propria ſacra, ac proprios ſacerdotes haberet, atq; hæc quidem curiata comitia prima Romæ inſtituta ſunt. quibus reges ante centuriata à Ser. Tullio rege inſtituta, creari ſoliti ſunt, itemq; tribuni pl. quouſq; lege Publilia tributis creari cœpti ſunt. Lex autem curiata fuit, quæ de imperio magiſtratus rogaretur, vt oſtendit Liuius lib. v. cum ait. Curiata comitia rem militarem continuiſſe. & Cicero paulo poſt: Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. & lib. IX. Liuius dictatorem legem curiatam de imperio tuliſſe ſcribit. ergo cum ornabat decemuiros lege curiata, poteſtatem dabat eis exercitum habēdi, & belli gerendi, quæ duo vno imperij verbo Latini comprehendunt. quod Plutarchus in Cicerone, vbi de hac re loquitur, dixit. στρατιώτας πέμπειν, καὶ καταλέγειν, ὁπόσων δέοιτο. hoc autē iniquum C oſtendit, quia contra mores eſt, vt aliquis curiata lege ornetur, qui nullis ante comitijs magiſtratum adeptus ſit. neq; enim decemuiros aliquibus comitijs creatos ait, cum à minore parte populi ſint creati. quæ vere comitia non poſſunt appellari. Addit:

Eam legem ab eo pratore, qui ſit primus factus, ferri iubet.) Prætor primus dictus eſt, qui primus legitima ſuffragia confecerit, & in quem maior populi fauor inclinauerit, & iccirco primo loco renunciatus ſit hic enim gradus renunciationis eſt, non honoris. Quare Cicero dixit in Pompeiana: *Ego propter dilationem comitiorum ter prætor primus centurijs cunctis renunciatus ſum.* & pro Murena: *Quaſturam vna petijt, & ego ſum factus prior* non eſt reſpondendum ad omnia neq; enim D quenquam veſtrum fugit, cum multis pares dignitate fiant, vnus autem primum locum obtinere poſſit, non eundem ordinem eſſe dignitatis, ac renunciationis. propterea quod renūciatio gradus habet, dignitas autem ſit perſæpe eadem omnium. Quæret quiſpiam, cur non à tribuno pl. hanc legem ferri iuſſit? quia tribuni, niſi tributa comitia habere, quæ inauſpicato habebantur, nec patricios aduocare, qui curiatis ſuffragium ferebant, poterant. auctor Gellius. Huius autem rei reprehenſionem ad alium locum reſeruat. illud reprehendit, quod ille addebat. E

Vt ij decemuiratum habeant, quos plebs deſignauerit;) Id eſt, vt ijs, qui prioribus comitijs à XVII. tribubus (eam enim vocat plebem) creati erant, lege curiata decemuiratus confirmetur. quia vero dixit, *Quos plebs deſignauerit*, ipſum vt alias ſtoliditatis, ſic hoc loco obliuionis arguit, qui oblitus ſit, decemuiros, quos XVII. tribus crearint, à plebe creatos dici non poſſe. quia vero in legiſlatore obliuio condemnanda eſt, erum pit in amplificationem, quaſi rei indignitate adductus, quod is legibus conſtringat orbem terrarum, qui quid ſcripſerit in ſecundo capite, non meminerit in tertio, in ſecundo

A autem capite ſcripſerat, decemuiros creandos eſſe item, vt comitijs pontificis maximi; id eſt, per minorem populi partem.

Atque hic perſpicuum eſt, quid iuris à maioribus acceperitis.) Nunc reprehendit, quod tributa comitia imperfecta; curiata intermiſſa ad decemuiros creandos adhibeat. vt autem hoc malum grauius videatur, comparat Rulli legem cum more maiorum, ac quantum inter vtrunque factum interſit, oſtendit. illud autem intereſt, quod illi binis comitijs de ſingulis magiſtratibus à populo iudicari voluerunt olim, centuriaris, & curiaris, poſt centuriatis, & tributis. nam curiata niſi auſpicorum cauſa reliquerant, hic autem tributis imperfectis B creari decẽuiros iubet, & curiatis obliteratis confirmari. Quod autem ait.

Maiores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt.) Idem etiam tradidit Pædianus, ita: *Mos fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina omnino de iiſdem candidatu comitia fieri.* quæ autem hæc comitia fuerint non adijcit neq; id fere, niſi ex hoc Ciceronis loco colligi poteſt, cuius tãta tamen eſt obſcuritas, vt quid ipſe velit, vix pro certo affirmare prudens quiſquam poſſit. nos quid ſuſpicemur, quando interpretem agere cœpimus, non diſſimulabimus, aliorum ſententiam libenter ſequuturi, ſi melior afferetur Cu- C riata ergo comitia cõſtat fuiſſe, quibus populus in curias, centuriata quibus in centurias, tributa, quibus in tribus diuiſus ſuffragium dicebat, quorum prima à Romulo, ſecunda à Ser. Tullio, tertia à Volerone Publilio, præſertim in magiſtratibus plebeijs mandandis primũ vſurpata ſunt. quid igitur inquit Cicero? Maiores binis comitijs voluerunt de omnibus magiſtratibus ſententiam à populo dici. quibus? centuriatis, & curiatis. nam centuriata lex cenſoribus creandis ferebatur, cum curiata coniuncta cæteris patricijs magiſtratibus. quid eſt autem, quod ait.

Centuriata lex cenſoribus ferebatur?) Nimirum hoc. cenſores crea- D bantur tantum vnis comitijs centuriatis. legem enim centuriatam, vel curiatam ferre. eſt legem comitijs centuriatis, aut curiatis ferre. nam etiam in magiſtratibus mandandis, vt in legibus ferendis rogabatur populus. quos nam autem intellexit Cicero cæteros patricios magiſtratus, quos centuriatis, & curiatis comitijs olim creatos ait? nempe conſules, tribunos militum conſulari poteſtate, prætores, ædiles curules, quæſtores. hi enim honores, quia primum patricijs patuerunt, quam plebeiis, patricii dicti ſunt. Quæ cum ita ſint, ergo binis comitiis centuriatis, & curiatis quondam creari ſunt, conſules, tribuni militum conſulari poteſtate, prætores, ædiles curules, quæ- E ſtores non cenſores, quia centuriatis tantum deſignabantur. non dictator, quia à conſule, vel ab interrege. non magiſter equitum, quia à dictatore diceretur. nõ interrex, quia à patriciis proderetur, qui omnes patricii magiſtratus fuerunt, non tribuni, & ædiles pleb. s, quod cum curiatis ante comitiis crearentur, tributis poſt lege Publilia ſemper deſignari ſint, vt ſe à patriciorum ſuffragiis liberarent, qui ad tributa comitia non aduocabantur. Cur autem bina comitia vſurparint, exponit, cum inquit.

Tum iterum de iiſdem iudicabatur, vt eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populum beneficij ſui pœniteret.) i. e. Eo tempore duobus comitijs de eodem cãdidato iudicabatur, vt quod priorib. comitiis populus decreuiſſet,

in poſterioribus ſi pœniteret beneficij ſui, reprehendere poſſet. quod A
autem hoc tempore fit? quæret quiſpiam.

Nunc, inquit, *quia prima illa comitia tenetis centuriata, & tributa, curiata auſpiciorum tantum cauſa remanſerunt.*) Id eſt, hoc tempore immutata aliqua ex parte antiqua ratio eſt. nam pro curiatis tributa inuecta ſunt, ita vt vos primas partes detis centuriatis, & tributis, curiata auſpiciorum tantum cauſa relinqueretis. Hæc autem ſi vera eſt huius loci ſententia, profecto nihil aliud intellexit Cicero in Planciana, cum Plancium centuriatis, & tributis comitiis ædilem curulem deſignatum dixit. cuius verba, quia noſtram huius loci interpretationem adiuuant, nec ab omnibus intellecta ſunt, afferre, atq; exponere non grauabimur. Corrupiſſe tribus Plancius ab accuſatore Laterenſi dicebatur, & quia ædilitatis repulſam paſſus fuerat, hoc factum eſſe apparet tributis comitiis, quæ ſecundo loco habita erant. B
Itaq; ait Cicero: *Quamcunq; tribum delegeris, quam tulerit Plancius, tu oſtendito, ſi poteris, vitium. ego qua ratione tulerit, docebo. Ferre tribum eſt plura puncta in aliqua tribu ferre, vt cuius tribus plura ſuffragia in vnum inclinauerint, is eam tribum tuliſſe dicatur.* hæc de tributis, deinde addit de centuriatis, quæ anteceſſerant. *Sed cur ego ſic ago? quaſi non comitiis etiam ſuperioribus ſit Plancius deſignatus ædilis qua comitia primum habere cœpit conſul tum omnibus in rebus ſumma auctoritate, tum harum ipſarum legum ambitus auctor. deinde habere cœpit ſubito, præter opinionem omnium, vt ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiam, daretur ſpatium comparandi. vocata tribus, latum ſuffragium, deſcripta, renunciata, longe plurimum valuit Plancius. nulla largitionis nec fuit, nec eſſe potuit, ſuſpicio. an tandem vna centuria prærogatiua tantum habuit auctoritatis, vt nemo vnquam eam prior tulerit, quin renunciatus ſit. tu autem his ipſis comitiis conſularibus, aut certe in illum annum ædilem Plancium factum miraris, in quo non exigua pars populi, ſed vniuerſus populus voluntatem ſuam declararit, cuius in honore non vnius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint prærogata* HæcCicero, quibus ſignificat priora comitia centuriata à conſule habita eſſe, iiſq; etiam ædilem curulem Plancium deſignatum eſſe. quod autem ait: *Vocata tribus, latum ſuffragium, deſcripta, renunciata.* id non habet eam vim, vt intelligamus ea tributa fuiſſe. Etenim non vtà Ser. Tullio inſtitutum fuerat, Ciceronis ætate populus centuriatis comitiis in claſſes diuiſus in campo conueniebat, ſed vocabātur tribus, ſingulæ autem tribus in ſuas claſſes, & cēturias ex cenſu, ordine, & ætate, vt ante, erāt diſtributæ. quod Liuius indicat, qui ſæpe centuriam ſeniorum, aut iuniorum prærogatiuæ tribus commemorat, erat autem prærogatiua tribus, ex qua ſorte centuria vna educebatur, quæ prima ſuffragium diceret, quæ quod prima rogaretur, prærogatiua dicebatur. cuius auctoritatem plerunq; aliæ centuriæ ſequebantur, quæ iure, non ſorte vocabantur. Vnde in II. Philip. Ecce Dolabellæ comitiorum dies. ſortitio prærogatiuæ. quieſcit. Ergo vocatæ tribus, latum ſuffragium, primum à prærogatiua centuria, deinde à iure vocatis. quot cuiuſq; tribus centuriæ ædilem Plancium dixerint, deſcriptæ, eædemq; populo renunciatæ. ſuperauit longe ſuffragiis Laterenſem Plancius. dolebat autem Laterenſis, ſe qui prior prærogatiuam centuriam tuliſſet, tamen renunciatū non eſſe, cum tamen tantum eſſe ſoleret in prærogatiua momentum, vt qui eam prior tuliſſet, nunquam non renunciatus eſſet, ꝙ non eſſe mirādum ait, cum in Plancio ædile C D E

A faciendo non exigua pars populi, quæ vna prærogatiua centuria, ſed vniuerſus populus, qui iure vocatis centuriis continetur, voluntatem ſuam declarauerit. neq; pars vnius tribus, id eſt, prærogatiua centuria, ſed comitia tota, quæ iure vocatis centuriis comprehenſa ſunt, ſequentibus tributis comitiis fuerint prærogata. vt hoc intelligi velit, ſi prærogatiuæ auctoritatem ſequutæ iure vocatæ centuriæ Laterenſem ædilem declarare debuerunt, multo magis comitiis tributis Plancium deſignari debuiſſe, cui vicem prærogatiuæ tota ipſa centuriata comitia præſtiterunt. Vnde elici poteſt, cuius auctoritatis erat prærogatiua penes iure vocatas, eiuſdem fuiſſe comitia centu-

B riata penes tributa. vt qui centuriatis lectus eſſet, idem etiam tributis propter auctoritatem centuriatorum legeretur. Hæc in hunc locum mihi afferenda eſſe duxi, quod hanc binorum comitiorum totam rationem, qui proxime de comitiis ſcripſerint, longe aliter tradiderint, neq; huius ſenſum afferre, niſi eo deprauato potuerint, interpretes autem huius orationis toto (vt aiunt) cælo aberrarint. Carolus autem Sigonius vir doctiſſimus mihi narrauit, ſe hunc locum, & omnem hanc binorum comitiorum rationem aliter interpretari, neq; binis comitiis, vt centuriatis, et tributis quenquam magiſtratum creatum eſſe, ſe credere. ſed Redeanus ad Rullum.

C *Hic*, inquit, *bina & ipſe comitia attulit, tributa, quæ quia imperfecta habet, ſuſtuliſſe videtur, & curiata, quæ quia vos non initis vetuſtate obliterata, nulla appellari comitia poſſunt.* Hoc autem fecit, quia videbat neminem iniuſſu populi, aut plebis poteſtatem habere poſſe, populi quidem, centuriatis comitiis, plebis vero, tributis. ipſe autem quia centuriata non nominarat, tributa imperfecta adhibuerat, propterea curiata induxit, vt poteſtas decemuirum, quæ ſine comitiis vlla eſſe non poterat, his curiatis confirmaretur. Ex quo apparet, inquit, cum maiores vobis bina comitia reliquerint, hunc me vnam quidem comitiorum poteſtatem vobis reliquiſſe. quod & tributa imperfecta

D attulit, & curiata intermiſſa retulit. ex quo intelligi poteſt, quam ſit popularis. Attendendum eſt autem legi debere non: *Curiatis ea comitia*; vt in impreſſis operarum vitio, & in curia, vt puto, legitur, ſed: *Curiatis eam comitiis.* & rurſus ſtatim infra non: *Quæ vos non finitis*: ſed: *Quæ vos non initis.*

Sed videte hominis religionem, & diligentiam.) Nunc illud vituperat, quod prætori imperet, vt legem curiatam decemuiris ferat, prætori inquam ei, qui primus renunciatus ſit, aut ſi is non poſſit, ei, qui poſtremus. admonet autem, vt religionem eius, & diligentiam animaduertant, id eſt, ſuperſtitioſam quandam eius in ſcribenda lege cau-

E tionem.

Vidit, & perſpexit ſine curiata lege &c) Vidit, inquit, ſi quoniam per nouem tribus decemuiri conſtituti eſſent, eos niſi curiatis comitiis, poteſtatem habere non poſſe; Iubet de his legem curiatam ferri, prætori imperat, vt eam ferat. hoc autem abſurdum eſt, vt minor magiſtratus imperet maiori. ſed hoc nihil ad me hic eſt autem modus reiiciendæ quæſtionis infirmioris &c, *Iubet ferri* non *ferre* legendum. dices, quomodo imperat?

Iubet, inquit, *qui primus ſit prætor factus eum legem curiatam ferre, ſin is ferre non poſſet, qui poſtremus ſit.*) Poſtremus autem prætor dicitur, qui extremo loco renunciatus eſt, quod poſtremis omnium competitorum le-

rum legitima ſuffragia confecerit, de quo Cicero in oratione in toga: *Neſcis me prætorem primum eſſe factum, te conceſſione competitorum, & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio, è poſtremo in tertium locum eſſe ſubuectum.* hoc ait, quia tot erant gradus renunciationis, quot erant prætores creandi, qui octo hoc tempore crebantur. quid autem in hoc Cicero Rullum reprehendit? vel impudentiam eius, qui in rebus maximis luſerit, vel malitiam, qui fraudem verbis occultauerit. A

Sin is ferre non poſſet:) magis placeret: *Sin is ferre non poſſit.*

Verum hoc quod eſt aut ita peruerſum.) IV. caput erat legis, quo iubebat, vt ſi lex curiata lata non eſſet, tum Xuiri eodem iure eſſent, quo qui optima lege, quod ipſum deinceps reprehendit. Tranſit autem à ſuperiore ſermone ad hunc, vſus reiectione diſputationis, quam tractabat. dimittamus, inquit, hoc dictum eius, quod vel ita peruerſum eſt, vt riſum moueat, vel ita malitioſum, vt intelligi non poſſit. quid ſpectarit. B

Ad religionem hominis reuertamur.) Id eſt, de ſuperſtitioſa eius in ſcribenda lege diligentia agamus. Videt, inquit, ſine lege curiata decemuiros agere nihil poſſe, ac propterea quaſi religioſe cauet, vt omnino à prætoribus feratur. quod ſi forte lata non erit. eorum tamen poteſtati ingenioſe cauit. Iubet enim vt ſint eodem iure, quo qui optima lege. Quod autem dixit. C

Ita peruerſum, vt ridiculum) Recte dictum eſt. nam auctore Ariſtotele in poetica, quæ turpitudinem habent, ita tamen, vt dolorem non afferãt, ea ridicula ſunt, vt deformis facies, ac diſtorta, doloris expers. Quod dixit.

Eodem iure ſint quo qui optima lege.) Formula eſt Romani iuris: ſic in Philip. v Sit proprætor eo iure, quo qui optimo. Hoc autem quid ſit, declarat Feſtus, cum ait: *Optima lege cum dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet ius, eſſe ſignificabatur.* poſtquam vero prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, vt optima lege, vtpote imminuto iure priorum magiſtrorum, reprehendit autẽ hoc caput, tanquam id, quod tertium tollat. nam ſi ſine lege curiata pleniſſimũ ius aſſequi decemuiri poſſunt, quod quarto capite permittitur, quid attinet afferre tertium, in quo de curiata lege ferenda ſcribitur? D

Si hoc fieri poſſet) Placet magis antiqua lectio: *Si hoc fieri poteſt.* repetit deinde, id quod propoſuit.

Reges conſtituuntur non Xuiri Quirites &c.) Reges ſcilicet, non Xuiros conſtitui, eosq; ab iis fundamentis naſci, vt non modo cum gerere cœperint, ſed cum conſtituentur, omne ius, poteſtas, & libertas populi tollatur. fundamenta autem vocat, legem quæ pleniſſimum eis ius concedit. Ius porro commune eſt poteſtati & libertati poteſtas eſt, quatenus populus imperat gentibus, libertas, quatenus nemini paret, niſi legibus. aſperior oratio in euerſionem libertatis eſt τραχύτητος. aſſeueratio τῆς σεμνότητος, membra, & clauſulæ lõgiores τῆς ἀκμῆς. E

At videte quam diligenter retineat ius tribunicia poteſtatis.) Rreprehendit aliam Rulli cautionem. Vetebat enim quenquam prætori legem curiatam ferenti intercedere. quod & ipſum iniquum eſſe oſtendit, primum, quia minuit tribuniciam poteſtatem, deinde, quia impu-

A dente, ſi interceſſum fuerit, eandem poteſtatem conſtituit, quam, ſi in erceſſum eſſet; vt ergo, inquit, hic retineat ius tribuniciæ poteſtatis attendite.

Conſulibus legem curiatam ferentibus à trib.pl. &c) Id eſt, cum tribuni pl. ſæpe conſulibus legem curiatam ferentibus intercesſerint.

Hic tribunus pl.legi curiatæ.) Sic enim legendum puto, non *lege curiata*, vt in impreſſis libris legitur.

Quam Prætor ferat, ademit intercedendi poteſtatem.) Laudat autem hanc tribunorum pl. aduerſus conſulares actiones poteſtatem, vt plebis auribus, cuius magiſtratus erat tribunatus, blandiatur.

B *Neq; tamen nos id querimur.*) Neq; vero inquit hanc tribunorum pl. poteſtatem conſulibus intercedendi eſſe, nos conſules querimur.

Tantummodo ſi quis eq poteſtate temere eſt vſus, æſtimamus.) Quanquam in hac voce mendum latere arbitror. Interceſſio autem, quæ propria fuit tribunorum plebis, quippe qui ad id creati eſſent, vt interceſſionibus ſuis conſulares actiones impedirent, nihil erat aliud, quam cum tribuni pl. hac voce, *Veto*, erant impedimento, ne quid in rep. fieret. qua de voce ſic Liuius lib. vi. *Bene habet quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet. iſto ipſo telo tutabimur plebem, agite dum comitia indicite patres tribunis militum creandis. Faxo, vt iuuet vox iſta, Veto,*

C *qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis*) Intercedere autem alij etiam magiſtratus poterant, aut collega collegæ, aut maior minori. Pergit.

Atq; hoc cum in eo reprehendendum eſt, quod per trib &c.) Cum hoc inquit in eo reprehendendum eſt, vt iniquum, quod tribuniciam poteſtatem tribunus pl imminuit, tum in eo deridendum, vt abſurdum, quod conſuli, ſi legem curiatam non habet, rem militarem attingere non licet, hic qui interceſſionem adimit, tamen poteſtatem eandem, ſi interceſſum fuerit, conſtituit, quam ſi lata lex eſſet. optima enim lege eos eſſe iubet, ex quo imprudentiam eius, qui interceſſionem

D ſuſtulerit, colligit; nam ſi interceſſio legem impedire non poteſt, cur aut ipſe eam adimit, aut quenquam tam ſtultum futurum putat, qui intercedat, cum ſe interceſſione impedire non poſſe ſciat? Quod præterea ait.

Conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.) Id ipſum eſt etiam in epiſtola ad Appium: Appius dixit in ſenatu, palam ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega prouinciam, ſi lex curiata non eſſet, ſe paraturum cum collega, tib:q; ſucceſſurum. legem curiatam conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe, ſe quoniam ex S. C prouinciam habeat, lege Cor-

E nelia imperium habiturum, quoad in vrbem introiiſſet. ſunt, qui putent, poſſe te non decedere, quod ſine lege curiata tibi ſuccedatur. Ergo lex curiata dabat imperium iis, qui prouincias haberent, lex Cornelia iubebat, vt is cui à ſenatu decreta prouincia eſſet, imperium haberet, quoad in vrbem rediiſſet. Quare Appius, ſi legem curiatam ferre non poſſet, vſurum ſe legis Corneliæ beneficio profitebatur, qua etiam dabatur imperium iis, qui prouinciam ex S C. haberent, eſt autem imperium, vt inquit Cicero in Philip. v. ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt.

Sint igitur decemuiri neq; veris comitiis.) Hactenus de creandis decemuiris,

viris, reſtat, vt dicat de ornandis. ornamenta autem erant pullarij. A quinquennalis poteſtas, apparitores, ſcribæ, librarij, præcones, architecti, muli, tabernacula, ſuppellex, pecunia ex ærario, & à ſociis, ianitores, & ſtipatores. Ad hanc autem diſputationem tranſit, per conceſſionem, concedit enim ea, quæ dixit, hoc modo.

Sint igitur decemuiri, neq; vero comitiis, hoc eſt populi ſuffragiis, creati.) Quod primo capite cauebatur.

Neq; illi ad ſpeciem, atq; ad vſurpationem vetuſtatis per xxx. lictores auſpiciorum cauſa adumbratis, conſtituti.) Quod tertio. ſignificat autem tributa, & curiata comitia; quorum illa vera eſſe negat, quia maior pars populi ſuffragiis ſpoliata erat, hæc, quia non ſolum à xxx. curiis, vt quondam, ſed ne à triginta quidem curiarum lictoribus auſpiciorum cauſa ad vſurpandam libertatem habeantur. B quod autem hoc ſit, & ſi obſcurum eſt, tamen in tantis antiquitatis tenebris, quod illuſtrare hanc ſententiam poſſit, aliquid excogitabimus. Etenim cum Gellius auctor ſit, curiata comitia olim per lictorem curiatim calata fuiſſe, facile ſuſpicari poſſumus, longo temporis interuallo eueniſſe, vt cum curiæ à ſingulis lictoribus more maiorum vocatæ non venirent, xxx. ipſi lictores, qui eas vocauerant, pro curiis, ad ſpeciem vetuſtatis, vt auſpicia, quæ in eis habendis obſeruari licebant, retinerentur, ſuffragia iniſſe, maxime in lege curiata de imperio ferenda. C Cicero autem cum ſtomacho concedit non ſolum non à curiis, ſed ne à lictoribus quidem decemuiros conſtitutos eſſe. multa autem eiuſmodi alia continuandæ antiquitatis cauſa à Romanis facta. nemo, qui paululum in hiſtoriæ Romanæ lectione temporis poſuerit, ignorat; vt de vexillo, quod centuriatis comitiis in Ianiculo tantum ὁσίας ἕνεκα, id eſt, vt latini loquuntur, *Dicis cauſa*. Auſpicia porro quanquam proprie ſumptas ex auibus diuinationes ſignificant, tamen latius etiam patent, atq; alia auguralis diſciplinæ ſigna complectuntur. vt ex cælo, ex diris, vt ſoricis occentum, & morbum Herculeum, quo quis correptus in comitiis eſſet. Curiata autem comitia niſi captatis ante auſpiciis haberi poterant. D non captare autem auſpicia erat ex his auguralis diſciplinæ ſignis Iouis voluntatem interpretari. De ornamentis porro decemuirum ita agit. iniquum eſt, decemuiros maioribus ornamentis affici, quam conſules. etenim decemuiri nullam à populo poteſtatem acceperunt, conſules ſummam, atqui lege Seruilia decemuiri maioribus afficiuntur ornamentis, ergo iniqua. aſſumptionem à diſtributione partium probat, primum ita.

Iubet auſpicij coloniarum deducendarum cauſa decemuiros habere pullarios, eodem iure, inquit, quo habuerunt tresviri lege Sempronia) Qui ſint autem pullarij, dubium non eſt. E Etenim ex auibus tria auſpiciorum genera captabantur, ex occentu, ex volatu, & ex tripudio. Tripudium autem augurium accipiebatur ex pullis gallinaceis, quos in cauea incluſos aſſeruabant pullarij, quibus eductis paſtus obiiciebatur, tumq; ex paſcendi ratione augurium capiebat pullarius, idq; ad magiſtratum deferebat, eum à quo iuſſus erat captare augurium. Cicero li. II. de diuin. *Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius.* Liuius li. 9. *Papirius pullarium in auſpicium mittit. cum pulli nō paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus tripudium ſoliſſimū conſuli nunciauit.* Legē porro Semproniam à Ti. Graccho agrariam latam intelligit, qui cum trium-

A triumuiros agris dandis conſtituiſſet, pullarios eis adiunxit. Aſtute autem & callide Cicero ius pullariorum non reprehendit, ne Semproniam legem populo iucundiſſimam vituperare videatur. Rullum inſectatur, qui legem Semproniam audeat nominare multo ſua iuſtiorem, quippe qua triumuiri non à 17. tribubus, ſed à 35. creati ſint, hanc figuram vocat Lupus *παράκλασιν*, nimirum cum id, quod ab altero dictum eſt, non in eam ſententiam, qua intelligitur, ſed in aliam, aut in contrariam accipitur, cui interrogationem cum indignatione adiecit.

Dat præterea poteſtatem verbo prætoriam,) Alterum decemuiralis pro-
B uinciæ ornamentum erat poteſtas prætoria, in quinquennium, quorum vtrunque arguit Cicero, nam verbo prætoriam futuram, reuera regiam, verbo in quinquennium conſtitui, reuera in perpetuum. ſignum huius rei affert, quòd tantis eam confirmat opibus, & copijs, vt inuitis illis eripi nullo modo poſſit, opibus quidem, pecunia, copijs, exercitu, vt paulo poſt.

Deinde ornat apparitoribus, ſcribis, librarijs.) Perſequitur alia inſignia, quibus decemuiri ornabantur.

Apparitoribus) Apparere enim magiſtratui, eſt operam el ſuam accommodare, vt de C. Flauio, qui ſcriptum faciebat, dixit Piſo apud
C Gellium, cum appareret ædilibus.

Scribis.) Horum ordo actis publicis ſcribendis occupatus erat, vt librarij priuatis.

Præconibus.) Qui edicta decemuirum pronunciarent; qui auctionem facerent.

Architectis.) Qui locum caſtris caperent, ac caſtra communia præſcriberent.

Mulis.) Qui ſarcinas ferrent.

Tabernaculis.) In quibus ne ſub dio eſſent, verſarentur, dum in caſtris eſſent. De his ſic Liuius lib. 42. *Magiſtratus mulis, tabernaculis,*
D *& omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſocijs.* Sic Suetonius. *Auguſtus inſtituit, vt proconſulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur. Centurijs,* cum addit, quid velit non intelligo. ſunt qui *Tentorijs* pro *Centurijs* legant, quod non probo, cum dixerit paulo ante, *Tabernaculis*, quæ tabernacula dari à ſenatu ſolita oſtendit Plutarchus in Ti. Graccho, cui tamen in triumuirali prouincia tabernaculum negaſſe ſcribit lege eius offenſum. Huic autem loco ſimilis eſt alter Capitolini in vita Alexandri. Alexander, inquit, exemplo veterum & argento, & neceſſarijs magiſtratus, quos in prouincias mittebat, inſtruebat, ita vt
E præſides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes foréſes binas, domeſticas ſingulas, aureos centenos, cócos ſingulos, & ſi vxores non haberent, ſingulas concubinas, quod ſine ijs eſſe non poſſent, reddituri depoſita adminiſtratione mulos, equos, muliones, & coquos. cætera ſibi habituri, ſi bene egiſſent; in quadruplum reddituri, ſi male.

Sumptum haurit ex ærario, ſuppeditat à ſocijs.) Ad ornamenta etiam prouinciarum pertinebat pecunia, quæ in prouincias ituris ex ærario numerabatur, vnde inquit Cicero de Appio. Appius in Ciliciam cogitat ſine lege, ſuo ſumptu. hanc autem negatam Ti. Graccho III. viro tradit Plutarchus cum ait, *ἀνάλωμα δὲ εἰς ἑκάστην ἡμέραν ἐννέα ὀβολοὺς τάξαντες.* Addit,

Iani-

Ianitores ex equeſtri loco ducentes in annos ſingulos.) Et multitudine, & A
dignitate miniſtrorum inuidioſam poteſtatem reddens. is enim eſt ex equeſtri loco, quorum maiores in equeſtri dignitate manſerunt.

Formam adhuc habetis Quirites, & ſpeciem ipſam tyrannorum.) Dixit de ornamentis decemuirum lege Seruilia conceſſis, nunc de eorum poteſtate dicturus, vtramq; diſputationem ita coniungit, vt & ex inſignibus, & ex poteſtate data intolerandam eorum tyrannidem conſtitui dicat. *Videtis*, inquit, *ex ijs, quæ dixi, formam tyrannorum, id eſt inſignia veteris poteſtatis, quibus fortaſſe vſus eſt Roma, vel Superbus rex, vel in alijs veteribus rebuspublicis alij, nondum ipſam poteſtatem tyrannorum.* Et B
quia aliquis dicere poterat, ſe his poteſtatis inſignibus non offendi, ſcriba, lictore, præcone, pullario, occurrit eorum quæſtioni, atque oſtendit hæc inſignia non eſſe, etiam ſi poteſtas nulla ſubeſſet, nam ſunt hæc omnia eiuſmodi, vt qui hæc ſine ſuffragijs populi habeat, aut priuatus furioſus, aut rex ſit non ferendus; quod ſi poteſtas, quãta data ſit, cognoſcatur, profecto apparebit, eos non inſanos priuatos, ſed reges intolerandos eſſe. in hac autem quæſtione proponenda, atq; ſoluenda vſus eſt περιστάσει, ὑποφορᾷ, & ἀνθυποφορᾷ. Quòd autem vulgo ſcriptum eſt *Inſignia veſtra*: nonnulli libri antiq habent.
Inſignia habetis, in quibus fortaſſe non abſurde verbum *Habetis*: geminatur, veruntamen in ijs orationum libris, quos Paulus Manutius C
longe emendatiores quàm vnquam antea duos ab hinc annos edidit, legitur, *Inſignia videtis*: & rurſus quod in vulgatis ſcriptum eſt.

Non priuatorum inſaniam, ſed intolerantiam regis.) Malim *Regum*, quæ vox in omnibus, quos inſpexi libris manuſcriptis inuenitur, vt reſpondeat voci, *Priuatorum*. cum ergo hac ratione ab inſignibus ad poteſtatem decemuirum gradum fecerit, hinc ita ſubſequitur.

Primum permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de veſtris vectigalibus non fruendis, ſed alienandis; deinde orbis terrarum, gen- D
tiumq́ omnium datur cognitio ſine conſilio, pœna ſine prouocatione, animaduerſio ſine auxilio, quibus verbis breuiter magnam partem poteſtatis eorum duobus capitibus comprehendit, pecuniæ conficiendæ, & iudicandi ratione; vtramq; autem amplificauit. primum quòd infinita poteſtas detur innumerabilis pecuniæ conficiendæ, deinde, quod ex vectigalibus populi R. ijſq; non fruendis, ſed alienandis. Etenim quod cenſoribus ferè non permittitur, id datur decemuiris. illi enim vectigalia populi R. fruenda fere locare ſoliti ſunt, hi alienabunt, & vendent.

Cognitio ſine conſilio.) Præterea datur ijs, inquit, cognitio ſine conſi- E
lio. cum tamen prætor, aut iudex quæſtionis in vrbe cauſſam non cognoſcat, niſi iudicibus aduocatis, & imperator in caſtris, niſi legatis, & tribunis in conſilium adhibitis, quid opus facto ſit, non ſtatuat.

Pœna ſine prouocatione.) Cum tamen conſulibus in vrbe in quenquam animaduertere non liceat, ſi is ad populum prouocarit.

Animaduerſio ſine auxilio.) Cum tamen tribuni pl in vrbe de nullo ſumere ſupplicium poſſint, ſi collegæ interceſſerint, atq; reo auxilio fuerint. Itaque cum Labeo tribunus pl. Metellum è ſaxo deijcere vellet, collegæ auxilio fuerunt, ne deijceret. Quæ ergo nec cenſoribus, nec prætoribus, nec imperatoribus, nec conſulibus, nec tribunis pl. po-

A pl. poteſtas data eſt, ea decemuiris permiſſa eſt. ſequitur altera ratio amplificationis à conſequentibus huius poteſtatis incommodis.

Iudicare per quinquennium vel de conſulibus, vel de tribunis pleb. ipſi poterunt:) Quod populo grauius eſt.

De illis interea nemo iudicabit.) Quod nimis intolerandæ audaciæ eſt.

Magiſtratus hi &c.) Magiſtratus gerere poterunt, cauſſam dicere, id eſt rationem magiſtratus reddere cogi non poterunt. quib. verbis poteſtas quædam regia nullis adſtricta legibus informatur. Perſequitur deinceps reliquas decemuiralis poteſtatis partes:

Emere agros à quibus volent, quos volent, quàm magno volent poterunt.)

B Egregie. adhoc enim poteſtas, vendendorum vectigalium, & pecuniæ conficiendæ conceſſa eſt, vt ea pecunia agri emantur. Item.

Colonias deducere nouas, renouare veteres, totam Italiam ſuis colonijs vt complere liceat, permittere:) Recte. in hunc enim vſum agri emuntur, vt eo coloniæ deducantur. Atq; his quidem quatuor capitib. tota poteſtas decemuiralis continetur. pecunia ex vectigalibus alienandis conficienda, ſummo iudicandi iure, agris emendis, colonijs deducendis, atq; his omnibus pro arbitrio faciendis. quæ res ſequentibus legis capitibus confirmantur. Addit aliud, quod primi capitis eſſe pars videtur, id eſt ſummam poteſtatem in vniuerſum orbem terrarum:

C is enim in prouincias, liberos populos, & regna diuiditur. prouinciæ populo Rom. parent, liberi populi legibus, Regna regibus. promittitur autem eis vt prouincias obeant, liberos populos agris mulctent, regna etiam dent. neque enim hoc loco probare poſſum lectionem illam, quam Camerarius intulit, qui pro *regnorum vel dandorum*, reponit *agrorum vendendorum*. neque enim amplificationis huius gradus animaduertit, quæ à prouincijs ad liberos populos, ab his ad regna progreditur. neque Ciceronis ſententiam, qui ſupra etiam dixit, decemuiros liberorum populorum, regnorum orbis terrarum denique dominos eſſe conſtitutos. quanquàm ſi in veteribus libris

D inuenirem, vendendorum, magis probarem Ægyptum enim ſignificat, de qua paulo poſt dicet: Ergo idem ex ſua lege vendet Alexandriam, vendet Aegyptum. Sequitur aliud:

Cum velint, Romæ eſſe, cum commodum ſit; quacunque velint ſummo cum imperio, iudicioq; omnium rerum vagari vt liceat, conceditur.) Quod nouum eſt. neq; enim pro conſulibus, vt in vrbe ſint, nec niſi in prouincia ſua imperium habeant, permittitur. Imperium autem, ad bellum gerendum pertinet, Iudicium, ad ius dicendum. Ex hac tanta poteſtate hęc conſequantur incommoda neceſſe eſt.

Interea diſſoluant iudicia publica, de conſilijs abducant, quos velint, ſinguli

E *de maximis rebus iudicent*) Nam ſi licebit eis Romæ eſſe cum tanto imperio, quantum nullus magiſtratus habeat, poterunt, inquit, diſſoluere iudicia publica, ſi de cōſilijs, quos voluerint abduxerint, ſinguli de rebus maximis iudicarint, omnia ad ſe prætoris, & quæſitoris, & Iudicum munera tranſtulerint. Iudicia autem publica erant, vt repetundarum, ambitus, maieſtatis, peculatus, quibus exercendis ſinguli fere prætores attributi erant, ita vt iudices ſortirentur, & ſubſortirentur, ac cogerentur. reliqua autem fere, quæ ad cauſſæ cognitionem pertinebant, iudex quæſtionis, qui vnus fere erat ex iudicibus ſorte lectus, qui & quæſitor dicebatur, peragebat. Pædianus. Addit:

Quæſtori permittant, finitorem mittant, ratum ſit, quod finitor vni illi, à quo A
miſſus erit, renuntiauerit.) Significat autem decemuiros ipſos Romæ iudicia publica pro arbitratu tractaturos, agrariam rationem per quæſtorem interea, ac per finitorem adminiſtraturos, fuiſſe enim opus quæſtoribus in vendendis agris docet Higenus, & Flaccus, qui quæſtorios agros dictos ſcribunt, quos ex hoſte captos populus Rom. per quæſtores vendidit. decemuiris ergo parebant, quæſtores, decemuiris, & quæſtoribus finitores, qui erant agri menſores. Extremo loco ponitur amplificatio in nomine, cum inquit.

Verbum mihi deeſt, Quirites.) Sibi deeſſe verbum affirmans quo in-
finitam hanc regiam poteſtatem ſignificet, etenim maiorem eſſe, B
quàm regiam. nam regna ſi non iure aliquo, ac certe regionib. certis continentur. vt Macedonicum quidem Macedoniæ, Aegyptium, Aegypti finibus, at decemuirale regnum nullis regionum terminis circumſcriptum eſt, quod & regna omnia, & Romanum imperiũ latiſſimum, & ea quæ à populo R partim libera, partim ei ignorata ſunt, cõprehendat. Huius amplificationis figura eſt, quæ à Græcis dicitur ἀπορίᾳ, qua vtitur etiam in or. de ſupplicijs: Verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt. & in Phil. 14. Hæc à quibus timebantur, eos hoſtes appellare dubitamus; grauius ſi quis attule-
rit nomen, libenter aſſentiar. C

Libera à vobis) Dixit liberos populos, qui à Romano tributo erant immunes.

Ignorata vobis.) Eas regiones ſignificat, ad quas nondum arma Romana peruenerant, quales ad ſeptentrionem tum multæ erant. ſic enim amplificatur regnum decemuirale, quo reges alij, Romanum imperium, liberæ nationes, ſed tum populi Ro. ſociæ, & quæ populi R. arma non ſenſerant, continerentur, quod ipſum ὑπερβολικῶς dictum eſſe accipiendum eſt.

Datur igitur eis primum, vt liceat,) Sequitur, vt quando iam ſatis D
poteſtatem decemuirum regiam informauit, iam venditionis genera, quæ eis permiſſa ſunt, perſequatur, quorum genus vnum hoc eſt. vt vendant ea omnia; de quibus vendendis S C. facta ſunt M. Tullio, Cn. Cornelio cos. qui fuerunt anno vrbis conditę 672. dictatore Sylla temp. obtinente. Appianus, Gellius, alij. notat autem obſcuritatem verborum Rulli, qui ſcripſit: *Omnia, de quibus vendendis S. C. facta ſunt*, neque ea, quæ fuerint, nominauit. obſcuritatis autem huius duas affert cauſſas. vnam pudoris, alteram ſceleris. pudoris, quod nõ auſerit loca ipſa propter reuerentiam nominare, ſceleris, quòd ſta-
tuerit, ita ſe tabulas publicas corrumpere poſſe, atq; ea S. C. quæ fa- E
cta non ſint, pro arbitrio, fingere. Quæ vero ea loca erant, Cicero nominat.

Sunt enim, inquiens, *loca publica verbis. ſunt ſacella, quæ poſt reſtitutam tribuniciã poteſtatem nemo attigit, quæ maiores in vrbe partim periculi perfugia eſſe voluerũt.*) De huiuſmodi autẽ ſacellis Liuius ſic ſcripſit M Fuluius, & M. Lepidus cẽſores portoria, & vectigalia multa inſtituerũt, complura ſacella, compluraq; ſacra occupata à priuatis, vt paterent, eſſentq; populo, curarũt. Porro autem tribunicia poteſtas à Sylla dictatore infracta à Cn. Põpeio in primo cõſulatu reſtituta eſt. Hæc autem ſacella in vrbe paſſim inueniebantur (ſic enim legendum puto,

non

non *Partim*) quæ in bellis ciuilibus, aut Mario, aut Sylla ſæuienti-
A bus, & ad cædem inimicos ſuos per ſatellites quærentibus periculi
perfugia fuerunt, quæ græci ἄσυλα dixerunt. Erant etiã mons Gau-
rus Campaniæ, de quo Liuius, & Plinius; ſalicta ad Minturnas, nobi-
le item oppidum Campaniæ, via Herculanea, quod ad Herculaneum
Campaniæ oppidum ducebat, ita dicta. Herculaneum autem oppi-
dum non longe à Pompeijs ad mare fuit. cur autem hanc viam ven-
dibilem, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ vocauit? quia non
longe à lacu Lucrino eſſet, qui omnem eam oram, quam alluebat, a-
mœniſſimam reddebat, ac tantam piſcium copiam alebat, vt nõ par-
B uum ex ea re fructum reſp. Romana caperet, vt Strabo, & Seruius in
Virgilium ſcripſerunt. Addit:

*Permulta alia, quæ ſenatus propter anguſtias ærarij vendenda cenſuit, conſu-
les propter inuidiam non vendiderunt*) Quibus verbis auget inuidiam à
diſſimili, cum ait: & quæ ſenatus propter ærarij anguſtias vendenda
cenſuerat, & conſules propter inuidiam non vendiderunt, ea decem-
uiri vendere non dubitabunt. Adeo autem exhauſtum erat ærarium
iam inde à priore Syllæ conſulatu, vt ſenatus decreuerit, Appiano te-
ſte, ea quæ à Numa Pompilio rege ſacris attributa erant, vendi. Eæ
vero anguſtiæ cum poſt Sullæ mortem multo maiores eſſent, cauſ-
C ſam attulerunt, vt quæſtio de reſiduis pecunijs conſtitueretur, de qua
Pædianus. Atq; hæc de pudore, de ſcelere vero illud magis pertime-
ſcendum putat, quod decemuirali audaciæ poteſtas permittitur cor-
rumpendarum tabularum publicarum, fingendorumque ſenatus-
conſultorum, quæ facta nunquam ſunt. cum ex eo numero, qui per
eos annos conſules fuerunt, multi mortui ſint. quod ſi ea loca, quæ
ſenatuſconſultis continerentur, appellaſſent, nullam habuiſſent hu-
ius committendæ fraudis facultatem. Fingere autem ſenatuſcon-
ſulta, eſt ſenatuſconſulta, quæ facta non ſint, pro factis ad ærarium
deferre, præſcriptis eorum conſulum nominibus, quibus referenti-
bus facta eſſe finguntur. vnde Cicero in 3. de legibus dixit. *Senatuſ-
conſulta præſcripta ſeruanto* hoc autem licuiſſe decemuiris facere, quia
D multi conſules mortui ſint, qui ijs temporibus fuiſſent. Qui autem
mortui eſſent facile intelligi poterit, ſi qui conſule Cicerone cõſula-
res viuerent, cognoſcetur. Viuebant igitur Catulus, Seruilius, Lu-
culli, Curio, Torquatus, Lepidus, Gellius, Vocatius, Figulus, Cotta,
Cæſar, Piſo, Glabrio, quos de coniuratis ſententiam dixiſſe ſcribit
lib. 12. ad Atticum, his adde M. Craſſum, & Q. Hortenſium, quibus
conſulatum ſuum placuiſſe inquit in oratione pro domo, præterea
Q. Metellum Creticum, & Q. Marcium Regem, qui ad vrbem cum
imperio erant, auctore Saluſtio, Cn. Pompeium Magnum, qui in A-
E ſia bellum gerebat, P. Lentulum Suram prætorem 2. qui poſtea ſtran-
gulatus eſt. Ergo mortui erant L. Sulla, Q. Metellus Pius, Ap. Clau-
dius Pulcher, M. Lepidus, D. Brutus, Mam. Lepidus, Cn. & L. Octauij,
C. & M. Cottæ, C. Caſſius, Cn. Lentulus, Cn. Oreſtes, & L. Metellus.
Eos autem tãta audacia futuros probat inde, quod cupidi adeo ſint,
vt ijs orbis terrarum anguſtus videatur eſt enim cupiditas quaſi irri-
tamentum audaciæ, vſurpat autem ἐνθύμημα ἠθικὸν μετ' εἰρωνείας,
καὶ βαρύτητος. quale etiam eſt illud Lepidi apud Saluſtium. Niſi
forte ſperatis per tædium iam aut pudorem tyrannidis eſſe eum per
ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum.

Habetis

Habetis vnum venditionis genus.) Tranſit ad alterum venditionis A
genus quod ſequenti capite continebatur. cuius verba erant huius
ſentẽtiæ. Qui agri, quæ loca. quæ ædificia, aliudve quid extra Italiam,
quod publicum populi R. factum ſit L. Sylla, Q. Pompeio Cos. aut
poſtea, id decemuiri vendunto. Hoc igitur, tanquam grauius, vt at-
tendat populus R. admonet, nam à priore ad hoc quaſi gradum, &
aditum iactum intelliget; quanquam ibi malim legere, *factum*,
quod in hoc genere vſitatius eſt quam *iactum*. Quod autem ſcripſe-
rat Rullus. *Qui agri, quæ loca, quæ ædificia*, (ſic enim legendum ex anti-
quis libris: & non, vt in impreſſis *Qui agri, quæ loca, ædificia*) id ipſum
in veteribus legibus fuit tralatitium. Hoc indicat Higenus cum ait: B
*Meminerimus in legibus ſæpe inueniri, cum ager eſt centuriatus ex alieno ter-
ritorio, paratuſque vt aßignaretur, inſcriptum: Quos agros, quæve loca, quæ ve
ædificia intra fines dedero, aßignauero, in eu agru iuriſdictio, coercitioque eſto
coloniæ illius, cuius ciuibus agri aßignabuntur.* Loca porro latius patent,
quàm agri. vnde dixit Iſidorus. Locus à latitudine. Locuples, quaſi
loci plenus, & poſſeſſionum plurimarum poſſeſſor. quemadmodum
docet Tullius de rep lib. II. Multaque editione ouium, & boum,
quod tunc erat res in pecore, & in locorum poſſeſſionibus, ex quo
pecunioſi & locupletes vocabantur. Hoc autem facit Cicero, vt in-
terim dum verba Rulli recitat, eum reprehendat, quod nimis multa C
complexus ſit. nam vbi dixit.

Qui agri, quæ loca; quæ ædificia.) Quærit, an ſit aliud quid. & cum
multa eſſe ſubijciat, vt mancipia, pecus, aurum, argentum, ebur, ve-
ſtem; ſupellectilem, quærit iterum, cur ea non nominauerit, atque,
id non vitandæ inuidiæ cauſa ab eo factum ait, ſed ne nimis longus
eſſet, ſi omnia nominaret; aut quod timuit, ne in multis rebus aliquã
forte præteriret, ac propterea, eas omnes vno verbo cõplexum eſſe.

Aliudve quid.) Hæc autem oratoria πλάσις eſt, qua parum in
Rullo roboris, & neruorum, cupiditatis vero plurimum eſſe ſignifi-
cat. ſi longum putauit, ignauus eſt, ſi ne quid præteriret, timuit, nimis D
cupidus. Hoc idem facit in Antonium ſæpe in Philippicis. deinde
legis verba perſequitur quibus expletis ita ſtatuit.

*Hoc capite Quirites, omnes gentes, nationes, prouincias, regna, decemuirum
ditioni, iudicio, poteſtatique permiſſa, & condonata eſſe dico.*) Quæ verba ni-
hil inanis habent, gentes enim totum eſt quoddam; reliqua partes.
nationes quidem populi legibus ſuis obedientes, prouinciæ, Ro-
manis Regna regibus. Ditio etiam & iudicium, & poteſtas ad ea tria
referuntur, quæ ſupra dicta ſunt, pœna ſine prouocatione, cognitio
ſine conſilio, animaduerſio ſine auxilio. *Permiſſa* vero dixit quaſi per E
legem condonata contra mores. Hoc autem ita eſſe probat ex po-
teſtate eis conceſſa.

Nam cum idem, &c.) Id eſt, cum ijdem decemuiri poſſint aliquid
publicum populi R. eſſe iudicare, qui dixerint, nullus erit locus, quẽ
non poſſint publicum populi R. factum dicere, cum ijdem poſſint
iudicare. atque vt magis locorum ſingulorum commemoratione
animos Romanorum accendat, deinceps nobiliſſimam quanq; Aſiæ
vrbem nominat.

*Pergamum, Smyrnam, Tralleis, Epheſum, Miletum, Cyzicum, totam deni-
que Aſiam, quæ poſt L. Syllam Q. Pompeium conſules recuperata ſit.*)

A Etenim cum Mithridates rex Aſiam populi Romani prouinciam anno ante Syllam, & Pompeium, vt opinor, Coſ. occupaſſet, poſt à Sylla, qui ad id bellum profectus eſt, armis recuperata eſt, noti conſules. notæ vrbes, nota hiſtoria eſt. quæ obſcuriora ſunt, ea diligentiam noſtram deſiderant. itaque hæc relinquemus, quæ manifeſta ſunt. Quod vero legitur.

Primum hoc quæro qui..) Et ſi nihil ſincerius, nihil emendatius hoc loco videri poteſt: ego tamen veterem ſcripturam magis probo, quæ eſt in manuſcriptis libris.

Primum hoc, quæro enim, qui, &c.) Probat deinde decemuiros totam

B Aſiam publicam populi R iudicare poſſe, nam ſi quæritur, inquit, copia orationis, qua factum defendatur, oratio ad eius rei diſceptationem non deerit, ſi iudex cauſæ amicus, credibile eſt, cum is qui diſſeret etiam iudicabit, facile eum impelli poſſe, vt falſum iudicet. ſi quæſtus, non eſt dubium, quin ſi condemnare Aſiam volet, terrorem damnationis, & minas non, quanti volet, æſtimet. Ex quo ſequitur hoc caput ex tantis, quæ conſequi mala poſſunt; iniquum eſſe, ac pernicioſum reip. hanc autem ſentētiam ornauit τῇ ἀπορίᾳ. Eodem modo decemuiros Bithyniam venditutos ait. quam Eutropio auctore; Octauio, & Cotta Coſ. Nicomedes rex moriens populo

C R. teſtamento reliquerat, eamq; adita hæreditate populus Ro. prouinciam fecerat. vnde dixit Cicero in Maniliana: Bithyniæ; quæ nunc veſtra prouincia eſt, vicos exuſtos eſſe complures. argumētum ductum eſt ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος. ſi Aſia, de qua aliqua eſſe controuerſia poteſt, publica ne ſit populi R. venditur à decemuiris, multa magis Bithynia, de qua nulla controuerſia. de qua iam ſtatutum à vobis, & iudicatum eſt, quam hæreditatem iam creuimus, quæ certe publica populi R, facta eſt. quid erit impedimento, quin omnes agros, vrbes, ſtatiua, portus, totam deniq; Bithyniam vendant? Quod vulgo autem legitur.

D *Quoniam ſtatutum à vobis eſt.*) Malim. *Quod iam ſtatutum* nam cum dixerit: *Quod diſputari contra nullo pacto poteſt*, idem per contrarium infert: *Quod iam ſtatutum à vobis, eſt & iudicatum*: cernere porro hæreditatem. eſt adire. Varro de lingua Latina: Cum ego antea te amaui, & mihi amicum eſſe creui. valet conſtitui. Itaq; hæres cum conſtituit, ſe hæredem eſſe, dicitur cernere, & cum id fecerit; creuiſſe.

Vrbes, agros, ſtatiua, portus.) Sic in epiſtola Lentuli. *Vt etiam à Rhodiis vrbe, portu, ſtatione, quæ extra vrbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri*, Quod autem dixit de Bithynia, idem etiam eos facturos eſ-

E ſe de Mitylenis ait, quas belli lege, ac iure victoriæ populi R. eſſe inquit. Fuerunt a. Mitylenæ oppidum quondam in inſula Leſbo nobiliſſimum, vnde nunc tota etiam inſula nomen accepit. quæ cum bello Mithridatico arma contra populum R. cepiſſent, fere admodū deuictæ ſunt. nam paulo ante Sullæ mortem, ſic ſcriptum eſt in epitomis: Mitylenæ quæ ſola vrbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ, dirutæq; ſunt. *Belli* autem *lege, ac iure victoriæ* dixit. quia lex eſt conſenſio quædam, vt inquit Ariſtoteles lib. primo Politicorum, per quam bello capta illorum fieri dicuntur, qui ceperunt. libri a. manuſcripti, quos ego inſpexi, habent non, *Quæ certe veſtra*, vt in impreſſis, ſed *Quæ terra veſtra*. quos non ſequor. Laudat deinde hāc vrbem, vt probabiliorem faciat decemuirum eius alienandæ cupiditatem;

Vrbs,

Vrbs, inquit, *& natura, & ſitu & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudi- A
ne in primis nobilis.*) De cuius ſitu ſic Vitruuius lib primo. In inſula
Lesbo oppidum Mitylenæ magnificenter eſt ædificatum, & elegan-
ter, ſed poſitum non prudenter. in qua ciuitate auſter cum flat ho-
mines ægrotant, cum corus, tuſſiunt. cum ſeptentrio, reſtituuntur in
ſalubritatem, ſed in angiportis, & plateis non poſſunt conſiſtere
propter vehementiam frigoris. ſitum ergo Cicero intellexit ad aſpe-
ctum quidem præclarum, ad loci vero, cælique ſalubritatem, non i-
tem. Addit,

Agri iucundi, & fertiles.) Quibus verbis prædiorum duo gene-
ra exprimit, de quibus loquitur Ariſtoteles in primo artis Rhetor. B
ἐλευθέρια, καὶ χρήσιμα. ἔστι δὲ χρήσιμα μὲν μᾶλλον τὰ κάρπιμα,
ἐλευθέρια δὲ τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν. id eſt, quod dixit Cicero pro Sex.
Roſcio, prædia pulchra, & fructuoſa. *Nempe eodem capite incluſi continē-
tur*: & vrbs, inquit, atq; agri eodem capite incluſi ſunt, quia poſt Sul-
lam, & Pompeium conſules in ditionem populi R. peruenerunt.

Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus) Item, inquit Ægyptus
Ptolomæi Alexandri teſtamento populo Rom. relicta eſt poſt Sul-
lam, & Pompeium Cos. ergo legis Seruiliæ viuendi à decemuiris
poterit. Quoniam autem fuerunt, qui regnum hoc populo R. adiu- C
dicari iniquum eſſe cenſuerunt, eaq; de re ſæpius in ſenatu tractatū
eſt, neque quicquam perfectum, fraudem Rulli, & auctorum huius
legis patefacit, qui quod aperte agentes conſequi non potuiſſent,
obſcuritate legis ſuæ decemuiris condonarent, vt Ægyptum vende-
rent, quamuis Ægyptus recondita eſſet, neq; vt Aſia, & Mitylena, &
Bithynia pateret. Hac de re in præcedenti copioſius diſputatum eſt.
Quoniam autem non ſatis conſtabat, teſtamentum ne vere factum
à rege eſſet, quo regnum populo R. relinqueret, eaque de re in ſena-
tu ſententijs ſæpe certatum erat, propterea inquit.

Hic ego conſul populi R. non modo, &c.) Inferens, ſe quanquam cōſul D
ſit, nolle non ſolum iudicare de re tanta, ſed ne ſententiam quidem
ſuam proferre, quod res magna ſit non modo ad ſtatuendum, ſed et-
iam ad dicendum. Ita fit, vt & modeſtiam ſuam indicet, cum ſe de
ſuo iure decedere ſignificat, & impudentiam Rulli, qui rem tātam
iudicio decemuirali permittat cur autem magna ſit, exponit.

Video, &c) Quia ſcilicet de ea in vtranq; partem diſputari poteſt.
Nam ſi Ægyptum populo R. adiudicare velis, potes, quia ſunt, qui
teſtamentum factum eſſe affirment, auctoritas ſenatus aditæ hære-
ditatis extat, tum cum Alexandro rege mortuo legati Tyrum miſſi
ſunt, qui ab illo pecuniam depoſitam recuperarent. extat etiam ſen- E
tentia L. Philippi. qui hæc ſæpe in ſenatu confirmauit. *Extremo conſtat
inter omnes, qui regnum illud teneat hoc tempore neque genere, neq; animo regio
eſſe. Si nolis, non deeſt etiam quod opponas. primum, teſtamentum nullum eſſe
factum, deinde, haud æquum eſſe populum R. omnium regnorum appetentem
videri, tertio, ne id quidem huic reip. vtile eſſe, demigraturos enim in illa loca
noſtros homines propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam.* Erat
porro ſenatus auctoritas, voluntas ſenatus, quæ cum maior pars ſe-
natorum aliquid ſtatuiſſet, ſcribebatur, eratque aliquanto infir-
mior, quam ſenatus conſultum, Dione auctore. ſignificat autem
nunciata Romæ, regis Alexandri morte (ſic enim legendum eſt,
non

A *Alexandrini.* Vt ſupra docuimus) legatos Tyrum ex auctoritate ſenatus miſſos, qui pecuniam quã rex depoſuiſſet Tyri, recuperarent Romanis, ſi *Noſtra leges*, ſi autem, *Noſtram*, vt in libro cuiuſdam amiciſſimi mei legitur, pecuniam à rege depoſitam ex teſtamento noſtram recuperarent, interpretabetis, Tyrus autem eſt vrbs Phœnicis in Syria. L. Philippum credo fuiſſe eum, qui poſt cum Lentulo Marcellino Cos. fuit. niſi malim patrem eius fuiſſe eum qui cum Sex. Cæſare conſulatum, cum M. Perpetna cenſuram geſſerat, qui in conſulatu Cottæ, & Torquati adhuc viueret, maxima vir auctoritate. Qui autem Ægyptum tenebat, cum non eſſet nec genere, nec animo

B regio, hunc, ſunt qui ſuſpicantur, Ptolomæum Auletem fuiſſe, qui poſt à ſuis regno pulſus opem Romanorum implorauit, atq; à Gabinio reſtitutus eſt. Strabo enim Auletem delicijs deditum adeo fuiſſe ait, vt choraulam etiam exercuerit, atque ea gloriatus ſit. Quod addit.

Non oportere populum R. omnium regnorum appetentem videre.) Idcirco ait quia: Aſiam ab Attalo, Libyam ab Appione, Bithyniam à Nicomede regibus teſtamento populo relictas ſatis conſtabat. De fertilitate porro Ægypti cum alij tum maxime Strabo lib. vii ita: ἡ δ' ἄλλη αἰγυπτ⁰ ἀνέλαιος ἐστὶν πλὴν τῶν κατ' ἀλεξάνδρειαν κή-

C πων, οἳ μέχρι τοῦ ἐλαίου χορηγεῖν ἱκανοί εἰσιν, ἔλαιον δὲ οὐχ ὑπουργοῦσιν. οἶνον δὲ οὐκ ὀλίγον ἐκφέρει, σῖτον δὲ, καὶ ὄσπρια, καὶ τ' ἄλλα σπέρματα πάμπολλα. Quin etiam Thucydides in procemio hiſtoriæ ſuæ fertiliſſimam quanq; regionem incolarum mutationes paſſam eſſe tradit. μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν. Concludit poſtremo indignam rem eſſe tantam controuerſiam iudicio decemuirali permitti. idq; multis confirmat rationib. primum hoc dilemmate. Nam aut populo R. Ægyptum adiudicabunt, aut regi, ſi populo, vendent Alexandriam, quod eſt indignum,

D ſi regi, & hoc etiam indignum, decemuiros de hæreditate populi R. iudicare, cum populus R. centumuiros cognoſcere de priuatis hæreditatibus velit, atq; ijdem vt hanc ſententiam ferant, non niſi magna accepta mercede à rege adduci poterũt, deinde indignum hoc eſt quia huic iudicio neq; idoneus actor aderit, nec forum idoneum, nec iudex integer. in priore autem dilemmatis parte proponenda vtitur amplificatione. hoc modo.

Ergo idem ex ſua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum, vrbis copioſiſſima, pulcherrimorumque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique opulentiſſimi regni reperietur.) Auget enim gradatim orationem. Etenim

E maius eſt Ægyptum vendere, quam Alexandriam, & arbiter quam iudex, & dominus arbitro, & domino rex. Arbiter autẽ eſt, qui æquitatem ſpectat, Iudex, qui legem, auctore Ariſt. in primo libro Rhetor. ὁ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ, ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον. καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη, ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. Centumuirum autem iudicium Romæ de iure priuatorum cognoſcebat, legebãturq; ex ſingulis xxxv tribubus terni, ita vt eſſent cv illi quidem, ſed quo facilius nominarentur, centumuiri dicerentur, vt ait Feſtus. eoſdem autem cauſas priuatarum hæreditatum cognouiſſe docet Cicero in primo oratore, & Valerius Maximus lib. vii. ca. primo, opponit autem hæreditatem publicam priuatæ, decemuiros centumuiris. Locus argumen-

menti eſt à minori, figura orationis eſt cum interrogatione. & ironia indignatio. His rebus expoſitis arguit cupiditatem Rulli, eorumq́; quorum ex ſententia hanc Rullus legem ſcripſerat, quod quæ decreto, & palam obtinere non potuerunt, ea non recte, & occulte tenēt. ſignificat autem id de quo ſupra dictum eſt, L. Cotta, & L. Torquato Cos. Ptolemæi regis morte nunciata extitiſſe, qui decreto, & aperte ex teſtamento regis, quod factum iactabant, Alexandriam populo R. attribuerent, qui conſules biennio ante fuerūt, quam Cicero. Vtitur autem verbo peti, translato illo quidem, verum non inde, vnde trāſtulit, cum in præcedenti dixit Quæ tos aperte petebatur. hoc oſtēdit verbum quod vtriq; loco redditur. ibi quidem, oppugnari, hic vero, cursus cucurrerunt. dixit autem, currere curſum, vt ſeruire ſeruitutem. in qua tranſlatione perſtans ſubdit. A B

Cur non aperte vt antea? cur non item vt cum decreto, & palam regionem illam petierunt. an quietis ijs, qui percurſum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc tetris tenebris, & caligine ſe Alexandriam peruenturos arbitrati ſunt?) Quo loco, *Cur non quietis ijs*: lib. vet. habent, quare ſunt, qui duobus literis additis legunt.

Cur non quietis nobis.) Id eſt, me conſule conniuente & rurſus non.

Decreto; ſed, *irecto.*) Sunt qui legunt, quod quid, ſit exponit Iulius cum proxime addit. C

Per rectum curſum.) Libri ſcripti ab impreſſis non diſſentiunt. *Decreto* autem poteſt ferri, vt ſenatus conſultum ſignificet, de quo ſupra. Sed ad rem redeamus. eſt ergo inſidioſi hominis, cum recta ad locum pateat via, obliquam inueſtigare atq; inire, & cum poſſis palam, id tetris tenebris, & caligine, id eſt, furtum tentare. Etenim à furum ratione hæc tota translatio ſumpta eſt. vt furtiuarum inſidiarum legis latores, & auctores inſimularet.

Atque illud circumſpicite.) Cum prouincias, nationes liberas, & regna ſubijci decemuirum poteſtati oſtenderit, nunc digreditur, vt demonſtret, quam graue ſocijs omnibus futurum ſit tantum decēuirum imperium. parat autem ante animos ad hanc digreſſionem audiendam, his verbis. D

Circumſpicite illud veſtris mentibus, vnaque:) pro qua voce, *vna*, (eſt enim aperte mendoſa) ſi quis, *animiſque* repoſuerit, alienum nihil à loci ſententia ſcripſerit. ſic etiam in oratione pro Sylla. Circumſpicite paulisper mentibus veſtris. Auget deinde quod propoſuit comparatione à maiori,

Legatos, inquit, *noſtros, homines auctoritate tenui, qui rerum priuatarum cauſa legationes liberas obeunt, tamen extera nationes fere vix poſſunt*;) Vt arguat, ergo decemuiri cum imperio ſummo, & cum faſcib. multo minus. ratio autem eſt, quia graue eſt nomen imperij, quia illi populi nomine vrbe egreſſi abutuntur, non ſuo. ille autem, vt eiuſmodi comparationis locos ſolet, ornauit, non enim dixit, ergo decemuiri multo minus ferri poterunt, ſed vt maiorem malorum animis auditorum ſuſpicionem obijceret, dixit. E

Quid, cenſetis, cum iſti decemuiri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum iuuentute per orbem terrarum vagabuntur.) Quæ verba ſingula quantum pondus habeant, vix dici poteſt. Imperium, &, quæ imperij inſignia ſunt, faſces, & delecta finitorum iuuentus, qui ſunt terminandorum agrorum miniſtri. neque his contentus, pergit.

A *Quo tandem animo? quo metu? quo periculo miseras nationes fu[illegible]* Quibus verbis rem etiam atque etiam auget. quæ etſi idem v[illegible] tamen non ex eodem loco petita ſunt. nam periculum, affert [illegible] metus animi perturbationem. ſic in Maniliana: Maiores noſtri ſæpe nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt, vos tot ciuium Rom. millibus vno nuncio, atq; vno tempore necatis quo tandem animo eſſe debetis? Hic locus eſt etiam in præcedenti oratione tractatus, vnde multa peti, & huc transferri poſſunt. Pergit deinde eandem augere ſententiam, cum multa enumerat, quæ tolerari poſſunt, vt terrorem imperij, aduentus ſumptum, imperata munera. hoc au-
B tem intolerandum eſſe concludit, vt eadem domus, in quam decemuir diuerterit, à decemuiro vel publicetur, vel non ſine magno ipſius quæſtu liberetur. his autem quaſi luminibus hęc oratio illuſtrata eſt, γοργότης, ἐπαναφορᾶ, κῶλα κόμμα λόγῳ ἀληθινῷ, ἀπαυλήσει συγχεία πρὸς τὴν αἴσθησιν. De ſumptu in aduentu prætoris, ſic in epiſtola ad Quintum fratrem tum Aſiæ prætorem: Quid reperiri tam expetendum poteſt, quam iſtam virtutem non latere in tenebris, ſed in luce Aſiæ eſſe poſitam, non itineribus tuis perterreri homines, non ſumptu exhauriri, non aduentu cõmoueri, eſſe publicè, & priuatim
C maximam lætitiam, cũ vrbs cuſtodem, non tyrannum, domus hoſpitem, nõ expilatorẽ recepiſſe videatur. De ſe a. Ciliciæ procoſ. ita in epiſtolis ad Atticũ. Leuantur miſeræ ciuitates, quod nullus fit ſumptus in nos, neq; in legatos, neq; in quæſtorem, neq; in quenquam. ſcito non modo nos fœnum, aut quod lege Iulia dari ſolet, non accipere, ſed ne ligna quidem, ne præter quatuor lectos, & tectum quenquam accipere quicquam, multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerunque. & Liuius lib. XLI. Ante hunc conſulem nemo vnquam ſocijs in vlla re oneri aut ſumptui fuit. ideo magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari orna-
D bantur, ne quid tale imperarent ſocijs. priuata hoſpitia habebant: ea benigne, comiterque colebant, domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diuerti mos eſſet. Legati, qui repente aliquo mitterentur, ſingula iumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant, aliam impenſam ſocij in magiſtratus non faciebant. Quæ cum ita ſint, propterea intulit Cicero hæc.

Illud vero quãtum eſt Quirites, cum is decemuir, qui aliquam in vrbem aut expectatus, vt hoſpes, aut repente vt dominus venerit; illum ipſum locum, quo venerit, ſcilicet vt dominus, *illam ipſam ſedem hoſpitalem, in quam erit deductus,* ſcilicet vt hoſpes. *publicam populi R. eſſe dicet*) Oſtendit primo
E decemuiro, ſi dixerit ſedem illam publicam eſſe, ſocijs calamitoſum, ſi negarit, ipſi fructuoſum. Nam ſi dixerit, ſocios ſede ſpoliabit, ſi negarit, pecunia augebitur, quam ſocij decemuiro, ne dicat, facile dabunt.

Quanta calamitas:) Tres libri veteres, *at quanta*: non approbo. volui tamen veterem ſcripturam teſtatam relinquere.

Atque ijdem qui hæc appetunt.) Alia ratione auget poteſtatem decemuiralem; comparat enim eam cum poteſtate Pompeio bello piratico, & Mithridatico permiſſa, atque multo quam illam eſſe maiorem oſtendit. ex quo apparet eos, qui hæc appetunt iniuſte queri de extraordinaria Cn. Pompeij poteſtate, præſertim cum

cum nihil ſimile ſit in Pompeio, & decemuiris. quod Pompeio multa commiſſa ſint, decemuiris omnia condonata, ille negotio præpoſitus ſit, hi prædæ, ille ad ſocios liberandos miſſus ſit, hi ad opprimendos, ille à populo vniuerſo legitime lectus ſit, hi per fraudem contra leges à parte populi. ſunt enim hæc repugnantia, appetere maximum imperium, & leuius in alio pati non poſſe. vtitur autem εἰρωνείᾳ μετὰ βαρύτητος, atq; argumento à diſſimillibus. Pompeius porro ad Cilicas bello piratico, & Aſianos, ad Bithynios bello Mithridatico liberandos profectus eſt Quod vulgo ſcriptum eſt. A

Vel labori, & negocio.) Fruſtra, & inaniter inculcatam dictionem *vel* eiicimus cum ex veterum librorum fide, tum ex ipſa ſententia: cur enim, cum inſequens verbum ſit diſſolute elatum, hoc particula, *vel*, coniunctioneq; copulatur, cum ſubiungat. B

Mitti ad ſocios.) Non, *vel mitti* quare aut delendam arbitror, aut in ſequenti membro repetendam; quod cum per antiquos libros non liceat, eo libentius eiicio. poſt autem quod vulgo legitur.

An tu impudenter populo R.) Forte melius, & rectius legeretur: *An tu imprudente populo R.* ſic ſupra. Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram, negligentiam meam, legem incognitam acceperitis. in eiuſmodi voce ſimilem errorem contigiſſe reperio in epiſtola ſecunda libro ſeptimo epiſtolarum ad Atticum, cum enim antea legeretur: Bene conueniat, inquit Carneades, ſpurce, ſed tamen pudentius ſic correxit ex antiquis libris Paulus Manutius: Bene eueniat, inquit Carneades, ſpurce, ſed tamen prudentius, Lucilius noſter. C

Intellexiſtis quot res, & quantas.) Hactenus de venditione prouinciarum, atq; regnorum, nunc de auctione vectigalium R. quæ aut in Italia, aut in Sicilia, aut in prouinciis ſunt, dicere aggreditur, figura vſus aptiſſima, qua alterum caput terminat, alterum inſtituit, præparans auditorem ad maiora etiam audienda, quam quæ dicta ſunt, quæ ſunt grauiſſima. Non ſunt, inquit, hæc ſatis, quæ dicta ſunt. nam permittitur, vt vectigalia quoque populi R. attingant. ipſe autem augendæ rei cauſa imitatur vocem Rulli iubentis, & verbis atrociſſimis agentis. D

Cum ſeſe ſociorum, cum exterarum nationum, cum regum ſanguine impleuint, incidant neruos populi R.) Sanguinem autem fortunas & bona ſociorum appellat, tranſlatione ab hirudine ſumpta. de qua Horatius.

Non miſſura autem niſi plena cruore hirudo.

vnde Cicero lib. 1. epiſt. ad Attic. plebem ærarij hirudinem nominauit. cum autem ſanguinem dixiſſet, neruos intulit, ſunt enim pecuniæ publicæ nerui reip. vt autem exhauſto ſanguine, ſic etiam inciſis corporis venis vita nulla exiſtere poteſt, ſic in Philippicis neruos belli pecuniam appellauit, & in Pompeiana, vectigalia neruos reip. & Demoſthenes in III. Olyuthiaca populum Athenienſem eneruatum vocauit, quod ſociorum, & vectigalium ſubſidiis eſſet ſpoliatus. Quin etiam Plutarchus in Cleomene ſcripſit. ἀλλ' ὁ πρῶτος τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπὼν, εἰς τὰ τοῦ πολέμου μάλιστα βλέψας, τοῦτο εἰπεῖν ἔοικε. Quod autem tranſlate dixerat, *incidant neruos populi R.* propriis vocibus exprimit. E

Adhibeant manus vectigalibus veſtris, irrumpant in ærarium.) Vt aūt incidere

A dere neruis conuenit, ſic adhibere manus vectigalibus, irrumpere ærario; nam vectigalia ſurripi, in ærarium, quo pecunia ex vectigalibus collecta aſſeruatur, impetus fieri poteſt. hoc autem prope à Rullo iuberi expoſita ſequentis capitis ſententia apparebit, in quo non permittit, inquit, ſi forte pecunia deſit, cum tamen nullo modo defutura videatur, vt decemuiri vendant vectigalia nominatim, ſed quaſi id reip ſalutare futurum ſit, cogit, atq; imperat. deinde mandat præconi, vt clara voce legis verba de venditione, ſiue auctione vectigalium recitet populo, ſic.

Quam tu mihi ex ordine recita de legis ſcripto populi R. auctionem.) Vecti-
B galia autem vendere, eſt agros vectigales alienare. inde à præcone ad populum conuerſa oratione rei indignitatem auget, cum præconi etiam ipſi acerbam hanc recitationem futuram ſe ait arbitrari, cui tamen quæſtuoſiſſima erat futura. nam auctiones præconum muneri erant ſubiectæ ἀποστροφῇ itaq; habet oratio crebra iſta conuerſione à populo ad præconem, à præcone ad populum.

Acerbam prædicationem.) Amicus meus homo grauis, & certus ſe in vetere libro legiſſe ait, *recitationem*, quod magis arridet.

Auctio) Hanc dictionem Paulus Manutius in iis, quos duos ab
C hinc annos edidit, orationum libris, addidit, vt caput legis de vectigalibus vendendis per præconem recitatum ſignificaretur, quod caput cum præco recitaſſet, intulit Cicero.

Vt in ſuis rebus, ita in rep. luxurioſus nepos, qui prius ſiluas vendat, quam vineas.) Quem locum Petrus Ramus mutilatum eſſe exiſtimat. cum tamen diligenter attendenti ſatis appareat, nihil deſiderari niſi verba legis, quibus iubebat Rullus, vt Silua Scantia venderetur. cuius ſiluæ nomen vbi audiuit Cicero. ſic ſtatim ſubſequutus eſt: *Vt in ſuis rebus* &c. quibus perbelle notat luxurioſam Rulli vitam, qui diſſolutus, & intemperantia perditus res à maioribus ad dignitatem tuendam reli-
D ctas turpium voluptatum explēdarum cauſa, profuderit. ex quo concludit, quod is de re priuata fecit, idem de publica eſſe facturum. Sic in præcedenti. Vt ſit nō minus in populi R. patrimonio nepos, quam in ſuo. Diuus quoq; Paulus ad Timot. epiſt. 1. cap. III. dixit: Si quis autem domi ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei curam ſuſtinebit? locus eſt communis in prodigum, & in eum, qui publicas pecunias diſſipat. fides ſit à rei priuatæ adminiſtratione. qui enim in ſuis rebus profuſus fuerit, is in alienis, & in ipſa rep. moderatus, & parcus nunquam erit. Vinoſitatis porro eum arguit, cum ſtudio bibendi vineas armarit magis, quam ſiluas, atq; has vendat, illas ad
E poſtremum relinquat. Mandat præterea præconi, vt quando recitauit vectigalia Italiæ, inde perſequatur Sicula, tranſlatione aptiſſima vſus.

Italiam percenſuiſti, perge in Siciliam.) Expleta recitatione præconis, hæc ſubiicit orator.

Nihil eſt in hac prouincia &c.) Sic enim legendum eſt, adiecta dictione, *hac*, quæ impreſſorum vitio, & incuria, vt arbitror, defecerat; & nō vt antea. *Nihil eſt in prouincia:* quibus inuidiæ augendæ cauſa complectitur, nihil eſſe in Sicilia, quod aut in oppidis, aut in agris maiores proprium populo R. reliquerint, quin id vendi Rullus iubeat. poſt autem oſtendit turpe eſſe quod à maioribus recenti victoria partum in ſocio-

ſociorum finibus, vt eſſet vel pacis vinculum, vel belli ſubſidium, id A auctore Rullo vendere. ſignificat autem vectigalia Siciliæ à M. Aquillio ſeruili bello confecto auctore ſenatu conſtituta. nam de piratico, aut Mithridatico, aut Sertor ano bello intelligere, vt cæteri faciunt, cum hæc Cicero à maioribus relicta dicat, perridiculum eſt. ſi quidem & recens Aquillij victoria dici poteſt, ſi cum Rupillij, aut Læuini aut Marcelli victoria eam compares, qui omnes in Sicilia bella confecerunt.

Hic mihi parumper.) Cum hæc de vectigalibus Siculis expoſuiſſet orator, præco non expectato conſulis mandato in hęc prope verba ſubſequutus eſt: Item agros Attalenſium, Phaſelitum, Olympenorum, B agrum Agerenſem, Orindicum, Geduſanum. item agros regios Bithyniæ, Attalicos in Cherſoneſo, in Macedonia regis Philippi, & Perſæ, in Paphlagonia, Ponto, & Cappadocia regis Mithridatis vendunto. orator autem facta mentione locorum, in quibus Cn. Pompeius adhuc bellum gerebat, ita eſt ſubſequutus.

Hic mihi parumper commouere videor mentes veſtras Quirites, dum patefacio vobis, quas iſti penitus abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrabantur contra Cn. Pompeij dignitatem.) Proponit enim ſe oſtenſurum, quemadmodum aperte Pompeium ipſum in Ponto pugnantem oppugnent. Quoniam vero qui Seruiliam legem oppugnabat, Pompeij dignitatem, quæ hac C lege maxime violabatur, quodammodo defendebat, ne fortaſſe Cicero huic legi reſiſtere Pompeij gratia quibuſdum videretur, remouet tacitam ſuſpicionem, atq; ſe abſentis Pompeij dignitatem tueri ait, voluntate populi R. commotum, non familiaritate eius, aut ſpe ampliſſimi honoris adductum. quam figuram græci προδιόρθωσιν vocant, ſic enim ait.

Vos mihi Prætori biennio ante Quirites hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis, vt quibuſcunq; rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcum vna tuerer.) Significat autem tempus illud, quo Lepido, & Tullo Cos. prætor ſuaſit legem C. Manilij tribuni pl. qua bellum Mithridaticum Cn. D Pompeio mandabatur. quæ lex omnium pene ſuffragiis accepta eſt. quia vero quam legem ſemel ſuaſit pro roſtris Cicero, pro Pompeio abſente, eam populus R. iuſſit, propterea eam perſonam impoſuiſſe ipſi videtur, vt ſemper Pompeium abſentem vna cum populo videatur debere defendere. aberat autem tunc Pompeius in Cilicia ad reliquias piratici belli perſequendas, vt hoc tempore in Paphlagonia conficiendo Mithridatico bello implicatus. Perſonam porro imponere hiſtrionum eſt, vnde huc tranſlatum eſt. Vnde ſubdit.

Feci adhuc quæ potui, neq; familiaritate illius adductus.) Qua ſententia E vſus eſt etiam in extrema oratione pro lege Manilia: Teſtorq; omnes deos, me hoc neq; rogatu facere cuiuſquam, neq; quo mihi Cn. Pompeij gratiam per hanc cauſam conciliari putem. ſpem porro honoris, atq; ampliſſimæ dignitatis, conſulatus, intelligit, quem adeptus erat. Concludit extremo, ſi cum potentiam Pompeij oppugnari hac lege videat, quoad poterit, repugnaturum conſiliis inimicorum, atq; id populo demonſtraturum. ſimilitudinem autem ſumpſit à re bellica, cum dixit.

Cum intelligam hanc totam fere legem ad illius opes euertendas tantam machinam comparari.) Quam ſimilitudinem vſurpauit etiam in orat. pro

A Domo: *Iiſdem machinis,* inquit, *ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerant.* In verbis porro his,

Quam ego & ſi libente illo, tamen abſente illo, per vos conſecutus ſum, neſcio an venuſtius legeretur, ſi poſterior vox *illo,* tolleretur, vt gloſſema adſcriptum ad dictionem *abſente.*

Iubet venire qua Attalenſium) Hęc loca quæ ſint, vt à P. Seruilio Iſaurico in poteſtatem adducta ſint, ſatis ſupra demonſtratum eſt.

Adiungit agros Bithyniæ regios, quibus nunc publicani fruuntur.) Satis ante dictum eſt, Bithyniam, cum eſſet à rege Nicomede teſtamento relicta, in prouinciæ formam eſſe redactam. qui autem in Bithynia agri

B regis fuerunt, ij à cenſoribus publicanorum ſocietati locati fuerunt, erant autem publicani ex equitibus R. ij, qui publica vectigalia mercebant, ac ſuo periculo exigenda à cenſoribus, quorum ea cura erat, certa pecunia conducebant.

Deinde Attalicos agros in Cherroneſo.) Id eſt, quos Attalus rex Pergami poſſederat in Cherroneſo. qui agri poſtquam Aſia prouincia facta eſt, publici populi R. facti ſunt. Sic Horatius dixit.

- Attalicis conditionibus.

In Macedonia, qui regis Philippi, ſiue Perſæ fuerunt.) Qui Perſe deuicto publici populi R. facti.

C *Qui item à cenſoribus locati ſunt, & certiſſimum vectigal.*) Quid ſit certiſſimum vectigal, docet in frumentaria his verbis: Inter Siciliam, cæterasq; prouincias hoc intereſt, quod ceteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, vt Hiſpanis, & pleriſq; Pœnorum, quaſi victoriæ pręmium, ac pœna belli, aut cenſoria locatio conſtituta eſt, vt Aſiæ lege Sempronia.

Adſcribit idem auctioni Corinthios agros.) De his ſupra dictum eſt.

Et Cyrenenſes, qui Appionis fuerunt) Ptolemæus cognomento Appio rex Cyrenarum, moriens hæredem populum R. reliquerat, cuius regni ciuitates liberas eſſe ſenatus iuſſerat. Hoc factum Cn. Domitio,

D C Caſſio Coſs. anno CLVII. auctor Obſequens, Iuſtinus, Epitome. De his agris ſic ſcriptum eſt apud Hygenum: Neq; hoc prętermittam, quod in prouincia Cyrenenſi comperi, in qua agri ſunt regij. id eſt, illi, quos Ptolemæus rex populo R. reliquit.

Et agros in Hiſpania.) Hac de re ſupra dictum.

Et in Africa ipſa veterem Carthaginem vendit.) De Carthaginis venditione, quam P. Africanus conſecrauerat, ſupra. De conſilij autem ſententia dixit, pro ex decem Legatorum, quos ſenatus in Africam miſit, conſilio.

Veſtigia calamitatis.) Vt Romæ domus Mælij, Flacci, Saturnini dirutæ

E ſunt. Ciceronis non diruta ſolum, ſed etiam conſecrata.

Sed non fuit tam diligens, quam eſt Rullus.) Irridet Rullum, qui vendat agrum, quem Africanus conſecrarit, quaſi vero aut diligentior ſit Africano, aut ille emptorem ei loco non inuenerit.

Verum inter hos agros regios) Peruenit tandem ad agros Mithridatis, in quibus nunc verſabatur Pompeius, de quo ab initio dixerat. Pontus auitum Mithridatis regnum fuerat; Cappadociam, & Paphlagoniam armis occupauerat.

Ita ne vero? non legibus datis.) Iniquum hoc eſſe oſtendit, vt agri à decemuiris vendantur, quorum omne iudicium, & poteſtas more maiorum penes Cn. Pompeium eſſe debet. plena eſt indignationis oratio,

qua in

Digitized by Google

qua in hac cauſſa nihil occurrit frequentius. indignatio vero ex rei A
indignitate, & iniquitate naſcitur. quam his vocibus, *ita ne vero?* tra-
ctauit. vt in 3. Verrina. *Ita ne vero? tu cum quæſtor ad exercitum miſſus ſis,
cuſtos non ſolum pecuniæ, ſed etiam conſulis, particeps omnium rerum, conſilio-
rumq́; fueris, habitus ſis in liberum loco, ſicut mos maiorum ferebat, repente re-
linquas?* ἄληθες; Græci. Ariſtoph. in Pluto.

ἄληθες; ὦ δειλάκατε πάντων δαιμόνων.

vſus eius eſt in rebus, quæ apertam reprehenſionem habent, vt factū
Rulli, qui nondum confecto bello, agros tamen eorum, contra quos B
Pompeius bellum gerebat, & quibus adhuc, vt victis, nullas leges de-
derat, publicæ auctioni ſubijceret. *Non legibus*, autem, *datis*, inquit.
quia moris fuit, vt imperator, qui populum, aut regem deuicerat,
leges ex decem legatorum ſententia daret. ante vero agri nulli pu-
blici eſſe poterant, quod ab imperatore populus multatus non eſ-
ſet. Liuius libro 43. Decem legati more maiorum, quorum ex conſi-
lio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti.

Non auditis verbis Imperatoris.) Ijs, credo, quæ per præconem
publice recitabantur. quod Quinctius in libertate Græciæ condo- C
nanda fecit, alij in multanda regione facere potuerunt. hoc autem
nihil aliud eſt, niſi, integro adhuc bello. Integri autem belli ſigna
affert, quod Mithridates rex, quanquam ſpoliatus exercitu regno
expulſus eſt, in vltimis tamen terris molitur aliquid, & Mæotide, &
montibus defenditur; quod imperator in bello verſatur. recte: ſcri-
ptum eſt enim in annalibus veteribus, Mithridatem Pontico patrio
regno pulſum in Boſporum amiſſo exercitu profugiſſe, eamq́; regio-
nem interfecto filio, qui ibi imperabat, tenuiſſe, eo animo vt ſi res
ſuccederent, in Italiam bellum ipſum transferret. Boſporum autem
Cimmerium intelligo, qui ad paludem Mæotidem eſt. His autem in D
verbis excuſatio aliqua Pompeij eſt, qui bellum perficere non poſ-
ſit, quod rex ſe locis natura munitis contineat.

Et credo P. Rullus.) Ad concitandam inuidiam, inquit, ſe arbitra-
ri P. Rullum decemuirum ad Mithridaticorum agrorum auctionem
iturum, literas imperioſas ad Cn. Pompeium miſſurum. Hoc ita
probat, quod dicat, P. Rullum ita ſe gerere, vt ſibi iam decemuir de-
ſignatus ipſe eſſe videatur. Cui figmento oratorio aptiſſimas duas
voces affert, *credo*, & *videlicet*.

Is enim ſic ſe credit.) Repetit locum inuidiæ. tantam eſſe Rulli inſo- E
lentiam oſtendit, vt antequam decemuir deſignatus ſit, decemui-
rum agat, & imperatori Pompeio imperet. inuidioſe autem & falſe
in Rullum addit:

Is videlicet, antequam veniat in Pontum literas ad Cn. Pomp. mittet.)
Quaſi Rullus iam compoſuiſſet ſibi tanquam decemuiro literarum
exemplum, quas ad Pompeium mitteret.

Quarū ego iam exemplū ab iſtis.) Demoſthenes Philippi, Cicero An-
tonij literis in cōcione recitatis inuidiā ſæpe in eos quæſiuerunt, cū
ſingula verba perpēderent, atq; inde aliquid ad excitandū populum
elicerent. callide illi quidem, & argute, niſi hoc ſit multo callidius,
fingere literas, quas veriſimile ſit, aduerſarios noſtros eſſe ſcriptu-
ros, at-

A ros,atq; illis recitandis maximum inuidiæ in eos incendium excitaſ re. hanc figuram Græci ὑποτύπωσιν,& ἠθοποιίαν vocant.

T. Seruilius, Rullus tr.pl. decemuir. S. D. Cn. Pompeio Cn.F.) Index eſt epiſtolæ artificioſe cōpoſitus ad inſolentiam Rulli oſtendendam, qui ſe proprijs tribus, magiſtratus duobus nominibus ſit ornaturus, Pōpeium ferme nullis, quod vt appareret magis, ſic ſubijcit Cicero.

Non credo adſcripturus eſſe, Magno.) Significat autem, cum Pompeius vulgo Magnus diceretur iam inde, ex quo ab Africana victoria rediit viuente Sylla dictatore, à quo Magnus conſalutatus eſt, ab vno Rullo Magnum appellatum non iri, ne magnitudinem eius verbo

B concederet, quam lege imminuere tentaret. alii dicunt illud ἐπιφώνημα fuiſſe militum, quod poſtea tranſlatum eſt in cognomē, quod, vt Cicero lib. ad Att. ſecundo ait, præbuit anſam increpandi Pōpeium comico Poëtæ Diphilo. Plutarchus autem cognomē fuiſſe ἐπίφθονον. Sic & in Verrinis idem ſcriptum reliquit, L. Piſonē eum, qui Frugi dicebatur, ab inimico ſuo cognomine Frugi priuatum fuiſſe, ne eum dum nominaret, inuitus laudaret. ſic ex indice epiſtolæ quæſiuit inuidiam in Antonium, cum literas eius ad C. Hirtium, & C. Cæſarem miſſas recitaſſet; Antonius, inquit, Hirtio, & Cæſari. Neq; ſe imperatorem, neq; Hirtium conſulem, nec prætorem Cæ-

C ſarem nominat. ſatis hoc quidem ſcite. deponere alienum nomen ipſe maluit, quam illis ſuum reddere. Paulus autem Manutius in poſteriore proxima editione legit. *S.D. Cn. Pompeio:* cū antea legeretur, *S.D. Pompeio:* eamq; ob cauſam legit, vt opinor, vt prænomen habeat Pompeius, ſicuti Rullus.

Non enim videtur) Veriſimile enim, inquit, eſt, qui dignitatem alterius re oppugnet, eum verbo nunquam eandem eſſe ſubleuaturum.

Te volo curare, vt mihi Sinope præſto ſis) Inſolentię plena verba, quibus ſummo imperatori imperat, quæ facienda velit; ex qua qui mores eſ-

D ſent ſcriptoris epiſtolæ ſatis apparet; dixit enim: *Te volo curare*, non *cura*. Sinope vero vrbs Ponti clariſſima, in qua erat domicilium regis. Cicero pro lege Manilia.

Quos tuo labore cepiſti, ego mea lege vendam) Mallem: *Quos tu tuo labore:* vt opponantur ſingula ſingulis: antitheta enim illa ſunt, *tuo labore, mea lege, cepiſti, vendam.*

An Pompeium non adhibebit?) Probabile reddit quod dixit, Rullum aduocaturum cum exercitu Pompeium, à repugnantibus. nihil enim tam repugnat, quam in prouincia vendere manubias eius. ipſum non adhibere. Manubiæ autem hoc in loco prædam ſignificant, id

E eſt, corpora rerum manu captarum, non pecuniam ex his redactam. Manubias certe, Pedianus ait, eſſe ſpolia quæſita de viuo hoſte nobili per deditionem, eamq; fuiſſe imperatorum prædam, ex qua quod vellent facerent.

Ponite vobis ante oculos Rullum) Ad cumulandam inuidiam ſubiicit oculis populi R. Rullum ipſum in Ponto auctionantem. vt autē paulo ante literas finxit, ſic nunc auctionem. hanc figuram appellant græci ὑποτύπωσιν. Cicero rerum ſub aſpectum pene ſubiectionem, cuius in rebus indignis, & atrocibus maximus vſus eſt: vt in x. Philip. Ponite ante oculos P.C. miſeram quidē illam, & flebilem ſpeciem, ſed ad incitandos animos neceſſariam, nocturnum impetum in vrbem Aſiæ claris-

clariſſimam. quamquam illa res præteritas, hæc futuras ſub oculos ponit. huius loci exẽplo vtitur Aquila Romanus eruditus ſane rhetor in libello de figuris, vbi de lumine orationis, quod *διατύπωσις* ab eo vocatur, diſputat. inquit enim. Deſcriptio, vel deformatio eſt, vbi rebus derelictis perſonatum & formas ipſas, & habitus deſcribimus, & exprimimus vt Cicero: Ponite ante oculos vobis Rullum. A

Haſta poſita.) Moris fuit haſtæ ſubijcere, quæ publice venderentur, quia ſignum præcipuum eſt haſta. Feſtus. Hinc etiam Cicero in 2. Philipp. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris bona Cn. Pompeij Magni voci acerbiſſimæ ſubiecta præconis. Hinc Cæſaris, & Sullæ haſtæ dictæ ſunt, pro auctionibus, & pro ſcriptionibus bonorum ciuium Ro. idem autem in oratione in ſenatu proferens rem multis modis auxit, & fidenter magis aſſeueranterq́; interrogatiue dixit. Num obſcure videntur prope haſta præconis &c. B

Cum ſuis formoſis finitoribus.) Agrimenſoribus, refertur ad ætatem, cum ironia tamen: dixit enim: cum delecta finitorum iuuentute.

Neque in hoc ſolum ineſt contumelia.) Quas parent Pompeio inſidias, apertius oſtendit conſilium eſt, inquit, eorum, non modo contumelia Pompeium afficere, ſed etiam detrimento. contumelia in eo eſt, vt vlla res parta bello, nondum ipſo confecto bello, imperatore adhuc bellum gerente, non veneat ſolum, ſed locetur; detrimentum, quod ſperant ſe exercitum Pompeij abducturos. Contumeliã *ὕβριν* vocat Ariſt lib. 2 artis Rhet. eamq́; ita definit: *ὕβρις ἐστὶ τὸ βλάπτειν, καὶ λυπεῖν, ἐφ' οἷς αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι.* id eſt, contumelia eſt detrimentum, aut dolor illatus in ijs rebus, quæ probrum afferunt ei, qui contumeliam patitur, non vt ille lucrum faciat, qui contumelia afficit, ſed vt voluptatem capiat. C

Quæ vehementer & inſignis eſt, & noua.) Inſignis, vt omnium in ſe oculos conuerteret poſſit; noua, vt omnium admirationem excitare. D

Non modo venierit, verum etiam locata ſit.) Leuius eſt locare, quam vendere.

Tum ſpectant hominnes certe, quàm contumeliam ſperant.) Nimirum ſolicitationem exercitus Pompeiani, ad res Pompeij geſtas imminuendas. & Craſſum, & Lucullum, vt dixi, fortaſſe innuit. cauſſam autem populi R. cum cauſſa Pompeij coniungit, oſtenditq́; non ſolũ dignitatem Pompeij lædi, verum etiam commoda populi R o. & imperij dilatandi facultatem impediri. nam ſi milites alienato ſint animo, his imperator vti non poterit vel ad pugnam committendam, vel ad ſua caſtra tuenda, vel ad aliud quippiam gerendum. E

Aliquid illi inſidiarum fieri, aliquid de eius exercitu.) A toto ad partes delabitur. quid enim ſperant inimici Pompeij? aliquas ei inſidias facere, quas? aliquid de eius exercitu, copijsq́; detrahere. quid eſt hoc? de gloria ipſius Pompeij non nihil adimere. quid enim aliud ſplendorem rerum à Lucullo geſtarum obſcurauit, quàm P. Clodius, qui exercitum eius ſolicitauit, atq́; abduxit? at quomodo abducẽt exercitum Pompeianum? ſublata ſpe agrorum, aut aliorum commodorum, quorum poteſtas omnis ab imperatore ad decemuiros ſit tráslata ſatis autem conſtat, conſueuiſſe imperatores confecto ex ſententia bello militibus agros aſſignare, eoſque in colonias adducere.

neque

A neq; hoc ſolum.ſed præda,ſtipendio, congiario,veſtimentis afficere, cuius rei plurima extant in hiſtorijs Romanorum exempla.

Patior non moleſte, tam ſtultos eſſe.) Concludit hæc eorum conſilia ſe conſule ad nihilum recaſura. Negat porro ſe moleſte ferre eos aut propter ſtultitiam hæc ſperaſſe, aut propter imprudentiã conatos eſſe. Illud queritur,eos adeo ſe contempſiſſe, vt ſe potiſſimum conſule hæc portenta animo agitarent. idem & infra. Hæc ego vos cõcupiſſe pro veſtra ſtultitia,atq;intemperantia non miror;ſperaſſe me conſule aſſequi poſſe demiror. Ceterum ſtultitia in eo poſita eſt, vt quicquam ſine ratione ſperemus; impudentia, vt rem iniquam aggredi

B audeamus.cõtemnere autem, quod eſt apud Ariſtotelẽ καταφρονεῖν eſt parui ducere. quæ enim homines nullo pretio digna eſſe putant, ea contemnunt,& parui faciunt.

Illud queror.) Se quoque ſcilicet lædi, & contemni,dicit,quo plus ponderis habeat crimen, & Rullus rapiatur in maiorem inuidiam. Portenta porro noua hęc,ac plane prodigioſa ad perturbandam rempublic. & dominationem quærendam conſilia vocat μεταφορικῶς. Tum enim portentum fieri dicebant Romani, cum ſolita corpora

C raro ſe oſtendebant, vt cometæ, turbines, & ſereno cælo facta tonitrua.

Atq; in omnibus his agris.) Expoſitis nominatim agris omnibus,qui à decemuiris vendi iubebantur,& prauis tribunorum conſilijs,vt res tulit,reprehenſis,nunc illud vituperat,quod quibuſcunq; in locis videretur,hos agros vendendi dabatur ab ijs poteſtas.

O perturbatam rationem.) Poſt nouæ,& intolerandæ rei mentionem exclamat. hoc enim facere ſolemus. vt vbi nefarium aliquid expoſuimus, ſtatim quaſi rei indignitate, atq; atrocitate commoti erumpamus vel in interrogationem,vel ironiam, vel exclamationem. vti-

D tur autem quodam quaſi gradu in exclamando,cum dicat:

O perturbatam rationem,ô libidinem refrenandam, ô conſilia diſſoluta, atq; perdita.) Vbi enim ſunt diſſoluta conſilia?vbi libido dominatur;vbi libido imperat ? vbi perturbata ratio appetitui ſeruit. ergo perturbata ratio libidinem excitat, libido praua, perditaque affert conſilia.

Vectigalia locare nuſquam licet.) Rei indignitatem auget,vt in ſuperiore, per comparationem à maiore. vectigalia non licet locare niſi Romæ,'ex roſtris,in conſpectu populi Rom multo minus licebit ve-

E nire, & in perpetuum à vobis alienare veſtras res proprias in Paphlagoniæ tenebris, & in Cappadociæ ſolitudine. dixit autem etiam in laude Pompeiana, Cappadociæ tenebras.cur ita?quia ſcribit de Cappadocia ita Solinus: Cappadocia gentium vniuerſarum, quæ Pontum accolunt, præcipue introrſus recedit, latere læuo vtraſque Armenias, & Comagenem ſimul tangit, dextra plurimis Aſiæ populis circumfuſa.

Hoc ex loco.) Illuſtri ſcilicet, habet enim paulo poſt antitheton, in Paphlagoniæ tenebris,&,veſtrum frequentia: in Cappadociæ ſolitudine, illud autem non omittam, in quibuſdam manuſcriptis libris legi.*Hoc aut illo ex loco.* Quòd non placet,cum tamẽ ita certum locum ſignificet, quem edicto fortaſſe ſignificare cenſores conſueuerant.

Rullus

Rullus autem contra conſuetudinem faciebat tribus de cauſſis, qui A
neque Romæ, neque certo quodam in loco, ſed vbi decemuiris libuiſſet, neq; præſente populo Rom. vectigalia vendi vellet. aculeum tamen acerbiorem inijcit in tertia cauſſa, qui cum popularem tribunum pl. profiteretur, de re tamen tanta abſente populo Romano agi vellet.

L. Sylla cum bona indemnatorum.) Altera amplificatio ab exemplo Syllæ quæſita per comparationem à maiori. Sulla bona indemnatorum ciuium non niſi in foro, inſpectante populo Ro. cuius illa bona erant, vendidit, ergo multo minus decemuiri veſtra vectigalia non modo vobis arbitris, ſed ne præcone quidem teſte debent vendere. B
Cum autem ad populum loquatur, Sullam vituperat liberius, quàm ſi in ſenatu diceret. is enim plebem mirum in modum, vt diximus, afflixerat. Exemplum autem varijs ornamentis, ac quaſi luminibus cum verborum, tum ſententiarum affecit, & illuſtrauit. quæ per ſe quiuis etiam vel mediocri ingenio præditus animaduertere poteſt.

Indemnatorum ciuium.) In crudelitatem Syllanam hoc dictum; cum tantummodo bona damnatorum ciuium vendi ſoleant.

Funeſta illa ſua auctione.) Lacrymabili; cum qui in tabula proſcripti fuiſſent, ſtatim necarentur, ac bona illorum publicarentur. C

Et ſe prædam ſuam diceret vendere.) Quaſi ciuili bello ex plebe, quæ contra ſe ſteterat, partam. Idem in frumentaria: L. Sulla tantum potuit, vt nemo illo inuito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. tantum animi habuit ad audaciam, vt diceret in concione, ſe prædam ſuam vendere.

Tamen ex hoc loco vendidit.) Ex roſtris. vis autem argumenti in eo eſt. ſi qui populi indemnati bona contra omne ius, moresq; maiorũ publicauit, ſi qui prædam, vt ille dicebat, ſuam vendidit, quam quocunque, in loco vendere imperatori licet, tamen vobis præſentibus vendidit, quanto vehementius debent decemuiri vectigalia veſtra? D

Nec quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt.) Callide, & oratorie quod à Sulla in contumeliam plebis factum eſt, id in officium rei ſuæ confirmandæ gratia, vertit.

Non modo ne vobis quidem arbitris, ſed ne præcone quidem teſte.) Hoc idem obijcit Antonio in 2 Philip. Varronis Caſinatem fundum quis veniſſe dicit? quis haſtam huius venditionis vidit? quis vocem præconis audiuit? Arbiter vero hoc in loco idem eſt, ac teſtis.

Sequitur, omnes agros.) Superiore parte legis poteſtatem decemuiris permiſerat, vt agros eos venderent, qui poſt Sullam, & Pompeiũ cos. publici pop. R eſſent. deinde ſic ſcripſerant. Item omnes agros extra E
Italiam priuati, an publici ſint, decemuiri cognoſcunto, ac pergrande vectigal imponunto, exceptis agro Recentorico in Sicilia, & eis, de quibus fœdere cautum eſt. Hæc autem tria nunc reprehendenda aggreditur. quorum primum illud intolerandum eſſe ait: poſſe quibuſcunq; locis velint nulla diſceptatione, nullo conſilio priuata publicate, publica liberate, atq; agro pergrande vectigal imponere ſed de hac re ſatis in prioris orationis commentario dictum eſt. Dixit autem: *Sequitur, omnes agros extra Italiam &c.*

Cognitio decemuirum.) Pro eo, quod eſt, omnes agri decemuirum cognitioni ſubijciuntur. miror autem hunc locum ei, quem ſæpius ap-

A pius appellaui, Petro Ramo mutilatum videri, qui quidem neque à ſenſu obſcurus, neq; à locutione corruptus eſt, ſi rectè exiſtimer. in ſuperiore proxima oratione eadem de re eandem ſententiam vſurpauit. Quod ſuperiore parte legis præfinitum fuit Sylla, & Pompeio coſ. id rurſum liberum, infinitumq; fecerunt. iubet eoſdem decemuiros omnibus &c.

Infinito ex tempore.) Hæc non erant verba legis, ſed eſt interpretatio oratoris.

Sicq; agro pergrande vectigal.) Si publicum agrum iudicant, vectigal pergrande imponunt veteri poſſeſſori, vt à quo publico conducto
B magno vectigali fruantur. malunt enim poſſidere magno vectigali; quam omnino amittere. idem in ſuperiore oratione apertius loco proxime citato: Iubet eoſdem decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, vt ijdem poſſint & liberare agros quos commodum ſit, & quos ipſis libeat publicare.

Hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam:) Amplificatio eſt à loco, & à modo ſumpta, infert enim locum deſignans: *Poſſe quibuſcunq; locis velint*: modum autem, *Nulla diſceptatione, nullo conſilio.*

Nulla diſceptatione)Patronorum. vt ſupra. Vtrum oratio ad eius rei
C diſceptationem deerit.

Nullo conſilio)Iudicum. vt ſit: re neq; in diſceptationem oratorum; neq; in conſilium iudicum adducta.

Priuata publicare, publica liberare: ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον, παρήχησις

Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentoricus.) Agrum excipi in Sicilia Recentoricum ait. idq; reprehendit, ante tamen quàm id faciat, ſe gaudere ait, agrum eum excipi propter neceſſitudinem, quæ ſibi cum clientibus ſuis Siculis intercedit. neminem enim ignorare arbitror, Ciceronem quæſtorem in Sicilia fuiſſe, atq; eius inſulæ iam inde ab accuſatione Verris patronum. vnde ad Atticum lib. 12. dixit. Scis quàm diligam Siculos, & quam illam clientelam honeſtam
D iudicem.

Et propter hominum neceſſitudinem, & propter æquitatem:) Cur æquitatem neceſſitudini ſubiunxit? vt magis ſeſe honeſtate rei, quàm vllo officio adduci indicaret. Quod ſcriptum eſt vulgo:

Sæpe vehementer gaudeo)Vel repugnantibus antiquis libris, ſententiæ, & antiquæ locutionis rationem ſequutus, corrigerem.

Sane vehementer gaudeo.) Idem autem in ea in ſenatu ijſdem penè verbis tractauit.

Sed quæ hæc impudentia? Qui agrum Recentoricum poſſident.) Impu-
E dentiæ notat Rullum, qui excipiat agrum eum, quem qui poſſident, publicum eſſe fatentur. quod eum vetuſtate poſſeſſionis, & miſericordia ſenatus, non iure, & agri conditione obtineant. Cæterum de vetuſtate poſſeſſionis, qui vſucapio dicebatur, Iuriſconſulti, de conditionibus agrorum, Flaccus Siculus his verbis: Conditiones agrorum variæ ſunt, ac diuerſæ, quæ aut caſibus bellorum, aut vtilitatibus populi R. aut ab iniuſtiria, vt dicunt, inæquali ſunt.

Sed moueri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus, ac dijs penatibus negant oportere.) Hoc nihil eſt aliud, niſi quod paulo ante dixit: *Vetuſtate poſſeſſionis ſe non iure, & miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt*: Quamobrem

obrem ego pto, *Amiciſſimi*, parua literarum mutatione facta, A
Antiquiſſimis,rectius legi cenſerem: (nihil tamen muto repugnantibus antiquis libris) vt poſſeſſionibus antiquiſſimis reſpondeat iuris vetuſtati,ſedibus,ac dijs penatibus, miſericordiæ ſenatus.ſic pro Roſcio Amerino: Hunc miſerum,luctu perditum, nudum eijcit domo, atq; focis patrijs, dijſq; penatibus præcipitem exturbat. Horatius quoque od.xviii.lib.II.dixit.

Quid? quod vſque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos B
In ſinu ferens deos
Et vxor,& vir,ſordidoſque natos.

At ſi eſt priuatus ager Recentoricus) Inconſequens oratio. hoc enim dicturus fuit.Quæ eſt hæc impudentia? agrum eum cum, quem qui poſſident publicum eſſe fateantur, excipere? ſed quia nonnulla interpoſuit,quibus probauit, agrum eum publicum eſſe ex poſſeſſorum ſententia,quaſi oblitus prioris orationis, dilemma tale format. Aut ager ille priuatus eſt,aut publicus. ſi priuatus, non eſt excipiendus,ſi publicus, iniquum eſt, ceteros agros etiam ſi priuati ſint, publicare,hunc qui publicus ſit,nominatim excipere. C

Quæ eſt iſta æquitas.) Repetit alio verbo priorem ſententiam. ante:

Quæ eſt iſta impudentia. nunc: *Quæ eſt iſta æquitas.*) Qui enim inique agit,impudens eſt.

Ergo eorum ager excipitur.) Concludit à repugnantibus, eorum agrum excipi,qui pecunia,apud Rullum valuerunt,reliquos, qui publici non ſunt, ſine delectu, ſine populi, aut ſenatus iudicio à decemuiris vendi. ex quo auaritia ſimul, & iniuſtitia Rulli cognoſcitur.

Qui apud Rullum alia ratione valuerunt.) Crimen ad inuidiam in D aduerſarium confingit, & ſignificatio eſt, de qua in Rhetoricis ad Herennium: Qui plus in ſuſpicione relinquit,quam in oratione poſuerit.pecuniam autem intelligere infra apparebit.

Hunc excipere nominatim,qui publicus eſſe fateatur.) Ramus ita legendum putat: *Quem qui poſſident publicum eſſe fateantur,* motus verbi Fateri,in patiendi ſignificatione,nouitate, quod vſurpaſſe veteres docet Priſcianus ſic ſupra: Recentoricus dicitur nonnunquam eſſe publicus.ſunt etiam qui aliquid reponendum putent,vt, *Feratur*,niſi deſineret in verſum; quiddam tamen eſt ad argumenti vim in verbo *Fateatur*,nec repugnat vſus latine loquendi;quædam enim verba deponentia interdum paſſiue vſurpantur.vt ſequor,vtor.mendoſe autē E in Aldina editione legebatur, *cæteri agris omnes*: Sed mendum abſq; dubio impreſſorum fuit, quod ſuſtulimus, & locum in priſtinam formam reſtituimus: *Cæteri agri omnes.*

Atque etiam eſt alia ſuperiore capite, quo omnia veneunt, quæſtuoſa exceptio.) Aggreditur reprehendere alteram exceptionem, qua continebantur agri illi,de quibus fœdere cautum eſſet.hi erant agri in ora maritima Africæ.qui cum à P. Africano publici eſſent iudicati, poſſidebantur tamen ab Hiempſale rege. de quibus cum poſtea per Cottam conſulem fœdere cautum fuiſſet, quia id iniuſſu populi fa-

A ctum fuerat, verebatur Hiempſal, vt ſatis firmum eſſet, atque idcirco hac lege excipiendos eos agros curauerat.

Qua teget eos Agros:) Vt & Aldinis libris repugnantibus legendum putem, *Qua tegit:* & libri manuſcripti, & verba proxima ſuperiora, quæ de præſenti ſunt, facile me adducunt.

Audiuit hanc rem non à me.) ἀνθυποφορά. occurrit quæſtioni, quæ exiſtere poterat. quid venit in mentem Rullo hos excipere? quia, inquit, audiuit ſæpe hoc agitari in ſenatu, & ad populum, Hiempſalem poſſidere agros in Africa, qui eſſent publici facti à P. Scipione deleta Carthagine. ceterum Hiarbas rex Numidiæ, quem vicit Pom-
B peius, Hiempſalem regem reliquit, cuius Iuba filius fuit, is quem Cæſar cum Scipione poſt debellauit. Plutarchus, Dio. C. autem Aurelius Cotta cum L. Octauio conſulatum geſſit ante annos XII. Eodē orationis lumine, & ſententia vſus eſt Phil. XII. Audiuit hanc rem non in ſenatu ſolum; eadem ad populum agi.

Hoc quia vos fœdus non tuliſtis.) Satis conſtat, fœdera niſi iuſſu populi R. eſſent facta, parum firma fuiſſe. vt de Caudino, & Numantino accepimus, & Cicero in Corneliana indicat. Gaditani à ſenatu de fœdere poſtulauerunt. tamen eſt cum Gaditanis fœdus vel renouatum, vel ictum, de quo fœdere populus R. ſententiam non tulit.
C qui iniuſſu ſuo nullo pacto poteſt religione obligari

Veretur Hiempſal, vt ſatu firmum ſit.) Quamuis Laur. Val. lib. III. cap. XXVIII. aliter tradiderit. Non idem videtur eſſe Vereri vt, &, Vereri ne; quod quiſque intelliget, qui vſum huius locutionis apud Ciceronem attentius obſeruabit. Nam, vt eius verba indicant. Veremur vt: cum dubitamus, ne ea eueniant, quæ volumus: Veremur ne, cum ea, quæ nolumus. Cicero de oratore libro primo. Sed illa duo Craſſe vereor, vt tibi poſſim concedere. id eſt, dubito, ne id tibi poſſim concedere, quod tamen cupio. at contra, cum ſupta dixit. Ve-
D rendum credo, nobis erit, ne iſta veſtra præclara lex agraria magis popularis eſſe videatur.

Quid cuiuſmodi eſt illud? tollitur veſtrum iudicium.) Reprehendit quod hac exceptione fœderis tollit iudicium populi, atque eius iniuſſu fœdus comprobat. laudat deinde Rullum, qui hac exceptione minuit poteſtatem decemuirum, & cauet regi amico; vituperat in eo, quod non gratis id faciat.

Quod regi amico cauet:) κατὰ κῶλον ἐπαναφορά. Quod porro dixit regem Amicum, ex antiquitate ſumptum eſt. moris enim fuit, vt reges amici nomine ornarētur à ſenatu, qui bene meriti eſſent. Liuius
E lib. XXXI. Itaq; pacem illi prius petendam à populo R. eſſe, quam vt rex ſocius, & amicus appelletur nominis eius honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum R. conſueſſe. & Cæſar libro primo de bello Gallico: Vbi eo ventum eſt, Cæſar initio orationis ſuæ, ſenatuſq; in eum beneficia commemorauit. quod rex appellatus eſſet à ſenatu, quod amicus, quod munera ampliſſime miſſa. quam rem & paucis contigiſſe, & à Romanis pro maximis hominum officijs conſueuiſſe tribui, dicebat. Hinc pro lege Manilia Cicero vocat, Ariobarzanem ſocium populi R. atque amicum. & epiſt. lib. XV. Regem Ariobarzanem Philorhomæum. vnde nummos antiquiſſimos duos argenteos pater meus habet his literis inſcriptos:

ΒΑΣΙ-

ΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΩΜΑΙ. A
τος quoque alios nummos aliorum regum eiuſdem tamen ti-
inſpexi.

Volitat enim ante oculos iſtorum.) ὑποτύπωσις. ſic & in Philip. xi. de
abella loquens, inquit: Et nunc tota Aſia vagatur, volitat vt rex,
alio bello detineri putat. Pecunia autem regis inductos tribu-
s ſignificat. cum Romæ tum eſſet Iuba regis Hiempſalis filius,
olefcens, vt inquit, non minus bene nummatus, quam bene ca-
latus, quod dixit, reſpiciens ad capillos, & cincinnos Iubæ, quos
Maurorum more promiſſos, & exornatos gerebat. de quo more B
abo ita: μαυρύσιοι μὲν ἐλλέγουσι τῦ χρόνῳ ζῶντες νομαδικῶς οἱ
πολλοί. καλλωπίζονται κόμης ἐμπλοκῇ, καὶ πώγωνι, καὶ χρυσοφο-
ρίᾳ σμήξει τε ὀδόντων, καὶ ὀνυχισμῷ. σπάνιον τε ἂν ἴδοις ἁπτομένους
ἀλλήλους ἐν τοῖς περιπάτοις τῦ διαμένειν αὐτοῖς ἄθικτον τὸν κόσμον
τῶν τριχῶν. fortaſſe vero notauit id Cicero in Iubam regis filium ob
ollitiem, quod promiſſiore coma vteretur mollior, atq; effemina-
or quam par eſſet, nummatumque & capillatum vocat, vt decem-
ros oſtendat, & pulchritudine illius, & nummis allici. ad puberta-
m porro pueris Romanis comæ nutriebantur; vnde Horatius ad C
igurinum ode x. lib. IIII.

Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ.

Idem quoque lib. I. epiſtolarum epiſt. VI. bene nummatum dixit.

Ac bene nummatum decorat Suadela, Venuſque.

Iuba regis filius.) Non dubito, quin legendum ſit, *Iuba regis filius.*
ntelligit enim Iubam illum, qui contra Cæſaris partes pugnauit ci-
uili bello, cuius pater fuit Hyempſal, Hyempſalis autem Hyarbas. vi-
de Dionem lib. XLI. & li. LI. & Plutarchum in Pompeio. per ener-
giam autem *regis filium* addidit, quemadmodum & per contemptum
lib. primo epiſt. ad Att. L. Afranium Auli filium vocat, quaſi dicat, D
patre natum nullo honore ornato.

Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos aceruos.) ὑπερβολή. Reprehendit
aliud caput, quod præco recitauerat: Aurum, argentum ex præda, ex
manubijs, ex coronario ad quoſcunque peruenit, neque relatum eſt
in publicum, neque in monumento conſumptum, id apud decem-
uiros profitentor Exponit autem hoc tanta cum amplificatione,
vt ſuperet fidem. etenim cum tanta adhuc, inquit, pecunia congeſta
ſit, vt nullus ſit, qui eam capere locus poſſit, tamen ad hanc aliam
etiam addit. cum vero vnum dicat, tamen oratione conſequitur,
vt plura dicere videatur. id quod & voce, & actione adiuuandum eſt E
vt cenſet Ariſtoteles lib. III. artis rhet. Non, vt ſi vna res dicatur, eo-
dem habitu animi, & ſono vocis vtendum eſt.

Auget, addit, accumulat.) ἀσύνδετον πραγματικόν, diſſolutum, incre-
mentum.

Aurum argentum,) κατ' ὄνομα πραγματικόν, σχῆμα τῆς γοργότη-
τος. potuiſſet dicere auget aurum ex præda, & manubiis, & corona-
rio, ſed vt multa dicere videretur, partitus eſt orationem in verba, in
res, & in materiam, ex qua erat pecunia conficienda, & ſimul bre-
uiorem, & venuſtiorem eam reddidit, τμητικὸν εἶδος τῦ λόγυ hoc
vocat Hermogenes in præceptis celeritatis.

A *Ex præda, ex manubijs:*) Quia prædæ pars; vt ſerui, equi, arma, veſtes, ad ducem peruenit: manubiæ vero, pecunia ex præda redacta. vide Gellium lib. XIII. cap. XXIIII. *Ad quoſcunque:* in oratione in ſenatu ſingulari numero vſus eſt, cum dixit: Quod ad quenque peruenit, peruenerit ex præda, &c.

Neque in monumento conſumptum.) Intellige baſilicas, ſacra, fana, templa, porticus, ſacella, ſigna, ſtatuas, & ornamenta omnia, quæ cōſtituebantur à proconſulibus in honorem ſui perpetuum. Declarat hoc Tullius lib. VI. epiſt. ad Att. vbi de Appio. & lib III. epiſtolarum familiarium. Item Aulus Gellius lib XIII cap. XXIIII. & epigramma
B in lib. Ant. Vrb. pag. v. in quo hæc verba ſunt.

DE MANVBIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS ÆDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR.

Reliqua ex prioris orationis commentario repetenda ſunt.

Hoc capite etiam quæſtionem.) Expoſitum caput damnat, quod quæſtio de ijs imperatoribus, qui bella populi R. geſſerunt, & iudicium de repetundis, quod ſolet eſſe prætorum, ad decemuiros iniuſte translatum ſit. Iudicium porro repetundarum dictum eſt inde, quod
C eo iudicio ſocij pecunias ſibi à prætoribus contra leges ereptas repetebant, eaſque ex condemnatorum litibus æſtimatis domum reportabant. Cicero in Verrem: Pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt item: Non ex litibus æſtimatis ſuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri, atque oſſibus filij ſui ſolatium vult aliquod reportare. hoc autem iudicium vnus è prætoribus exercebat: Cicero pro Cluentio.

Horum erit nullum iudicium, quantæ cuiuſque manubiæ fuerunt.) Vox *nullum*, ſententiæ repugnat, neq; quid pro ea reponendum ſit, quod à ſenſu, & literarum ſimilitudine non ſit alienum, occurrit quicquam,
D niſi legas.

Nunc.) Affert enim aliam indignitatem; vt quæ à nomine ante cognoſcebantur, eorum iam nunc ſit decemuirale iudicium neque enim perpetua erat quæſtio de manubijs imperatorum, quantæ eſſent, quid relatum, quid reſiduum eſſet niſi forte extra ordinem cōſtituta eſſet. Itaq; cum tribuni pl à Scipione maiore rationem prædæ Aſiaticæ repoſcerent, librum is rationum in publico conſcidiſſe dicitur, cum ſe ea re non teneri vellet oſtendere. eo tamen nomine aliquot imperatores ad populū delati ſunt. at iudicium perpetuum nullum fuit, vt repetundarū. Sed vt ad rem redeam, ſunt, qui malint,
E *Solutum iudicium*, vel *liberum iudicium*:) Ego, ſi quis aliquid acutius excogitabit, eius opinioni acquieſcam Interim, *Solutum*, an, *liberum*, an, *nunc*, legendum ſit, non diiudico, veterum exemplarium ope deſtitutus.

In poſterum vero lex hæc imperatoribus veſtris.) Maioris inuidiæ cauſa eandem ſententiam alijs verbis reperit.

Hic tamen vir optimus eum, quem amat, excipit Cn. Pompeium) Exponit exceptionem, qua Rullus Cn. Pompeium, ne manubias profiteretur, excipiebat. eamq; exagitat, quod non honoris Pompeii cauſa, ſed inuidiæ ei quærendæ eam attulerit. non honoris; quia excludit eum prope nominatim decēuiratu, quia iudicium, legum dationē,

capto-

rum à ſe agrorum cognitionem adimit, quia in eius caſtra de- A
iros cum imperio, & iudicio rerum omnium mittit, quia ius
ratorium ei ſoli eripit. ſi non honoris, ergo inuidiæ plena eſt
æ oratio μεστὴ βαρύτητος. Atq; etiam vt de re noua, & abſurda
irari ſimulat. ita:

nde iſte amor tam improuiſus?) Quanquam vox, *amor*, mendoſa eſ-
ihi videtur, pro, *honor*. id enim argumenti concluſio indicat,
eſt.

trum tandem hoc capite honos haberi homini, an inuidia quæri videtur?)
am figuram Græci ἀπορίαν vocant. congerit autem plures conie- B
tas, quibus huius rei fidem facit.

Qui, inquiens, *honore decemuiratus excluditur prope nominatim; cuius
cium, legumque datio captorum agrorum, &c. Cui ius non in prouinciam,
in ipſa caſtra.*) Et quæ ſequuntur: Is honoris gratia non excipitur,
ad inuidiam. notabis autem πολύπτωτον.

Cuius iudicium, legumque datio.) A partibus ad totum aſcendit. ad
enim imperatoris pertinet iudicare, leges dare, agros captos co-
oſcere, ſolum in prouincia ſua imperare. quæ vbi expoſuit, vno
rbo complectitur omnia.

Cui ius imperatorium, quod ſemper omnibus imperatoribus eſt conſerua- C
m, ſoli eripitur.) Hæc autem qualia ſint, ſupra demonſtratum eſt.
æterum vt ex ſententia Ariſtotelis laudatur ille, qui ſolus, aut pri-
us, aut cum paucis aliquid fecit, ſic vituperatur, qui ſolus aliquam
ntumeliam accepit. Inuidiam porro parare Pompeio volebant, vt
uondam Annibal Fabio, cum in vaſtando Romano agro Fabiano
ni pepercit.

Vtrum tandem hoc capite honos haberi homini, an:) Dubitatio, vt dixi;
mbigit enim oratorie Tullius, vtrum ad honorem habendum Pom-
eio, an ad inuidiam creandam.

Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius.) ἀπόδειξις. alia ratio, cur exceptio D
lla non honoris Pompeii cauſa ſit facta, ſed quod metuerent, ne
Pompeius illam iniuriam, vt cæteri, ferre poſſet. cur non honoris?
quia hunc honorem Rullo Pompeius remittit. cur remittit? quia aut
æquum eſt, imperatores manubias apud decemuiros profiteri, aut
iniquum. ſi æquum, vult ſe in eodem, quo cæteri, iure verſari; ſi
iniquum, ergo non honoris, ſed metus cauſa eum excepetunt.

Nam ſi eſt æquum, prædas; Dilemma, quod mire amplificatur, & or-
natur. ſi æquum eſt, imperatores manubias ad decemuiros deporta-
re, non vult Pompeius excipi; ſi iniquum, ideo excipitur à Rullo,
quod metuat, ne ille eandem contumeliam, quam cæteri, ferre non E
poſſit.

Prædas, ac manubias ſuas imperat.) Vide ſupra. lib. quoque de orato-
re III inquit. Roſtra imperatoriis manubiis ornata. quod multos
imperatores feciſſe Romanæ hiſtoriæ loquuntur.

Ad decemuiros tanquam ad dominos;) παραβολή. imago, ſimilitudo,
collatio, de qua Quintilianus lib. VIII. qui cum pluribus diſputaſſet,
addidit ad extremum; *ſunt & illa breues: Vagique per ſiluas more ferarū.*
& illud Ciceronis in Clodium: Quo ex iudicio, velut ex incendio.

Nihil ſibi appetit præcipue Pompeius, nihil;) ἐπανάληψις. Schema

 vocita

A vocitatum à P.Rutilio Lupo in libello de figuris ſententiarum, quod fieri ſolet, cum id, quod dictum ſemel eſt, quo grauius ſit, iteratur, quod interdum fit vno verbo, interdum plurium verborum coniunctione. vno verbo, exemplũ eſt hoc; ſed aliud Rutilius affert Pythiæ. Aquila autem Romanus ἀνταπόδοσιν. id eſt, redditionem vocat, nomenq; ex eo accepiſſe ſcribit, quod idem nomen in poſtrema parte membri, aut eadem quæcunq; pars orationis redditur, eſt connexa, vnde id membrum, aut is ambitus cœpit.

Vult ſe in communi, &c.) Cum modo per negationem, quæ mens eſſet Pompeij explicauerit, nunc idem per affirmationem oſtendit.

B *Sin eſt iniquum, ſi turpe, ſi intolerandum*:) Altera pars dilemmatis, quæ miris modis augetur, iniquum, turpe, intolerandum.

Hos decemuiros portitores omnibus omnium pecuniæ conſtituti.) Portitorum, fœneratorumque nomen, & munus odioſum erat, eorumque quæſtus in odia hominum incurrebat, auctore Cicerone in libris de officijs. Itaque inuidiæ cauſa decemuiros portitores vocauit duriore translatione; in qua perſiſtens poſt addit.

Imperatores noſtros excutiant) Portitorum enim officium eſt, prætereuntes nequid portorio non ſoluto, aut improfeſſum importẽt, aut C exportent, excutere. ſic Suetonius in Claudio: Neque ægrum quenquam viſitauit, niſi explorato prius cubiculo, culcitriſque & ſtragulis prætentatis, & excuſſis. excutere autem, & ferre non poſſe, quod paulo poſt dicit, interſe reſpondent. translationem ductam puto ab equis, qui cum onera ferendo non ſunt, ea excutiunt.

Omnibus omnium;) Hæc figura, quæ traductio vocatur in Rhetoricis ad Herennium, facit, vt cum idem verbum crebrius ponatur, nõ modo non offendat aures, ſed etiam concinniorem orationem reddat. eadem & ſupra vſus eſt. Etenim quem vnum ex cũctis delegiſtis, vt eum omnib. omnium gentium bellis terra, & mari præponeretis.

D *Non mihi videntur honoris cauſa excipere Pompeium, ſed metuere.*) Opponit cauſam cauſæ, atque ita eam, qua vti poterat Rullus, euertit.

Pompeius autem cum hoc animo ſit.) Opportunè in laudem Pompeij egreditur. atque hanc partem concludit. Pompeius autem, inquit, eſt ea animi æquitate, vt quæcunq; à populo iuſſa fuerint, facile ſit laturus; ea magnitudine, vt ſi quid populus ferre non poſſit, ne id inuitus diutius ferat, ſit perfecturus: ex quo virtus, æquitas, iuſtitia, & ſtudium eius erga remp. oſtenditur: ex illo autem quod ſequitur.

E *Quod vos ferre non poteritis, id profecto perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini*:) Fortitudo eiuſdem atq; animi magnitudo. gratia porro ex contrarijs quæſita eſt. Sequor autem Paulum Manutium, qui dictionem proxime addit, *Cum*: quæ antea deſiderabatur, & legebatur.

Pompeius autẽ hoc animo ſit:) Vt ex hoc mẽbro, & eo, quod ſequitur proximo, ſententia coniungatur. libentius tamen legerem. *Pompeius enim cum hoc animo ſit.* & infra.

Id profecto perficiat:) Et libris manuſcriptis repugnantibus quis dubitaret legendum? *Perficiet.* oratio enim de futuris eſt. ſed hoc in loco veteres libros emendate ſcriptos animaduerti.

Veruntamen cauet vt ſi qua pecunia poſt nos conſules.) Aliud erat caput: ſi quæ pecunia poſt Ciceronem, & Antonium conſules ex nouis vectigalibus recipiatur, ea decemuiri vtantur. Noua autem vectigalia à Rullo

intellecta fuiſſe interpretatur, quæ Pompeius Mithridatico A
confecto adiunxerit. hoc reprehendit, quod iniquum ſit, maius remittere, & vectigalibus eius virtute partis frui velle. Scriptum eſt autem apud Plutarchum, cum vectigalia reip. quinquagies centena millia eſſent, hac Pompeij victoria effectum eſſe, vt octuagies quinquies, decies centena millia eſſent.

Noua porro vectigalia) Aperit dolum, & fraudem detegit.

Parta ſit pecunia Quirites decemuiris tanta.) Aggreditur partem eam argumentationis agrariæ, quæ agrorum emptionem attingit. ad hanc rem tranſit, repetitis renouandæ inuidiæ cauſa per conceſſionem breuiter omnibus iis rebus, quæ de agrorum venditione, vectigalium auctione, manubiarum vindicatione, vnde incredibilem vim pecuniarum decemuiris quæri poſſe concluſit, dicta ſunt. *Parta ſit pecunia* : πρόϑεσις ὕστερον. prius enim erant vendendi agri, & vectigalia, quam pecunia capienda, ſed vt indicaret furorem Rulli, cæterorumq; decemuirum, qui ſtimulis auaritiæ acti ſomniabant ſibi iam partam ingentem vim pecuniæ, priuſquam venditio vlla facta eſſet, vſus eſt hac figura, quæ celeritati ſignificandæ accommodata eſt.

Nihil prætermiſſum, ſed omnes vrbes.) Pro *ſed*, rectius legi arbitror *ſit*, particula aduerſatiua ſublata, & verbo in illius loco impoſito, hoc modo: *Nihil prætermiſſum, ſit omnes vrbes.* error inde ortus, quod antiqui *ſet*, pro *ſed*, ſcribebant. C

Quam immunes diuitiæ.) Philip. v. *Quid illi immanes quæſtus? ferendi ne?*

Omnes vrbes, agri, regna denique) συναϑροισμὸς, congeries amplificationi ſeruiens.

Cognoſcite nunc alios immenſos, atq; intolerabiles quæſtus) Parat auditorem ad diſputationem audiendam de quæſtuoſis agrorum emptionibus. & *immenſos* dixit, quantitatem & magnitudinem ſpectans, *intolerabiles*, qualitatem & iniuſtitiam. D

Ad certorum hominum importunam auaritiam.) Non ad plebis cõmoda, vt ante, ſed ad paucorum cupiditatem explendam, vt nunquam, nomen legis agrariæ propoſitum eſſe.

Populare.) εἰρωνικῶς.

Hac pecunia iubet agros emi, quo deducamini.) Exponit verba legis, quæ omnia erant, hæc fere. Hac pecunia emuntor à decemuiris agri in Italia, qui arari, colive poſſint, ſed non ab inuitis, quo plebs R. deducatur.

Non conſueui homines appellare aſperius.) In hoc capite reprehendendo perſonam decemuirum, qui empturi ſunt, deinde conditionem agrorum emendorum, quo plebs deducenda eſt, conſiderat. Decemuiros autem futuros exagitat, tanquam aut auariſſimos, aut prodigos, iiſq; iccirco temere hanc tantam pecuniam committi innuit. Eos vero qui ſint, non nominat, quod ſuæ conſuetudinis neget eſſe, quenquam niſi laceſſitum aſperius appellare. quod ſi eos ſine contumelia poſſit nominare, ſe demonſtraturum profitetur, ſine ratione eiuſmodi hominibus tantam emendi, ac vendendi poteſtatem permitti plena autem modeſtiæ oratio facile ſibi auditores conciliat. E

Velim fieri poſſet.) εὐχὴ, optatio, quæ habet ἦϑος: hæc enim optatio mores indicat oratoris.

A *Vt à me ſine contumelia*) Sic in II. Philip. *Etenim iſta tua minime auara coniux, quam ego ſine contumelia deſcribo.*

Qui ſe decemuiros ſperant futuros) Id eos ſperare pro ſtultitia, atq; intemperantia ſua ait, adepturos ſe conſule negat, in extrema oratione.

Quibus hominibus.) ἔμφασις

Sed quod ego nondum ſtatuo.) Maiorem ſuſpicionem parit tacita hac ſignificatione, quam ſi diſerta explanatione vſus eſſet Hermogenes in methodo τῆς δεινότητος, πότε ἡ ἀπόλειψις, καὶ ἀποσιώπησις γίνε). ſic in Pompeiana: *Veſtra admurmuratio facit Quirites, vt agnoſcere videamini, qui hæc fecerint. ego autem neminem nomino.*

B *Vnum hoc certe videor mihi veriſſime poſſe dicere. tum cum haberet hæc reſp.*) Negat his decemuiris, vel auaris, vel prodigis tantã iudicandi, emendi, vendendiq; poteſtatem dandam; quia nunquam data ſit nec Luſcinis, Calatinis, Acidinis paupertatis patientia ornatis, nec Catonibus, Philippis, & Læliis ſapientiſſimis, ac tẽperantiſſimis viris. exemplum eſt per comparationem à maiori.

Luſcinos, Calatinos, Acidinos.) Exemplum, συνεκδοχή. ſignificat autẽ C Fabricium Luſcinum, de quo Valerius: *C. Fabricius patellam deorum, & ſalinum argenteum tantum habuit, patellam autem corneo pediculo ſuſtineri voluit.* & Plinius lib. XXXIII. *Fabricius bellicoſos imperatores plus quam pateram, & ſalinum ex argento habere vetabat.* & Horatius libro odarum primo:

C

Gratus inſigni referam camœna
Fabriciumq;

Luſcinus enim Fabriciorum cognomen fuit. intelligit etiam C. Actilium Calatinum. de quo eodem loco Valerius: *Atilium autem, qui ad eum accerſendum à ſenatu miſſi erant, ad imperium populi R. ſuſcipiendum, ſemen aſpergentem viderunt.* poteſt pauperes conſolari Atilius, ſed multo magis docere locupletes, quam non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini anxia diuitiarum cõparatio. Calatinus porro Atiliorum cognomen erat. Atiliorum enim alij Reguli, alij Calatini. nam cum diuerſæ familiæ eſſent, diſtinguebantur cognomento. Cicero contra L. Piſonem: *O ſtultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones* &c. item lib 1. Tuſc. vbi de ipſorum monimentis in via Appia meminit. L. etiam Manlius Acidinus conſulatum geſſit anno DLXXIV. ſed de eius paupertate, nihil accepi. hoc autem Manliorum cognomen fuit, Manliorum enim alij Vulſones Capitolini, alij Acidini. & ſciendum M. Ciceronẽ tum ad dedecus, tum ad laudem Acidinos appellare: epiſt. enim III. lib IV. epiſtol. ad Attic. inquit Ille omnium vocibus cum ſe non ad iudicium, ſed ad ſupplicium præſens trahi videret, omnes Catilinas, Acidinos poſtea reddidit: nam Milonis domum &c. intelligit autem Manlium Acidinum coniuratum, qui poſtea præcipitatus eſt de rupe Tarpeia.

D

E

Non ſolum honoribus populi verum etiam patientia paupertatis ornatos.) Recte, & apte: ornatus enim, vt notat Feſtus, dicitur, & qui bonis artibus inſtructus, & honores adeptus à populo.

Et tunc cum erant.) Eadem vis argumenti ἀπὸ τοῦ μείζονος. viguerunt in rep. tot viri ſapientiſſimi, & temperantiſſimi, & tamen eiuſmodi res mandata nemini eſt, nunc Rullo, & decemuiris perditis, & nequiſſimis mandabitur. & M. Porcium Catonem ſenem ſignificat ſa-

pientia,

pientia, & temperantia ſumma præditum, de quo Plutarchus. P. Furium Philum, qui conſulatum geſſit anno vrbis DXVII. Lælij ſocium, quem in libris de rep. loquentem fecit Cicero, & de quo in Lælio idem meminit, eſt enim *Phili*, non *Philippi*, legendum. ſic enim Carolus Sigonius homo ingenioſiſſimus, hiſtoriæ peritiſſimus, & in omni antiquitatis genere excellentiſſimus ſentit; cuius ego opinioni valde, & libenter aſſentior, de huius virtute Valerius docuit cap. de fiducia ſui. C. Lælium, qui ſapiens vſurpatus eſt, amicum Scipionis Æmiliani, de quo alibi multa Cicero. *vt autem priora exempla ſunt paupertatis, ſic hæc laudandæ frugalitatis. neq. enim ſapientia, & temperantia ad vnum magis, quam ad alium ex his referenda ſunt. ſapiens enim Cato, ſapiens Philus, ſapiens Lælius, ſi non ſummam illam ſapientiam, quam qui habet, omnes virtutes habet, ſed communem quandam in rebus agendis prudentiam intelligamus.* A B

In publicis, priuatisq́ue, forenſibus, & domeſticis rebus.) Id eſt ciuitatis, ſuis, amicorum, & familiæ ſuæ vt publicum autem latius patet, quam forenſe. ita priuatum pertinet ad plures, quam domeſticum, alterum enim continet, alterum continetur.

Commiſſa.) Forte: *Permiſſa.*

Vt idem iudicaret, & venderet.) Repetit partes decemuiralis poteſtatis. quia vtile putat hac commemoratione ſæpius refricari in eos inuidiam. C

In toto orbe terrarum) ὑπερβολικῶς

Agros vectigales abalienaret) Fructuarios, ſcilicet qui vectigal penſitant, & publice aliquid pendunt. ſupra: Imperat, vt decemuiri veſtra vectigalia vendant.

Nullo teſte) Supra: *Non modo vobis arbitris, ſed ne præcone quidem teſte.*

Committite vos nunc Quirites.) Periculoſum oſtendit, quæ poteſtas non eſt permiſſa priſcis illis pauperibus, & optimis viris, eam nunc committere ditiſſimis illis quidem, ſed tamen habendi cupidiſſimis, atque omnia profundentibus. ornauit autem hanc ſententiam permiſſione cum amarulenta ironia coniuncta. D

Quos odor ari hunc decemuiratum.) Odorari eſt petere ſumpta tranſlatione à canibus venaticis, de quibus Virgilius.

Et odora canum vis.

& Cicero de ſignis. *Canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & perueſtigabant.* & ad Attic. *Inueſtiga, ſubodorare.*

Partem eſſe eorum, quibus ad habendum, partem, quibus ad conſumendum nihil ſatis eſſe videatur) περίφρασις ὑπερβολικὴ auari, & prodigi, vel potius excellens deſcriptio. auarus flagrat incredibili in dies magis habendi ſiti. qui enim diuitias finem propoſitum habent, ſaturari non poſſunt, quia infinita eorum eſt appetitio. M autem Craſſum ſignificat, cuius auaritia multis rebus manifeſta fuit. prodigus autem quo plus conſumit, eo maiore profundendi capitur voluptate. Ariſtoteles in Ethicis ait auaros excellere ἐν τῇ λήψει, prodigos ἐν τῇ δόσει, & Cicero lib. II. de Offic. largitionem non habere fundum dixit. L. autem Lucullum videtur ſignificare, cuius noti nimij in vita domeſtica ſumptus erant. de quibus Plutarchus. in quem illa dixit Catilina apud Saluſtium: Illis diuitias ſuperare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis. E

A *Hic ego iam illud quod expeditiſſimum ſit.*) Vituperauit emptores, nunc emptionem ipſam inſectatur. alienum vero à more maiorum eſſe ait, vt emantur agri à priuatis, quo plebs publice deducatur. hanc vero nouam emendi, & vendendi quæſtuoſiſſimam rationem indignam eſſe & tribunicia actione, & populi Romani dignitate. ornatus eſt, παράλειψις. præteritio, quod ſe dicat, hanc rationem expeditiſſimam nolle afferre, quam exponit. expeditiſſimam autem rationem vocat, quæ à iudicatis ducta eſt.

Non eſſe hanc vobis à maioribus.) Mihi magis placeret *nobis*, quam *vobis*: nec, opinor, diſſentiet, qui ſententiam accurate perpendet.

B *Vt emantur agri à priuatis*) Hoc ſignificat, qui ante plebem in agros legibus deduxerunt, non agros à priuatis coemiſſe, ſed inde tanquam ex publicis poſſeſſionibus priuatos exegiſſe.

Omnibus legibus agris publicis priuatos &c.) Ramus adnotat genus dictionis, *agris publicis*: & nunc vbi Cicero ſic loquatur, quærit, acutiſſima, vt ſolet, ingenij acie, quæ mihi, vt verum ingenue fatear ita obtuſa eſt, nihil vt hic dubitandum videam, cum infinitis locis hoc modo Cicero loquutus ſit.

Huiuſcemodi me aliquid ab hoc horride, ac truce tribuno.) *Non dico*, inquit, *me ſeuerum aliquid tale ab hoc tribuno expectaſſe, vt non emptione, ſed lege è*
C *publicis poſſeſſionibus priuatos homines pelleret, quod eius horrore, & ſeueritate dignum erat.* Horridum ad cultum refert, Trucem ad animi habitum. Hoc autem dictum ex oratoris ſententia intelligendum eſt. *Iam deſignatus*, inquit ſupra, *alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido, capillatior quam antea, barbaq; maiore, vt oculis, & aſpectu denunciare omnibus vim tribuniciam, & minitari reip. videretur.*

Hanc vero vendendi, atq; emendi quaſtuoſiſſimam, ac turpiſſimam mercaturam.) Fraudem tacite aperit; mitius actum à tribuno non poſſeſſorum cauſa, ſed ſua vidit enim ex tanta pecunia plurimum poſſe ſe in ſuum
D vſum conuertere, quia vero dixit *quaſtuoſiſſimam*, infert *Alienam poteſtate tribunicia*, quia *Turpiſſimam*, ſubdit *Alienam dignitate populi R.* eodem modo dixit Philip. xı. Illa vero P. C. aliena conſulum dignitate, aliena temporum grauitate, ſententia eſt. *Mercaturam* autem cum dixit, ſordido verbo ſordes Rulli notauit, & magnam illi apud populum inuidiam fecit, qui quod populi cauſa facere præ ſe ferret in ſuam vtilitatem conuerteret.

Libet agros emi.) Alia ratio emptionis agrorum vituperandæ. quod qui agri emendi ſint, non definierit. Quod inſidioſe factum innuit. Hoc autem tanquam à Rullo dictum accipiendum eſt. conſtituitur
E enim per bellus Rulli, & oratoris dialogus in ſingulis horum agrorum conditionibus examinandis, ac reprehendendis. *Libet agros emi*: ὑποφορά cum veritate & fiducia, ſine vlla præfatione, πεποιθότως, καὶ χωρὶς κατασκευῆς, vide Hermog. in forma τοῦ λόγου τοῦ ἀληθινοῦ.

Primum quaero, quos agros.) τὸ τοῦ νόμου ἀπροσδιόριστον. Reprehendit, quod infinite locutus ſit, neq; agrorum nomina expreſſerit, ſed ea oratione vſus ſit, quæ ſuſpenſam, & incertam plebem obſcura ſpe, & cæca expectatione reddat.

Nolo ſuſpenſam.) Hoc eſt incommodum τοῦ ἀπροσδιορίστου. plebem R. ſuſpenſam, & incertam obſcura ſpe, cæcaq; expectatione pendere.

Albanus

Digitized by Google

Albanus ager eſt, Setinus.) Hæc Rulli reſpondentis ſunt, atq; agros A
multos emendos nominantis. in quo inuidia quæritur, vel quod ex optimis agris nullum in lege nominauerit, vel quod tantam pecuniam congeſſerit, vt tot agros, & tam bonos emere poſſit. quaſi velit innuere. hos tu agros Rulle ſi cogitas emere, cur eos in lege non nominas, neq; definis? non nominas autem: ergo non hos, ſed peſtilentes aliquos, maximeq; ſteriles cogitas emere, non igitur qualem te eſſe fingis popularis es tribunus pl. eſt autem ἀσυνδετον, κατ' ὄνομα κομματικὸν συναθροισμός. Albanus ager, Setinus, & Priuernas in Latio ſunt, vini copia præſtantiaq; celebres, vnde Setinum, & Albanum B
vinum. Hor lib. odarum III.

Eſt mihi nonum ſuperantis annum
Plenus Albani cadus.

Item Satyra vltima libri ſecundi ſermonum.

Hic herus Albanum Mecænas ſiue Falernum.

Ipſe quoq; Cicero Philip. VIII. propter loci amœnitatem dixit, ædes ſibi optimas, hortos, Tuſculana, Albana definiunt. Fundanus, Veſtinus, Falernus, Linternus, Caſſinas, Cumanus in Campania, laudatiſſimorum fructuum feraces, vnde de caſeis Veſtinis Martialis, de Falerno vino Horatius nimis ſane frequens, Virgilius, Plinius, alij. C
Caſſinas autem duplici ſſ, non Caſinas legendum, cum ipſe Cicero ſatis locuples eſſe teſtis poteſt, qui Caſſinatem fundum in ſecunda Philip. appellat, tum inſcriptiones antiquæ ipſæ, quas ego non vidi, ſed, quod perinde eſt, Onufrius Panuinius frater Auguſtinianus vir ſane grauis, & certus, atq; bonarum literarum, & antiquitatis Romanæ peritiſſimus ſe vidiſſe teſtatus eſt hæc autem fere à porta Capena, quæ Appiæ viæ principium eſt, auctore Feſto.

Audio.) Interpellauit Rulli enumerationem hac voce, *Audio.*

Ab alia porta, Capenas, Faliſcus.) Perſequitur Rullus agros alios ab alia porta exempli cauſa Flumentana. vbi eſt ager Capenas, & Faliſcus Etruriæ; Reatinus, Sabinorum; Venafranus, Allifanus, Trebulanus Samnitium. quorum primus excellebat olei præſtantia, vnde Horatius: D

Vbi non Hymeto
Mella decedunt, viridiq; certat
Bacca Venafro.

Alter caſei. vnde Martialis. Allifanum etiam duplici ll, ſcribi certiſſimum eſt. In priore autem enumeratione agrorum videtur eos perſequi, qui non longe à mari, aut etiam ad mare ſint; in poſteriore eos, qui quaſi mediterranei ſint. Quod ſi ita eſt; malim etiam Caſſinatem agrum ad ſecundam enumerationem transferri. Trebulanus vero ager poſt Reatinum videtur nominandus: nam Trebulæ ſunt in agro Sabino. E

Habet tantam pecuniam, qua.) Reprehendit, quod cum tantam ille habeat pecuniam, qua omnes hos, & cæteros horum ſimiles agros non modo emere, ſed etiam coaceruare poſſet, eos non definierit, vt ſtatuere plebs R. poſſit quid ſua intereſſet, quantum ei in emendis, & vendendis rebus committendum eſſe putaret. Quod autem ait:

Non modo emere, verum etiam coaceruare poſſit.) Dura vel ſententia, vel lo-

Digitized by Google

A vel locutione vſus eſt.neq; enim ſatis apparet, quid ſit agros coaceruare, niſi ſimul omnes emere, & quaſi in vnum aceruum redigere. quod fieri ne maxima quidem pecunia poſſet.ſunt,qui ſentiunt, coaceruare hoc loco eſſe maiore pretio quàm æſtimentur agros emere, & prætio iuſto magis addere ſed fortaſſe non ſincera dictio. proprie enim dicitur de rebus, quæ coniunctæ cumulum extruunt. proprie, & nihil ad hunc locum, quòd ſi coaceruare agros, qui loco non mouentur, μεταφορικῶς transferas, nouum loquendi genus erit.vt omittam, quod etiam ſi Latinæ linguæ conſuetudo ferret, cum ſententia tamen hæc dictio non admodum congruere videtur: quare

B aut à libris manuſcriptis ſumendum aliquid, aut à coniectura, quod magis probetur. infra loquitur de pecunijs coaceruatis.

Sua quid interſit.) In eos agros deduci, qui fortaſſe peſtilentes ſint.

Quantum ſibi committendum.) Vt certam rationem, non infinitam ſibi ad eam emptionem.& venditionem concedere poſſit.

Definio,inquit, Italiam.) Verba Rulli.is autem ſatis eſſe iudicabat, definiſſe agros in Italia coemendos.

Satis certa regio.) Ironia.reſpondet Cicero incertam, & infinitam hanc Italiæ regionem eſſe. cum Italiæ multæ partes ſint, in quas o-

C mnes niſi definiatur ager, plebs hac lege deduci poſſit. Etenim cum aliæ alijs ſint meliores, longe intereſſe an in hanc, an in aliam plebs deducatur:dixiſſet autem, niſi ironia vſus eſſet: Non certam regionem,locumq; ſtatuis:vt ſi Campaniam,aut Lucaniam definiſſes,tūc enim eſſet certa regio.cum autem dicas,Italiam:locum non definis: quia multas in regiones diuiſa eſt Italia. nonne vides plurimum intereſſe, vtrum,in Maſſici radices, an in Apuliã plebs deducatur, quæ tamen Italiæ loca ſunt. quod ſi plurimum intereſt, cur non definis locum?

Etenim quantulum intereſt vtrum in Maſsici radices, an in Italiam, aliò-

D *ve deducamini?* Maſſicus mons eſt in Campania ob vini fertilitatem clariſſimus,cuius meminit Horatius.

Eſt qui nec veteris pocula Maſsici.

Item.

Obliuioſo leuia Maſsico ciboria exple

& Virgillus.

Vertunt felicia Baccho Maſsica.

Quare Maſſicum pro fertiliſſimo,& feliciſſimo coloniæ loco poſuit.

E Italiam vero pro ſterili,ac peſtilenti quæ tamen vox mendoſa eſt, vt quiſq; intelligere per ſe poteſt; nullus enim idoneus ſenſus, & qui huic loco quadret,elicitur. neque tamen aliter manuſcripti libri habent. Quod ſi coniecturæ locus dandus eſt: *in Apuliam* videtur oportere legi,regionem tunc ſterilem,ac peſtilentem. vt opponat Cicero Maſſico Monti,& vrbi ſatis propinquo,& vini copia,præſtantiaq́ue celebri, & ſalubri,locum longinquum, ſterilem, & peſtilentem. ſic enim paulo poſt: Niſi forte mauultis relictis his rebus, atque hac luce reipublicæ in Sipontina ſiccitate, aut in Salpinorum peſtilentiæ finibus Rullo duce collocari. Nam Sipontum, & Salapa Apuliæ ſunt.

Age vero definis locum.Quidnam agri vero,inquit?) Eundem reprehendit,quod

quod cum de qualitate agrorum ſcriberet, agros eos iuſſerit e- A
qui coli, aut arari poſſint, non qui arati, cultiue ſint. Locus au-
incorruptus eſt, ſed tamen male diſtinctus,& interpunctus,quē
r diſtinguendo, & interpungendo fortaſſe rectius, ita reſti-
nus. *Quidnam agri? vero,inquit*,habet enim,*vero*, aſſentiendi vim,
t vſitata interdum reſpondentibus dictio, vt in lib. 2 Tuſculan.
eſt. Vero, ac libenter, quod quidem ſi dutius doctis viris videbi-
hoc pacto diſtinguemus.

Quidnam agri vero? inquit,qui,&c.) Hæc autem interpunctio perpe-
n collocata multum negotij attulit Petro Ramo, ſententia enim
variatur,vt accuratiſſimus,eruditiſſimuſq; interpres, cum verum B
ceronis ſenſum aſſequutus non ſit,locum, qui quidem integer,
orruptusque eſt, mendi inſimulare, & mutilatum eſſe affirmare
n dubitauerit.

Qui arari,aut coli poſſit, qui poſſit arari, inquit, aut coli, non qui aratus:)
ἀνάληψις. hæc in Reth.ad Herennium conduplicatio nominatur.
illi autem ſtultitia & dolus indicatur, qui agros emendos cenſue-
non aratos,aut cultos,ſed qui arari,aut coli poſſint,neque viderit
ud & commodum,& fructuoſum fore populo,hoc & laborioſum,
minus fructuoſum. C

Vtrum hac lex eſt,an tabula Veratiana auctionis) Legem Rulli eleuat,
m ſimilem tabulæ Veratianæ auctionis vocat. vt enim Veratius in
bula ſcripſerat:Iugera ducenta,in quibus oliuetum fieri poſſit. iu-
era 300.in quibus vineæ inſtitui poſſint non oliueti 200. vinearum
00. ſic Rullus agros,qui coli,aut arari, poſſint, non qui culti, aut a-
ati ſint. *Iugera* 200. Varro, Nonius, & Feſtus iugeri proprietatem
eſignant.

In quibus oliuetum.) Ex quo magnus fructus recipiebatur, vnde
Horatius.

> *Spargent oliuetis odorem* D
> *Fertilibus domino priori.*

Vbi inſtitui vineæ.)Terram,quæ apta erat vineis,vineariam,ſeu vinea-
ticam vocabant.

Hoc tu emes ita innumerabili pecunia) Repetit cum admiratione,&
interrogatione verba legis, quod indignum putet tanta pecunia nō
emi,niſi id, quod arari, & coli poſſit, cum nullum ſolum ſit tam exi-
le,& macrum, quod aratro perſtringi non poſſit. & nullus locus tam
aſper ſit,in quo agricolarum cultus non elaboret. vt autem ipſe ſo-
lum exile, & macrum, ſic Columella terram exilem, & macram di-
xit. Hoc eſt autem id, quod ſcriptum eſt apud Hygenum. Agrum ſe- E
cundum datam legem, aut ſi placebit, ſecundum diui Auguſti, aſſi-
gnare debebimus, eatenus, qua falx, & aratrum exierit. hac lege ſua
interpretatione quidam putant tantum cultum nominari. Cæte-
rum præcipuæ duæ agriculturæ partes expreſſæ ſunt, aratio, & arbo-
rum,vinearumq; cultio,de quibus Virgil.

> *Quid faciat lætas ſegetes,quo ſidere terram,*
> *Vertere Mæcenas,vlmisq; adiungere vites,*
> *Conueniat.*

Vt autem Arare aratro perſtringere dixit Cicero, ſic Virgilius. Aut
preſſo

A preſſo exercere ſolum ſub vomere. Redarguit autem Rullum *μετὰ θαυμασμοῦ.*

Hoc:) Tam vilem, & abiectam rem, quam vel genere neutro extenuauit.

Quod ſolum.) *ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον* nullum eſt ſolum, quòd arari, coliue non poſſit, ergo vniuerſum orbem terrarum Rullus emendum ſua lege iubet. hoc autem abſurdum, ſolum autē *συνεκδοχικῶς* pro agro accipitur.

Iccirco, inquit, agros nominare non poſſum, quia tangam nullum ab inuito.)
B Ratio Rulli, qua ſe adductum nullos nominatim ſe definiſſe agros reſpondet. quia nullum inuito domino ſe empturum profitetur. hāc labefactat, atq; infirmat *ἀπὸ τοῦ ἀσυμφόρου.* vt hoc dicat detrimentum forè reip & multo vtilius decemuiris, quam ſi ab inuito ſumerent, initutos enim rationem, inquit, quæſtus de pecunia publica, & tum deniq; agrum empturos eſſe, cum idem emptori, & venditori vtile fuerit.

Inibitur enim:) Ita eſt in libris à Paulo Manutio duos abhinc annos impreſſis, melius puto, quàm in alijs, *Inietur enim:* nam prêterquam quod grammatices ratio poſtulat, vt, *Inibitur,* legatur. libri noſtri ve-
C teres approbant.

Sed videte vim legis agrariæ.) Non ſolum contra vtilitatem populi facere legem Rulli iam demonſtrat, verum etiam contra conſuetudinem. itaque miſcet *τὸ νόμιμον καὶ τὸ συμφέρον.* Longa autem ratio texitur, qua oſtendit, quantum fructum ex hac venditione publicorum agrorum poſſeſſores ſint percepturi. nam agrorum publicorum alij propter vaſtitatem deſerti, alij propter inuidiam fugiendi cum ſint, eorum venditio poſſeſſores illos pecunia locupletabit, hos inuidia liberabit. Cum autem ait:

Videte vim legis agrariæ.) Ironia eſt. id eſt, videte, quàm parum vi-
D rium, ac roboris hæc lex habeat. quòd poſſeſſores agrorum publicorum non niſi optima conditione, & pecunia maxima ceſſuri poſſeſſione ſint. quod quàm abſurdum ſit, oſtendit comparatione ſuperioris, & huius temporis adhibita. nam antea promulgata lex agraria ſolebat agrorum publicorū poſſeſſores perturbare, hæc eos vehemēter delectat. quæ ſe vel pecunijs auctura ſit, vel inuidia liberatura.

Ne ij quidem, qui agros publicos poſſident decedant de poſſeſſione:) Multo minus, qui priuatos, niſi optimis conditionib. & ingenti vi pecuniæ, & tamen antea decedebant, & dies, noctesque tribunicium nomen
E horrebant, & vim popularem metuebant, vt eſt infra.

Conuerſa ratio. antea:) Sic Philippus cos. apud Saluſtium, Sed videte, quàm conuerſa rerum natura ſit. antea malum publicum occulte, auxilia palàm inſtruebantur. nunc pax, & concordia diſturbantur palàm.

Antea:) Superioribus annis, cum leges agrariæ nominabantur locus topicus à diſſimili.

Fortunis locupletat.) Quod cum ad vendendum cogi non poſſint, quorum agrorum propter inuidiam, aut periculum emptores non inueniebant, eos magno vendent

Inuidia liberat.) Qui tenent poſſeſſiones inuidioſas, vt agros à Sylla aſſignatos.

Quàm

Quàm multos enim Quirites.) Quod dixit de inuidioſorum agro- A
rum agrorum poſſeſſoribus,id probat.

*Qui latitudinem poſſeſſionum tueri , qui inuidiam Syllanorum agrorum
ferre non poſſint.*) L.Sylla dictator agros eorum municipiorum, quæ
contra ſe pro Mariana factione arma tulerant, veteranis militib.ſuis
diuiſerat. ciuiumq; R. inimicorum ſuorum bona proſcripſerat. quæ
cum Syllani homines paruo coëmiſſent latiſſimas poſſeſſiones non
ſine magna ciuitatis inuidia continuauerant. vt de M. Craſſo ſcribit
Plutarchus. vnde Cicero ad Q.Valerium:Volaterrani Syllani tempo-
ris acerbitatem deorum immortalium benignitate ſubterfugerunt.
deinde ſummo ſtudio populi R.à me in conſulatu meo defenſi ſunt. B

Ferre non poſſunt:) Translatio ab oneribus ſumpta eſt.

Qui vendere cupiant,emptores non reperiant.) λύσις τῦ ἀντιπίπτοντος.
occurrit quæſtioni,cur ſi flagrant poſſeſſionum inuidia eas non ven-
dunt?quia emptores non reperiunt,adeoq; earum ſe pœnitet, vt eas
aliqua ratione cupiant perdere. dixit autem , *Perdere,* rem mirum in
modum augens. eſt enim perditum, id quòd interijt , & recuperari
non poteſt. Feſtus.

Qui paulo ante diem,noctemq; tribunicium nomen horrebant.) Nimirum,
ne lex agraria à tribunis pl.promulgaretur, de Syllanis aſſignationi- C
bus reſcindendis.

Veſtram vim.) Ne plebs. vt Syllanis inimica legem agrariã iuberet.

Mentionem legis agrariæ.) Qua vna dimoueri ſe Syllanis poſſeſſioni-
bus poſſe arbitrabantur.

Horrebant,metuebant,pertimeſcebant:) ὁμοιοτέλευτον.

Vltro rogabuntur.) A tribunis pl. emptoribus, à quibus antea lege
pellebantur.

Partim publicos.) Occupatos à priuatis.

Plenos inuidiæ.) Aſſignatos à Sylla ex inimicorum bonis.

Plenos periculi) Propter vaſtitatem peſtilentes. D

Quanti ipſi velint.) Vnde fortunis locupletabuntur.

Atq; hoc carmen hic tribunus pl. non vobis,ſed ſibi intus canit.) Cum ce-
tera grauia ſunt,inquit,tum, quod in hac emptione agrorũ non ple-
bi,quæ eo deducenda eſt, ſed ſibi, ac ſuis conſulit. habet enim ſoce-
rum Valgium , qui Syllanas poſſeſſiones plurimas inuidioſas, & pe-
ſtilentes tenet, quem hac decemuirali agrorum emptione , & pecu-
nia augere, & inuidia liberare cupit. Quod autem inquit,

Hoc carmen non vobis,ſed ſibi intus canit:) Intelligendum eſt,prouer-
bium eſſe antiquum ab Aſpendio cythariſta ſumptum , qui carmen
ſiniſtra manu caneret , non dextra . quorum illud eſt intus canere, E
hoc foris, illud ſibi, hoc alijs. neq; enim qui ſiniſtra manu chordas
tangit, is ſibi tantum canit , quia foris non auditur , ſed à ſe ſolum.
vnde qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulunt præter hone-
ſtatem,intus,& ſibi canere dicuntur. Hæc fere Pędianus in Verrinas.
cauſſa vero,cur qui dextra tangunt,audiantur, eſt, quod chordarum
ſonus cauato cytharæ corpore augetur ; quod idem in iugo non ca-
uato contingere nequit.

Habet ſocerum virum optimum.) Valgiũ intelligit.vt in tertia,in qua
Rullum Valgij generum vocat:Si doceo agris ijs, qui à Sylla ſunt da-
ti,ſic diligenter Rullum ſua lege conſulere, vt facile appareat , eam
legem

A legem non à veſtrorum commodorum patrono, ſed à Valgij genere eſſe conſcriptam: nunquid eſt cauſæ Quirites &c.

Vtrum optimum:) Quis non videt è contrario intelligendum?

Qui tant[illegible] agri in ſua republica tenebris.) Improbitatis ſignum, infinitæ poſſeſſiones Syllanis temporibus occupatæ. Tenebras reipubl. dixit, Syllana tempora plebi miſera. quo verbo nullum aptius eſſe potuit ad furta, & rapinas Valgij ſignificandas. vnde Homerus Iliad. 3.

B *Εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην*
Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω
Τόσσον τίς τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν.

Id eſt.

Montibus vt ſummis cum circumfuſa caligo eſt,
Læta haud paſtori, noctu furi aptior vmbra
Nec potis eſt teli iactum vltra cernere quicquam.

C *Quantum concupiuit,)* Excedit fidem oratio. neq; enim quæ optant homines, certo rationis modo circumſcribi poſſunt. ſic pro lege Manilia: Tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam auſus eſſet optare. & pro Flacco: Quantum ſibi ablatum homo impudentiſſimus dicit, tantum nunquam eſt auſus, vt haberet, optare.

Huic ſubuenire vultu ſuccumbenti, iam oppreſſo Syllanis oneribus grauis.) Hæc omnia tranſlata ſunt ab ijs, qui onere premuntur, & qui oneratos ſubleuant, onus autem poſſeſsiones Syllanas, propter quas illi ardebant inuidia, vocat. *Subuenire*; ſua lege. *Graui.* Grauato, vt Hor. *Grauis annis*
Miles ait.

D *Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere.)* Vt locupletet eum fortunis, inuidia liberet. Nam, vt inquit Ariſtoteles, bona ſunt non modo bonorum ſumptiones, ſed etiam malorum depulſiones. ſic enim ait. *ἀνάγκη τάς τε λήψεις τῶν ἀγαθῶν ἀγαθὰς εἶναι, καὶ τὰς τῶν κακῶν ἀποβολάς*: eſt autem *ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον.* Horatius quoq; apte eadem fere verba coniunxit.

Condo, & compono, quæ mox depromere poſſim.

Et vos non dubitatis.) *σχῆμα κατὰ συστροφὴν μετὰ παῤῥησίας.* complexio, qua accuſat populum, quod non dubitaret poſſeſſiones plurimo E maiorum ſanguine partas vendere ad Syllanos poſſeſſores diuitijs cumulandos, & periculo liberandos. ſententia eſt *τῆς παχύτητος.* populum enim tacite ſtultitiæ arguit, qui non dubitaret, de quo maxime erat dubitandum. Opponit porro inter ſe, vendere poſſeſſiones auitas, plurimo maiorum ſanguine, & ſudore quæſitas, &, Syllanos poſſeſſores ſubleuare, quæ omnia ad indignationem audientis populi commouendam dicta ſunt. Sic pro lege Manilia: Et dubitabit quiſquam, & Virgilius:

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Vos:

os:) ἐμφατικῶς, Quaſi dicat orbis terrarum domini. *Nam ad emptionem decemuiralem duo genera agrorum ſpectant.*) Cur dixerit lo ante, poſſeſſores Syllanos hac lege inuidia, ac periculo libera- iſerte aperit. ſunt enim, inquit, duo genera agrorum, alij ita late tinuati, vt inuidiam pariant, alij ita peſtilentes, vt vaſti ſint. cum ɔ hos emerint, gratificabuntur illis, non vobis, quod illos ingenti ɪnia ement, atque in eos vos agros, quos etiam domini ſine tio reliquiſſent, deducent. *Propter vaſtitatem*: infra paucis interie- verſibus locus poſitus declarat: Alterum genus agrorum prop- ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum. A

Syllanus ager à certis hominibus latiſſime continuatus.) Satis conſtat iſundia Romæ inuidioſa apud plebem fuiſſe, de quibus Gracchus lit, ſic Catilna apud Saluſtium. Illos binas aut amplius domos ntinuare, nobis larem familiarem nuſquam vllum eſſe. Sic Ho- ɪus lib. III. B

Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigam,
Quam ſi Mygdonijs regnum Alyatici
Campis continuem.

Vt veri, ac fortis tribuni pl. ſtridorem vnum.) Semper tribuni pl. po- ntiæ nobilium obſtiterunt, qui poſſeſſionibus continuandis ſtu- ɪerunt. &c, C

Veri.) Qui plebis, non ſuis rationibus conſulat.

Fortis.) Qui pro commodis plebis pugnare audeat.

Stridorem.) Clamorem, inſectationem, vt in Cluentiana. Tribunus l. clamitabat, agi fortunas omnium dicebat. quemadmodum au- ɪm mare, vt ipſe Cicero auctor eſt, ſua natura tranquillum vento- ɪm vi agitatur atq; turbatur; ſic populus Romanus ſua ſponte pla- ɪus tribunorum ſeditioſorum concionibus concitabatur.

Quoquo pretio:) Vel minimo. non enim alterum vt nonnulli im- eriti putant, additamentum inutile eſt, ſed & hoc geminatum, & erbum, *coemptus*, inductum ad rem minuendam. Horat. idem dixit. D

Cedes coemptis ſaltibus, & domo.

Tamen ingenti pecunia vobis inducetur.) Plebi R. acquiretur. ſic infra: Vt iidem partim inuidioſos agros à Syllanis poſſeſſoribus, partim deſertos, ac peſtilentes, &c. quanti velletis populo Romano indu- ceretis.

Alterum genus agrorum ſterilitatem incultum, propter peſtilētiam, vaſtū.) Ex ſoli ſterilitate cultura agrorum, ex aeris peſtilentia eorum habi- tatio deſeritur, vt vaſtitas quædam ſolitudo ſit. conſtat autem mul- tos à Sylla veteranos in paludes, & ſyluas eſſe deductos, quod in- dicat etiam Lepidus apud Saluſtium his verbis. Egregia ſcilicet mercede, cum relegati in paludes, & Syluas contumeliam, atque inuidiam ſuam, præmia penes paucos intelligerent. Paulo poſt Cice- ro Campanum vectigal nec cœlo, nec loco calamitoſum eſſe ait, cum ſalubritatem Campani aëris, & ſoli fertilitatem notare vellet. Salubrem locum eum eſſe tradit Vitruuius, qui ſit excelſus, & non nebuloſus, non pruinoſus, regioneſque cæli ſpectans, neque aſtuo- ſus, neque frigidus, ſed temperatus, & à palude remotus. in primis autem quærendum eſſe, vt ager bonum cœlum habeat Varro lib. pri- mo, capit. v. bene docet. E

A *Vaſtum, atque deſertum:*) Inane, vt Feſtus adnotat, & recte. hic enim vaſtus ager dicitur, vbi ſolitudo eſt, & qui à natura, & humano cultu deſertus eſt: cui contrarium eſt, celeber. eo fit, vt illam in oratione pro Sextio, quam Manutius expoſuit, coniecturam non modo non improbem, ſed magnopere etiam laudem. ibi, ſatis aperto fœdoque mendo, cum legeretur: Lex erat lata vaſtato, ac relicto foro: Vaſto ac relicto, vt ſolitudo hominum ſignificaretur, optime, & ingenioſiſſime repoſitum eſt.

Et nimirum iſtud eſt, quod ab hoc tribuno pl.) A dicto tribuni pl. auget odium. cum enim in ſenatu ille legem ſuaderet, patribus blandiens

B dixerat, vrbanam plebem nimium poſſe in rep. exhauriendam eſſe. quod eſt, ſi proprie locutus eſſet, ex vrbe in colonias educendam. exhaurire enim verbum proprie de nauium ſentina dicitur, cum aqua ita ex ea educitur, vt nihil in ea relinquatur. Quod autem verbum in Rullo reprehendit, idem cum agrariam Flauij legem ſuaderet, dixit. ſic enim eſt apud eum in primo ad Atticum: Populo, Pompeioque ſatisfaciebam emptione, qua conſtituta diligenter & ſentinam vrbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabar. & in Catilinam: Si tu exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna, & pernicioſa ſentina reip. ſentinam au-

C tem translate fecem ciuitatis, ipſamque vilem plebeculam intellexit. vnde Quintilianus lib. VIII. de ſordida, & humili translatione loquens, inquit: Non enim ſi Cicero recte ſentinam reip. dixit fœditatem hominum ſignificans, iccirco probem illud quoque veteris oratoris. &c. Sic in ſecundo libro accuſationis à dicto Verri facit odium, edito ab eo in Sicilia, vt exiſtimari voluit, tunc cum prouinciam diriperet. & in Antonium, exagitat ſuperba illius dicta. vt: Et niſi victorem victurum neminem. Se venturum ad vrbem quotieſcunque vellet, & ad ſeptemuirum: Quod concupiſces habebis.

D *Ab hoc tribuno pl.*) Nimirum, qui ſe popularem fingit.

Dictum eſt in ſenatu) Cum de Colonijs deducendis ageret.

Vrbanam plebem nimium in rep. poſſe.) Hæc verba commode in ſenatu à Rullo de plebe dicebantur. quæ nunc ad concitandam in Rullum plebem à Cicerone commodius referuntur.

Hoc enim verbo eſt vſus:) Contumelioſi dicti in plebem Ro. ponderat perfidiam, quod ad magnum odium faciendum, & inuidiam concitandam plurimum valet.

Non de optimorum ciuium genere.) Oratorie blanditur plebi, cum eam optimorum ciuium genus appellat, quæ & infima erat, & per-

E dita, & in quam transferri, vt Plinius eſt auctor, ignominiæ fuit. ruſticæ autem tribus ingenuorum erant, & diuitum, vrbanæ vero libertinorum.

Vos vero Quirites ſi me audire vultis.) Data occaſione egreditur, vt populum hortetur, ne agrorum cupiditate adductus ſe educi vrbe Roma patiatur, propoſitis vrbanis commodis, & coloniarum, in quas deduceretur, incommodis. Hæc autem commoda aut ex imperij dignitate, aut ex vrbis ipſius fructu percipiuntur. ad dignitatem pertinet gratia ex amicitijs, propinquitatibus, & vicinitatibus collecta, libertas, vt niſi legibus pareas, ſuffragia, vt magiſtratus, leges, bellum, pacemq; pro arbitrio iubeas. ad vrbem attinet forum,

in

in quo conciones audias, gladiatores ſpectes; ludi, quorum aſpectu A
delecteris, feſti dies, quibus te conuiuijs tempeſtiuis oblectes. Etenim hoc idem in or. pro Murena dixit: Nec plebi R. eripiendi ſunt iſti fructus ludorum, gladiatorum, conuiuiorum, quæ omnia noſtri maiores comparauerunt, quamquam autem plures res eſſe videantur, duæ tamen omnino illæ ſunt, dignitas, & commoditas, ſed hæc etiam complexus eſt amplificandi gratia, coaceruatione vſus. Quod autem.

Si me audire vultis.) Dixit, eodem modo locutus eſt lib. VII. ad Trebatium. Si me audies, quem ſoles, has paternas poſſeſſiones tenebis. & Horat. od. XIII. lib. primi. B

Nam, ſi me ſatis audies,
Speres perpetuum.

Niſi forte mauultis relictis his rebus.) βαρύτης, εἰρωνία. opponit coloniarum deducendarum incommoda, & Appuliæ ſiccitatem, & peſtilentiam, Romanæ reip. luci, quæ rebus ſupra commemoratis continetur. nam dixit idem etiam in Pompeiana. Mithridates in veſtris vectigalibus, hoc eſt in Aſiæ luce verſatur. & in Catilinam: Hæc vrbs lux orbis terrarum, & in ep. prima ad Q. fratrem: Sed in luce Aſiæ, in oculis clariſſimæ prouinciæ. opponuntur autem Romæ eſſe, in luce C orbis terrarum, in oculis omnium gentium, & Siponti, & Salapiæ in tenebris, & ſolitudine latere.

In Sipontina ſiccitate, aut in ſalpinorum peſtilentia finibus.) Sipus, vel Sipontum Appuliæ oppidum eſt ad mare iuxta Garganum montem. Σηπιοῦς Græce à copia ſepiarum, quæ in illa loca fluctib. eijciuntur. Cicero autem dixit Sipontinam ſiccitatem, ad arenoſos Siponti agros, ſterileſq; reſpiciens, vt Salapiam peſtilentem, propter cælum. Horatius etiam Appuleiam ſiticuloſam vocauit ode. III. li. V. non enim placet, vt ille liber τοῦ ἐπωδοῦ nomine indicetur, cum & veteres libros auctores habeam, in quibus hic quintus odarum liber inſcribitur, & alijs nō minimis, minimeq; dubijs coniecturis innitar, vt & D hic me verum ſentire mihi perſuadeam, & alibi peccatum ſæpe in eadem re intelligam, quod non modo diſſimulandum, immo vero fatendum maxime eſt, hoc ante me non modo inuentum, & excogitatum, ſed etiam literis mandatum fuiſſe à M. Antonio Mureto litteratiſſimo, atque eruditiſſimo viro in ſuis in Horatium annotationibus. Salapia autem, vel Salpia Appuliæ item oppidum eſt non longe à Siponto, de cuius peſtilentia vnus pro omnibus erit nobis teſtis Vitruuius. Item in Appulia oppidum Salapia vetus, quod Diomedes ab Troia rediens conſtituit, ſiue, (quemadmodum E nonnulli ſcripſerunt) Elphias Rhodius, in eiuſmodi locis fuerat collocatum, ex quo incolæ quotannis ægrotando laborantes, aliquando peruenerunt ad M. Hoſtilium, ab eoque publice petentes impetrauerunt, vti his idoneum locum ad mœnia transferenda coquireret, eligeretq;. tunc is moratus non eſt. Sed ſtatim rationibus doctiſſime quæſitis, ſecundum mare mercatus eſt poſſeſſionem loco ſalubri; & ab ſenatu, populoq; R. petijt, vt liceret transferre oppidum, conſtituitq; mœnia, & areas diuiſit, nummoq; ſeſtertiò ſingulis municipib. mācipio dedit. His confectis lacū aperuit in mare, & portū è lacu municipio perfecit, Itaq; nūc Salapini quatuor millib. paſſib.

A progreſſi ab oppido vetere habitant ſalubri loco. Hinc etiam Lucanus lib. v.

Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus
Montibus.

Illud autem non omittam, Strabonem lib. vi. vbi de agro Salapiæ, Siponti, vſque ad Garganum promontorium, & vltra, verba facit, omnem illius oram feracem, atque vberem fuiſſe ſcribere. ἔστι δὲ πᾶσα ἡ χώρα αὕτη πάμφορός τε, καὶ πολύφορος, ἵπποις τε, καὶ προβάτοις ἀρίστη. Id eſt, totus autem hic ager rerum omnium ferax, vberrimuſque eſt, equis ouibuſq; aptiſſimus. cui ſi credas, Ciceronem iſtos agros vituperando extenuaſſe dicas, habita ratione
B commodorum vrbis, & agrorum, quos ſuperius enumerauit.

Rullo duce.) ἐμφατικῶς, quaſi dicat homine perditiſſimo, & auariſſimo, eoque qui commodorum populi nullam habebit rationem, ſed omnia ad ſuam vtilitatem referet.

At dicat, quos agros.) Redit vnde digreſſus eſt, commonendi cauſa vt ſolet, ac contendit iterum, exprimendum in lege fuiſſe, quos agros empturus, quot, & quibus diuiſurus ſit. Sic enim ſupra agere cœperat: Libet agros emi. primum quæro quos? & quibus in locis?
C nolo ſuſpenſam, & incertam plebem R. obſcura ſpe, & cæca expectatione pendere.

Vt vero cum omnes vrbes.) Negat permittendum ei eſſe, vt cum omnes agros, vectigalia, & regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat. arenæ autem nomine ὑπερβολικῶς agrum propter ſterilitatem incultum, vt Sipontinam ſiccitatem; paludes, propter peſtilentiam vaſtum, vt Salapinam peſtilentiam intelligit.

Quanquam illud eſt egregium.) Irridet fraudem Rulli, qui omnia vendat, & pecunias coaceruet ante, quam glebam vnam emat. opponit autem aceruum pecuniarum vni glebæ. ornatus eſt correctio
D cum ironia.

Deinde emi iubet ab inuito vetat.) Alia erat emendorum agrorum conditio ne ab inuito emeretur. hanc hoc dilemmate reprehendit. poſſeſſores, inquit, aut agros volent vendere, aut nolent, ſi nolent, iniquum hoc eſt. nam pecunia amiſſa, plebs agros nō habebit. amittetur autem pecunia, quia neq; in ærarium referri, neq; exigi per legem poteſt. ſi magnitudine pecuniæ ad vendendum adducentur, & hoc iniquum, vt nos noſtra quanti poſſumus, vendamus, aliena, quanti poſſeſſores ipſi velint, emamus.

Si qui velint vendere, non fuerint.) ἐξ ὑποθέσεως argumentum, ex fi-
E ctione, Quintilianus.

Referre in ærarium lex vetat.) Antea legebatur: *& referre.* quam vocem quidam deinde vt ſuperuacaneam ſeiecerunt. Ego auctoritate manuſcriptorum librorum, & ſententiæ bonitate adductus, legendum cenſeo.

Etenim referre.) Rtaio autem cur decemuiri pecuniam omnem tenebunt, populo nullus emetur ager, præpoſita eſt propoſitioni inuerſo ordine κατὰ παραβολήν.

Vectigalibus abalienatis.) Poſt argumentationem ſubdit ad incitandos animos amplificationem inflammandi cauſa populum, ex qua maior rei apparet indignitas, amplificatio ex rerū inter ſe collatione

quæ-

quæſita eſt. ſi vectigalibus abſlienatis, ſocijs vexatis, regibus, atque A
omnibus gentibus exinanitis, plebs tamen agros nullos habeat, decemuiri pecunias teneant.

Facile, inquit, adducentur pecuniæ magnitudine.) Altera pars propoſiti dilemmatis. eſt autem hæc fictio oratoris, qui occurrentem ſibi aduerſarium facit, idque dicentem, quod ſuæ cauſæ obeſt. eam enim legem ab eo ſuaderi demonſtrat, quæ duplex detrimentum erat allatura populo; alterum, quod ſua eſſet venditurus quanti poſſet: alterum, quod eſſet aliena empturus quanti vellent poſſeſſores. de damnis diſſuadendis, & commodis ſuadendis, vtque quadrifariam vtrunque fiat, vide Hermogenem in ſtatibus περὶ πραγματικῆς. B
Noſtra, aliena, vendamus, emamus; quanti poſſumus, quanti velint; ἀντίθετα.

Atque in hos agres, qui hac lege empti ſint, colonias ab ijs decemuiris deduci iubet.) Aggreditur aliam legis Seruiliæ partem refellere, quæ erat de deducendis colonijs. idque multis argumentis, quorum primum hoc eſt. Qui non definit coloniarum deducendarum loca, parum reip. conſulit. Rullus non definit, ergo reip. non conſulit. Aſſumptio huius argumentationis eſt hæc.

Atque in hos agros, qui hac lege empti ſint colonias à decemuiris deduci iubet.) Propoſitio prætermiſſa eſt, Ratio eius eſt hæc. C

Quid? omnis ne eiuſmodi locus eſt, vt nihil interſit Reip. colonia deducatur.) Hoc autem maiorum exemplo comprobat, *qui colonias ſic idoneis in locis collocarunt, vt eſſe non oppida Italia, ſed propugnacula imperij viderentur.* In ijs autem verbis.

An eſt locus, qui coloniam poſtulet? eſt plane rectius, & quo in genere.) Eſt mendum grauiſſimum, quod ſi ſententiam, & literarum ſimilitudinem ſequamur, facile tollemus, vt pro, *Rectius &*: *Recuſet* reponamus, quod verbo, *Poſtulet*, reſpondeat. Quod ſi recte fit, addendum porro erit alterum, *qui*, hoc modo.

An eſt locus, qui coloniam poſtulet, eſt, qui plane recuſet. quo in genere, &c.) D
Quod dixit colonias Italiæ propugnacula eſſe, vere dictum videtur. Siquidem ſcribit Flaccus in condendis colonijs veteres Romanos duas cauſas eſſe ſequutos, vnam vt ipſos municipiorum populos coerceret, alteram vt hoſtium incurſus repelleret. vnde Cicero etiam dixit Philip. v. Quid intereſt, vtrum hanc vrbem oppugnet, an huius vrbis propugnaculum, coloniamq; populi R. præſidij cauſa collocatam?

Et quo in genere ſicut;) Ergo niſi fuerit tutum & omni periculi ſuſpicione remotum, non erit in certa loca deducenda colonia, à more maiorum id probat, vt dixi. E

Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint, etiam ne ſi Reip non expediat, & in qua loca praterea videretur?) ἀντεξέτασις. concludit cum indignatione non eſſe in emptos agros coloniam deducendam ſine ſummo reip. emolumento. ac proponit iterum parum expedire reip. vt in quæ loca videatur, coloniæ deducantur, nam niſi lege locus definitus ſit, poſſe etiam coloniam in Ianiculo collocari. quo nihil eſſe libertati Romanæ periculoſius poſſit. argumenti locus eſt ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον. ponitq; quaſi ſub aſpectum imminentis periculi magnitudinem. De Ianiculo in priore dictum eſt commentario.

A *In capite,atque ceruicibus veſtris.*) A bobus, quibus iugum imponitur,ſumptum eſt. Inter hoc, & ſuperius argumentum hoc differt, quod ſupra infinite locutus eſt, eſſe locos, qui coloniam recuſent, hic finite loquitur,vt Ianiculum.

Tu non definias quo colonias,in quæ loca,quo numero colonorũ deduci velis?) ἀποστροφὴ ſecundum argumentum, in quo reprehendit infinitam eius orationem, quod nec coloniarum numerum, nec locorum rationem,nec colonorum multitudinem exprimat. ſignificat enim ita effici,vt locum occupare ad vim idoneum, numero complere, prædio firmare, populum R. coercere poſſit. vt autem maiorem
B vim haberet oratio,mutauit figuræ genus,nam conuerſio in Rullum ſermone plenus indignationis prope Rullo minari videtur, & illud, *Tu,* ἐμφατικῶς dictum,quaſi diceret, cui etiam ſi definiret loca, in quæ colonias ſit deductutus.non eſſet habenda fides,propter infinitam cupiditatem,propter vim & regni, ac Tyrannidos machinationem. hæc autem apoſtrophe modo à populo ad Rullum, modo à Rullo ad populum, facit,vt oratio mobilis videatur,& ſenſus quoſdam habens. vrget præterea crebris percunctationibus, ac repetitionibus.

C *Tu occupes locum,quem idoneum ad vim tuam iudicaris?*) Hoc ex ſuperiore argumento ſumptum eſt.

In quæ loca præterea videbitur) Tacite in ſuſpicionem affectati regni Rullum adducit.non quia hoc Rullus faceret, ſed quia futurum erat,vt hoc facere ex ſua lege poſſet, cum coloniarum locum non definiret.

Quo? quorum hominum?) Adde meo periculo literam, *t*, vt legatur, vt in ſuperiore proxima, *Colonia quot?* quibus autem de cauſis, & ſi id per antiquos libros,quos ego viderim, non liceat, ſupra dictũ eſt.

Ad vim tuam.) Veteres libri habent, *ad vim tuam etiam*, abſurde
D omnino.Ego ſi coniecturæ dandus locus eſt, *Ad violentiam*,legerem.

Compleas numero.) Colonorum.

Confirmes præſidio.) Militum. πολεμον.

Populi R.vectigalibus.) Hac tanta pecunia, quam ex vectigalium auctione coegeris.ſic Philip x Exercitu populi R. contra ipſum populum R. vteretur.

Coerceas opprimas.) Maius eſt opprimere,quam coercere,non enim qui coercet,atque includit quenquam,eum,opprimit ſtatim.

Redigas in iſtam decemuiralem ditionem, ac poteſtatem.) Subijcias imperio decemuirum,quorum nomen infenſum Romæ ſemper iam
E inde à decemuiris conſularibus fuit,propter eorum impotentiam, ac libidinem. Plus autem eſt poteſtas,quam ditio,vt ſupra.Ditioni, iudicio,poteſtati permiſſa.

Vt vero totam Italiam ſuis præſidijs obſidere, atque occupare cogitet.) ἀποστροφὴ.ſupra dixit.

Tu non definias quot colonias,in quæ loca,quo numero coloniorum.) Cum que incõmoda ex hac infinita poteſtate conſequutura proponeret, de periculo infinitarum,quæ deduci poterant, coloniarum nihil dixit.quod quantum immineat,nunc aperit,hoc modo. Qui colonos in omnia municipia,& omnes colonias totius Italiæ deduci permittit quos velint,is de occupanda Italia cogitat. Qui hoc facit, aperte veſtræ libertati inhiat.quam concluſionem ita intulit. Num

Num obſcure maiores opes, quam libertas veſtra pati poteſt, & maiora præſidia quærunturꝰ num obſcure regnum conſtituitur?) Quæ,vt apparet,interrogatione, & crebra eiuſdem verbi repetitione illuſtrata eſt, vt incitatior, ac mobilior ſit. gradatim autem aſcendit ab opibus magnis ad regni comparationem, à regno ad libertatis euerſionem. nam nec regnum niſi maximis opibus comparari, nec libertas niſi regis vnius, aut paucorum imperio tolli poteſt. Sic Iunonem interrogantibus erumpentem Virgilius lib vii. facit his verſibus. A

Num Sigeis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incenſa cremauit
Troia viros? B

Nam cum iidem omnem pecuniam.) Quod dixit libertatem ſublatam iri,probat ab antecedētibus. Nam vbi pecuniam maximam,vbi multitudinem maximam hominum, quæ tota Italia continetur, obtinebunt, vbi præſidiis interclusam libertatem populi R. tenebunt, tum nulla ſpes recuperandæ libertatis relinquetur. tria enim quæ ad occupandam populi libertatem quęruntur,aderunt. pecunia, exercitus, præſidia idoneis in locis collocata. Credo autem mendoſe vulgo ita legi.

Cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id eſt totam Italiam ſuis opibus obſidebunt.) Neq; enim video, quid ſit obſidere pecuniam, & multitudinem. Itaq; melior lectio erit, ſi verbum *obtinebunt* addideris,in quo & *obſidebunt* ludere videtur,ita: *Cum iidem omnem pecuniam,maximam multitudinem obtinebunt, id eſt totam Italiam ſuis opibus obſidebunt.* Interpretatur enim, omnem pecuniam,& maximam multitudinem obtinere,eſſe totam Italiam ſuis opibus obſidere. Italiam regionem ipſam intelligens, opes pecuniam, & Italorum multitudinem. eſt autem ἐπιδιόρθωσις. C

Quæ facultas recuperandæ.) Non dixit, actum erit de veſtra libertate, ſed ne ſpem quidem relinqui eius recuperandæ, quod multo crimino ſius. D

At enim ager Campanus.) Hoc præterea erat in Rulli lege vt Capuam colonia deduceretur,& ager Campanus colonis diuideretur. Id quod Cicero reprehendit, vel quia inutile ſit, vel quia indignum. Hæc autem eſt ratio aduerſarij καθ' ὑποφορὰν allata, quaſi ad refellendam eius querelam, qui agros coloniarum nullos deſiniri dicebat, vt in peſtilentes,& deſertos plebs deduceretur. diuidetur vero, reſpondet Rullus, Campanus ager orbis terrarum pulcherrimus, deducetur Capua vrbs ampliſſima,atq; ornatiſſima pulcherrimum autem appellat agrum aſpectu iucundiſſimum,id eſt,fertiliſſimum. E

Vrbem ampliſsimam.) Si magnitudinem ſpectes, *ornatiſsimam*,ſi ædificiorum deſcriptionem. poſtremo autem loco reſeruauit hoc argumentum propter eius vim, & pondus. firmiſſima enim quæq; argumenta prima,& poſtrema collocanda eſſe, & ratio demonſtrat,& ipſemet Cicero in libris de oratore præcipit.

At enim.) Particula hypophoris,& anthypophoris accommodata, quemadmodum ea,quæ ſequitur.

Atqui quid ad hæc poſſumus dicere? de commodo veſtro prius &c.) Eſt autē bella diſſimulatio,& ἀντιπαράστασις. diſſimulatio, qua ita interrogat, quaſi nihil habeat, quod reſpondeat Rullo. aſtute tamen complexus

A eſt ipſum quoq; populum, inquiens, *poſſumus dicere?* non, *poſſum*, vt, quod ipſe reſponſurus eſt, id etiam de populi ſententia reſpondiſſe videatur, quo nimirum puderet poſtea populum id improbare, quod ſemel probauiſſet. ἀντιπερίστασις, qua ſe rationem aduerſarij labefacturum pollicetur, ornata interrogatione ſuimet, & addubitatione.

De commodo veſtro prius dicam) ἀνθυποφορά, qua aduerſarij rationem refellit, ornata diſtributione. prius enim ſe Capuæ deductionem inutilem, deinde turpem oſtenſurum pollicetur. Ex duobus autem locis ad ſuadendum propoſitis, vtilitas, quia maius pondus apud imperitam multitudinē habet, præponitur, dignitas, quia latiorem præbet ad amplificādum materiam, in extremum reiicitur. Docet etiam Hermog. in lib. de inuent. ſi enthymemata ad docendum, & exornandum accommodata paraueris, vt quæ exornationis ſint, ea extremo loco, quia maiorem augendi vim habeant, colloces. τί τάξις, inquit, τῶν ἐπιχειρημάτων διπλῆ. εἰ γὰρ τύχοι, τὰ μὲν αὐτῶν ἀποδεικτικὰ εἶναι πολιτικῆς ἑρμηνείας δεόμενα, τὰ δὲ πανηγυρικά, τήρησις τὰ πανηγυρικὰ τελευταῖα πρὸς τὸ δοκεῖν αὔξειν προχωροῦντα τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ἀκ-

C μ[illegible]τερον. & quæ ſequuntur in hanc ſententiam lectu digna.

Vt ſi quis agri, aut oppidi bonitate.) αἰτιολογία. rebus diſtributis ſuppoſita. oppidi enim, agrive bonitas ad vtilitatem refertur, rei dignitas ad honeſtatem.

Ac prius de oppido.) Altera diſtributio, primum enim de oppido, poſt de agro Campano ſe dicturum profitetur, quia maiorem habet ager ad amplificandum materiam.

Quinque millia colonorum Capuam ſcribi iubet. ad hunc numerum quingentos ſibi ſinguli ſument) Hæc ſunt verba legis, qua iubebatur, vt ſinguli decemuiri quingenos homines Capuam deducerent. ita vt quin-

D que millia colonorum efficerent. quo de numero ſic Cicero lib. II. epiſt. ad Attic. vbi loquitur de lege agraria Cæſaris, qua Campanum agrum diuidebat. Omnis expectatio legis agrariæ in agrum Campanum videtur eſſe deriuata. qui ager, vt dena iugera ſint, non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere.

Ad hunc numerum quingentos ſibi ſinguli.) Cum ſequatur *ſinguli*, corrigendum videtur *quingenos*. deriuatiuis enim vtimur nominibus, cum ad ſingularis rei ſignificationem, ſiue vnus homo ſit, ſiue vna ciuitas, numerus adiungitur; vt in vltimo Paradoxo. Ex meis prædiis centena H-S. capio. ſubauditur enim, ſingulis annis. Quam lon-

E ge autem aliud, quam ſentiat Cicero, Petrus Ramus, alioqui accuratus ſane vir, ſequatur; ita manifeſtum eſt, vt declaratione non indigeat.

Quaſo nolite voſmetipſos conſolari.) Præparat populum ad audiendas rationes, quibus Capuam deduci coloniam inutile putet. rogat enim populum, ne ſemet falſa, & inani ſpe fruſtrari velit; ſed vere ac diligenter conſiderate. Hoc enim nunc videtur eſſe, ſemet conſolari, cum ei opponatur, vere, ac diligenter conſiderare. argumentum ſumptum eſt à periculi magnitudine. argumentatio hæc eſt. Non eſt colonia Capuam deducenda. Ratio. quia hominibus tantum ad vim, & ad cædem, & ad arma paratis locus, atq; vrbs, quæ bellum facere reip.

poſſit,

poſſit, quæritur. Rationis expolitio κατ' ἀντίθετον: Nam ſi vobis, aut veſtri ſimilibus, integris, quietis, ocioſis aut omnibus, aut pleriſq; locus eſſet, id, quanquam ne ita quidem ferendum eſſet, præſertim mihi conſuli, qui honori, ac dignitati veſtræ conſulere debeo, tamen pauliſper ſi ita commodum veſtrum ferret, conniuerem. Hunc autem directum orationis ordinem κατὰ τὴν μέθοδον τῆς περιβολῆς perturbauit, varietatis gratia, & vt artificium lateret. Alloquitur autem omnes tanquam optimos. quod eſt ex rei natura ſumptum. omnes enim de ſe optime iudicant A

Integris.) Non facinoroſis, nulla fraude contaminatis. B

Quietis.) Non ad vim paratis.

Ocioſis.) Non ad cædem delectis. his vero verbis opponuntur illa, quæ ſunt infra. Quæ bellum facere, atq; inſtruere poſſit.

Si eſt omnibus vobis, aut maiori veſtrum parti.) τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. quale eſt & illud paulo ſuperius. Aut veſtri ſimilibus id fit cum ſingula verba propoſitionis diuidimus, & diuiſa conſideramus. vide Hermogenem περὶ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. hoc ait. Hanc vobis Quirites conditionem fero. ſi in hoc numero locus eſt omnibus vobis, aut maiori parti veſtrum, conniuebo, ſin autem paucis tantum ad facinus, & ad vim delectis, non patiar. atqui paucis tantum quæritur locus. ergo non patiendum. inſerit interim correctionem. C

Quanquam me veſter honos vigilare dies, atq; noctes.) Qua correctione munit verbum, quo eſt vſurus.

Conniuebo) Non enim eſt conſulis conniuere, ſed vigilare, atq; intentis oculis omnes reip. partes intueri ſic dixit in Philip. Sed ea ipſa concedo, quibuſdam etiam in rebus conniueo. ſignificat autem, ſe indulgendi cauſa permiſſurum, vt commodum honeſtati anteponãt, quanquam poſtponi debet.

Quanquam me veſter honos.) Hæc eſt cauſa vigilantiæ.

Et intentis.) Commoratio. oratorie autem conniuere dixit, non dormire. & eadem de cauſa addidit. D

Pauliſper.) Vt latenter indicaret non omnino commodum honori anteponendum eſſe, ſed interdum indulgendi cauſa, pergit deinde.

Sed ſi quinque hominum millibus.) Atque alteram inſtitutæ argumentationis partem affert κατὰ συστροφήν: ſed ſi non omnibus bonis locus quæritur, ſed quinque hominum millia ad vim delecta, & vrbs, quæ huic vrbi bellum facere poſſit, inſtruitur, non eſt patiendum, eam coloniam deduci.

Ad vim, facinus, cædemq; delectis.) ſic infra: At qui homines poſſidebunt? primo quidem acres, ad vim prompti, ad ſeditionem parati, qui ſimulac decemuiri concrepuerint, armati in ciues, & expediti ad cædem eſſe poſſint. & inferius: His robuſtis, & valentibus, & audacibus decemuirum ſatellitibus &c. idem quoq; iiſdem verbis in oratione in ſenatu dictum eſt. Ibi noſtri coloni delecti ad omne facinus collocabuntur. E

Quæ bellum facere, atq; inſtruere poſſit.) Sic Cæſar lib. I. de bello ciuili. Nihil circa Capuam tutum eſſe omnibus videbatur. Capuæ primum ſeſe confirmant, & colligunt. delectumq; colonorum, qui lege Iulia deducti erant, habere inſtituunt. & in eadem oratione infra:

 Quibus

A Quibus omnibus domeſticis,externiſq́; bellis Capua non modo non obfuit,ſed opportuniſſimam ſe nobis præbuit & ad bellum inſtruendum,& ad exercitus ornandos,& tectis,ac ſedibus ſuis recipiendos.

Tamen ne patiemini veſtro.) Aſtute orationem à ſe ad populū transtulit cum enim deberet dicere: *Non patiar*, quia dixerat, *conniuebo*, inquit, *ne patiemini.* ſic paulo poſt: *Tamen ne vexari remp. patiemini?*

Veſtro nomine contra vos.) Quod plebs R. ſit in agros deducta.

Firmari opes, armari præſidia, vrbes, agros, copias comparari.) Oratorie, quod erat ſimplex, Deduci coloniam contra vos, id augendi, & amplificandi cauſa dilatauit couuerſa, & mutata oratione. Cicero in B partitionib.

Nam agrum quidem Campanum.) Dixit de oppido,nunc loquitur de agro Campano. Non eſt vtile, inquit, diuidi populo R. agrum Campanum à decemuiris Seruilianis. quia oſtentatur populo, concupiſcitur à decemuiris, nam dabunt illum ſuis in ſpeciem, deinde coement ab illis,& iſta dena iugera illorum nomine continuabunt. quare crimen augetur.

Quem vobis oſtendant ipſi concupiuerunt.) Idem infra replicat. Qui vobis oſtenditur,aliis comparatur.

Coement preterea.) Alia amplificatio. *Coemant*, porro, *preterea*: parua C admodum, & prope nulla mutatione legerem: habet enim neſcio quid ſignificantius. Veteres codices ſententiam meam confirmant. ſic & ſupra. Quoquo precio coemptus erit.

Iſta dena iugera.) Iugera dena intelligit, quæ ſingulis hominibus diſtribuenda erant ex lege, quibus non contentos fore ſignificat ipſos decemuiros,vt latius producere fines velint.

Nam ſi dicent,per legem id non licere.) λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Occurrit quæſtioni,quæ fieri poterat, at non licet agros cōtinuare lege Seruilia. at,inquit,vt lex Cornelia violata eſt,ſic Seruilia violari poterit. Violata eſt autem Cornelia, quia cum L. Sulla Præneſtinis, qui Ma-D rium minorem recepiſſent, infenſus eorum agros veteranis diuiſiſſet,factum tamen erat,vt is à paucis poſſideretur. rei autem augendæ gratia, non inquit, *Vidimus*, aut accepimus, aut legimus, ſed vt de re præſenti, *Videmus.* arguit ergo à contrario, per quod oſtendit à re viſa ſecus res fieri ac per leges ſancitur.

Vt longinqua mittamus.) Vt à propinquis rebus, & non ab iis, quæ longe diſtant, arguamus. ad rationem autem temporis reſpexit, quod quo magis exiguum eſt, rem facit euidentiorem. nam ſi multos ante annos, de non continuandis agris cautum eſſet, non ita mirabile vi-E deretur,ſi id non ſeruaretur, vt docet Ariſt lib. 2. Rhet. Affert deinde ſignum, quo probat decemuiros Campanorum agrorum cupiditate ardere; fructuum,qui inde percipiuntur,vbertatem. neq; enim aliud deeſſe illorum pecuniis,niſi fundos tam fructuoſos,vt ex eorum ope ſeruorum,quos alunt,multitudinem,& immanes prędiorum,quæ in Cumano,& in Puteolano habent, ſumptus ſuſtentare poſſint. Hanc etiam ſententiam vſurpauit Philip. xi. His,inquit,quaſi prętet dotem, qui in ciuilibus bellis acceperunt, agrum Campanum elargitus Antonius, vt haberent reliquorum nutriculas prædiorum. ſignificat autem ſine dubio Lucullum de quo ſupra diximus.

Quod ſi veſtrum commodum.) ἀξιοπιστία. Inuitat confidenter Rullum,vt

lum,vt

Digitized by Google

lum, vt in concionem veniat, & ſecum de agro Campano diſputet. A quod veritatem cauſę confirmat.probabilis enim oratio fit,cum aliis rebus,tum ſi bonitate cauſæ noſtræ freti,prouoceamus vltro aliquem, vt nobiſcum coram diſputet.vt facit iam Cicero.

Quaſiui ex eo K. Ian.) Arguit modum diuidendi Campani agri,quo ſe Rullus vſurum eſſe dixit K.Ian. Eſt autem veriſimile altercatos inter ſe eſſe in ſenatu de lege agraria conſulem,& tribunum pl.atq; tribunum de ratione diuiſionis interrogatum reſpondiſſe, ſe initium diuiſionis facturum à Romilia tribu, quæ prima erat ex ruſticis. vt oſtendit Varro, qui quatuor vrbanas primū ponit, ac Romiliam quintam ſtatuit. Cuius tribus inter cætera teſtimonia vetera habet etiam B pater meus tale domi lapidis antiqui monimentum.

M. TVDICIVS M. F
ROM. NIGER. LEG. V. VRB
SIBI. ET. GRANIAI. M. L
APHRODISIAI. VXORI

Cum quo multi alij præterea lapides conſentiunt. Romæ enim in hortis Cardinalis Carpenſis eſt tale epitaphium. C

L. CASSIVS L. F
ROM. NIGER
DOMO. ATESTE
MIL. COH. I. PR
MILITAVIT. AN. XVII
VIXIT. AN. XXXVII

Et in lapide,quem Pataũij vidimus in clauſtro D.Iuſtinæ,ita legitur.

Q. AETRIVS. ROM. MACER D
MIL. COH. PRAETORIAE

Alios quoq; lapides multos in toto fere agro Patauino inſpexi, qui ad vnum omnes, *Rom.* habebant. quanquam Onufrius Panuinius frater Auguſtinianus ſingulari eruditione, & fide præditus Romæ varie hanc tribum ſcriptam reperiri mihi teſtatus eſt, nempe ſic, *Romil.* &, *Romul.* de hac Varro. Cicero in Verrem II. Sex.Pompeius. Aſconius.

Primum, quæ eſt iſta ſuperbia.) Aſtute,& callide hunc diuiſionis mo- E dum, quem ex Rullo interrogatione extraxerat, improbat, & multis modis exagitat, quod & ſuperbiæ ſit, & contumeliæ. nam & partem tribuum amputat,quod vrbanas relinquit,& ordinem earum immutat, quia ruſticis ante dat, quam vrbanis. quod indignum eſt. quia ruſtici habent, vrbani non habent. Ruſticas autem nunc tribus intelligere debemus ruſticam plebem, quæ in agris morabatur colendi cauſa, vrbanas vero vrbanam plebem, quæ agrorum expers vrbem incolebat, ac forum terebat. vnde forenſis factio dicta eſt à Liuio. ſic Valer. vbi de Naſicæ repulſa loquitur: Ruſticæ tribus paupertate ſibi exprobratam ratæ, id eſt, ruſtica plebs.nam ruſticis tribubus

omnis

A omnis nobilitas extremis temporibus erat incluſa. ſuperbia eſt populum contemnere, & ordinem tribuum negligere: contumelia, ijs largiri agros, qui habent, illis, qui non habent, & quib. iſta agri ſpes, & iucunditas oſtenditur, nihil dare. Δίλημμα. aut aliam alij parti populi anteponit, ruſticos vrbanis, & eos, qui habent, ijs, qui nõ habent, aut deludit vos, ac decipit. ea enim proponit, quæ ad vos peruenire non poſſunt. itaq; mira conflatur inuidia Rullo, qui contemnat, ac deludat maieſtatem populi Ro. hunc motum adhibet in fine periodi μετὰ δεινώσεως.

Amputetur.) Quaſi de corpore integro à quo pars amputetur, verB ba facit. hac ipſa translatione vtitur Demoſthenes in prima Olynthiaca. ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὤν, καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι τρέψηται, καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

Aut ſi hoc ab ſe dictum negat) Dat poteſtatem tribuno, vt ordinem diuiſionis mutet, ſi omnibus ſatisfacere ei conſilium eſt. *Proferat.* Quibus, & quomodo daturus ſit.

in iugera dena deſcribat.) Deſcribat vniuerſam plebem, ita vt ſingulis dena iugera aſſignentur.

C *Ab Otriculana vſque ad Narnienſem nomina veſtra proponat:*) Antiqui libri habent omnes, quos viderim.

Ab vſura nam:) Ego ordine literarum immutato, legerem.

A Syburana.) Nam primam tribum vrbanam id eſt, Suburanam, & vltimam ruſticam Arnienſem voluit, Cicero nominare, vt duabus tribubus prima, & vltima, hoc eſt, Arnienſe, & Suburana vniuerſum populum Romanum comprehenderet. ſi quis tamen communem lectionem ſequi velit, nihil repugno, illud tantum indico Ocriculanam legendum. ſic enim legitur in lapide antiquo in via Flaminia.

D *IOVI. STYGIO. SANCTO*
SACRVM.
SEX. POMPEIVS. SEX. F.
OCRIC. CIVICA
MILES. COH. VIII. PRÆT.

A Suburana, ergo, *vſque ad Arnienſem.*) Id eſt à prima ad vltimam. eſt enim ex vrbanis tribubus Suburana prima teſte Varrone, & ceteris. ex ruſticis autem Arnienſis vltima, non tempore, ſed locorum interuallo, abeſt enim longius ab vrbe Arnienſis regio Etruriæ, quã E vlla alia regio, vnde tribus nomen duxerint Animaduertendum eſt autem & hic, & apud Liuium lib. 29. corrupte legi.

Narnienſis.) pro, *Arnienſis* vt enim duos lapides omittam, in quorum altero duabus literis, *ar*, in altero tribus, *arn.* hæc tribus nominatur, in alio perantiquo, & optimo, qui Vulſinijs in templi parietibus eſt, integre & expreſſe tribus Arnenſis nomen extare videtur horum autem lapidum, vt quæ à nobis dicuntur, vere, certoq; dici intelligatur, verba apponenda curauimus, quæ ſunt hæc.

Hiſtoni.

M. BÆBIO. M. F. Q. N. AR. SVETRIO

MAR

MARCELLO. EQVO. PVBLICO A
AED. Q. IV. VIR. I. D. IV. QVIN
PATRONO. MVNIC.

Romæ in ædibus Gentilis Delphinij.

M. CAESTIVS
C. F. ARN.
CLEMENS

Vulſinijs in templi parietibus hæc præter cetera verba leguntur.

M: HELVIVS. M. F. CLEMENS. ARNENSIS. DOMO. CARTHAGINE. PRAEF. EQVAE. PRIMAE. B

In alijs quoq; lapidibus *Arnen*, &, *Arnien*, ſcriptum inueniri Bernardinus Parthenius, vir eximiæ doctrinæ, & fide ſingulari, per mihi ſæpe inter loquendum affirmauit. Suburana quoque & Sucuſana tribus dicebatur, vt in veteribus lapidum monumentis videre, eſt, in quibus &, *Suc*, &, *Sub*, & *Subura* legitur. Romæ enim in via ſecra ad arcum Septimij Seueri in lapide vetuſtiſſimo ita ſcriptum accepimus.

PACI. AETERNAE C
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS. AVG.
LIBERORVMQVE. EIVS. SACRVM
TRIB. SVC. IVNIOR

Lauinij.

C. ATILIO. T. F. SVB
VITALIANO
DOMO. CELEAE D
VETERANO. LEG. V.
AVG. MILITAVIT. ANN.
XXXIII. VIX. AN. LIX.
IN. F. P. XI. IN. AGR. P. XVI.

Romæ in muſeo Cardinalis Carpenſis.

L. AVFVSTI. L. F. SVBVRA. RVFINI
CEN. COHOR. VII. VIGIL. ROM. E

De hac Varro, Sex. Pompeius, & Plinius. Sed de tota tribuum ratione pluribus verbis Carolus Sigonius, vir nunquam ſatis laudatus, in libris de iure antiquæ Italiæ, quos magno ſtudioſorum antiquitatis emolumento propediem editurus eſt, diſputat.

Si non modo.) ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου τελικοῦ κεφαλαίου concludit, vt quoniam omnes eo frui agro non poſſunt, maieſtatem ſuam contemni, ac deludi à tribuno ne patiantur. cur autem omnes nō poſſunt? quia ſi dena iugera ſingulis dentur, tantum quinque millibus ſatisfieri poterit, & reliqui beneficio excludentur. Eſt autem plebs Ro. innu-

A innumerabilis. quod verbo ipſo *conſtipari* expreſſit, quod à mercibus ſumptum eſt, quæ in nauibus conſtipantur. à numero igitur, & multitudine plebem dehortari voluit, & ſpem agri adimere, tam magnũ eius numerum eſſe affirmans, vt ne conſtipari quidem in agrũ Campanum poſſit. infra dicit: Si iam campus Martius diuidatur, & vnicuique veſtrum &c bini pedes aſſignentur.

Tamen ne vexari.) A turpi deterret. Vexatur autem reſp. cum proprijs agris ſpoliatur, & quia magnum ei infligitur vulnus agrũ Campanum è vectigalibus eximendo. contemnitur maieſtas populi, cum tanta poteſtas decemuiris ſine prouocatione datur. plebs deluditur B à tribuno, cum non omnium tribuum æque ratio in diuiſione agrorum habetur. Et ſunt iniurioſe dicta, quibus mirum in modum Romanorum animos pungit.

Ab hoc tribuno pl.) ἐμφατικῶς.

Quod ſi non poſſet ager iſte.) Hucuſque docuit per ἔνστασιν non poſſe hunc agrum ad plebem R. peruenire. nunc per ἀντιπαρέστασιν oſtẽdit, etiam ſi poſſet, tamen vtilius eſſe, eum in patrimonio populi Ro. remanere ἔνστασις eſt, Non poteſt iſte ager ad vos peruenire. ἀντιπαρέστασις, & ſi poteſt, ſatius eſt eum remanere, in veſtro patrimonio. C vt ſit collatio quædam vtilitatis cum æquitate. iure ad vos non peruenit, & ſi iure perueniret, vtilius tamen eſt eum remanere &c. ſic etiam in Philip. 2. Quando arationes Campani agri, & Leontini in populi R. patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur.

Vnum ne fundum pulcherrimum.) Laudat agrum Campanum ab vtilitate, quæ ex eo percipitur, ex qua probet populum R. malle debere eum publicum remanere, quàm priuatis diuidi, atq; diſperire. hæc autem eſt ratio, cur melius ſit agrum Campanum remanere in populi R. patrimonio. etenim diſtributus in tot. priuatos nullam publice vtilitatem afferet. id quod ὑπερβολικῶς dixit, *diſperire*: in omnibus D autem his epithetis, *pulcherrimum caput veſtra pecunia*, & reliquis, latent cauſſæ, cur non ſit permittendum, vt ager iſte diſpereat. & omnia in vnum locum congeſſit, quo plus ponderis haberet oratio ad commouendos animos. fundus autem dicitur ager, qui planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Feſtus.

Pulcherrimum.) Hoc ad voluptatem refertur; reliqua ad vtilitatem. vt,

Caput veſtra pecuniæ.) Quomodo dixit in frumentaria, Caput rei frumentariæ. & in agraria priore, Caput patrimonij publici.

E *Pacis ornamentum, ſubſidium belli.*) Sic in priore. In pace niteat, in bello non obſoleſcat. & de ſupplicijs. Belli adiumenta, pacis ornamenta. & in frumentaria. Sicilia opportunum ſubſidium belli, atque pacis.

Fundamentum vectigalium.) Id eſt in quo magna pars vectigalium R. conſiſtit.

Horreum legionum.) Vnde Romani alantur exercitus.

Solatium annona.) Vnde Romæ caritas annonæ leuetur. vna autem complexione multa frequẽtauit, vt dixi, vt magnum infligi reip. vulnus appareret, agro Cãpano è vectigalib. exempto, ac colonis diuiſo.

An obliti eſtis Italico bello.) Quæ de vtilitate agri Campani dixit, ea probat

probat exemplo Italici belli, in quo ceteris amiſſis vectigalibus maximi exercitus Campani agri fructibus ſuſtentati ſunt. Italicum bellum ab Italis ſocijs ciuitatis Ro. cauſſa, quæ negabatur, commotum eſt. vnde etiam ſociale dictum eſt. Quod nunc dicit de Campano agro, idem dixit in or. de iuriſdictione de Siculo: Itaq; ille M. Cato Sapiens cellam penariam reip. noſtræ, nutricem plebis R. Siciliam nominauit: nos vero experti ſumus Italico maximo, difficillimoq; bello Siciliam nobis non pro penaria cella, ſed pro ærario illo maiorum vetere ac referto fuiſſe. nam ſine vllo ſemptu noſtro corijs, tunicis, frumentoque ſuppeditato maximos exercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit. Vt vero enthymemata iudiciorum, & amplificationes exornationum, ita exempla deliberationum propria ſunt. illud etiam non eſt prætermittendum, quod Ariſtot. præcipit lib. 2. Rhet. exempla, cum argumenta deſunt, eorum vſum ſupplere: cum non deſunt, ea priore loco, exempla poſteriore quaſi quædam teſtimonia, collocari oportere. verba Ariſtotelis hæc ſunt. Δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι μὴ ἔχοντα μὲν ἐνθυμήματα, ὡς ἀποδείξεσιν· ἡ γὰρ πίστις διὰ τούτων· ἔχοντα δ', ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγοις χρώμενον ἐπὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν.

An ignoratis cetera illa magnifica.) Eoſdem Campani agri fructus quanti ſint, oſtendit comparatione Aſiæ, & Syriæ. hoc enim certiſſimum vectigal eſſe ait, illud incertiſſimum, ob repentinos hoſtium, aut prædonum in prouincias impetus, aut irruptionis ſuſpiciones.

Quid nos Aſiæ portus, quid Syriæ rura.) Portoria, & decumas, duo vectigalium Rom. genera expreſſit. portoria, quæ à mercatoribus ex mercium exportatione exigebantur; & decumam, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis recipiebatur. vnde pro lege Manilia. Nam cum hoſtium copiæ non longe abſunt, etiam ſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. ita neq; ex portu, neque ex decumis, neq; ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt.

Syriæ rura:) Quæ vbertate agrorum, & varietate fructuum opima, & fertilia ſunt.

Prædonum, aut hoſtium.) Prædonum, qui paulo ante omnia maria, omnes oras infeſtas reddiderunt. Hoſtium, vt in Aſiam, Mithridatis, in Syriam, Parthorum. Hoc autem differunt prædones ab hoſtibus, quod illi militaris tantum, hi etiam gloriæ gratia, & vt ſuas vlciſcantur inimicitias, arma inferunt, & prima vox reſpicere videtur res maritimas; terreſtres poſterior.

At vero hoc agri.) Alia incommoda, quibus Campanum vectigal commendatur, quod prope domi ſit, omnium oppidorum ſubſidijs tegatur, nullis bellis infeſtum, nec fructibus varium, nec cælo aut loco calamitoſum ſit. ſic lib. 2. epiſt. 16. ad Attic. Portorijs Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam? Commendatio eſt à loci propinquitate, vnde Romam commode conuehi poſſit, & ex eo quod certum, minimeque dubium eſſet.

Domi ſit:) Vt domeſticum, vt in Italia, vt Italicum. Quæ autem in agro, & prædio bono deſiderantur, vide M. Varronem lib. 1. cap. 4. M. Catonem c. 1. Columellam lib. 1. cap. 3.

Nec

A *Nec cælo ac loco:)* Duo antiqui libri habent, *Nec cælo, nec loco.*

Maiores noſtri non ſolum.) Alienationem Campani agri improbat iudicio maiorum. qui non ſolum, quem agrum de Campanis ceperant, non imminuerunt, ſed etiam quem ij tenebant, quibus adimi iure non poterat, coemerunt. locus eſt à contrariis. ſignificat autem maiores Ro. quos Campanorum agros populo Ro. adiudicare, quia nullum extaret dominorum in remp. crimen, non potuerunt, pretio ſoluto coemiſſe.

A Campanis ceperunt.) Si, *de Campanis*, legerimus, & veterum librorum auctoritatem, & vſitatum dicendi apud Latinos genus tutabimur.

B *Quod & tenebant, quibus.*) Senſus docet, vt legamus, *quod ei tenebant, quibus.*

Qua de cauſſa.) Exemplum Ti.& C.Gracchorum, & L. Sullæ, qui commodo adducti reipu. ne ipſi quidem agrum Campanum attigerint, cum tamen illi ſemper incommodis plebis conſuluerint, hic ſine vlla religione omnia quibus voluit, dilargitus ſit. Dum autem laudat Gracchos, & vituperat Sullam blanditur, plebi R. Locus eſt à maiori. neq; enim Rullus aut benignitate Gracchos, aut dominatione Sullam adæquet. Benignitatum porro Gracchorum vocat, cum

C ad populum loquitur, quam in ſenatu largitionem dixerat, cum auditorum auribus ſeruiret. ſic Philipp. 2. Memineram Cinnam nimis potentem, Syllam poſtea dominantem, modo Cæſarem regnantem videramus. &c.

Sine vlla religione.) Dixit, id eſt, ſine vllo reſpectu, priuata ne an publica largiretur.

Quibus voluit, eſt dilargitus:) Idem pene Suetonius de Cæſare, cuius verba ſubſcribere libuit, inquit igitur: Quæ cuique libuiſſent, omnia dilargitus eſt contradicente nullo.

Rullus extitit:) Improbitatem Rulli exagitat, & contumeliam auget, quod nouo exemplo facere conetur, quod Sylla non fecerat.

Gracchorum benignitas:) Commemoratio.

D *Quem agrum.*) Alia ratio, cur Campanus ager non ſit diuidendus, quia diuiſus nec erit, nec dicetur populi R. Quod autem vulgo ſcriptum eſt.

Quem pariter qui iter faciunt.) In veteribus libris eſt. *Quem per iter qui faciunt*, pro eo, quod eſt, per quem qui iter faciunt. quod genus loquendi quanquam fortaſſe duriuſculum videri poteſt, dictum tamen ſæpe à veteribus conſtat, quo de agitur, quas ob cauſſas, & ſimilia.

At qui homines poſſidebunt?) Cum concluſerit Campanum agrum,

E ſi diuidatur, populi R. non futurum, opportune quærit, à quib. poſſidebitur. in quo repetit ea, quæ dixit, poſſeſſum iri primum à paucis facinoroſis, & ſeditioſis, poſt autem à diuitibus quibuſdam occupatum iri. terrorem autem incutit à facultate, ac voluntate eorum, qui poſſeſſuri ſunt.

Acres) Ad facultatem, vt poſſint.

Ad vim prompti, ad ſeditionem parati) Ad voluntatem, vt velint, vt efficiat, eos & poſſe, & velle cædem facere.

Simul concrepuerint.) Armorum ſtrepitu ſignum dederint, translatio ducta eſt à re militari, & more Romanorum. ſolebant enim Romani

mani in acierum conflictu, ſublato clamore, clypeos gladijs percutere, vt ſtrepitu etiam armorum hoſtes terrerent. A

Ad paucos.) Sic ſupra, Coement præterea. iſta dena iugera continuabunt.

Vobis interea.) à turpi. vt enim honeſtum eſt paternas, & auitas poſſeſſiones, à maioribus armis captas, ac ſibi relictas, tenere, ſic turpe eas amittere.

Vectigalium ſedes :) Quod ſuperius appellauit fundamentum vectigalium, hoc per amplificationem nunc vocat. *Pulcherrimas vectigalium ſedes, armis captas.* Vt illud etiam adiungeret, agrum Campanum iure belli ad populum R. pertinere. B

Paternis atque auitis :) Ab antiquitate poſſeſſionis agri Campani mouet populum ne patiatur eum ſibi iam eripi.

Ac tantum intererit inter veſtram, & priuatorum diligentiam.) Comparatione populi, & priuatorum docet, Campanum agrum retinendum. Priuati, inquit, quondam, qui Campani agri partem poſſidebant, nullo pretio adduci potuerunt, vt venderent, tum cum P. Lentulus ad coemendnm miſſus eſt, quod nullum vnquam inde malum nuncium accepiſſe ſe dicerent. ergo eadem de cauſa ab eodem alienando popnlus R. abduci debet. P. Lentuli principis ſenatûs ſæpe meminit Cicero. vt in Diuinat. P. Lentulus, is. qui princeps ſenatus fuit Auus P. Lentuli Suræ eius, qui cum Catilina conſpirauit, atque iterum prætor, & conſulatis occiſus eſt. legendum eſt autem cum antiquis libris non, *quod cum à maioribus veſtris*, ſed, *noſtris*. & rurſus. non, *P. Lentulus princeps*, ſed, *is, qui princeps* : hoc enim prænomine vtebantur ad id, quod declarati volebant, exponendum; totus autem huius generis exemplis abundat Cicero. C

Vt & priuatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant.) Tolle particulam, *&*, vt ſit, *vt priuatos agros*. Significat fuiſſe priuatos quoſdam agros publico Campano interiectos vt Horatius Satyr. vi. li. ii.

- O ſi angulus ille D

Proximus accedat, qui nunc deformat agellum.

Nulla pecunia :) Amplificatio. ne ingenti quidem pecunia potuit adduci priuatus, vt ſuum fundum venderet.

Quod cum plures fundos.) ἀπολογία.

Ita ne vero? priuatum.) Complexio argumenti, & altera comparationis pars. quæ infertur à maiori, & à contrarijs, ſic priuati pecunia non vendiderunt populo Lentulo principe ſenatus coemente, ergo multo minus populus gratis priuatis debet Rullo rogante largiri. ſed eſt plena indignationis argumentatio, vt ſupra ſæpius. eſt autẽ Rogare, populum vt ſuffragijs ſuis legem accipiat, iubere. E

Atqui idem populus R.) Idem autem, inquit, de toto vectigali Campano popul. R dicere poteſt, quod ille de ſuo fundo dixit, nullum ſe vnquam ex hoc fundo malum nuncium accepiſſe. quod Aſianorum, & Hiſpanienſium, & Siculorum vectigalium comparatione oſtendit. Aſia enim Mithridatico bello oppreſſa & afflicta multos annos fructus non tulit. Hiſpaniæ vectigal nullum pependerunt Sertoriano bello, quod per annos decem geſtum eſt à Metello, & à Pompeio. Sicilia tantum abeſt, vt frumentum dederit prioribus aliquot annis, vt bello Seruili, quod M. Aquilius pro cõſule confecit, atque de ſeruis ouans inijt, idem Siciliæ ciuitatibus mutuum frumentum

A dederit. ex hoc autem vectigali nullus malus nuncius auditus eſt. Quod vulgo legitur.

At quidem, & M'. Attilius.) Satis conſtat, *Atqui idem. & M'. Aquillius* eſſe legendum, veteribus libris, & Capitolinis lapidibus reſtibus, id eſt, Manius Aquillius. Non eſt autem permittendum hoc pronomen varie ab antiquis ſcribi ſolitum, vt ipſa vetera monumenta demonſtrant. in lapidibus enim Capitolinis ita ſcribitur, M', literæ M virgula medio appoſita ſurſum ſpectãte; in eo autem, qui domi noſtræ eſt, quem ſupra poſuimus, cum de Romilia tribu ageremus, ſic, M'. ſcilicet virgula item ſurſum aſpectante appoſita,
B ſed in fine, vt ſit, *GRANIAI. M'. L.* eodem item modo ſcriptum vidimus in alio, qui Patauij eſt ſecundum aram templi maioris in ima parte.

M'. ALLENIVS. M'. F. FAB
CRASSVS. CÆSONIVS
TR. MIL. PRÆF. FABR
IIII. VIR

Manius quoq; M̄ virgula ſuper appoſita ſcribi ſolitum quidam ſcriptum reliquerunt.

C *At ex hoc vectigali nunquam malus nuncius auditus eſt:*) Alludit ad verba Campani illius, qui cum fundum vendere Lentulo nollet, attulit rationem cur nollet.

Catera vectigalia.) Apertior Campani, & aliorum vectigalium comparatio. quod autem ſcriptum eſt vulgo, *Belli facultatibus*, placet idem, quod alijs quibuſdam, vt, *difficultatibus*, reponatur, ita. *Catera vectigalia belli difficultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.* ſic enim addita ἡ παρονομασία magis apparet.

Deinde in hac aſsignatione.) Occurrit rationi aduerſariorum, qui di-
D cebant, agros deſertos eſſe à liberis rectum non eſſe. & ait, hanc rationem in cæteris agris valere, qui deſerti ſint à cultura hominum liberorum, in Campano non valere, qui à plebe optima, & modeſtiſſima colatur. Fuit autem plebs ruſtica in agris, & quidem colendi cauſa. at vero, qui maioribus erant præditi copijs, ij ſeruorum magnis comparatis familijs agros ſuos colendos tradiderant. hoc autem fecerant, ne bellico delectu agricultura deſereretur. neq; enim ſerui ad bellum nomen dabant. Ceterum Campanus ager à cenſoribus fruendus datus erat etiam ante Punicum bellum, teſte Liuio lib XLII.

E *Exturbari, & expelli plebem.*) Id eſt, contra fieri, ac legis agrariæ propoſitum ſit. τὸ ἄδικον. iniquum eſt alios exturbari, & expelli præſertim hominum genus optime moratum, &c. alios conſtitui, & collocari.

A Plebe optima, & modeſtiſsima,) Melius in antiquo meo libro legitur *A plebe, & à plebe optima, & modeſtiſsima.* Vt illud pro domo: Quem ſeiectum eſſe vniuerſus ſenatus non modo ciuem, ſed egregium ciuem ſemper iudicauit. & in Antonium, de Octauio: Puerum appellat, quem non modo virum, ſed etiam fortiſſimum virum ſenſit, & ſentiet. puto locum eſſe diminutum inſcitia librariorum, qui cũ has duas voces bis repetitas vidiſſent, earum alteram

iam fruſtra inculcatam, vt ſæpe fit, crediderunt. cæterum Plutarchus A
in Gracchis auctor eſt, Romanos finitimorum agrum captum partim vendidiſſe, partim publicatum pauperibus fruendum dediſſe, tributo non admodum magno in ærarium relato.

A plebe.) Quæ conduxerat & vectigalem habebat Campanum agrum locatione perpetua.

Quod genus, &c. Ab hoc plebicola.) Auget iniuriam, quod ab eo, vnde minime decet, fiat. plebs enim a plebicola tribuno vexatur. plebicolam autem irriſionis cauſa vocat.

Optime meritum) Modeſtiam ſignificat. fit enim grauior iniuria, cum ei, qui minus dignus ſit, infertur. B

Optimorum aratorum, & militum:) Fidem eorum cum in decimis dandis, tum in bellicis muneribus ſignificat. Aratores erant, qui agros arandos conduxerant, decima quotannis frumenti data.

Atque illi miſeri:) πάθος. miſericordiam mouet à rerum priuatione, quæ ſolēt eſſe caræ, vt eſt locus, in quo natus quis, & educatus eſt. καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν, μέγεθος ἐχόντων, ἐλεεινά. inquit Ariſtoteles, i. e. Ea quoq; mala, quæ ad fortunam referuntur, miſera ſunt, in quib. numerat, ἀφιλίαν, καὶ ὀλιγοφιλίαν, h. e. Si nullos, vel paucos amicos habeas, διό. inquit. καὶ τὸ διεσπάσθαι ἀπὸ φίλων, καὶ C
συνήθων, ἐλεεινόν, hoc eſt, quare miſerum habetur ab amicis, & familiaribus diſtrahi. quid autem amicius loco in quo non ſolum nati, ſed etiam educati ſumus?

Glebis ſubigendis exercitati:) Alter miſericordiæ locus, quaſi qui nullum aliud parandi victus habeant præſidium, quam glebas ſubigere, nec ſedem ſubito ſint inuenturi. vitamq; inopem, vagamque perſecuturi.

Hi robuſti) Opponit colonos Rulli deducendos plebi eijciendæ. Robuſtos referens ad vires corporis, Valentes ad valetudinem, Audaces ad mores. in quo periculi eſſe ſuſpicionem innuit, ne, quia D
poſſint, quia robuſti ſunt, ijdem etiam velint, quia audaces ſunt, nocere reip.

Et vt vos nunc de veſtris maioribus prædicatis, hunc agrum, &c.) A rei turpitudine diſſuadet, per ὑποτύπωσιν. Vt vos nunc hunc vobis agrum à maioribus veſtris relictum prædicatis, ſic poſteri veſtri à vobis alienatum prædicabunt. Simile illud pro lege Manilia: Videte ne vt illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperij gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis tueri, & conſeruare non poſſe.

Equidem exiſtimo, ſi iam cāpus Martius diuidatur, & vnicuiq; veſtrū. &c.) E
Argumentum ἐξ ὑποθέσεως, quo addita repetitione ſuperioris argumenti concludit, legi huic de agro Campano diuidendo acerrime reſiſtendum eſſe. Nam vt ſi campus Martius diuideretur, & vnicuiq; bini pedes aſſignarentur, tamen mallet populus, ſe promiſcue toto, quam proprie parua parte frui, ſic, ſi ager Campanus ita diuideretur, pars aliqua ſingulis daretur, honeſtius tamen vniuerſo populo, quā à ſingulis poſſideretur, ſed cū alijs compararetur, plebi eripiatur, multo magis enitendum eſt, ne diuidatur. Hanc vero campi Martij ſimilitudinem commentus eſt Cicero. nihil enim tale in hac cauſa agebatur, itaq; argumentatio ex fictione eſt, in qua latet honeſti ratio.

A dederit. ex hoc autem vectigali nullus malus nuncius auditus eſt. Quod vulgo legitur.

At quidem, & M'. Attilius.) Satis conſtat, *Atqui idem. & M'. Aquillius* eſſe legendum, veteribus libris, & Capitolinis lapidibus teſtibus, id eſt, Manius Aquillius. Non eſt autem permittendum hoc pronomen varie ab antiquis ſcribi ſolitum, vt ipſa vetera monumenta demonſtrant. in lapidibus enim Capitolinis ita ſcribitur, M', literæ M virgula medio appoſita ſurſum ſpectãte; in eo autem, qui domi noſtræ eſt, quem ſupra poſuimus, cum de Romilia tribu ageremus, ſic, M'. ſcilicet virgula item ſurſum aſpectante appoſita, B ſed in fine, vt ſit, *GRANIAI. M'. L.* eodem item modo ſcriptum vidimus in alio, qui Patauij eſt ſecundum aram templi maioris in ima parte.

M'. ALLENIVS. M'. F. FAB
CRASSVS. CÆSONIVS
TR. MIL. PRÆF. FABR
IIII. VIR

Manius quoq; M̄ virgula ſuper appoſita ſcribi ſolitum quidam ſcriptum reliquerunt.

C *At ex hoc vectigali nunquam malus nuntius auditus eſt:*) Alludit ad verba Campani illius, qui cum fundum vendere Lentulo nollet, attulit rationem cur nollet.

Catera vectigalia.) Apertior Campani, & aliorum vectigalium comparatio. quod autem ſcriptum eſt vulgo, *Belli facultatibus*, placet idem, quod alijs quibuſdam, vt, *difficultatibus*, reponatur, ita. *Catera vectigalia belli difficultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultatis ſuſtentantur.* ſic enim addita ἀντιμαχία magis apparet.

Deinde in hac aſsignatione.) Occurrit rationi aduerſariorum, qui di-D cebant, agros deſertos eſſe à liberis rectum non eſſe. & ait, hanc rationem in cæteris agris valere, qui deſerti ſint à cultura hominum liberorum, in Campano non valere, qui à plebe optima, & modeſtiſſima colatur. Fuit autem plebs ruſtica in agris, & quidem colendi cauſa. at vero, qui maioribus erant præditi copijs, ij ſeruorum magnis comparatis familijs agros ſuos colendos tradiderant. hoc autem fecerant, ne bellico delectu agricultura deſereretur. neq; enim ſerui ad bellum nomen dabant. Ceterum Campanus ager à cenſoribus fruendus datus erat etiam ante Punicum bellum, teſte Liuio lib XLII.

E *Exturbari, & expelli plebem.*) Id eſt, contra fieri, ac legis agrariæ propoſitum ſit. τὸ ἄδικον. iniquum eſt alios exturbari, & expelli præſertim hominum genus optime moratum, &c. alios conſtitui, & collocari.

A Plebe optima, & modeſtiſsima,) Melius in antiquo meo libro legitur *A plebe, & à plebe optima, & modeſtiſsima.* Vt illud pro domo: Quem ſe iectum eſſe vniuerſus ſenatus non modo ciuem, ſed egregium ciuem ſemper iudicauit. & in Antonium, de Octauio: Puerum appellat, quem non modo virum, ſed etiam fortiſſimum virum ſenſit, & ſentiet. puto locum eſſe diminutum inſcitia librariorum, qui cũ has duas voces bis repetitas vidiſſent, earum alte-

ram

iam fruſtra inculcatam, vt ſæpe fit, crediderunt. cæterum Plutarchus A in Gracchis auctor eſt, Romanos finitimorum agrum captum partim vendidiſſe, partim publicatum pauperibus fruendum dediſſe, tributo non admodum magno in ærarium relato.

A plebe.) Quæ conduxerat & vectigalem habebat Campanum agrum locatione perpetua.

Quod genus, &c. Ab hoc plebicola.) Auget iniuriam, quod ab eo, vnde minime decet, fiat. plebs enim a plebicola tribuno vexatur. plebicolam autem irriſionis cauſa vocat.

Optime moratum) Modeſtiam ſignificat. fit enim grauior iniuria, cum ei, qui minus dignus ſit, infertur. B

Optimorum aratorum, & militum:) Fidem eorum cum in decimis dandis, tum in bellicis muneribus ſignificat. Aratores erant, qui agros arandos conduxerant, decima quotannis frumenti data.

Atque illi miſeri:) πάθ☉ miſericordiam mouet à rerum priuatione, quæ ſolet eſſe caræ, vt eſt locus, in quo natus quis, & educatus eſt. καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν, μεγέθ☉ ἐχόντων, ἐλεεινά. inquit Ariſtoteles, i e. Ea quoq; mala, quæ ad fortunam referuntur, miſera ſunt, in quib. numerat, ἀφιλίαν, καὶ ὀλιγοφιλίαν, h. e. Si nullos, vel paucos amicos habeas, διὸ, inquit, καὶ τὸ διεσπάσθαι ἀπὸ φίλων, καὶ C συνήθων, ἐλεεινόν, hoc eſt, quare miſerum haberur ab amicis, & familiaribus diſtrahi. quid autem amicius loco in quo non ſolum nati, ſed etiam educati ſumus?

Glebis ſubigendis exercitati:) Alter miſericordiæ locus, quaſi qui nullum aliud parandi victus habeant præſidium, quam glebas ſubigere, nec ſedem ſubito ſint inuenturi. vitamq; inopem, vagamque perſecuturi.

His robuſtis) Opponit colonos Rulli deducendos plebi eijciendæ. Robuſtos referens ad vires corporis, Valentes ad valetudinem, Audaces ad mores. in quo periculi eſſe ſuſpicionem innuit, ne; quia poſſint, quia robuſti ſunt, ijdem etiam velint, quia audaces ſunt, nocere reip. D

Et vt vos nunc de veſtris maioribus prædicatis, hunc agrum, &c.) A rei turpitudine diſſuadet, per ἠθοποιίαν. Vt vos nunc hunc vobis agrum à maioribus veſtris relictum prædicatis, ſic poſteri veſtri à vobis alienatum prædicabunt. Simile illud pro lege Manilia: Videte ne vt illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperij gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis tueri, & conſeruare non poſſe.

Equidem exiſtimo, ſi iam cãpus Martius diuidatur, & vnicuiq; veſtrũ &c.) E Argumentum ἐξ ὑποθέσεως, quo addita repetitione ſuperioris argumenti concludit, legi huic de agro Campano diuidendo acerrime reſiſtendum eſſe. Nam vt ſi campus Martius diuideretur, & vnicuiq; bini pedes aſſignarentur, tamen mallet populus, ſe promiſcue toto, quam proprie parua parte frui, ſic, ſi ager Campanus ita diuideretur, pars aliqua ſingulis daretur, honeſtius tamen vniuerſo populo, quã à ſingulis poſſideretur, ſed cũ alijs compararetur, plebi eripiatur, multo magis enitendum eſt, ne diuidatur. Hanc vero campi Martij ſimilitudinem commentus eſt Cicero. nihil enim tale in hac cauſa agebatur, itaq; argumentatio ex fictione eſt, in qua latet honeſti ratio.

A *Nunc vero cum ad vos nihil pertineat:*) ἀπὸ τοῦ ἀσυμφόρου. efficit abrogandam eſſe legem Rulli, quæ ne patuam quidem agri Campani partem aſſignatura ſit populo.

Adiungit Stellatem campum agro Campano:) Tranſit ad campum Stellatem, in quo non ſufficiente Campano agto duodena in ſingulos homines iugera Rullus deſcribebat. Quod idem feciſſe poſt Cæſarem in conſulatu accepimus. Cicero epiſtola XVII. lib. II. epiſt. ad Att. Præterea ne reliqua (loquitur autem de lege Agraria, quam ſex annis poſt hanc Cæſar conſul ferebat) omnis multitudo abalienaretur, Stellatem campum diuidi iubebat, & duodena in ſingulos ho-
B mines iugera deſcribebat, quod non tam opimus, & fertilis, vt Campanus erat. Idem quoq; Suetonius notat: Cum enim agrum Campanum intelligeret tantæ multitudini, id eſt, viginti hominum millibus, qui diuiſionem agrorum petebant, ſi dena ſingulis iugera diuiderentur, non ſufficere, præterea Stellatem campum diuiſit. De campo autem Stellati ſic Silius, vbi de Campanis libro XI.

– Monſtrant Capitolia celſa,

Stellateſque docent campos, Cereremque benignam.

Quaſi vero paulum differat.) Reprehendit Rullum, qui parem fecerit Stellatem campum agro Campano, cum ipſi multum inter ſe
C differrent bonitate. aperit autem inſidias eius. non enim Stellatem campum ipſum diuidere ait, quia quid inter ipſum, & agrum Campanum interſit, non intelligat, ſed vt maiotem in agros multitudinem ſatellitum deducere poſſit. Eſt autem locus hic inſigni mendo deprauatus, qui ſic vulgo legitur.

Quaſi vero paulum differat, ager Campanus ac Stellatis. & multitudo Quirites quæritur.) Quem ego ſic fortaſſe legendum putarem, *Quaſi vero paulũ differat ager Campanus à Stellati. ſcilic. multitudo Quirites quæritur.* mendi origo fuit, quod ſcriptum erat, STELLATI S^ct vnde factum eſt ab imperito librario, STELLATIS ET. ſic ad
D Plancium: Scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima prætor fias. Hoc pro certo habeas, particulam, *&*, nobis non placere, quare magis probaremus, *Scilicet & multitudo*: aut, *Sed multitudo*: aut, *Vt, & multitudo.* Periculum ergo inſtare ſignificat. obſeſſam enim iri decemuirum colonijs vrbem oſtendit, Capuam deniq; Romani imperij æmulam reſtitutam iri.

Nam dixi antea lege permitti:) Probat, quod dixit, multitudinem quæri ad replẽda Italiæ oppida, vt Cales, quod olim oppidũ Auſonũ fuit in Campania, & optimi vini ferax. Horatius carminum lib. 4.

Sed preſſum Calibus ducere liberum
E *Si geſtit iuuenum nobilium cliens*
Nardo vina merebere.

Theanum Sidicinum, non Appulum. nam Sidicini etiam Campaniæ populi, item Atella, Cumæ, Neapolis, Pompeij, Nuceria, Puteolos, nobilia omnia Campaniæ oppida. vtitur autem huius loci exemplo Aquila Romanus, in libello de fig.

Theanum opprimens.) ἀσύνδετον κομματικόν.

Atellam Cumas.) κομματικὸν κατ᾽ ὄνομα.

Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt:) Indignum putat Puteolos, qui ſuo iure vterentur, libertate priuari, cum eo nouus, atque aduenticius populus Romã deductus eſſet. In tyrannidis autem

ſuſpi-

ſuſpicionem vocat decemuiros, qui enim populis vicinis libertatem eriperent, eos ipſam quoque vrbem inuaſuros, & in ſeruitutem redacturos eſſe, veriſimile eſt. A

Tunc illud exilium Campana colonia:) Vltimo loco oſtendit, vbi ococcupata omnia Campaniæ municipia colonis fuerint, tum à Capua, quæ Campaniæ caput eſt, vexillum aduerſus vrbem Romam illatum iri, vt Annibalis tempore factum eſt, alludit vero ad vexillum quod ſequuti coloni in coloniam proficiſcebantur, duce ipſo coloniæ præeunte, quod elici ex 11. libro Appiani poteſt, & ex ipſomet Cicerone, qui de Antonio in 11 Philippicis agit: Tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato Caſilinum coloniam B deduxiſti: quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillum videres, & aratrum circumduceres. Quoniam autem vexillum etiam in bello vſurpatur, ludit in duplici eius vſu, atque ab eo periculum inſtare ſignificat. Ex quo apparet, *Exilium* eſſe mendoſe. Quanquam ſunt, qui communem lectionem non improbent, nec temere abijciendam iudicent, cum præſertim ſatis aptum elici ſenſum dicant, & Liuium lib. quarto in concione, C. Canuleij eadem dictione in eandem ſententiam vſum eſſe affirment, his verbis: An eſſe vlla maior, aut inſignior contumelia poteſt, quam partem ciuitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi? quid eſt aliud, quam exilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? ne affinitatibus, ne propinquitatib. immiſceamur, caueatur, ne ſocietur ſanguis. C

Capua à decemuiris inferetur:) *Capuam à decemuiris*: lego ex ſenſu.

Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium noſtrum illa altera Roma quæretur.) Immoratio. Romam communem patriam & Romanorum, & Italicorum vocat, quia lege Iulia data ciuitas fuerat. Alteram porro Romam appellat Capuam, inuidioſe, vt ſupra. Nullam alteram Romam, neq; aliam ſedem imperij nobis conſulibus futuram. & in Philippicis: Veſtrum hoc conſilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera eſt. vnde Horatius lib. v. D

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi
Æmula nec virtus Capua.

In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur:) Rulli conſilium in deducenda Capua reprehendit comparans ipſum cum maiorum conſilio & facto. maiores, inquit, noſtri Capuæ nullam omnino eſſe remp. voluerunt. decemuiri eo noſtram remp. trãſferre conantur. Longius autem producit hanc contentionem, quia ad augendam rem plurimum valet. Sed quoniam Capua euerſa non fuerat, vt Carthago, & Corinthus, affert cauſam per præoccupationem, cur & ipſa penitus deleta non fuerit. E

Quo in oppido:) πολύπλωτον.

Maiores veſtri.) Lego, *noſtri*, paucis enim poſt verſibus ait: Maiorum noſtrorum conſilia.

Nullam remp.) Veteres libri. *Nullam omnino remp.* placet.

Qui tres ſolum vrbes.) Conſilium maiorum in euertendis aut atterendis captis vrbibus aperit, atque id longe à decemuirum conſilio abeſſe ad inuidiam excitandam docet, quia vero tres tantum vrbes putarunt poſſe imperij grauitatem ſuſtinere, ideo eas afflixerunt, Carthaginem, Corinthum, & Capuam.

A *Deleta Carthag est :*) Et quidem à P. Africano Æmiliano priore conſulatu ex decem legatorum ſententia, tertio Punico bello confecto, & Africa prouincia populi R. facta. Cicero in IIII. Catil. Alter eximia laude Africanus, &c.

Quod cum hominum copiu :) Ratio cur imperij ſedes Carthago eſſe poſſet quod multitudine hominum, & ſitu naturali erat munita. cuius ſitum deſcribit Strabo, & Appianus.

Succincta portubus :) Vno ad occidentem, altero ad orientem, quē Pœni onſeiſi repente aperuerunt. erat enim ſita in peninſula, cuius ambitus ad XLV millia paſſuum erat, muro munitus arx in media
B vrbe : ſub eam portus, & naualia.

Armata muris :) Id eſt, ſepta muris, atque aggeribus validiſſimis. ad hoſtiles impetus cohibendos. videbatur imminere inſulis, Siciliæ, & Sardiniæ, vnde ſummos fructus populus Roman. capiebat.

Excurrere.) ἐνέργειαν habet, quaſi vero vt expeditus eques parata ſit ad alienas poſſeſſiones populandas, atque excurſionibus vexandas. *Hominum*, autem, *copijs*, dixit, quia Carthagine ſeptingenta millia hominum erant primo bello Punico, vt ſcribit idem Strabo grauis auctor lib. XVII.

C *Imminere ita fructuoſiſſimis inſulis populi R. videbatur.*) Mendum eſt in voce, *ita* fortaſſe autem non male legeretur.

Imminere Italia, ac fructuoſiſſimis.) Fructuoſiſſimas autem inſulas Siciliam, ac Sardiniam fuiſſe multi teſtantur. Horatius primo carminum :

Non opimæ Sardiniæ ſegetes feraces.

& Æſchylus in Prometheo :

Τῆς καλλικάρπε Σικελίας λευρᾶς γύας.

Corinthi veſtigium vix relictum eſt.) Corinthus exciſa eſt à L. Mum-
D mio Cos ex decem legatorum ſententia, Achaia in prouinciæ formam redacta. Mummius ipſe inde Achaicus dictus, de quo Virgilius lib. VI. Æneid.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæſis inſignis Achiuis.

Homerus etiam ſuis temporibus Corinthum opulentam fuiſſe illo oſtendit carmine.

Α'φνειόν τε Κόρινθον, ἐυκτιμένας τε Κλεωνάς.

Erat enim poſita :) A ſitus commoditate. erat enim in Iſthmo
E poſita, quem ipſe fauces, atque anguſtias Græciæ nominat. Iſthmus autem & terram claudebat, & duo maxime diuerſa maria Ionium, & Ægeum coniungebat. vnde Horatius libro primo odarum bimarem Corinthum dixit. & Liuius lib XLII Peninſula eſt Peloponneſus anguſtis Iſthmi faucibus adhærens, &c. Prima quoque inuectiuarum dixit Tullius : In Etruriæ faucibus.

Claustra locorum :) T. etiam Liuius lib XXXI. ita locutus eſt : Ex duabus colonijs, quæ velut cluaſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent, cum vna, &c.

Pertenui diſcrimine :) Ita vt ſæpe de Iſthmo intercidendo agitatum ſit.

Hæc quæ procul erant.) Concludit Carthaginem, & Corinthum cum procul eſſent, non ſolum afflictas, ſed etiam funditus ſublatas eſſe, vt multo minus Capuam, quę in conſpectu eſt, noua ea deducta colonia reſtituendam eſſe probet. A

De Capua multum eſt & diu conſultum.) Cur Capuam nō exciderint, quæ prope in conſpectu erat, aperit. ſcil. quia ſi ſenatum, magiſtratus, & remp. ſuſtuliſſent, vrbis ædificia ad aratorum commoditatem reliquiſſent, nihil timuerunt. quod ſi quem Capuam coloniam deducturum putaſſent, eam profecto euertiſſent. Hæc autem hiſtoria ex Liuij lib. xxxvi. petenda eſt atq; xxxix. de qua ita: Capua quidem ſepulchrum, & monumentum Campano populo data extorri, & eiecto ipſo populo, ſupereſt vrbs trunca ſine ſenatu, ſine plebe, ſine magiſtratibus, prodigium relicta crudelius habitanda, quam ſi deleta foret. item eodem lib. verba autem legatorum Romanorum ſunt. Cæteris (loquuntur autem de Campanis) ita oppidum, ita agros ademimus, vt agrum, locumq; ad habitandum daremus, vrbem innoxiam ſtare incolumem pateremur: vt qui hodie videat eam, nullum ibi oppugnatæ, captæve vrbis veſtigium inueniat. B

Ademiſſent: ſuſtuliſſent: reliquiſſent.) ἰσοκατάληκτα, ὁμοιοτέλευτα.

Senatum, publicum ex illa vrbe conſilium) Sunt, qui alterum abundare ſuſpicentur, & tollendam illam dictionem, *Senatum*, putent, vt gloſſema factum ad illud quod ſequitur, *publicum ex illa vrbe conſilium*: Receptum tamen librariorum, & deſcribentium ignorantia, idq; eo præſertim, quia non neceſſariam dictionem eſſe exiſtimarunt, quæ idem ſignificaret, quod publicū conſilium Romanus tamen Aquila vbi de ταυτολογία loquitur, inquit; Vt ſi dicas. Senatus, populiq; Romani ſummum conſilium. hic enim vnum nomen, ſenatus, proſecutionem accipit ex pluribus verbis non aliud ſignificantibus. qui enim ſummum conſilium dixit, non aliud quam ſenatum dixit diuerſis autem nominibus in eodem ſenatu appellando Ciceronē vſum eſſe, notum eſt. Senatum, publicum conſilium, ſummum ordinem, ampliſſimum ordinem, principem ordinem. C D

Itaq; hoc perſcriptum in veteribus monumentis.) Vel ſenatus conſulta intelligit, ac tabulas publicas, vel antiquos annales.

Locus comparandis, condendisq; fructibus.) Malim, *Comportandis, condendisq;*.

Videte quantum interuallum.) Attentionem facit à magnitudine diſcriminis. & eſt amplificatio per comparationem antiquorum Romanorum, & decemuirum. qua horum dementiam illorum ſapientiæ opponit. Quamuis autem hæc collatio eaſdem ſententias, quæ in ſuperiore erant, contineat, eas tamen latius, ornatiusq; explicat. commoratur itaque orator in eo argumento, quod ſuæ prodeſt cauſæ, & eandem ſententiam ſæpius verſat. Romam ſcilicet à decemuiris Capuam transferri. E

Illi, inquit, *Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam, atq; horreum Campani agri eſſe voluerunt: hi expulſis aratoribus, effuſis, ac diſſipatis fructibus veſtris eandem Capuam ſedem nouæ reip. conſtituunt*) Ex quibus verbis, *Receptaculum aratorum* refert ad id, quod dixit, Vt aratores cultu agrorum defeſſi vrbis domiciliis vterentur.

A *Nundinas ruſticorum* ad id: Vt eſſet vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, ſuppeditare poſſet. *Cellam atq; horreum* ad id: Vt eſſet locus comparandis, condendiſq; fructibus.

Quod ſi maiores noſtri.) Altera pars argumentationis à contrariis. Quod ſi maiores noſtri ſuſpicati eſſent, ab aliquo coloniam Capuam deductum iri, eam euertiſſent. Inter eos autẽ, qui coloniam Capuam deducere cogitarunt, fuit M. quidam Brutus Syllanis, vt puto, temporibus, & P. Rullus conſule Cicerone.

In tam illuſtri imperio, & tam præclara populi R. diſciplina,) Cauſæ duæ, quibus à deducenda Capua Brutus & Rullus deduci debuerunt, vel B propter Romani imperij metum, vel propter honeſtatem, quam recta inſtitutio ſpectat.

Bruti, aut P. Rulli.) Placeret, *M. Bruti, aut P. Rulli*, vt prænomen habeat Brutus, ſicut Rullus, aut legendum eſt, *Diſciplina Bruti, aut Rulli.* Hic autem Brutus, vt ex hoc loco apparet, Capuam Ciceronis ætate deduxit, verum ex omnibus, quæ poſt conſecuta ſunt, irrita ea deductio fuit. dixit autem, *Similem*, quaſi nequitia ſimilem, improbitate ſimilem, & audacia.

Hos enim duos adhuc videmus.) Forte, *Vidimus*. hoc mihi certe & rectius, & concinnius videtur.

C *Qui hanc remp. Capuam totam transferre*) Idem dixit iiſdem fere verbis paulo ſupra: *In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur.*

Verum arbitrabantur) Redit ad explicandum maiorum conſilium, cur Carthaginem, & Corinthum deleuerint, Capuam reliquerint. immoratur autem in hoc, quia firmum ad diſſuadendam Seruiliam legem argumentum eſſe putat. itaq; affert nouam rationem: adhibet deinde ſuum iudicium, quo laudat maiorum ſuorum prouidentiam: addit alias rationes atq; ita dilatat, exornatq; hunc locum. *Ergo eas illi ſuſtulerunt*, inquit, *quia ſuſpicati ſunt, ſi agros tantum, & ſenatum ademiſſent, non defuturos, qui ea reſtituerent, anteq̃uam populus R. ali*D *quid audiret, propter locorum longinquitatem. de Capua, quæ in oculis eſt, nihil tale dubitarunt. nam ſi quid excitaſſet, id ante extingui, quam exortum eſſet, poſſe ſperarunt.* Quod autem de Pœnis, & Corinthiis inquit, idem prope dixit Liuius lib. xxxt. *Furor eſt, ſi alienigenæ homines plus lingua, & moribus, & legibus, quam mari, terrarumq; ſpatio diſcreti hoc tenuerint, ſperarent quicquam eodem ſtatu manſurum.*

Hic vero in oculis ſenatus) Bella verba, quæ rei augendæ, & amplificandæ cauſa conquiruntur.

Neq; vero ea res feſellit.) Ab effectu laudat eorum conſilium, quod E agro, & rep. adempta Capuæ tecta reliquerint. neq; enim poſt ſeditionem vllam excitauit, & omnibus bellis externis, atq; Italicis populo R. profuit.

Poſt Q. Fuluium, Q. Fabium Coſs. quibus conſulibus Capua deuicta, atq; capta) Hi conſules fuerunt anno DXLIV. at Liuius lib xxxvi. biennio ante Capuam captam ſcribit Cn. Fuluio, & Cn. Sulpicio Coſs. à Q. Fuluio, & Ap. Claudio proconſ. Hoc qui non deprehenderit, Ramum dico, præſertim eum in multis impreſſis libris aſteriſci nota appoſita ſuiſſe in Romana hiſtoria plane hoſpitem eſſe clare oſtendit.

Sed omnino excogitatum.) Mihi certe, *cogitatum*, melius videtur. ſed veteribus libris non probantibus, nihil muto.

Multa

Multa poſtea bella.) Externa bella nominat, quæ poſt Capuam captam conſecuta ſunt, cum Philippo Macedoniæ rege, de quo T. Flamininus triumphauit. Liuius. ipſe Cicero in præt. vrb. & Philip. xı. Cum Antiocho Syriæ, de quo L. Scipio. Liu. Florus. Cicero in Sextiana, & in præt. vrb. Cum Perſa Macedoniæ, de quo L. Paullus. Aſcon. Liuius, Cicero in ıv. Catil & in præt. vrb. Cum Andriſco, qui Pſeudophilippus dictus eſt, item Macedoniæ, de quo Q. Metellus. Liuius lib. XLIX. & L. Cum Ariſtonico Aſiæ, de quo M. Aquillius. Liuius, Aſconius, Cicero in Philip xı. Cum Mithridate Ponti, de quo L. Sulla, & L. Murena vſq; ad conſulatum Ciceronis triumpharunt. A

Philippo, Antiocho.) χρηματικὸν κατ' ὄνομα, ἀσυνδετον. Quatuor autem bellorum genera nominauit, primum cum regibus, ſecundo cum populis, tertio cum domeſticis, quarto cum ſociis. B

Carthaginienſium) Bella geſta cum ciuitatibus ſeparatim ab iis, quæ cum regibus geſta ſunt, ponit. Carthaginienſium bellum tertium, de quo triumphauit Æmilianus.

Corinthium.) De quo Mummius. ipſe Cicero pro Pompeio cauſas belli ponit. Iuſtinus lib. xxxıv. Florus de bello Achaico. epitome Liuij lib. LI. & LII. Velleius lib. ı. Eutrop Oroſius. &, quiſquis ille fuit, qui de viris illuſtribus ſcripſit.

Numantinum.) De quo iterum conſul Æmilianus. Florus, epitome Liuij, Appianus, Eutropius, Oroſius, Obſequens, Plinius, ipſe Cicero in ſomn. & Philip. xı. puto autem legendum: *Carthaginienſe III.* vt dicat, *Carthaginienſe tertium.* Non enim de primo, aut ſecundo licet intelligere, quę ante deuictum Philippum, & Antiochum geſta ſunt. ſic erunt tria adiectiua Carthaginienſe, Corinthium, Numantinum. C

Multa in hac rep. ſeditiones domeſticæ.) Omittit nomina ſeditionum, vt Marianam, Octauianam, Syllanam, & Lepidi. nam his armis geſta res eſt. in illis autem recenſendis eorum improbitatem carpere neceſſarium fuiſſet, qui ſuis legibus remp. perturbarint ad plebis commodum, vt gratioſi apud illam eſſent, accommodatis, quamobrem cum eos ſilentio prætermiſerit, oratoriæ calliditatis eſt D

Bella cum ſociis.) Hæc duo fuerunt, Fregellanum, & Marſicum. ſocios enim Italos intelligit. Fregellæ autem à Romanis cum defeciſſent, à L. Opimio prætore receptæ ſunt. quo pacto viſus eſt cæteros quoque Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe Pædianus, & epitome Liuij lib. LX. Marſicum autem idem quod Sociale, atq; Italicum eſt, quod ab Italorum magna parte illatum eſt, quod ægre ferrent, quod in ciuitatem non acciperentur. Hoc autem bellum quia Marſi intulerunt, propterea Marſicum appellatum eſt. Strabo lib. v. Maximum & periculoſum fuit. vnde Horatius loco ſupra citato: E

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marſi.

De quo idem ipſe in Bruto. & lib. ıı. de oratore. Pedianus. Eutropius. Florus. Velleius. Oroſius. Appianus lib. ı.

Quibus omnibus bellis.) Concludit his omnibus externis, ac domeſticis bellis Capuam vtiliſſimam populo R. fuiſſe, ac propterea de ea egregie maiores ſenſiſſe, vel quod tecta reliquerunt; vel quod ſpeciem reip. ſuſtulerunt. iis enim prodeſſe, hac obeſſe non potuiſſe, quod

A *Nundinas ruſticorum* ad id: Vt eſſet vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, ſuppeditare poſſet. *Cellam atq; horreum* ad id: Vt eſſet locus comparandis, condendisq; fructibus.

Quod ſi maiores noſtri.) Altera pars argumentationis à contrariis. Quod ſi maiores noſtri ſuſpicati eſſent, ab aliquo coloniam Capuam deductum iri, eam euertiſſent. Inter eos autẽ, qui coloniam Capuam deducere cogitarunt, fuit M. quidam Brutus Syllanis, vt puto, temporibus, & P. Rullus conſule Cicerone.

In tam illuſtri imperio, & tam praclara populi R. diſciplina.) Cauſæ duæ, quibus à deducenda Capua Brutus & Rullus deduci debuerunt, vel B propter Romani imperij metum, vel propter honeſtatem, quam recta inſtitutio ſpectat.

Bruti, aut P. Rulli.) Placeret, *M. Bruti, aut P. Rulli*, vt prænomen habeat Brutus, ſicut Rullus, aut legendum eſt, *Diſciplina Bruti, aut Rulli.* Hic autem Brutus, vt ex hoc loco apparet, Capuam Ciceronis ætate deduxit. verum ex omnibus, quæ poſt conſecuta ſunt, irrita ea deductio fuit. dixit autem, *Similem*, quaſi nequitia ſimilem, improbitate ſimilem, & audacia.

Hos enim duos adhuc videmus.) Forte, *Vidimus.* hoc mihi certe & rectius, & concinnius videtur.

C *Qui hanc remp. Capuam totam transferre*) Idem dixit iiſdem fere verbis paulo ſupra: *In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur.*

Verum arbitrabantur) Redit ad explicandum maiorum conſilium, cur Carthaginem, & Corinthum deleuerint, Capuam reliquerint. immoratur autem in hoc, quia firmum ad diſſuadendam Seruiliam legem argumentum eſſe putat. itaq; affert nouam rationem, adhibet deinde ſuum iudicium, quo laudat maiorum ſuorum prouidentiam: addit alias rationes atq; ita dilatat, exornatq; hunc locum. *Ergo eas illi ſuſtulerunt*, inquit, *quia ſuſpicati ſunt, ſi agros tantum, & ſenatum ademiſſent, non defuturos, qui ea reſtituerent, antequam populus R. aliquid audiret, propter locorum longinquitatem. de Capua, qua in oculis eſt, nihil tale dubitarunt. nam ſi quid excitaſſet, id ante extingui, quam exortum eſſet, poſſe ſperarunt.* Quod autem de Pœnis, & Corinthiis inquit, idem prope dixit Liuius lib. xxxi. *Furor eſt, ſi alienigena homines plus lingua, & moribus, & legibus, quam mari, terrarumq; ſpatio diſcreti hoc tenuerint, ſperarent quicquam eodem ſtatu manſurum.*

D

Hic vero in oculis ſenatus) Bella verba, quæ rei augendæ, & amplificandæ cauſa conquiruntur.

Neq; vero ea res fefellit.) Ab effectu laudat eorum conſilium, quod E agro, & rep. adempta Capuæ tecta reliquerint. neq; enim poſt ſeditionem vllam excitauit, & omnibus bellis externis, atq; Italicis populo R. profuit,

Poſt Q. Fuluium, Q. Fabium Coſs. quibus conſulibus Capua deuicta, atq; capta) Hi conſules fuerunt anno DXLIV. at Liuius lib xxxvi. biennio ante Capuam captam ſcribit Cn. Fuluio, & Cn. Sulpicio Coſs. à Q. Fuluio, & Ap. Claudio procoſs. Hoc qui non deprehenderit, Ramum dico, præſertim cum in multis impreſſis libris aſteriſci nota appoſita fuiſſe in Romana hiſtoria plane hoſpitem eſſe clare oſtendit.

Sed omnino excogitatum.) Mihi certe, *cogitatum*, melius videtur. ſed veteribus libris non probantibus, nihil muto.

Multa

Multa poſtea bella.) Externa bella nominat, quæ poſt Capuam captam conſecuta ſunt, cum Philippo Macedoniæ rege, de quo T. Flamininus triumphauit. Liuius. ipſe Cicero in præt. vrb. & Philip. xi. Cum Antiocho Syriæ, de quo L. Scipio. Liu. Florus. Cicero in Sextiana, & in præt. vrb. Cum Perſa Macedoniæ, de quo L. Paullus. Aſcon. Liuius, Cicero in iv. Catil & in præt. vrb. Cum Andriſco, qui Pſeudophilippus dictus eſt, item Macedoniæ, de quo Q. Metellus. Liuius lib. XLIX. & L. Cum Ariſtonico Aſiæ, de quo M. Aquillius. Liuius, Aſconius, Cicero in Philip xi. Cum Mithridate Ponti, de quo L. Sulla, & L. Murena vſq; ad conſulatum Ciceronis triumpharunt. A

Philippo, Antiocho.) κυριωτικὸν κατ' ὄνομα, ἀσυνδετον. Quatuor autem bellorum genera nominauit, primum cum regibus, ſecundo cum populis, tertio cum domeſticis, quarto cum ſociis. B

Carthaginienſium) Bella geſta cum ciuitatibus ſeparatim ab iis, quæ cum regibus geſta ſunt, ponit. Carthaginienſium bellum tertium, de quo triumphauit Æmilianus.

Corinthium.) De quo Mummius. ipſe Cicero pro Pompeio cauſas belli ponit. Iuſtinus lib. xxxiv. Florus de bello Achaico. epitome Liuij lib. LI. & LII. Velleius lib. i. Eutrop Oroſius. &, quiſquis ille fuit, qui de viris illuſtribus ſcripſit.

Numantinum.) De quo iterum conſul Æmilianus. Florus, epitome Liuij, Appianus, Eutropius, Oroſius, Obſequens, Plinius, ipſe Cicero in ſomn. & Philip. xi. puto autem legendum: *Carthaginienſe III.* vt dicat, *Carthaginienſe tertium.* Non enim de primo, aut ſecundo licet intelligere, quę ante deuictum Philippum, & Antiochum geſta ſunt. ſic erunt tria adiectiua Carthaginienſe, Corinthium, Numantinum. C

Multa in hac rep. ſeditiones domeſtica.) Omittit nomina ſeditionum, vt Marianam, Octauianam, Syllanam, & Lepidi. nam his armis geſta res eſt. in illis autem recenſendis eorum improbitatem carpere neceſſarium fuiſſet, qui ſuis legibus remp. perturbarint ad plebis commodum, vt gratioſi apud illam eſſent, accommodatis, quamobrem cum eos ſilentio prætermiſerit, oratoriæ calliditatis eſt D

Bella cum ſociis.) Hæc duo fuerunt, Fregellanum, & Marſicum. ſocios enim Italos intelligit. Fregellæ autem à Romanis cum defeciſſent, à L. Opimio prætore receptæ ſunt. quo pacto viſus eſt cæteros quoque Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe Pædianus, & epitome Liuij lib. LX. Marſicum autem idem quod Sociale, atq; Italicum eſt, quod ab Italorum magna parte illatum eſt, quod ægre ferrent, quod in ciuitatem non acciperentur. Hoc autem bellum quia Marſi intulerunt, propterea Marſicum appellatum eſt. Strabo lib. v. Maximum & periculoſum fuit. vnde Horatius loco ſupra citato: E

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neq. finitimi valuerunt perdere Marſi.

De quo idem ipſe in Bruto, & lib. ii. de oratore. Pedianus. Eutropius. Florus. Velleius. Oroſius. Appianus lib. i.

Quibus omnibus bellis.) Concludit his omnibus externis, ac domeſticis bellis Capuam vtiliſſimam populo R. fuiſſe, ac propterea de ea egregie maiores ſenſiſſe, vel quod tecta reliquerunt; vel quod ſpeciem reip. ſuſtulerunt. iis enim prodeſſe, hac obeſſe non potuiſſe.

Digitized by Google

A quod neque malis concionibus, neq; turbulentis ſenatus conſultis, neq; iniquis imperiis res nouari poſſent, cum neq; populi, neq; ſenatus, neq; magiſtratuum relicta imago eſſet. hoc eſt autem fere illud, quod dixit ſuperius: Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.

Domeſticis.) Domi confectis, in Italia, Italicis.

Externis.) Contra alienigenas, alienæ terræ.

Homines non inerant in vrbe) Dixit enim ſuperius, magiſtratus, ſenatum, publicum ex illa conſilium ſublatum, imaginem reip. nullam relictam.

B *Malis concionibus.*) Noxiis, quæ poſſent obeſſe Romano imperio, populum concitando. Tibullus.

Sola tenere malas Medea dicitur herbas.

Turbulentis S. C.) Quæ ciuitas in ſenatum, & populum diſtributa erat, vt ipſa Romana reſp. ea, vel à populo, vel à ſenatu impelli poterat, vt rerum nouarum cauſam quæreret, itaq; malæ conciones ad populum: ſenatusconſulta ad ſenatum referuntur.

Iniquis imperiis.) Hoc de principibus ciuitatis intelligendum, in quibus tantum eſſet potentiæ, vt non ſolum auctoritate. ſed etiam imperio vterentur.

C *Rerum nouarum.*) νεωτερισμὸν vocant Græci.

Neq; enim concionandi poteſtas.) Repetit eadem tria, conciones, ſenatum, magiſtratus.

Non gloriæ cupiditate efferebantur) Hoc ad magiſtratus pertinet. ſublato enim magiſtratus honore, nulla ſubeſſe gloriæ cupido poteſt.

Non contentione, non ambitione diſcordes.) κῶλον ἐκ βραχυκωλίας ἐπαναφορᾶς, ὁμοιοπτώτου, ἀναιρέσεως. membra curta, vel potius inciſa, repetitio, ſimilitudo caſuum, & negationes ipſæ venuſtatem orationi afferunt. Non erat diſcordiæ locus, quia nihil erat, de quo ſeditioſe agerent. ſeditio enim tum oritur, cum non omnes ſe pari in

D rep. eſſe conditione arbitrantur. nihil autem agri erat, de quo certarent, nihil honoris, quem ambirent. nihil demum, de quo inter ſe diſſiderent.

Perduxerunt, effugerunt, ſuſtulerunt, prouiderunt, reliquerunt.) ὁμοιοτέλευτα, πάρισα, πολυσύνδετον, illis ludit πανηγυρικῶς, & more Iſocrateo: hoc præſefert copiam recte factorum, quorum cauſa mores ſuos laudat.

Itaq; illi Campanam arrogantiam.) Repetit commoda, quæ ex maiorũ conſilio ſunt profecta. arrogantiam Campanã fregerunt. crudelitatis

E infamiam effugerunt. ne ſibi Capua nocere poſſet, prouiderunt.

Hæc conſilia) Comparat M. Bruti, & P. Rulli factum cum maiorum facto, atq; diſſimile eſſe oſtendit. illi Capuam affixerunt, hic reſtituunt.

Neq; te P. Rulle.) ἀποστροφὴ μετὰ σφοδρότητος. Deterret Rullum à deducenda Capua, ab ominis euentu. nam M. Brutus, & cæteri, qui ex eius deductione Capuæ magiſtratum ceperunt, acerbiſſimas impietatis pœnas dederunt. ſignificat autem coloniam ante Capuam à M. Bruto deductam. ſed triſtibus auſpiciis non eſſe deductionem illã obſeruatam. negat enim Cicero Philip. II. in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dũ eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci,

colonos

coloneſ nouos adſcribi poſſe affirmat. Quando autem Capua deducta colonia ſit, parum compertum eſt. Illud tamen tempus neſcio an ſignificare poſſit, quo C. Gracchi lege vna cum Tarento deducta eſt, Appiano lib. 1. auctore. Vt autem Gracchus ipſe triumuir profectus eſt ad Carthaginem deducendam, ſic fortaſſe M. Brutus ad Capuam, & Tarentum & vt Gracchus poſt interfectus eſt, ſic etiam Brutus, & cæteri, furoris eius ſocij. Quod ſi ita eſſet, vox illa *Leocreantis* mendoſa eſſet, atq; *Tarenti* reponendum eſſet. non nominat autem Gracchum popularem maxime hominem, ne plebis animos à ſe alienet. Hæc dixi, nihil affirmans, cum hunc locum omnes taciti prætererint. De Capua colonia ante hoc tempus ſcriptum eſt in lib. Frontini de coloniis manuſcripto Calatia oppidum muro ducta. Iter populo debetur paſſuum LX coloniæ Capuenſi cum territorio ſuo à Sulla Felice adiudicata olim ob Soſticam pugnam. A B

Auſpicia) Quia non bonis auſpiciis deduxerunt.

Et quoniam Bruti, atq; illius temporis) Occaſione data digreditur ad ſuperbiam Campanam oſtendendam, naturamq; loci, & ipſius Capuæ magnam habere vim ad inferendā inſolentiam hominibus, probat à ſignis, quod tum cum à Bruto deducta eſt, ipſi magiſtratus ſuos non duumuiros, vt aſſolet, in coloniis, ſed prætores, vt Romæ, appellarent, quod lictores non cum bellis, ſed cum faſcibus prætermitterent, quod hoſtias maiores ad ſacrificia adhiberent, quod patres conſcriptos vocarent, quod non coloniæ, ſed vrbis Romæ ſimilitudinem referrent. Hæc vero omnia ſe vidiſſe, cum eo tempore Capuam veniſſet, ait. quamobrem pondus habent non ſolum propter auctoritatem dicentis, qui conſul erat, ſed etiam quod vidiſſe ſe, non audiſſe rem affirmat. itaque diſſuadet deductionem coloniæ. futurum enim nuit, vt Romani etiamſi Capuam peruenerint, Romani nominis fidem, & moderationem animi amittant. C

Coloniam deductam L. Conſidio, & Sex. Saltio, quemadmodum ipſi loquebantur, pratoribus.) Hæc profert ad inuidiam in Campanos excitandā, qui magiſtratus, quos cæteri coloni duumuiros, ipſi prætores appellarent. Conſidius vero, & Saltius primi fuerunt, qui tum Capuam colonia deducta magiſtratum geſſerunt. ſic Cæſar poſt, cum Capuam in conſulatū coloniam iterum deduxiſſet, L. Piſonem ſocerum, ac Cn. Pompeium generum duumuiros eius primos creauit, vt ſuæ deductioni auctoritatem afferret. D

Vt intelligatis.) Hic eſt finis, cuius gratia ſe commemoraturum profitetur id quod Capuæ vidit. ſcilicet, vt Campanam ſuperbiam demonſtret.

Nam primum quod dixi.) Primum ſignum Campanæ arrogantiæ, ex quo elicit argumentum à minori, ſi primo anno eo cupiditatis proruperunt, vt prætores ſe pro duumuiris appellarint, paucis poſt annis conſulum nomen fuiſſe appetituros. E

Deinde anteibant lictores.) Alterum arrogantiæ ſignum. lictores anteibant non cum bacillis, vt in colonia, ſed vt Romæ, cum faſcibus. Prætores autem Romæ ſex faſces præmittebant. vnde à Polybio prætor dicitur ἑξαπέλεκυς id eſt, qui ſex ſecures præferret; nam conſul vt etiam item amplificatio cum ſuperiore, & cæteris, quæ ſequuntur ... tentiæ genus vt à deducenda colonia deterreat.

Camillos, Ahai

Erant

A dederit. ex hoc autem vectigali nullus malus nuncius auditus eſt. Quod vulgo legitur.

At quidem, & M'. Attilius.) Satis conſtat, *Atqui idem. & M'. Aquillius* eſſe legendum, veteribus libris, & Capitolinis lapidibus reſtibus, id eſt, Manius Aquillius. Non eſt autem permittendum hoc pronomen varie ab antiquis ſcribi ſolitum, vt ipſa vetera monumenta demonſtrant. in lapidibus enim Capitolinis ita ſcribitur, M', literæ M virgula medio appoſita ſurſum ſpectãte; in eo autem, qui domi noſtræ eſt, quem ſupra poſuimus, cum de Romilia tribu ageremus, ſic, M'. ſcilicet virgula item ſurſum aſpectante appoſita, B ſed in fine, vt ſit, *GRANIAI. M'. L.* eodem item modo ſcriptum vidimus in alio, qui Patauij eſt ſecundum aram templi maioris in ima parte.

M'. ALLENIVS. M'. F. FAB
CRASSVS. CÆSONIVS
TR. MIL. PRÆF. FABR
IIII. VIR

Manius quoq; M̄ virgula ſuper appoſita ſcribi ſolitum quidam ſcriptum reliquerunt.

C *At ex hoc vectigali nunquam malus nuncius auditus eſt:*) Alludit ad verba Campani illius, qui cum fundum vendere Lentulo nollet, attulit rationem cur nollet.

Cætera vectigalia.) Apertior Campani, & aliorum vectigalium comparatio. quod autem ſcriptum eſt vulgo, *Belli facultatibus*, placet idem, quod alijs quibuſdam, vt, *difficultatibus*, reponatur, ita. *Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.* ſic enim addita παρονομασία magis apparet.

Deinde in hac aſsignatione.) Occurrit rationi aduerſariorum, qui di- D cebant, agros deſertos eſſe à liberis rectum non eſſe. & ait, hanc rationem in cæteris agris valere, qui deſerti ſint à cultura hominum liberorum, in Campano non valere, qui à plebe optima, & modeſtiſſima colatur. Fuit autem plebs ruſtica in agris, & quidem colendi cauſa. at vero, qui maioribus erant præditi copijs, ij ſeruorum magnis comparatis familijs agros ſuos colendos tradiderant. hoc autem fecerant, ne bellico delectu agricultura deſereretur. neq; enim ſerui ad bellum nomen dabant. Ceterum Campanus ager à cenſoribus fruendus datus erat etiam ante Punicum bellum, teſte Liuio lib XLII.

E *Exturbari, & expelli plebem.*) Id eſt, contra fieri, ac legis agrariæ propoſitum ſit. τὸ ἄδικον. iniquum eſt alios exturbari, & expelli præſertim hominum genus optime moratum, &c. alios conſtitui, & collocari.

A plebe optima, & modeſtiſsima,) Melius in antiquo meo libro legitur *A plebe, & à plebe optima, & modeſtiſsima.* Vt illud pro domo: Quem ſeiectum eſſe vniuerſus ſenatus non modo ciuem, ſed egregium ciuem ſemper iudicauit. & in Antonium, de Octauio: Puerum appellat, quem non modo virum, ſed etiam fortiſſimum virum ſenſit, & ſentiet. puto locum eſſe diminutum inſcitia librariorum, qui cũ has duas voces bis repetitas vidiſſent, earum alte-

ram

Iam fruſtra inculcatam, vt ſæpe fit, crediderunt. cæterum Plutarchus A in Gracchis auctor eſt, Romanos finitimorum agrum captum partim vendidiſſe, partim publicatum pauperibus fruendum dediſſe, tributo non admodum magno in ærarium relato.

A plebe.) Quæ conduxerat & vectigalem habebat Campanum agrum locatione perpetua.

Quod genus, &c. Ab hac plebicola.) Auget iniuriam, quod ab eo, vnde minime decet, fiat. plebs enim a plebicola tribuno vexatur. plebicolam autem irriſionis cauſa vocat.

Optime meratum) Modeſtiam ſignificat. fit enim grauior iniuria, cum ei, qui minus dignus ſit, infertur. B

Optimorum aratorum, & militum:) Fidem eorum cum in decimis dandis, tum in bellicis muneribus ſignificat. Aratores erant, qui agros arandos conduxerant, decima quotannis frumenti data.

Atque illi miſeri:) πάθος. miſericordiam mouet à rerum priuatione, quæ ſolēt eſſe caræ, vt eſt locus, in quo natus quis, & educatus eſt. καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν, μεγεθος ἐχόντων, ἐλεεινά. inquit Ariſtoteles, i. e. Ea quoq; mala, quæ ad fortunam referuntur, miſera ſunt, in quib. numerat, ἀφιλίαν, καὶ ὀλιγοφιλίαν, h. e. Si nullos, vel paucos amicos habeas, διὸ, inquit, καὶ τὸ διεσπάσθαι ἀπὸ φίλων, καὶ C συνήθων, ἐλεεινόν, hoc eſt, quare miſerum habetur ab amicis, & familiaribus diſtrahi. quid autem amicius loco in quo non ſolum nati, ſed etiam educati ſumus?

Glebis ſubigendis exercitati:) Alter miſericordiæ locus, quaſi qui nullum aliud parandi victus habeant præſidium, quam glebas ſubigere, nec ſedem ſubito ſint inuenturi. vitamq; inopem, vagamque perſecuturi.

Hos robuſtos) Opponit colonos Rulli deducendos plebi eijciendæ. Robuſtos referens ad vires corporis, Valentes ad valetudinem, Audaces ad mores. in quo periculi eſſe ſuſpicionem innuit, ne, quia D poſſint, quia robuſti ſunt, ijdem etiam velint, quia audaces ſunt, nocere reip.

Et vt vos nunc de veſtris maioribus prædicatis, hunc agrum, &c.) A rei turpitudine diſſuadet, per ἠθοποιίαν. Vt vos nunc hunc vobis agrum à maioribus veſtris relictum prædicatis, ſic poſteri veſtri à vobis alienatum prædicabunt. Simile illud pro lege Manilia: Videte ne vt illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperij gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis tueri, & conſeruare non poſſe.

Equidem exiſtimo, ſi iam cāpus Martius diuidatur, & vnicuiq; veſtrū &c.) E Argumentum ἐξ ὑποθέσεως, quo addita repetitione ſuperioris argumenti concludit, legi huic de agro Campano diuidendo acerrime reſiſtendum eſſe. Nam vt ſi campus Martius diuideretur, & vnicuiq; bini pedes aſſignarentur, tamen mallet populus, ſe promiſcue toto, quam proprie parua parte frui, ſic, ſi ager Campanus ita diuideretur, pars aliqua ſingulis daretur, honeſtius tamen vniuerſo populo, quā à ſingulis poſſideretur, ſed cū alijs compararetur, plebi eripiatur, multo magis enitendum eſt, ne diuidatur. Hanc vero campi Martij ſimilitudinem commentus eſt Cicero. nihil enim tale in hac cauſa agebatur, itaq; argumentatio ex fictione eſt, in qua latet honeſti ratio.

A *Nunc vero cum ad vos nihil pertineat:*) ἀπὸ τοῦ ἀσυμφόρου. efficit abrogandam eſſe legem Rulli, quæ ne paruam quidem agri Campani partem aſſignatura ſit populo.

Adiungit Stellatem campum agro Campano:) Tranſit ad campum Stellatem, in quo non ſufficiente Campano agro duodena in ſingulos homines iugera Rullus deſcribebat. Quod idem feciſſe poſt Cæſarem in conſulatu accepimus. Cicero epiſtola XVII. lib. II. epiſt. ad Att. Præterea ne reliqua (loquitur autem de lege Agraria, quam ſex annis poſt hanc Cæſar conſul ferebat) omnis multitudo abalienaretur, Stellatem campum diuidi iubebat, & duodena in ſingulos ho-
B mines iugera deſcribebat, quod non tam opimus, & fertilis, vt Campanus erat. Idem quoq; Suetonius notat: Cum enim agrum Campanum intelligeret tantæ multitudini, id eſt, viginti hominum millibus, qui diuiſionem agrorum petebant, ſi dena ſingulis iugera diuiderentur, non ſufficere, præterea Stellatem campum diuiſit. De campo autem Stellati ſic Silius, vbi de Campanis libro XI.

— Monſtrant Capitolia celſa,
Stellateſque docent campos, Cereremque benignam.

Quaſi vero paulum differat.) Reprehendit Rullum, qui parem fecerit Stellatem campum agro Campano, cum ipſi multum inter ſe
C differrent bonitate. aperit autem inſidias eius. non enim Stellatem campum ipſum diuidere ait, quia quid inter ipſum, & agrum Campanum interſit, non intelligat, ſed vt maiorem in agros multitudinem ſatellitum deducere poſſit. Eſt autem locus hic inſigni mendo deprauatus, qui ſic vulgo legitur.

Quaſi vero paulum differat, ager Campanus ac Stellatis. & multitudo Quirites quæritur.) Quem ego ſic fortaſſe legendum putarem, *Quaſi vero paulũ differat agar Campanus à Stellati. ſcilic. multitudo Quirites quæritur.* mendi origo fuit, quod ſcriptum erat, STELLATI S^{ct} vnde factum eſt ab imperito librario, STELLATIS ET. ſic ad
D Plancium: Scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima prætor fias. Hoc pro certo habeas, particulam, &, nobis non placere, quare magis probaremus, *Scilicet & multitudo*: aut, *Sed multitudo*: aut, *Vt, & multitudo*. Periculum ergo inſtare ſignificat. obſeſſam enim iri decemuirum colonijs vrbem oſtendit, Capuam deniq; Romani imperij æmulam reſtitutam iri.

Nam dixi antea lege permitti:) Probat, quod dixit, multitudinem quæri ad replẽda Italiæ oppida, vt Cales, quod olim oppidũ Auſonũ fuit in Campania, & optimi vini ferax. Horatius carminum lib. 4.

Sed preſſum Calibus ducere liberum
E *Si geſtu iuuenum nobilium cliens*
Nardo vina merebere.

Theanum Sidicinum, non Appulum. nam Sidicini etiam Campaniæ populi, item Atella, Cumæ, Neapolis, Pompeij, Nuceria, Puteolos, nobilia omnia Campaniæ oppida. vtitur autem huius loci exemplo Aquila Romanus, in libello de fig.

Theanum opprimens.) ἀσυνδέτων κομματικὸν.

Atellam Cumas.) κομματικὸν κατ᾽ ὄνομα.

Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt:) Indignum putat Puteolos, qui ſuo iure vterentur, libertate priuari, cum eo nouus atque aduenticius populus Roma deductus eſſet. In tyrannidis autem

ſuſpi-

ſuſpicionem vocat decemuiros, qui enim populis vicinis liberta- A
tem eriperent, eos ipſam quoque vrbem inuaſuros, & in ſeruitutem
redacturos eſſe, veriſimile eſt.

Tunc illud exilium Campanæ coloniæ:) Vltimo loco oſtendit, vbi oc-
occupata omnia Campaniæ municipia colonis fuerint, tum à Ca-
pua, quæ Campaniæ caput eſt, vexillum aduerſus vrbem Romam
illatum iri. vt Annibalis tempore factum eſt, alludit vero ad vexil-
lum quod ſequuti coloni in coloniam proficiſcebantur, duce ipſo
coloniæ præeunte, quod elici ex II. libro Appiani poteſt, & ex ipſo-
met Cicerone, qui de Antonio in II Philippic agit: Tu autem inſo-
lentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato Caſilinum coloniam B
deduxiſti: quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillum videres,
& aratrum circumduceres. Quoniam autem vexillum etiam in bel-
lo vſurpatur, ludit in duplici eius vſu, atque ab eo periculum inſtare
ſignificat. Ex quo apparet, *Exilium* eſſe mendoſe. Quanquam ſunt,
qui communem lectionem non improbent, nec temere abijcien-
dam iudicent, cum præſertim ſatis aptum elici ſenſum dicant, &
Liuium lib. quarto in concione, C. Canuleij eadem dictione in ean-
dem ſententiam vſum eſſe affirment, his verbis: An eſſe vlla maior,
aut inſignior contumelia poteſt, quam partem ciuitatis velut con-
taminatam, indignam connubio haberi? quid eſt aliud, quam exi- C
lium intra eadem mænia, quam relegationem pati? ne affinitati-
bus, ne propinquitatib. immiſceamur, caueatur, ne ſocietur ſanguis.

Capua à decemuiris inferetur:) *Capuam à decemuiris*: lego ex ſenſu.

*Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium noſtrum illa alte-
ra Roma quæretur.*) Immoratio. Romam communem patriam & Ro-
manorum, & Italicorum vocat, quia lege Iulia data ciuitas fuerat.
Alteram porro Romam appellat Capuam, inuidioſe, vt ſupra. Nul-
lam alteram Romam, neq; aliam ſedem imperij nobis conſulibus
futuram. & in Philippicis: Veſtrum hoc conſilium Capua probabit,
quæ temporibus his Roma altera eſt. vnde Horatius lib. v. D

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi
Æmula nec virtus Capuæ.

In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur:) Rulli
conſilium in deducenda Capua reprehendit comparans ipſum cum
maiorum conſilio & facto. maiores, inquit, noſtri Capuæ nullam
omnino eſſe remp. voluerunt. decemuiri eo noſtram remp. trāsferre
conantur. Longius autem producit hanc contentionem, quia ad
augendam rem plurimum valet. Sed quoniam Capua euerſa non
fuerat, vt Carthago, & Corinthus, affert cauſam per præoccupatio- E
nem, cur & ipſa penitus deleta non fuerit.

Quo in oppido:) πολύπτωτον.

Maiores veſtri.) Lego, *noſtri*, paucis enim poſt verſibus ait: Maiorum
noſtrorum conſilia.

Nullam remp.) Veteres libri. *Nullam omnino remp.* placet.

Qui tres ſolum vrbes.) Conſilium maiorum in euertendis aut at-
terendis captis vrbibus aperit, atque id longe à decemuirum conſi-
lio abeſſe ad inuidiam excitandam docet, quia vero tres tantum
vrbes putarunt poſſe imperij grauitatem ſuſtinere, ideo eas affixe-
runt, Carthaginem, Corinthum, & Capuam.

A *Deleta Carthag. eſt:*) Et quidem à P. Africano Æmiliano priore, conſulatu ex decem legatorum ſententia, tertio Punico bello confecto, & Africa prouincia populi R. facta. Cicero in IIII. Catil. Alter eximia laude Africanus, &c.

Quod cum hominum copijs:) Ratio cur Imperij ſedes Carthago eſſe poſſet quod multitudine hominum, & ſitu naturali erat munita. cuius ſitum deſcribit Strabo, & Appianus.

Succincta portubus:) Vno ad occidentem, altero ad orientem, quē Pœni olſeiſſi repente aperuerunt. erat enim ſita in peninſula, cuius ambitus ad XLV millia paſſuum erat, muro munitus arx in media B vrbe: ſub eam portus, & naualia.

Armata muris:) Id eſt, ſepta muris, atque aggeribus validiſſimis. ad hoſtiles impetus cohibendos. videbatur imminere inſulis, Siciliæ, & Sardiniæ, vnde ſummos fructus populus Roman. capiebat.

Excurrere.) ἐνέργειαν habet, quaſi vero vt expeditus eques parata ſit ad alienas poſſeſſiones populandas, atque excurſionibus vexandas. *Hominum*, autem, *copijs*, dixit, quia Carthagine ſeptingenta millia hominum erant primo bello Punico, vt ſcribit idem Strabo grauis auctor lib. XVII.

C *Imminere ita fructuoſiſſimis inſulis populi R. videbatur.*) Mendum eſt in voce, *Ita* fortaſſe autem non male legeretur.

Imminere Italiæ, ac fructuoſiſſimis.) Fructuoſiſſimas autem inſulas Siciliam, ac Sardiniam fuiſſe multi teſtantur. Horatius primo carminum:

Non opima Sardiniæ ſegetes feraces.

& Æſchylus in Prometheo:

Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας.

Corinthi veſtigium vix relictum eſt.) Corinthus exciſa eſt à L. Mum-D mio Cos ex decem legatorum ſententia, Achaia in prouinciæ formam redacta. Mummius ipſe inde Achaicus dictus, de quo Virgilius lib. VI. Æneid.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæſis inſignis Achiuis.

Homerus etiam ſuis temporibus Corinthum opulentam fuiſſe, illo oſtendit carmine.

Ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐυκτιμένας τε Κλεωνάς.

Erat enim poſita:) A ſitus commoditate. erat enim in Iſthmo E poſita, quem ipſe fauces, atque anguſtias Græciæ nominat. Iſthmus autem & terram claudebat, & duo maxime diuerſa maria Ionium, & Ægeum coniungebat. vnde Horatius libro primo odarum bimarem Corinthum dixit. & Liuius lib XLII Peninſula eſt Peloponneſus anguſtiis Iſthmi faucibus adhærens, &c. Prima quoque inuectiuarum dixit Tullius: In Etruriæ faucibus.

Clauſtra locorum:) T. etiam Liuius lib XXXI. ita locutus eſt: Ex duabus colonijs, quæ velut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent, cum vna, &c.

Pertenui diſcrimine:) Ita vt ſæpe de Iſthmo intercidendo agitatum ſit.

Hæ quæ procul erant.) Concludit Carthaginem,& Corinthum cum A
procul eſſent,non ſolum afflictas, ſed etiam funditus ſublatas eſſe,vt
multo minus Capuam,quę in conſpectu eſt,noua ea deducta colonia
reſtituendam eſſe probet.

De Capua multum eſt & diu conſultum.) Cur Capuam nō exciderint,
quæ prope in conſpectu erat,aperit. ſcil.quia ſi ſenatum,magiſtratus,
& remp.ſuſtuliſſent, vrbis ædificia ad aratorum commoditatem reli-
quiſſent,nihil timuerunt.quod ſi quem Capuam coloniam deductu-
rum putaſſent,eam profecto euertiſſent. Hæc autem hiſtoria ex Liuij
lib. xxxvi. petenda eſt atq; xxxix. de qua ita: Capua quidem ſepul- B
chrum, & monumentum Campano populo data extorri, & eiecto i-
pſo populo,ſupereſt vrbs trunca ſine ſenatu,ſine plebe,ſine magiſtra-
tibus, prodigium relicta crudelius habitanda, quam ſi deleta foret.
item eodem lib.verba autem legatorum Romanorum ſunt. Cæteris
(loquuntur autem de Campanis) ita opidum,ita agros ademimus,
vt agrum, locumq; ad habitandum daremus, vrbem innoxiam ſtare
incolumem pateremur: vt qui hodie videat eam, nullum ibi oppu-
gnatæ,captæve vrbis veſtigium inueniat.

Ademiſſent : ſuſtuliſſent : reliquiſſent.) ἰσοκρατεια, ὁμοιοτέ-
λευτα.

Senatum,publicum ex illa vrbe conſilium)Sunt,qui alterum abundare C
ſuſpicentur, & tollendam illam dictionem, *Senatum*, putent, vt gloſ-
ſema factum ad illud quod ſequitur,*publicum ex illa vrbe conſilium*:Re-
ceptum tamen librariorum,&deſcribentium ignorantia,idq; eo pręſ-
ſertim,quia non neceſſariam dictionem eſſe exiſtimarunt,quæ idem
ſignificaret,quod publicū conſilium Romanus tamen Aquila vbi de
ταυτολογία loquitur, inquit; Vt ſi dicas. Senatus, populiq; Romani
ſummum conſilium.hic enim vnum nomen,ſenatus,proſecutionem
accipit ex pluribus verbis non aliud ſignificantibus. qui enim ſum-
mum conſilium dixit,non aliud quam ſenatum dixit diuerſis autem D
nominibus in eodem ſenatu appellando Ciceronē vſum eſſe, notum
eſt. Senatum,publicum conſilium, ſummum ordinem,ampliſſimum
ordinem,principem ordinem.

Itaq; hoc perſcriptum in veteribus monumentis.) Vel ſenatus conſulta
intelligit,ac tabulas publicas,vel antiquos annales.

Locus comparandis, condendiſq; fructibus.) Malim, *Comportandis, conden-
diſq;*.

Videte quantum interuallum.) Attentionem facit à magnitudine diſ-
criminis.& eſt amplificatio per comparationem antiquorum Roma-
norum, & decemuirum. qua horum dementiam illorum ſapientiæ E
opponit. Quamuis autem hæc collatio eaſdem ſententias,quæ in ſu-
periore erant, continet, eas tamen latius, ornatiusq; explicat. com-
moratur itaque orator in eo argumento, quod ſuæ prodeſt cauſæ, &
eandem ſententiam ſæpius verſat. Romam ſcilicet à decemuiris Ca-
puam transferri.

Illi, inquit, *Capuam receptaculum aratorum,nundinas ruſticorum,cellam,
atq; horreum Campani agri eſſe voluerunt : hi expulſis aratoribus , effuſis,
ac diſſipatis fructibus veſtris eandem Capuam ſedem nouæ reip. conſtituunt*)
Ex quibus verbis , *Receptaculum aratorum* refert ad id , quod dı-
xit, Vt aratores cultu agrorum defeſſi vrbis domiciliis vterentur,

A *Nundinas ruſticorum* ad id: Vt eſſet vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, ſuppeditare poſſet. *Cellam atq; horreum* ad id: Vt eſſet locus comparandis, condendisq; fructibus.

Quod ſi maiores noſtri.) Altera pars argumentationis à contrariis. Quod ſi maiores noſtri ſuſpicati eſſent, ab aliquo coloniam Capuam deductum iri, eam euertiſſent. Inter eos autē, qui coloniam Capuam deducere cogitarunt, fuit M. quidam Brutus Syllanis, vt puto, temporibus, & P. Rullus conſule Cicerone.

In tam illuſtri imperio, & tam præclara populi R. diſciplina.) Cauſæ duæ, quibus à deducenda Capua Brutus & Rullus deduci debuerunt, vel
B propter Romani imperij metum, vel propter honeſtatem, quam recta inſtitutio ſpectat.

Bruti, aut T. Rulli.) Placeret, *M. Bruti, aut P. Rulli*, vt prænomen habeat Brutus, ſicut Rullus, aut legendum eſt, *Diſciplina Bruti, aut Rulli.* Hic autem Brutus, vt ex hoc loco apparet, Capuam Ciceronis ætate deduxit. verum ex omnibus, quæ poſt conſecuta ſunt, irrita ea deductio fuit. dixit autem, *Similem*, quaſi nequitia ſimilem, improbitate ſimilem, & audacia.

Hos enim duos adhuc videmus.) Forte, *Vidimus.* hoc mihi certe & rectius, & concinnius videtur.

C *Qui hanc remp. Capuam totam transferre*) Idem dixit iiſdem fere verbis paulo ſupra: *In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur.*

Verum arbitrabantur) Redit ad explicandum maiorum conſilium, cur Carthaginem, & Corinthum deleuerint, Capuam reliquerint. immoratur autem in hoc, quia firmum ad diſſuadendam Seruiliam legem argumentum eſſe putat. itaq; affert nouam rationem: adhibet deinde ſuum iudicium, quo laudat maiorum ſuorum prouidentiam: addit alias rationes atq; ita dilatat, exornatq; hunc locum. *Ergo eas illi ſuſtulerunt*, inquit, *quia ſuſpicati ſunt, ſi agros tantum, & ſenatum
D ademiſſent, non defuturos, qui ea reſtituerent, antequam populus R. aliquid audiret, propter locorum longinquitatem. de Capua, quæ in oculis eſt, nihil tale dubitarunt. nam ſi quid excitaſſet, id ante extingui, quam exortum eſſet, poſſe ſperarunt.* Quod autem de Pœnis, & Corinthiis inquit, idem prope dixit Liuius lib. XXXI. *Furor eſt, ſi alienigenæ homines plus lingua, & moribus, & legibus, quam mari, terrarumq; ſpatio diſcreti hoc tenuerint, ſperarent quicquam eodem ſtatu manſurum.*

Hic vero in oculis ſenatus) Bella verba, quæ rei augendæ, & amplificandæ cauſa conquiruntur.

Neq; vero ea res fefellit.) Ab effectu laudat eorum conſilium, quod
E agro, & rep. adempta Capuæ tecta reliquerint. neq; enim poſt ſeditionem vllam excitauit, & omnibus bellis externis, atq; Italicis populo R. profuit.

Poſt Q. Fuluium, Q. Fabium Coss. quibus conſulibus Capua deuicta, atq; capta) Hi conſules fuerunt anno DXLIV. at Liuius lib. XXXVI. biennio ante Capuam captam ſcribit Cn. Fuluio, & Cn. Sulpicio Coss. à Q. Fuluio, & Ap. Claudio procoss. Hoc qui non deprehenderit, Ramum dico, præſertim eum in multis impreſſis libris aſteriſci nota appoſita ſuſe in Romana hiſtoria plane hoſpitem eſſe clare oſtendit.

Sed omnino excogitatum.) Mihi certe, *cogitatum*, melius videtur. ſed veteribus libris non probantibus, nihil muto.

Multa

Multa poſtea bella.) Externa bella nominat, quæ poſt Capuam captam conſecuta ſunt, cum Philippo Macedoniæ rege, de quo T. Flamininus triumphauit. Liuius. ipſe Cicero in præt. vrb. & Philip. xi. Cum Antiocho Syriæ, de quo L. Scipio, Liu. Florus. Cicero in Sextiana, & in præt. vrb. Cum Perſa Macedoniæ, de quo L. Paullus. Aſcon. Liuius, Cicero in iv. Catil. & in præt. vrb. Cum Andriſco, qui Pſeudophilippus dictus eſt, item Macedoniæ, de quo Q. Metellus. Liuius lib. XLIX. & L. Cum Ariſtonico Aſiæ, de quo M. Aquillius. Liuius, Aſconius, Cicero in Philip xi. Cum Mithridate Ponti, de quo L. Sulla, & L. Murena vſq; ad conſulatum Ciceronis triumpharunt. A

Philippo, Antiocho.) κυριματικὸν κατ' ὄνομα, ἀσυνδετον. Quatuor autem bellorum genera nominauit, primum cum regibus, ſecundo cum populis, tertio cum domeſticis, quarto cum ſociis. B

Carthaginienſium) Bella geſta cum ciuitatibus ſeparatim ab iis, quæ cum regibus geſta ſunt, ponit. Carthaginienſium bellum tertium, de quo triumphauit Æmilianus.

Corinthium.) De quo Mummius. ipſe Cicero pro Pompeio cauſas belli ponit, Iuſtinus lib. xxxiv. Florus de bello Achaico. epitome Liuij lib. LI. & LII. Velleius lib. i. Eutrop Oroſius. &, quiſquis ille fuit, qui de viris illuſtribus ſcripſit.

Numantinum.) De quo iterum conſul Æmilianus. Florus, epitome Liuij, Appianus, Eutropius, Oroſius, Obſequens, Plinius, ipſe Cicero in ſomn. & Philip. xi. puto autem legendum: *Carthaginienſe III.* vt dicat, *Carthaginienſe tertium.* Non enim de primo, aut ſecundo licet intelligere, quę ante deuictum Philippum, & Antiochum geſta ſunt. ſic erunt tria adiectiua Carthaginienſe, Corinthium, Numantinum. C

Multa in hac rep. ſeditiones domeſticæ.) Omittit nomina ſeditionum, vt Marianam, Octauianam, Syllanam, & Lepidi. nam his armis geſta res eſt. in illis autem recenſendis eorum improbitatem carpere neceſſarium fuiſſet, qui ſuis legibus remp. perturbarint ad plebis commodum, vt gratioſi apud illam eſſent, accommodatis, quamobrem cum eos ſilentio prætermiſerit, oratoriæ calliditatis eſt D

Bella cum ſociis.) Hæc duo fuerunt, Fregellanum, & Marſicum. ſocios enim Italos intelligit. Fregellæ autem à Romanis cum defeciſſent, à L. Opimio prætore receptæ ſunt. quo pacto viſus eſt cæteros quoque Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe Pædianus, & epitome Liuij lib. LX. Marſicum autem idem quod Sociale, atq; Italicum eſt, quod ab Italorum magna parte illarum eſt, quod ægre ferrent, quod in ciuitatem non acciperentur. Hoc autem bellum quia Marſi intulerunt, propterea Marſicum appellatum eſt. Strabo lib. v. Maximum & periculoſum fuit. vnde Horatius loco ſupra citato: E

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marſi.

De quo idem ipſe in Bruto, & lib. ii. de oratore. Pedianus. Eutropius. Florus. Velleius. Oroſius. Appianus lib. i.

Quibus omnibus bellis.) Concludit his omnibus externis, ac domeſticis bellis Capuam viliſſimam populo R. fuiſſe, ac propterea de ea egregie maiores ſenſiſſe, vel quod tecta reliquerunt; vel quod ſpeciem reip. ſuſtulerunt. iis enim prodeſſe, hac obeſſe non potuiſſe.

A quod neque malis concionibus, neq; turbulentis ſenatus conſultis, neq; iniquis imperiis res nouari poſſent, cum neq; populi, neq; ſenatus, neq; magiſtratuum relicta imago eſſet. hoc eſt autem fere illud, quod dixit ſuperius: Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.

Domeſticis.) Domi confectis, in Italia, Italicis.

Externis.) Contra alienigenas, alienæ terræ.

Homines non inerant in vrbe) Dixit enim ſuperius, magiſtratus, ſenatum, publicum ex illa conſilium ſublatum, imaginem reip. nullam relictam.

B *Malis concionibus.*) Noxiis, quæ poſſent obeſſe Romano imperio, populum concitando. Tibullus.

Sola tenere malas Medea dicitur herbas.

Turbulentis S. C.) Quæ ciuitas in ſenatum, & populum diſtributa erat, vt ipſa Romana reſp. ea, vel à populo, vel à ſenatu impelli poterat, vt rerum nouarum cauſam quæreret, itaq; malæ conciones ad populum: ſenatusconſulta ad ſenatum referuntur.

Iniquis imperiis.) Hoc de principibus ciuitatis intelligendum, in quibus tantum eſſet potentiæ, vt non ſolum autoritate. ſed etiam imperio vterentur.

C *Rerum nouarum.*) νεωτερισμὸν vocant Græci.

Neq; enim concionandi poteſtas.) Repetit eadem tria, conciones, ſenatum, magiſtratus.

Non gloriæ cupiditate efferebantur) Hoc ad magiſtratus pertinet. ſublato enim magiſtratus honore, nulla ſubeſſe gloriæ cupido poteſt.

Non contentione, non ambitione diſcordes.) κάλλος ἐκ βραχυκωλίας ἐπαναφορᾶς, ὁμοιοπτώτου, ἀναιρέσεως. membra curta, vel potius inciſa, repetitio, ſimilitudo caſuum, & negationes ipſę venuſtatem orationi afferunt. Non erat diſcordiæ locus, quia nihil erat, de quo ſeditioſe agerent. ſeditio enim tum oritur, cum non omnes ſe pari in

D rep. eſſe conditione arbitrantur. nihil autem agri erat, de quo certarent, nihil honoris, quem ambirent. nihil demum, de quo inter ſe diſſiderent.

Perduxerunt, effugerunt, ſuſtulerunt, prouiderunt, reliquerunt.) ὁμοιοτέλευτα, πάρισα, πολυσύνδετον, illis ludit κατηγορικῶς, & more Iſocrateo: hoc præſefert copiam recte factorum, quorum cauſa mores ſuos laudat.

Itaq; illi Campanam arrogantiam.) Repetit commoda, quæ ex maiorũ conſilio ſunt profecta. arrogantiam Campanã fregerunt. crudelitatis

E infamiam effugerunt. ne ſibi Capua nocere poſſet, prouiderunt.

Hæc conſilia) Comparat M. Bruti, & P. Rulli factum cum maiorum facto, atq; diſſimile eſſe oſtendit. illi Capuam afflixerunt, hic reſtituunt.

Neq; te P. Rulle.) ἀποστροφὴ μετὰ σφοδρότητος. Deterret Rullum à deducenda Capua, ab ominis euentu. nam M. Brutus, & cæteri, qui ex eius deductione Capuæ magiſtratum ceperunt, acerbiſſimas impietatis pœnas dederunt. ſignificat autem coloniam ante Capuam à M. Bruto deductam, ſed triſtibus auſpiciis non eſſe deductionem illã obſeruatam. negat enim Cicero Philip. II. in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dũ eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci,

colonos

colonos nouos adſcribi poſſe affirmat. Quando autem Capua deducta colonia ſit, parum compertum eſt. Illud tamen tempus neſcio an ſignificare poſſit, quo C. Gracchi lege vna cum Tarento deducta eſt, Appiano lib. 1. auctore. Vt autem Gracchus ipſe triumuir profectus eſt ad Carthaginem deducendam, ſic fortaſſe M. Brutus ad Capuam, & Tarentum & vt Gracchus poſt interfectus eſt, ſic etiam Brutus, & cæteri furoris eius ſocij. Quod ſi ita eſſet, vox illa *Leocreanti* mendoſa eſſet, atq; *Tarenti* reponendum eſſet. non nominat autem Gracchum popularem maxime hominem, ne plebis animos à ſe alienet. Hæc dixi, nihil affirmans, cum hunc locum omnes taciti prætererint. De Capua colonia ante hoc tempus ſcriptum eſt in lib. Frontini de coloniis manuſcripto Calatia oppidum muro ducta. Iter populo debetur paſſuum LX. coloniæ Capuenſi cum territorio ſuo à Sulla Felice adiudicata olim ob Soſticam pugnam. A B

Auſpicia) Quia non bonis auſpiciis deduxerunt.

Et quantam Bruti, atq; illius temporis) Occaſione data digreditur ad ſuperbiam Campanam oſtendendam, naturamq; loci, & ipſius Capuæ magnam habere vim ad inferendã inſolentiam hominibus, probat à ſignis, quod tum cum à Bruto deducta eſt, ipſi magiſtratus ſuos non duumuiros, vt aſſolet, in coloniis, ſed prætores, vt Romæ, appellarent, quod lictores non cum bellis, ſed cum faſcibus prætermitterent, quod hoſtias maiores ad ſacrificia adhiberent, quod patres conſcriptos vocarent, quod non coloniæ, ſed vrbis Romæ ſimilitudinem referrent. Hæc vero omnia ſe vidiſſe, cum eo tempore Capuam veniſſet, ait. quamobrem pondus habent non ſolum propter auctoritatem dicentis, qui conſul erat, ſed etiam quod vidiſſe ſe, non audiſſe rem affirmat. itaque diſſuadet deductionem coloniæ. futurum enim nuit, vt Romani etiamſi Capuam peruenerint, Romani nominis fidem, & moderationem animi amittant. C

Coloniam deductam L. Conſidio, & Sex. Saltio, quemadmodum ipſi loquebantur, prætoribus.) Hæc profert ad inuidiam in Campanos excitandã, qui magiſtratus, quos cæteri coloni duumuiros, ipſi prætores appellarent. Conſidius vero, & Saltius primi fuerunt, qui tum Capuam colonia deducta magiſtratum geſſerunt. ſic Cæſar poſt, cum Capuam in conſulatu coloniam iterum deduxiſſet, L. Piſonem ſocerum, ac Cn. Pompeium generum duumuiros eius primos creauit, vt ſuæ deductioni auctoritatem afferret. D

Vt intelligatis.) Hic eſt finis, cuius gratia ſe commemoraturum profitetur id quod Capuæ vidit. ſcilicet, vt Campanam ſuperbiam demonſtret.

Nam primum quod dixi.) Primum ſignum Campanæ arrogantiæ, ex quo elicit argumentum à minori, ſi primo anno eo cupiditatis proruperunt, vt prætores ſe pro duumuiris appellarint, paucis poſt annis conſulum nomen fuiſſe appetituros. E

Deinde anteibant lictores.) Alterum arrogantiæ ſignum. lictores anteibant non cum bacillis, vt in colonia, ſed vt Romæ, cum faſcibus. Prætores autem Romæ ſex faſces præmittebant. vnde à Polybio prætor dicitur ἑξαπέλεκυς id eſt, qui ſex ſecures præferret; nam conſul vt etiam item amplificatio cum ſuperiore, & cæteris, quæ ſequuntur tentiæ genus vt à deducenda colonia deterreat.

Camillos, Ahaic

Erant

A dederit. ex hoc autem vectigali nullus malus nuncius auditus eſt. Quod vulgo legitur.

At quidem, & M'. Attilius.) Satis conſtat, *Atqui idem. & M'. Atquillius* eſſe legendum, vereribus libris, & Capitolinis lapidibus teſtibus, id eſt, Manius Aquillius. Non eſt autem permirrendum hoc pronomen varie ab antiquis ſcribi ſolitum, vt ipſa vetera monumenta demonſtrant. in lapidibus enim Capirolinis ira ſcribirur, M', lireræ M virgula medio appoſita ſurſum ſpectãte; in eo autem, qui domi noſtræ eſt, quem ſupra poſuimus, cum de Romilia tribu ageremus, ſic, M'. ſcilicet virgula item ſurſum aſpectante appoſita,
B ſed in fine, vt ſir, *GRANIAI. M'. L.* eodem irem modo ſcriprum vidimus in alio, qui Patauij eſt ſecundum aram templi maioris in ima parre.

M'. ALLENIVS. M'. F. FAB
CRASSVS. CÆSONIVS
TR. MIL. PRÆF. FABR
IIII. VIR

Manius quoq; M̄ virgula ſuper appoſita ſcribi ſolitum quidam ſcriptum reliquerunt.

C *At ex hoc vectigali nunquam malus nuntius auditus eſt:*) Alludit ad verba Campani illius, qui cum fundum vendere Lentulo noller, attulit rationem cur noller.

Cætera vectigalia.) Apertior Campani, & aliorum vectigalium comparatio. quod aurem ſcriprum eſt vulgo, *Belli facultatibus*, placer idem, quod alijs quibuſdam, vt *difficultatibus*, reponatur, ira. *Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur, hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.* ſic enim addita τῷ χρομασία magis apparet.

Deinde in hac aßignatione.) Occurrir rationi aduerſariorum, qui di-
D cebant, agros deſerros eſſe à liberis rectum non eſſe. & ait, hanc rationem in cæteris agris valere, qui deſerti ſint à cultura hominum liberorum, in Campano non valere, qui à plebe optima, & modeſtiſſima colarur. Fuit autem plebs ruſtica in agris, & quidem colendi cauſa. ar vero, qui maioribus erant prædiri copijs, ij ſeruorum magnis comparatis familijs agros ſuos colendos tradiderant. hoc autem fecerant, ne bellico delectu agriculrura deſerererur. neq; enim ſerui ad bellum nomen dabant. Ceterum Campanus ager à cenſoribus fruendus datus erat etiam ante Punicum bellum, teſte Liuio lib XLII.

E *Exturbari, & expelli plebem.*) Id eſt, contra fieri, ac legis agrariæ propoſirum ſit. τὸ ἄδικον. iniquum eſt alios exturbari, & expelli præſertim hominum genus optime moratum, &c. alios conſtitui, & collocari.

A Plebe optima, & modeſtißima,) Melius in antiquo meo libro legirur *A plebe, & à plebe optima, & modeſtißima.* Vr illud pro domo: Quem eiectum eſſe vniuerſus ſenarus non modo ciuem, ſed egregium ciuem ſemper iudicauit. & in Antonium, de Octauio: Puerum appellar, quem non modo virum, ſed etiam fortiſſimum virum ſenſit, & ſentier. puto locum eſſe diminutum inſcitia librariorum, qui cũ has duas voces bis repetitas vidiſſent, earum alre-

ram

iam fruſtra inculcatam, vt ſæpe fit, crediderunt. cæterum Plutarchus in Gracchis auctor eſt, Romanos finitimorum agrum captum partim vendidiſſe, partim publicatum pauperibus fruendum dediſſe, tributo non admodum magno in ærarium relato. A

A plebe.) Quæ conduxerat & vectigalem habebat Campanum agrum locatione perpetua.

Quod genus, &c. Ab hoc plebicola.) Auget iniuriam, quod ab eo, vnde minime decet, fiat. plebs enim a plebicola tribuno vexatur. plebicolam autem irriſionis cauſa vocat.

Optime moratum) Modeſtiam ſignificat. fit enim grauior iniuria, cum ei, qui minus dignus ſit, infertur.

Optimorum aratorum, & militum:) Fidem eorum cum in decimis dandis, tum in bellicis muneribus ſignificat. Aratores erant, qui agros arandos conduxerant, decima quotannis frumenti data. B

Atque illi miſeri:) πάθος. miſericordiam mouet à rerum priuatione, quæ ſolêt eſſe caræ, vt eſt locus, in quo natus quis, & educatus eſt. καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν, μέγεθος ἐχόντων, ἐλεεινά. inquit Ariſtoteles, i. e. Ea quoq; mala, quæ ad fortunam referuntur, miſera ſunt, in quib. numerat, ἀφιλίαν, καὶ ὀλιγοφιλίαν, h. e. Si nullos, vel paucos amicos habeas, διὸ, inquit, καὶ τὸ διεσπάσθαι ἀπὸ φίλων, καὶ συνήθων, ἐλεεινόν, hoc eſt, quare miſerum habetur ab amicis, & familiaribus diſtrahi. quid autem amicius loco in quo non ſolum nati, ſed etiam educati ſumus? C

Glebis ſubigendis exercitati:) Alter miſericordiæ locus, quaſi qui nullum aliud parandi victus habeant præſidium, quam glebas ſubigere, nec ſedem ſubito ſint inuenturi. vitamq; inopem, vagamque perſecuturi.

His robuſtis) Opponit colonos Rulli deducendos plebi eijciendæ. Robuſtos referens ad vires corporis, Valentes ad valetudinem, Audaces ad mores. in quo periculi eſſe ſuſpicionem innuit, ne, quia poſſint, quia robuſti ſunt, ijdem etiam velint, quia audaces ſunt, nocere reip. D

Et vt vos nunc de veſtris maioribus prædicatis, hunc agrum, &c.) A rei turpitudine diſſuadet, per ἠθοποιίαν. Vt vos nunc hunc vobis agrum à maioribus veſtris relictum prædicatis, ſic poſteri veſtri à vobis alienatum prædicabunt. Simile illud pro lege Manilia: Videte ne vt illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperij gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis tueri, & conſeruare non poſſe.

Equidem exiſtimo, ſi iam cãpus Martius diuidatur, & vnicuiq; veſtrũ &c.) Argumentum ἐξ ὑποθέσεως, quo addita repetitione ſuperioris argumenti concludit, legi huic de agro Campano diuidendo acerrime reſiſtendum eſſe. Nam vt ſi campus Martius diuideretur, & vnicuiq; bini pedes aſſignarentur, tamen mallet populus, ſe promiſcue toto, quam proprie parua parte frui, ſic, ſi ager Campanus ita diuideretur, pars aliqua ſingulis daretur, honeſtius tamen vniuerſo populo, quã à ſingulis poſſideretur, ſed cũ alijs comparetur, plebi eripiatur, multo magis enitendum eſt, ne diuidatur. Hanc vero campi Martij ſimilitudinem commentus eſt Cicero. nihil enim tale in hac cauſa agebatur, itaq; argumentatio ex fictione eſt, in qua latet honeſti ratio. E

A *Nunc vero cum ad vos nihil pertineat:*) ἀπὸ τοῦ ἀσυμφόρου. efficit abrogandam eſſe legem Rulli, quæ ne paruam quidem agri Campani partem aſſignatura ſit populo.

Adiungit Stellatem campum agro Campano:) Tranſit ad campum Stellatem, in quo non ſufficiente Campano agro duodena in ſingulos homines iugera Rullus deſcribebat. Quod idem feciſſe poſt Cæſarem in conſulatu accepimus. Cicero epiſtola xvii. lib. ii. epiſt. ad Att. Præterea ne reliqua (loquitur autem de lege Agraria, quam ſex annis poſt hanc Cæſar conſul ferebat) omnis multitudo abalienaretur, Stellatem campum diuidi iubebat, & duodena in ſingulos ho-
B mines iugera deſcribebat, quod non tam opimus, & fertilis, vt Campanus erat. Idem quoq; Suetonius notat: Cum enim agrum Campanum intelligeret tantæ multitudini, id eſt, viginti hominum millibus, qui diuiſionem agrorum petebant, ſi dena ſingulis iugera diuiderentur, non ſufficere, præterea Stellatem campum diuiſit. De campo autem Stellati ſic Silius, vbi de Campanis libro xi.

- Monſtrant Capitolia celſa,
Stellateſque docent campos, Cereremque benignam.

Quaſi vero paulum differat.) Reprehendit Rullum, qui parem fecerit Stellatem campum agro Campano, cum ipſi multum inter ſe
C differrent bonitate. aperit autem inſidias eius. non enim Stellatem campum ipſum diuidere ait, quia quid inter ipſum, & agrum Campanum interſit, non intelligat, ſed vt maiorem in agros multitudinem ſatellitum deducere poſſit. Eſt autem locus hic inſigni mendo deprauatus, qui ſic vulgo legitur.

Quaſi vero paulum differat, ager Campanus ac Stellatis. & multitudo Quirites quæritur.) Quem ego ſic fortaſſe legendum putarem, *Quaſi vero paulũ differat ager Campanus à Stellati, ſcilic. multitudo Quirites quæritur.* mendi origo fuit, quod ſcriptum erat, STELLATI ſcil. vnde factum eſt ab imperito librario, STELLATIS ET. ſic ad
D Plancium: Scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima prætor fias. Hoc pro certo habeas, particulam, &, nobis non placere, quare magis probaremus, *Scilicet & multitudo*: aut, *Sed multitudo*: aut, *Vt*, *& multitudo*. Periculum ergo inſtare ſignificat. obſeſſam enim iri decemuirum colonijs vrbem oſtendit, Capuam deniq; Romani imperij æmulam reſtitutam iri.

Nam dixi antea lege permitti:) Probat, quod dixit, multitudinem quæri ad replẽda Italiæ oppida, vt Cales, quod olim oppidũ Auſonũ fuit in Campania, & optimi vini ferax. Horatius carminum lib. 4.

Sed preſſum Calibus ducere liberum
E *Si geſtis iuuenum nobilium cliens*
Nardo vina merebere.

Theanum Sidicinum, non Appulum. nam Sidicini etiam Campaniæ populi, item Atella, Cumæ, Neapolis, Pompeij, Nuceria, Puteolos, nobilia omnia Campaniæ oppida. vtitur autem huius loci exemplo Aquila Romanus, in libello de fig.

Theanum opprimunt.) ἀσυνδέτων κομμάτιον.

Atellam Cumas.) κομμάτιον κατ' ὄνομα.

Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt:) Indignum putat Puteolos, qui ſuo iure vterentur, libertate priuari, cum eo nouus atque aduenticius populus Romã deductus eſſet. In tyrannidis autem

ſuſpi-

ſuſpicionem vocat decemuiros, qui enim populis vicinis liberta-A
tem eriperent, eos ipſam quoque vrbem inuaſuros, & in ſeruitutem redacturos eſſe, veriſimile eſt.

Tunc illud exilium Campana colonia:) Vltimo loco oſtendit, vbi occupata omnia Campaniæ municipia colonis fuerint, tum à Capua, quæ Campaniæ caput eſt, vexillum aduerſus vrbem Romam illatum iri, vt Annibalis tempore factum eſt, alludit vero ad vexillum quod ſequuti coloni in coloniam proficiſcebantur, duce ipſo coloniæ præeunte, quod elici ex 11. libro Appiani poteſt, & ex ipſomet Cicerone, qui de Antonio in 11 Philip: ſic agit: Tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato Caſilinum coloniam B
deduxiſti: quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillum videres, & aratrum circumduceres. Quoniam autem vexillum etiam in bello vſurpatur, ludit in duplici eius vſu, atque ab eo periculum inſtare ſignificat. Ex quo apparet, *Exilium* eſſe mendoſe. Quanquam ſunt, qui communem lectionem non improbent, nec temere abijciendam iudicent, cum præſertim ſatis aptum elici ſenſum dicant, & Liuium lib. quarto in concione, C. Canuleij eadem dictione in eandem ſententiam vſum eſſe affirment, his verbis: An eſſe vlla maior, aut inſignior contumelia poteſt, quam partem ciuitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi? quid eſt aliud, quam exi-C
lium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? ne affinitatibus, ne propinquitatib. immiſceamur, caueatur, ne ſocietur ſanguis.

Capua à decemuiris inferetur:) *Capuam à decemuiris:* lego ex ſenſu.

Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium noſtrum illa altera Roma quaretur.) Immorario. Romam communem patriam & Romanorum, & Italicorum vocat, quia lege Iulia data ciuitas fuerat. Alteram potro Romam appellat Capuam, inuidioſe, vt ſupra. Nullam alteram Romam, neq; aliam ſedem imperij nobis conſulibus futuram. & in Philippicis: Veſtrum hoc conſilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera eſt. vnde Horatius lib. v. D

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi
Æmula nec virtus Capua.

In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur:) Rulli conſilium in deducenda Capua reprehendit comparans ipſum cum maiorum conſilio & facto. maiores, inquit, noſtri Capuæ nullam omnino eſſe remp. voluerunt, decemuiri eo noſtram remp. träsferre conantur. Longius autem producit hanc contentionem, quia ad augendam rem plurimum valet. Sed quoniam Capua euerſa non fuerat, vt Carthago, & Corinthus, affert cauſam per præoccupatio-E
nem, cur & ipſa penitus deleta non fuerit.

Quo in oppido:) πολύπλουτον.

Maiores veſtri.) Lego, *noſtri*, paucis enim poſt verſibus ait: Maiorum noſtrorum conſilia.

Nullam remp.) Veteres libri. *Nullam omnino remp.* placet.

Qui tres ſolum vrbes.) Conſilium maiorum in euertendis aut atterendis captis vrbibus aperit, atque id longe à decemuirum conſilio abeſſe ad inuidiam excitandam docet, quia vero tres tantum vrbes putarunt poſſe imperij grauitatem ſuſtinere, ideo eas afflixerunt, Carthaginem, Corinthum, & Capuam.

rR 3 *Dele-*

A *Deleta Carthag. eſt:*) Etquidem à P. Africano Æmiliano priore conſulatu ex decem legatorum ſententia, tertio Punico bello confecto, & Africa prouincia populi R. facta. Cicero in IIII. Catil. Alter eximia laude Africanus, &c.

Quod cum hom. num. copiis:) Ratio cur imperij ſedes Carthago eſſe poſſet quod multitudine hominum, & ſitu naturali erat munita. cuius ſitum deſcribit Strabo, & Appianus.

Succincta portubus:) Vno ad occidentem, altero ad orientem, quẽ Pœni obſeſſi repente aperuerunt. erat enim ſita in peninſula, cuius ambitus ad XLV millia paſſuum erat, muro munitus arx in media B vrbe: ſub eam portus, & naualia.

Armata muris:) Id eſt, ſepta muris, atque aggeribus validiſſimis. ad hoſtiles impetus cohibendos. videbatur imminere inſulis, Siciliæ, & Sardiniæ, vnde ſummos fructus populus Roman. capiebat.

Excurrere.) ἐνέργειαν habet, quaſi vero vt expeditus eques parata ſit ad alienas poſſeſſiones populandas, atque excurſionibus vexandas. *Hominum*, autem, *copijs*, dixit, quia Carthagine ſeptingenta millia hominum erant primo bello Punico, vt ſcribit idem Strabo grauis auctor lib. XVII.

C *Imminere ita fructuoſiſſimis inſulis populi R. videbatur.*) Mendum eſt in voce, *Ita* fortaſſe autem non male legeretur.

Imminere Italiæ, ac fructuoſiſſimis.) Fructuoſiſſimas autem inſulas Siciliam, ac Sardiniam fuiſſe multi teſtantur. Horatius primo carminum:

Non opimæ Sardiniæ ſegetes feraces.

& Æſchylus in Prometheo:

Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας.

Corinthi veſtigium vix relictum eſt.) Corinthus exciſa eſt à L. Mum-D mio Cos ex decem legatorum ſententia, Achaia in prouinciæ formam redacta. Mummius ipſe inde Achaicus dictus, de quo Virgilius lib. VI. Æneid.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæſis inſignis Achiuis.

Homerus etiam ſuis temporibus Corinthum opulentam fuiſſe illo oſtendit carmine.

Ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐυκτιμένας τε Κλεωνάς.

Erat enim poſita:) A ſitus commoditate. erat enim in Iſthmo E poſita, quem ipſe fauces, atque anguſtias Græciæ nominat. Iſthmus autem & terram claudebat, & duo maxime diuerſa maria Ionium, & Ægeum coniungebat. vnde Horatius libro primo odarum bimarem Corinthum dixit. & Liuius lib XLII Peninſula eſt Peloponneſus anguſtiis Iſthmi faucibus adhærens, &c. Prima quoque inuectiuarum dixit Tullius: In Etruriæ faucibus.

Clauſtra locorum:) T. etiam Liuius lib XXXI. ita locutus eſt: Ex duabus colonijs, quæ velut cluaſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent, cum vna, &c.

Pertenui diſcrimine:) Ita vt ſæpe de Iſthmo intercidendo agitatum ſit.

Ne

Hæc quæ procul erant.) Concludit Carthaginem, & Corinthum cum procul eſſent, non ſolum afflictas, ſed etiam funditus ſublatas eſſe, vt multo minus Capuam, quę in conſpectu eſt, noua ea deducta colonia reſtituendam eſſe probet. A

De Capua multum eſt & diu conſultum.) Cur Capuam nō exciderint, quæ prope in conſpectu erat, aperit. ſcil. quia ſi ſenatum, magiſtratus, & remp. ſuſtuliſſent, vrbis ædificia ad aratorum commoditatem reliquiſſent, nihil timuerunt. quod ſi quem Capuam coloniam deducturum putaſſent, eam profecto euertiſſent. Hæc autem hiſtoria ex Liuij lib. XXXVI. petenda eſt atq; XXXIX. de qua ita: Capua quidem ſepulchrum, & monumentum Campano populo data extorri, & eiecto ipſo populo, ſupereſt vrbs trunca ſine ſenatu, ſine plebe, ſine magiſtratibus, prodigium relicta crudelius habitanda, quam ſi deleta foret. item eodem lib. verba autem legatorum Romanorum ſunt. Cæteris (loquuntur autem de Campanis) ita oppidum, ita agros ademimus, vt agrum, locum'q; ad habitandum daremus, vrbem innoxiam ſtare incolumem pateremur: vt qui hodie videat eam, nullum ibi oppugnatæ, captæve vrbis veſtigium inueniat. B

Ademiſſent : ſuſtuliſſent : reliquiſſent.) ἰσοκρατεία, ὁμοιοτέλευτα.

Senatum, publicum ex illa vrbe conſilium) Sunt, qui alterum abundare ſuſpicentur, & tollendam illam dictionem, *Senatum*, putent, vt gloſſema factum ad illud quod ſequitur, *publicum ex illa vrbe conſilium*: Receptum tamen librariorum, & deſcribentium ignorantia, idq; eo pręſertim, quia non neceſſariam dictionem eſſe exiſtimarunt, quæ idem ſignificaret, quod publicū conſilium Romanus tamen Aquila vbi de πιωτολογία loquitur, inquit; Vt ſi dicas. Senatus, populiq; Romani ſummum conſilium. hic enim vnum nomen, ſenatus, proſecutionem accipit ex pluribus verbis non aliud ſignificantibus. qui enim ſummum conſilium dixit, non aliud quam ſenatum dixit diuerſis autem nominibus in eodem ſenatu appellando Ciceronē vſum eſſe, notum eſt. Senatum, publicum conſilium, ſummum ordinem, ampliſſimum ordinem, principem ordinem. C D

Itaq; hoc perſcriptum in veteribus monumentis.) Vel ſenatus conſulta intelligit, ac tabulas publicas, vel antiquos annales.

Locus comparandis, condendiſq; fructibus.) Malim, *Comportandis, condendiſq;*.

Videte quantum interuallum.) Attentionem facit à magnitudine diſcriminis. & eſt amplificatio per comparationem antiquorum Romanorum, & decemuirum. qua horum dementiam illorum ſapientiæ opponit. Quamuis autem hæc collatio eaſdem ſententias, quæ in ſuperiore erant, contineat, eas tamen latius, ornatiusq; explicat. commoratur itaque orator in eo argumento, quod ſuæ prodeſt cauſæ, & eandem ſententiam ſæpius verſat. Romam ſcilicet à decemuiris Capuam transferri. E

Illi, inquit, *Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam, atq; horreum Campani agri eſſe voluerunt : hi expulſis aratoribus, effuſis, ac diſſipatis fructibus veſtris eandem Capuam ſedem noua reip. conſtituunt*) Ex quibus verbis, *Receptaculum aratorum* refert ad id, quod dixit, Vt aratores cultū agrorum defeſſi vrbis domiciliis vterentur.

A *Nundinas ruſticorum* ad id: Vt eſſet vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, ſuppeditare poſſet. *Cellam atq; horreum* ad id: Vt eſſet locus comparandis, condendisq; fructibus.

Quod ſi maiores noſtri.) Altera pars argumentationis à contrariis. Quod ſi maiores noſtri ſuſpicati eſſent, ab aliquo coloniam Capuam deductum iri, eam euertiſſent. Inter eos auté, qui coloniam Capuam deducere cogitarunt, fuit M. quidam Brutus Syllanis, vt puto, temporibus, & P. Rullus conſule Cicerone.

In tam illuſtri imperio, & tam præclara populi R. diſciplina.) Cauſæ duæ, quibus à deducenda Capua Brutus & Rullus deduci debuerunt, vel B propter Romani imperij metum, vel propter honeſtatem, quam recta inſtitutio ſpectat.

Bruti, aut P. Rulli.) Placeret, *M. Bruti, aut P. Rulli*, vt prænomen habeat Brutus, ſicut Rullus, aut legendum eſt, *Diſciplina Bruti, aut Rulli.* Hic autem Brutus, vt ex hoc loco apparet, Capuam Ciceronis ætate deduxit. verum ex omnibus, quæ poſt conſecuta ſunt, irrita ea deductio fuit. dixit autem, *Similem*, quaſi nequitia ſimilem, improbitate ſimilem, & audacia.

Hos enim duos adhuc videmus.) Forte, *Vidimus.* hoc mihi certe & rectius, & concinnius videtur.

C *Qui hanc remp. Capuam totam transferre*) Idem dixit iiſdem fere verbis paulo ſupra: *In id oppidum homines nefarij remp. noſtram transferre conantur.*

Verum arbitrabantur) Redit ad explicandum maiorum conſilium, cur Carthaginem, & Corinthum deleuerint, Capuam reliquerint. immoratur autem in hoc, quia firmum ad diſſuadendam Seruiliam legem argumentum eſſe putat. itaq; affert nouam rationem: adhibet deinde ſuum iudicium, quo laudat maiorum ſuorum prouidentiam: addit alias rationes atq; ita dilatat, exornatq; hunc locum. *Ergo eas illi ſuſtulerunt*, inquit, *quia ſuſpicati ſunt, ſi agros tantum, & ſena-* D *tum ademiſſent, non defuturos, qui ea reſtituerent, antequam populus R. aliquid audiret, propter locorum longinquitatem. de Capua, quæ in oculis eſt, nihil tale dubitarunt. nam ſi quid excitaſſet, id ante extingui, quam exortum eſſet, poſſe ſperarunt.* Quod autem de Pœnis, & Corinthiis inquit, idem prope dixit Liuius lib. xxxi. *Furor eſt, ſi alienigenæ homines plus lingua, & moribus, & legibus, quam mari, terrarumq; ſpatio diſcreti hoc tenuerint, ſperarent quicquam eodem ſtatu manſurum.*

Hic vero in oculis ſenatus) Bella verba, quæ rei augendæ, & amplificandæ cauſa conquiruntur.

Neq; vero ea res fefellit.) Ab effectu laudat eorum conſilium, quod E agro, & rep. adempta Capuæ tecta reliquerint. neq; enim poſt ſeditionem vllam excitauit, & omnibus bellis externis, atq; Italicis populo R. profuit.

Poſt Q. Fuluium, Q. Fabium Coſs. quibus conſulibus Capua deuicta, atq; capta) Hi conſules fuerunt anno DXLIV. at Liuius lib xxxvi. biennio ante Capuam captam ſcribit Cn. Fuluio, & Cn. Sulpicio Coss. à Q. Fuluio, & Ap. Claudio procoss. Hoc qui non deprehenderit, Ramum dico, præſertim eum in multis impreſſis libris aſteriſci nota appoſita ſuſe in Romana hiſtoria plane hoſpitem eſſe clare oſtendit.

Sed omnino excogitatum.) Mihi certe, *cogitatum*, melius videtur, ſed veteribus libris non probantibus, nihil muto.

Multa

Multa poſtea bella.) Externa bella nominat, quæ poſt Capuam captam conſecuta ſunt, cum Philippo Macedoniæ rege, de quo T. Flamininus triumphauit. Liuius. ipſe Cicero in præt. vrb. & Philip. xi. Cum Antiocho Syriæ, de quo L. Scipio. Liu. Florus. Cicero in Sextiana, & in præt. vrb. Cum Perſa Macedoniæ, de quo L. Paullus. Aſcon. Liuius, Cicero in iv. Catil & in præt. vrb. Cum Andriſco, qui Pſeudophilippus dictus eſt, item Macedoniæ, de quo Q. Metellus. Liuius lib. XLIX. & L. Cum Ariſtonico Aſiæ, de quo M. Aquillius. Liuius, Aſconius, Cicero in Philip xi. Cum Mithridate Ponti, de quo L. Sulla, & L. Murena vſq; ad conſulatum Ciceronis triumpharunt. A

Philippo, Antiocho.) κηρυματικὸν κατ' ὄνομα, ἀσυνδετον. Quatuor autem bellorum genera nominauit, primum cum regibus, ſecundo cum populis, tertio cum domeſticis, quarto cum ſociis. B

Carthaginienſium) Bella geſta cum ciuitatibus ſeparatim ab iis, quæ cum regibus geſta ſunt, ponit. Carthaginienſium bellum tertium, de quo triumphauit Æmilianus.

Corinthium.) De quo Mummius. ipſe Cicero pro Pompeio cauſas belli ponit, Iuſtinus lib. xxxiv. Florus de bello Achaico. epitome Liuij lib. LI. & LII. Velleius lib. i. Eutrop Oroſius. &, quiſquis ille fuit, qui de viris illuſtribus ſcripſit.

Numantinum.) De quo iterum conſul Æmilianus. Florus, epitome Liuij, Appianus, Eutropius, Oroſius, Obſequens, Plinius, ipſe Cicero in ſomn. & Philip. xi. puto autem legendum: *Carthaginienſe III.* vt dicat, *Carthaginienſe tertium.* Non enim de primo, aut ſecundo licet intelligere, quę ante deuictum Philippum, & Antiochum geſta ſunt. ſic erunt tria adiectiua Carthaginienſe, Corinthium, Numantinum. C

Multa in hac rep. ſeditiones domeſticæ.) Omittit nomina ſeditionum, vt Marianam, Octauianam, Syllanam, & Lepidi. nam his armis geſta res eſt. in illis autem recenſendis eorum improbitatem carpere neceſſarium fuiſſet, qui ſuis legibus remp. perturbarint ad plebis commodum, vt gratioſi apud illam eſſent, accommodatis, quamobrem cum eos ſilentio prætermiſerit, oratoriæ calliditatis eſt. D

Bella cum ſociis.) Hæc duo fuerunt, Fregellanum, & Marſicum. ſocios enim Italos intelligit. Fregellæ autem à Romanis cum defeciſſent, à L. Opimio prætore receptæ ſunt. quo pacto viſus eſt cæteros quoque Latini nominis ſocios male animatos repreſſiſſe Pædianus, & epitome Liuij lib. LX. Marſicum autem idem quod Sociale, atq; Italicum eſt, quod ab Italorum magna parte illatum eſt, quod ægre ferrent, quod in ciuitatem non acciperentur. Hoc autem bellum quia Marſi intulerunt, propterea Marſicum appellatum eſt. Strabo lib. v. Maximum & periculoſum fuit. vnde Horatius loco ſupra citato: E

Suis & ipſa Roma viribus ruit,
Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marſi.

De quo idem ipſe in Bruto, & lib. ii. de oratore. Pedianus. Eutropius. Florus. Velleius. Oroſius. Appianus lib. i.

Quibus omnibus bellis.) Concludit his omnibus externis, ac domeſticis bellis Capuam vtiliſſimam populo R. fuiſſe, ac propterea de ea egregie maiores ſenſiſſe, vel quod tecta reliquerunt; vel quod ſpeciem reip. ſuſtulerunt. iis enim prodeſſe, hac obeſſe non potuiſſe.

A quod neque malis concionibus, neq; turbulentis ſenatus conſultis, neq; iniquis imperiis res nouari poſſent, cum neq; populi, neq; ſenatus, neq; magiſtratuum relicta imago eſſet. hoc eſt autem fere illud, quod dixit ſuperius: Cætera vectigalia belli difficultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſuſtentantur.

Domeſticu.) Domi confectis, in Italia, Italicis.

Externu.) Contra alienigenas, alienæ terræ.

Homines non inerant in vrbe) Dixit enim ſuperius, magiſtratus, ſenatum, publicum ex illa conſilium ſublatum, imaginem reip. nullam relictam.

B *Malis concionibus.*) Noxiis, quæ poſſent obeſſe Romano imperio, populum concitando. Tibullus.

Sola tenere malas Medea dicitur herbas.

Turbulentis S. C.) Quæ ciuitas in ſenatum, & populum diſtributa erat, vt ipſa Romana reſp. ea, vel à populo, vel à ſenatu impelli poterat, vt rerum nouarum cauſam quæreret, itaq; malæ conciones ad populum: ſenatusconſulta ad ſenatum referuntur.

Iniquis imperiis.) Hoc de principibus ciuitatis intelligendum, in quibus tantum eſſet potentiæ, vt non ſolum auctoritate. ſed etiam imperio vterentur.

C *Rerum nouarum.*) νεωτερισμὸν vocant Græci.

Neq; enim concionandi poteſtas.) Repetit eadem tria, conciones, ſenatum, magiſtratus.

Non gloria cupiditate efferebantur) Hoc ad magiſtratus pertinet. ſublato enim magiſtratus honore, nulla ſubeſſe gloriæ cupido poteſt.

Non contentione, non ambitione diſcordes.) κύκλος ἐκ βραχυκωλίας ἐπαναφορᾶς., ὁμοιοπτώτου, ἀναιρέσεως. membra curta, vel potius inciſa, repetitio, ſimilitudo caſuum, & negationes ipſæ venuſtatem orationi afferunt. Non erat diſcordiæ locus, quia nihil erat, de quo ſeditioſe agerent. ſeditio enim tum oritur, cum non omnes ſe pari in

D rep. eſſe conditione arbitrantur. nihil autem agri erat, de quo certarent, nihil honoris, quem ambirent. nihil demum, de quo inter ſe diſſiderent.

Perduxerunt, effugerunt, ſuſtulerunt, prouiderunt, reliquerunt.) ὁμοιοτέλευτα, πάρισα, πολυσύνδετον, illis ludit πανηγυρικῶς, & more Iſocrateo: hoc præſefert copiam recte factorum, quorum cauſa mores ſuos laudat.

Itaq; illi Campanam arrogantiam.) Repetit commoda, quæ ex maiorũ conſilio ſunt profecta. arrogantiam Campanã fregerunt. crudelitatis

E infamiam effugerunt. ne ſibi Capua nocere poſſet, prouiderunt.

Hæc conſilia) Comparat M. Bruti, & P. Rulli factum cum maiorum facto, atq; diſſimile eſſe oſtendit. illi Capuam afflixerunt, hic reſtituunt.

Neq; te P. Rulle.) ἀποστροφὴ μετὰ σφοδρότητος. Deterret Rullum à deducenda Capua, ab ominis euentu. nam M. Brutus, & cæteri, qui ex eius deductione Capuæ magiſtratum ceperunt, acerbiſſimas impietatis pœnas dederunt. ſignificat autem coloniam ante Capuam à M. Bruto deductam, ſed triſtibus auſpiciis non eſſe deductionem illã obſeruatam. negat enim Cicero Philip. II. in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dũ eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci,

colonos

colonos nouos adſcribi poſſe affirmat. Quando autem Capua deducta colonia ſit, parum compertum eſt. Illud tamen tempus neſcio an ſignificare poſſit, quo C. Gracchi lege vna cum Tarento deducta eſt, Appiano lib. 1. auctore. Vt autem Gracchus ipſe triumuir profectus eſt ad Carthaginem deducendam, ſic fortaſſe M. Brutus ad Capuam, & Tarentum & vt Gracchus poſt interfectus eſt, ſic etiam Brutus, & cæteri, furoris eius ſocij. Quod ſi ita eſſet, vox illa *Leocreanti* mendoſa eſſet, atq; *Tarenti* reponendum eſſet. non nominat autem Gracchum popularem maxime hominem, ne plebis animos à ſe alienet. Hæc dixi, nihil affirmans, cum hunc locum omnes taciti præterierint. De Capua colonia ante hoc tempus ſcriptum eſt in lib. Frontini de coloniis manuſcripto Calatia oppidum muro ducta. Iter populo debetur paſſuum LX coloniæ Capuenſi cum territorio ſuo à Sulla Felice adiudicata olim ob Soſticam pugnam. A B

Auſpicia) Quia non bonis auſpiciis deduxerunt.

Et quoniam Bruti, atq; illius tempore) Occaſione data digreditur ad ſuperbiam Campanam oſtendendam, naturamq; loci, & ipſius Capuæ magnam habere vim ad inferendã inſolentiam hominibus, probatã ſignis, quod tum cum à Bruto deducta eſt, ipſi magiſtratus ſuos non duumuiros, vt aſſolet, in coloniis, ſed prætores, vt Romæ, appellarent, quod lictores non cum bellis, ſed cum faſcibus prætermitterent, quod hoſtias maiores ad ſacrificia adhiberent, quod patres conſcriptos vocarent, quod non coloniæ, ſed vrbis Romæ ſimilitudinem referrent Hæc vero omnia ſe vidiſſe, cum eo tempore Capuam veniſſet, ait. quamobrem pondus habent non ſolum propter auctoritatem dicentis, qui conſul erat, ſed etiam quod vidiſſe ſe, non audiſſe rem affirmat. itaque diſſuadet deductionem coloniæ. futurum enim nuit, vt Romani etiamſi Capuam peruenerint, Romani nominis ſidem, & moderationem animi amittant. C

Coloniam deductam L. Confidio, & Sex. Saltio, quemadmodum ipſi loquebantur, prætoribus.) Hæc profert ad inuidiam in Campanos excitandã, qui magiſtratus, quos cæteri coloni duumuiros, ipſi prætores appellarent. Confidius vero, & Saltius primi fuerunt, qui tum Capuam colonia deducta magiſtratum geſſerunt. ſic Cæſar poſt, cum Capuam in conſulatu coloniam iterum deduxiſſet, L. Piſonem ſocerum, ac Cn. Pompeium generum duumuiros eius primos creauit, vt ſuæ deductioni auctoritatem afferret. D

Vt intelligatis.) Hic eſt finis, cuius gratia ſe commemoraturum profitetur id quod Capuæ vidit. ſcilicet, vt Campanam ſuperbiam demonſtret.

Nam primum quod dixi.) Primum ſignum Campanæ arrogantiæ, ex quo elicit argumentum à minori, ſi primo anno eo cupiditatis proruperunt, vt prætores ſe pro duumuiris appellarint, paucis poſt annis conſulum nomen fuiſſe appetituros. E

Deinde anteibant lictores.) Alterum arrogantiæ ſignum. lictores anteibant non cum bacillis, vt in colonia, ſed vt Romæ, cum faſcibus. Prætores autem Romæ ſex faſces præmittebant. vnde à Polybio prætor dicitur ἑξαπέλεκυς id eſt; qui ſex ſecures præferret; nam conſul [illegible]em amplificatio cum ſuperiore, & cæteris, quæ ſequun[illegible] vt à deducenda colonia deterreat.

Erant

A *Erant hoſtia maiores:*) Tertium ſignum. quòd non minores hoſtias ſacrificarent, vt aſſolebat, duumuiri, ſed maiores vt Romæ conſules immolare ſolent de conſilij ſententia probatas. De maioribus hoſtijs ſic Liuius lib. 31 Senatus decreuit, vt conſules maiorib. hoſtijs rem diuinam facerent, quibus ipſis dijs videretur. Quod autem ſcriptum eſt.

De conſilij ſententia probatis:) Videtur legendum, *Probata*, vt ad Hoſtiæ referatur. niſi forte, *Probantibus*, malis, vt cum voce *Conſulibus* iungendum ſit. Tibicinis porro meminit, quia conſtat, ſacris tibicinem tum præcinere ſolitum. Liu. lib. 9 alijs autem dijs aliæ hoſtiæ immo-

B labantur, vt quæq; cuiq; decoræ, gratæq́ue exiſtimabantur. Ioui taurus, & iuuencus. *-Superoq́; nitentem*

Calicolum regi mactabam in littore taurum. Item:

Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum.

Plutoni etiam iuuenci, ſed nigri:

Quatuor hic primum nigrantes terga iuuencos.

Conſtituit. Apollini, & Neptuno taurus:

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Atq; hę maiores erant beſtiæ: minores illæ. Caper Libero patri: capra Mineruæ: ſus Cereri: & alijs aliæ.

C *Ab his prat.*) ἱερωσύνη.

Deinde patres conſcripti vocabantur:) Quartum ſignum. in colonijs idem erat decurionum ordo, quod Romæ ſenatorum, qui patres conſcripti dicebantur. quod nomen colonos etiam vſurpaſſe ait ſuperbiæ cauſſa.

Iam vero vultum Conſidij:) Quintum ſignum à Conſidio ipſo ſumptum, qui vultu ipſo veterum Campanorum arrogantiam præſeferet. Vultum autem dixit, quia vultus imago animi eſt, in vultu autem eius faſtus, & ſuperbia iam Capuæ contracta cernebatur. vnde

D Horatius libro tertio carminum.

Non vultus inſtantis tyranni mente quatit ſolida.

Quem hominem vt grandi macie torridum:) Voces hæ, *Vt grandi*, vitioſe ſe habent. neq; enim extat particula, quæ, *Vt*, particulæ reſpōdeat. Videndum ne, *va grandi*, legi poſſit. Nam Væ, auctore Macrobio, etiam intenſionem ſignificat, vt Vehemens, & Vetus. Niſi malis, *In grandi macie*, eſt autem hæc ὑποτύπωσις, qua hominis ſtatum ſub oculos ponit ſignificat enim ipſum non morbo, ſed egeſtate, & inopia affectum fuiſſe, egeſtas autem hominis deſidiam ſignificat. Campanum porro ſupercilium, pro Campana arrogantia ponit. Nam in-

E ſolentiæ ſupercilium nota eſt. Contracta enim & ad frontem ſublata ſupercilia, neq; temere mobilia, ſignificationem quandam ſeueritatis, & grauitatis, optimæq́; mentis hominibus afferunt. ſicuti cōtra, quibus demiſſa, & depreſſa ſupercilia ſunt, leues homines pleriq́ue inueniuntur. in or. pro Sextio, cum de Piſone loquitur. *Nam quid ego de ſupercilio dicam, quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus reip. videbatur.* & in or. in ſenatu poſt reditum de eodem: *Sed vos popul. R. non conſilio, neq; eloquentia, quod in multis ſape accidit, ſed in rugis, ſupercilioq́; decepit L. Piſo tu ne auſus es iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta non vita, tanto ſupercilio* & Catullus.

Praterea addebat, quendam, quem dicere nolo

Nomine, ne tollat rubra ſupercilia. A

Auctor etiam laſciui illius carminis, quod poſitum eſt initio luſuum in Priapum, contractum ſupercilium iocans ſeueritatis indicium eſſe putauit.

Magios, Bloßios, & Iubelios:) Hæc ſunt nobilium familiarum nomina, quæ Capuæ floruerunt. Iubellij mentio eſt ante primum bellum Punicum. de quo ita Liuianarum epitoma 12. Cum in præſidiū Rheginorum legio Campana cum præfecto D. Iubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupauit. Magij bello Punico ſecundo. is enim diſſuaſor fuit Capuæ Annibali tradendæ. Bloſſij apud Ciceronē in Catone. At idem ſic de Piſone. Alter ô dij boni, quam teter incedebat, quàm truculentus, quam terribilis aſpectu. vnum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columen reip diceres intueri. B

Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum) Ex metu plebis faſtum prætorum Campanorum arguit. Tunicatos vero vocat infimam plebem. Quam Horatius Tunicatum popellum appellauit.

— Vulteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello
Occupat. Eſt autem imago, quæ habet contemptum quendam Campanorum. C

Vbi cœnaret:) Prandia in vſu non fuiſſe tradit Seruius ſuper illo carmine Virgiliano,

Nunc eadem labente die conuiuia quærit.

ita tamen intelligendum eſt, non omnibus, ſed aliquibus in vſu nō fuiſſe. nam, vt noſtris temporibus qui continentiores ſunt, prandere, ac cænare tantum ſolent, ita quondam qui parcius viuebant, cænabant tantum itaque T. Liuius in Annibale improbat, quod tuliſſet conuiuium inſtrui, non ex more Punico, aut militari diſciplina, ſed &c. Cœperunt, inquit, epulari de die, & quæ ſequuntur. lib. 3. dec 3. D

Et in Albana, ac Seplaſia:) Fora Capuæ fuerunt; in quibus vnguentarij maxime verſabantur. Pædianus, Plinius, Oroſius, Valerius, ipſe Cic. pro Sextio.

Nos autem hinc Roma qui veneramus:) Ab effectis ſuperbiæ, & arrogantiæ, Romanos demum à Campanis contemptos ait ad eorum inſolentiam oſtendendam, neq; enim hoſpites, ſed aduenas, & peregrinos ab ijs appellatos. Cum autem dicat, *Hinc*, ſunt, qui mirantur, cur addiderit, *ROMA*, hancq; delendam dictionem putant, veluti gloſſam ab aliquo adſcriptam, & adiectam, vt aduerbij loci *Hinc*, quod nulla ſignificatione egebat, ſignificatio oſtenderetur, nos ideo non deleuimus, quod in antiquis libris eam vidimus. & quia Cicero, quamuis ſatis eſſet dicere, *Hinc*, vt ſignificantius eſſet, addidit, *Roma*, vt nomen Romæ Capuæ nomini opponat. E

Hæc qui proſpexerint.) Concludit id, quod probare inſtituerat, ſummum maiorum conſilium in affligenda Capua fuiſſe. qui cum multa alia viderunt, tum ſuperbiam Campanis inſitam eſſe proſpexerūt. ὑπερβολικῶς vero tantum ijs honorem propterea habendū eſſe ait, vt etiam immortalium deorum honore colantur. Quod idem ſententiæ genus vſurpauit etiam in Sextiana. Imitemur noſtros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, innumerabiles alios, qui hanc.

temp.

A temp. ſtabiliuerunt. quos equidem in deorum immortalium cœtu, atque numero repono.

Non ingenerantur hominibus mores tam à ſtirpe generis, ac ſeminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipſa natura:) Viderunt hoc etiam, inquit, Campanos ſuperbos eſſe, non tam generis, quàm loci, & vitæ ratione. Hoc argumentum tractarum eſt etiam à Demoſthene in oratione de corona, cum ait magnitudinem animi magis in Athenienſibus, quàm in Philippo extare debuiſſe, quod ille Pellæ, id eſt in oppido paruo, & ignobili natus ſit, & educatus, hi Athenis vrbe maxima, & nobiliſſima. καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν, ὡς τῷ μὲν ἐν Πέλ-
B λῃ τραφέντι χωρίῳ τόπῳ γε ὄντι καὶ μικρῷ τοσαύτην μεγαλοψυχίαν προσῆκεν ἐγγενέσθαι, ὥστε τῆς τῶν ἑλλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, καὶ τοῦτο εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι ὑμῖν δὲ οὖσιν Ἀθηναίοις, καὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἐν πᾶσι καὶ λόγοις, καὶ θεωρήμασι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὑπομνήματα ὁρῶσι τοσαύτην κακίαν ὑπάρξαι, ὥστε τῆς τῶν ἑλλήνων ἐλευθερίας παραχωρῆσαι Φιλίππῳ. & Cn Manlius apud Liuium lib. 33. Et illis maioribus noſtris cum haud dubie Gallis in terra ſua genitis res erat. hi iam degeneres ſunt mixti & Galli, & Græci, vnoque nomine
C Gallogræci vere appellantur. ſicut in frugibus, pecudibusq; nõn tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cæliq; ſub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Aegypto, qui Seleuciam, ac Babyloniam, quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Aegyptios degenerarunt: Maſſilia inter Gallos ſubtraxit aliquantulum ab accolis animorum, niſi quod ex Spartana dura illa, & horrida diſciplina manſit. Generoſius in ſua quicquid ſede gignitur, inſitum alienæ terræ, in id quo alitur, natura vertente ſe degenerat. tres autem libri veteres partim cum impreſſis conſentiunt, partim diſcrepant: nam
D habent.

Ex ipſa natura bonis à vita conſuetudine:) Quæ verba quid ſibi velint, non apparet, corrupta eſſe patet. mihi autem locum diligenter conſideranti, atque omnibus ex partibus pertentanti orta coniectura eſt, quam ſecutus antiquos libros adiuuarem, & ita corrigerem nulla, aut parua mutatione facta, ordine literarum immutato. *Ex ipſa natura nobis, ac vita conſuetudine:* Sic & in epiſtola Sulpicij. Caſus, & natura in bonis dominatur, corrupte enim legitur, pro nobis.

Et à vita conſuetudine, quibus alimur, & viuimus:) Tertium addidit in prætura vrb. inquiens. immo vero ab hominibus & natura, & cõ-
E ſuetudnie, & diſciplina leniſſimis. Plato autem lib. de repub. 4. indolem, moresque ciuitatis à natura, moribusque priuatorum proficiſci multis argumentis, & exemplis demonſtrat, quiq; alium ortum ipſos habere putarent, magnopere falli, vt quibus priuati ipſi ſtudijs, artibusque deditis ſint eorum certa veſtigia appareant in vniuerſa gente.

Carthaginenſes fraudulenti, & mendaces:) Quod in vniuerſum protulit, mores acquiri non tam genere, quàm loco, & conſuetudine vitæ, inductione confirmat petita à Carthaginienſibus, & Liguribus mõtanis, & denique Campanis Fraudulentiæ famam maxime adepti ſunt Carthaginienſes fœderibus multis, quæ cum Romanis icerant, frangen-

frangendis, ac fide data violanda. Non hoc, ſed fere idem in Philip. 14. Carthaginienſibus tribuit: Eſt igitur quiſquam, qui hoſtes appellare non audeat, quorum ſcelere crudelitatem Carthaginienſium victam eſſe fateatur? A

Multis & varijs mercatorum, & aduenarum ſermonibus ad ſtudium fallendi:) Eadem ratione in eadem re demonſtranda Cicero lib. de repub. 3. vſus eſt, vt iudicio Nonij cognoſcitur, qui hoc inde teſtimonium citat, mercatores ſcilic. corrumpere mores earum gentium, ad quos commearint, idque Phœnicum exemplo, his verbis. Phœnices primi mercaturis, & mercibus ſuis auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerunt in Græciam. B

Ligures montani, duri atque agreſtes:) Ligurum multi populi ſunt: quorum quidam ſunt, qui Montani vocantur, quos hic præcipue Cicero duros, & agreſtes fuiſſe ait. qua de re ſic Liuius lib. 41. Ligures montibus ſe tenebant, & ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti, ſæuiunt in prædam, quæ Mutinæ parta erat. De eorum agro aſpero ſic Strabo. Ligures in Apenninis montibus vicatim degunt, terram arantes aſperrimam, ac fodientes, immo vero ſaxa incidentes, vt inquit Poſidonius. Virgilius quoque lib. Georg 2. dixit de Italia: C

> *Hæc genus acre virum, Marſos, pubemq; Sabellam,*
> *Aſſuetumq; malo Ligurem.*

Duri:) μεταφορικῶς. Quinctilianus lib. 8.

Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum:) Vt aſſiduus labor in agro aſpero colendo Ligurum mores reddidit, ſic agri bonitas, & vrbis magnitudo Campanis ſuperbiam ingenerauit. De agro Campano ſic Strabo. ὑπὲρ δὲ τούτων Καμπανία πᾶσα ἵδρυται πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων. περίκεινται δὲ αὐτῷ γεωλοφίαι εὔκαρποι. De vrbe ita. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύα μέν ἐστιν ἡ μητρόπολις κεφαλὴ τῷ ὄντι κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος. τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν κατὰ τὴν σύγκρισιν πλὴν Τεάνου Σιδικινοῦ. Ex mitiſſimo porro cælo, ſalubritas; ex planitie vrbis, ædificiorum deſcriptio; ex deſcriptione, pulchritudo orta eſt. Oratorie autem & callide addidit, *Semper*, nam aliquis obijcere potuiſſet, ad id tempus, quo mutatione rerum facta, alius, atque is, qui tunc erat, animus erit Campanis. aceruatim autem multa frequentans demptis coniunctionibus vna comprehenſione deuinxit, vt res probabilior videretur. D E

Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia:) Cauſſam ſuperbiæ, & luxuriæ Campanæ ex rerum omnium abundantia profectam ait, ſuperbiæ ſignum affert, quod quondam conſulem Campanum vt fieret Romæ poſtularunt; luxuriæ, quod etiam voluptate ferociam Annibalis emolliuerunt. De conſule Campano ſic Liuius lib. 33. Poſtremo vicit ſententia plurium, vt ijdem legati, quo ad conſulem Romanum ierant, ad Annibalem mitterentur: qui priuſquam iretur, certumque defectionis conſilium eſſet, Romam legatos miſſos à Campanis in quibuſdam annalibus inuenio, poſtulantes, vt alter Campanus conſul fieret, ſi rem Romanam adiuuari vellent.

Quia

A Quia nimis compar Latinorum quondam poſtulationi erat, Cœliusq́; & alij id haud ſine cauſſa prætermiſerant ſcriptores, ponere pro certo ſum veritus. Hæc Liuius. at Cicero pro vera hanc hiſtoriam attulit. non diſcrepant autem ab impreſſis multi antiqui libri, quos viderim, vnus meus habet, *Qua alterum è Capua conſulem*: bene prorſus. De Campanis hibernis Annibalis, quibus ipſe, & exercitus eius elanguit, Liuius lib. 23. Valerius Max. lib. 9. & alij. vide in commentario orationis in ſenatu.

Huc iſti decemuiri:) Significat ſi ad loci naturam ſatis magnus colonorum numerus adijciatur, ſi centum decuriones, decem augures,
B ſex pontifices ibidem, vt in reliquis coloniis à decemuiris creentur, ſuperbiam & ferociam eius populi intolerabilem futuram. Decuriones autem erant iidem in colonia, ac Romæ ſenatores, qui ordo in præfectura conuentus appellatur. Cicero pro Sextio: Qua de cauſſa & tum conuentus ille Capuæ huic apud me P. Sextio maximas gratias egit. & hoc tempore iidem homines nomine commutato coloni, decurionesq́; beneficium P Sextii teſtimonio declarant. Recita quæſo P. Sexti, quid decreuerint Capuæ decuriones. Augures vero & põtifices etiam in coloniis, vt Romæ, creatos hic locus ſigni-
C ficat. quorum auſpiciis res aut gererentur, aut dimitterentur. Quod autem ſcriptum eſt.

Cum numerum colonorum ex lege Rulli:) Antiqui libri, inter quos Egnatianus, habent, *Cum modo colonorum.* mei: *Cum mò colonorum.* ego, *colonorum* 133 vt dicat, *Colonorum quinque millia.* tot enim fuere, quod hæc ipſa docet oratio & epiſtola 16 lib. 2. epiſt ad Attic. nihil autem affirmo, coniecturam tantum oſtendo. ex inſcitia enim librariorum manauit fortaſſe mendum, qui cum ad hunc locum veniſſent, & in has notas incidiſſent, non intelligentes, quid ſibi vellent, & hac in re heſitantes, alii cum numerum eſſe ſuſpicarentur, in, *numerum* mutarũt, alii deſcripſerunt ſic, vt in meo eſt, *mò.* quod parua mutatione facta in priſtinam formam (ni fallor) reſtitui poterit. in his vero reb. cre-
D bro peccabant veteres librarii totius rationis ignari, & tamen quid notæ illæ ſignificarent, ſtulte interpretati volentes. ſic & in epiſt. 13. lib. 7. epiſt. ad Att ſcriptum eſt: Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum &c. gladiatores Cæſaris, qui Capuæ ſunt, ſane commode Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum. ſecutorum in ludo 133. fuerunt. quo loco in Cardinalis Beſſarionis libro qui in bibliotheca S. Marci aſſeruatur, corrupte legebatur. Bis fuerunt.

Romam in montibus poſitam, & conuallibus:) Superbiæ genus, cum coloni auctores & parentes ſuos contemnunt. contemnent autem ſi-
E tum vrbis Romæ Campani; quod in montibus, & conuallibus collocata ſit, ædificiorum rationem, quod cænaculis ſublata atque ſuſpenſa ſit, viarum deſcriptionẽ, quod non optimæ, & anguſtiſſimæ ſint. rationem cænaculorum reddit Vitruuius lib. 2 cap. 10. Cænacula vero ſuperiores ædium partes erant, ad quas ſcalis aſcendebatur. Viarum, Liuius lib. 5. Feſtinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui, alienive diſcrimine in vacuo ædificant. ea eſt cauſſa, vt veteres cloacæ primo per publicum ductæ nunc priuata paſſim ſubeãt tecta, formaq́; vrbis ſit occupatæ magis, quàm diuiſæ ſimilis. &, *Montibus*, Ianiculo, qui hodie ad ædem diui Nophorii. Vaticano, qui ad

diuum Petrum. Viminali, vbi ædes diuç Mariæ populi ſita eſt, Exquilino ad diuum Euſebium. Cælio ad diuum Ioannem Lateran. & diuum Gregorium, Palatino ad Palatium, Auentino ad diuam Sabinam eſt & alius monticulus ad diuum Sauum, quem montem collinum minorem appellant. A

Non optimus.) Autem dixit, quia neq; planæ, neq; rectæ & vias intellexit eas, quæ latiores eſſent à populo tritæ: ſemitas, quæ à via ad viam tranſuerſæ ducerent. quid ſint autem cænacula, & conualles, Feſtus docet.

Tra ſua Capua planiſſimo in loco explicat.) ἀντίθετον eſt illius, *in montibus poſitam, & conuallibus, cænaculis ſublatam, atque ſuſpenſam.* Feſtus autem ſcriptum reliquit. Capuam in Campania quidam à Capy appellatam ferunt, quem à pede introrſus curuato nominarunt antiqui, Falconem noſtri vocant. alij à planitie regionis. B

Agros vero Vaticanum, & Pupiniam.) Vt vrbem, inquit, ſic agros vrbis cum ſuis comparando contemnent. ex agris vero Romanis in primis nominat Vaticanum, & Pupiniam, vt maxime ſteriles. ſcribit Valerius lib quarto: M. Atilium Regulum agrum ſeptem iugerum habuiſſe in Pupinia, quaſi in ſterili ſolo. vterque horum agrorum maxime ſuburbanus fuit. Quod autem ſcriptum eſt.

Cum ſuis optimis, atque vberibus campis:) malim, *opimis, atque vberibus*, ne ſuperlatiuum nomen poſitiuo prælatum ſit. C

Oppidorum autem finitimorum:) Tertia cauſa contemptus ex nobilium finitimorum oppidorum copia, qua Capua Romam ſuperauit. Ex Latio nominat Labicos, Fidenas, Collatiam, Lanuuium, Ariciam, Tuſculum, quæ primis reip. temporibus magis, quam ſuis floruerant. Ex Campania Cales, Theanum, nimirum Sidicinum, Neapolim, Puteolos, Cumas, Pompeios, Nuceriam, quæ poſtremis etiam temporibus clara erant talis enim idonea per comparationem oppoſitio eſt.

Nuceria comparabunt.) Patet ſententia: magis tamen oſtendetur Campanorum arrogantia, ſi legatur, *non comparabunt.* D

Quibus illi rebus elati.) Concludit Campanos his rebus, quas ſupra commemorauit, elatos, ſi non continuo, at certe, vbi paulum aſſumpſerint roboris, longius eſſe progreſſuros, nec coloniæ ſuæ finibus fore contentos. Quibus verbis innuit periculi, quod ab ijs Romæ imminet, magnitudinem. Quod autem ait;

Fortaſſe non continuo, ſed certe ſi paulum aſſumpſerint vetuſtatis.) ἀξιοπιστία eſt. probabilem enim rem facit à temporis interuallo. ſi non ſtatim, at aliquando inflabuntur.

Singularis homo priuatus.) Probat à maiori colonos Seruilianos Capuæ collocatos aliquid eſſe flagitij paraturos. Etenim ſi ſingularis homo priuatus vix officij rationem tueri in magna rerum affluentia poteſt, multo minus coloni iſti à Rullo delecti, Capuæ in domicilio ſuperbiæ, & ſedibus luxuriæ collocati ſe continebunt. Quod autem ait: E

Niſi magna ſapientia preditus.) Iccirco dixit, quia ſapientia moderationem, atque reliquas omnes virtutes ex Stoicorum ſetentia amplectitur. opponit autem ſingularem hominem priuatum multis à Rullo conquiſitis colonis, magnas priuati hominis fortunas

A Capuæ, quæ eſt domicilium ſuperbiæ, & ſedes luxuriæ. Hæc argumentatio habet ſpeciem illius artificij, quod Βίαιον ab Hermogene vocatur Si non ſtatim, at aliquo temporis interuallo inflatos iri colonos, qui à decemuiro Rullo, & collegis Capuam deducentur, paulo ante dixit, iam contrarium dicit, ſtatim ſcilicet eos inflatos iri, & aliquid ſceleris, & flagitij conquiſituros.

In domicilio ſuperbiæ.) ὑπερβολή. ſic & in oratione poſt reditum in ſenatu: Capuæ ne te putabas, in qua vrbe domicilium quondam ſuperbiæ fuit, conſulem eſſe.

B *Immo vero etiam hoc magis.*) Moturos in remp. arma Campanos, ſignificat primum à pari, deinde à minori. à pari, nam veteres etiam Campani vetere rerum copia deprauati quondam id fecerunt. à minori, quia multo magis hi ex ſumma egeſtate in eandem rerum abundantiam traducti, non ſolum copia, ſed etiam inſolentia commouebuntur. eſt autem locus Ariſtotelis de quo ſupra etiam meminimus. qui, inquit, qui nouas poſſident diuitias inſolentiores eſſe, quam qui veteres.

Germanique.) Veri, vnde germana ironia, germana patria, germanus negociator, & huiuſmodi alia.

C *Hæc tu cum iſtis tuis actoribus:*) Hinc incipit peroratio, quæ breuem continet ſuperiorum argumentorum repetitionem, amplificationem, animorum commotionem, & adhortationem. Repetit autem argumenta non omnia, neque eodem ordine, ſed quæ firmiſſima ſibi viſa ſunt, atque itaque vt primo & poſtremo loco firmiſſimum quodque collocet. quæ mediam naturam tenebant, ea in medium coniecit. Vectigalium venditionem, Capuæ oppoſitionem, quæ ad obtinendam cauſam plurimum valebant, primo loco poſuit. poſtremo, Pompeij dignitatis oppugnationem, quod & ipſum vehementer mouebat populum. reliqua interpoſuit. illud, vt leue
D de comitijs habendis creandorum decemuirum gratia, omiſit. omnia vero μετὰ δεινώσεως amplificat. Rullum & collegas eius iſtarum rerum auctores in inuidiam rapit. populum vt, quando conſulem fortem, ac vigilantem habet, qui pro retinenda libertate tantopere laborat, cum ſuis ſtudijs adiuuet. futurum enim vt nobilitas populi ipſius iudicium in deligendo conſule maxime probet. Hæc autem cum increpatione in Rullum profert, qui conſilia potius M. Bruti, quam monimenta maiorum, quos tantopere extulit, ſequi maluerit. Quod autem ſcriptum eſt.

Cum iſtis actoribus tuis;) Et ſi ex vulgata hac lectione certum ſen-
E ſum elici poſſe videam: quaſi enim poëta eſſet Rullus tribunus pl. & fabulam ediſſet, legem agrariam, vſus actoribus, collegis, ita, μεταφορικῶς de eo Cicero loquitur. malim tamen, *Auctoribus*, cuius vocis veſtigia ſunt etiam in libris quibuſdam manuſcriptis. habent enim, *Auctionibus*. & quia hæc vox ſenſum habet meliorem. Auctores autem legis dicuntur, ij de quorum ſententia lex ipſa fertur. ſignificat autem Lucullum, & Craſſum. de quibus ſupra. Item quod ſcriptum eſt:

Vt vetera vectigalia venderetis, & expleretis noua.) Malim. *Expilaretis*, quam, *Expleretis*. vt in Verrem: Exercitum, prouinciamque compilauit. Cæterum argumenta quæ repetit, ſatis ex ijs, quæ ſupra

dicta

dicta ſunt, manifeſta ſunt. &, *Noua*: Nuper inſtituta, & pro proximis A annis quæſita.

Vrbi Capuam ad certamen dignitatis opponere vis.) Probo ſententiam eorum, qui, *opponeretis*, legunt, vt cum ſuperioribus, & cum inſequentibus, *Venderetis*, &, *Subiungeretis*, cohæreat.

Sub veſtrum ius:) Hæc omnia referuntur ad illum locum; Cognoſcite nũc, quæ poteſtas decemuiris, & quanta detur. quam infinitam eſſe eo demonſtrat, quod non ſolum vrbes, ſed nationes, non ſolum nationes, ſed prouincias, non ſolum prouincias, ſed regna, & orbem terrarum denique ſubiungat. eſt autem incrementum in verbis, creſcit enim oratio: & ab humilioribus ad altiora per quoſdam B gradus aſcendit.

Liberos populos:) πάθος à libertatis amiſſione.

Vt, cum omnem pecuniam ex Ærario exhau.) Dictum ὑπερβολικῶς. neq; enim erant exhauſturi omnem pecuniam, ſed quantum ad ſumptus neceſſarios faciendos ſatis fuiſſet.

Ex vectigalibus.) Venditis. de qua re vide ſupra.

Tamen omnes vobis pecunias:) Itaq; eorum auaritiam importunam ſuperius vocauit.

Deſertos, ac peſtilentes:) Etenim quantulum intereſt, vtrum in Maſſici radices, an in Apuliam, aliove deducamini, dixit ſupra. & alio C loco: In Sipontina ſiccitate, aut in Salapinorum peſtilentiæ finibus.

A veſtris neceſſariis:) De Rullo ſuperius: Habet, inquit, ſocerum virum optimum, qui tantum agri in illis reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit. huic ſubuenite vult ſuccumbenti, &c.

A veſtris neceſſariÿs, à vobiſmetipſis emptos:) Hac de re in argumentatione nulla eſt mentio. aut igitur ἐπεξήγησις eſt vocis illius, *à veſtris neceſſariÿs*, quaſi dicat, hoc eſt, vobis met ipſis, aut in ſuſpicionem adducit decemuiros. multos legi manuſcriptos libros, in quibus eſt. *Et à vobis met ipſis.* D

Vt ipſum Cn. Pompeium:) Hæc verba vſq; eo, *Ereptum teneretis*, abundare putat Paulus Manutius.

Contra acerrimos hoſtes, & centra improbiſſimos ciues victor extitit:) Bellum Africanum, Sertorianum, & Mithridaticum intelligit, quibus Pompeius Domitium, Carbonem, Sertorium, & Perpernam, cæteroſq; ciues Marianæ factionis ſocios perſecutus eſt, & Hiarbam Africæ, & Mithridatem Ponti reges vltus eſt. Quod autem ſcriptum eſt, *Victor extitit*: Sunt, qui opinantur legendum, *Victor euaſit*, lectionis antiquæ veſtigia ſequuti, quæ eſt, *Victorem atque*. Mihi certe, vt, quod ſentio, exponam, verbum *extitit* frigidius videtur. E

Nihil numero, & ſuffragÿs declarari:) Non eſt, vt quidam ſuſpicantur, mendoſus hic locus, ſed obſcurus. ſignicat autem, vt ego opinor, *Numero, & ſuffragÿs*, in foro, & in campo. Nam numerus in concione valet, ſuffragia vero in campo: in foro, cum adeſt concio agente cum populo magiſtratu: in campo, ſuffragij ferendi cauſa. vnde illud Liuij lib. IX. in extremo: Eorum, & campum corrupit. quod ſi ita exponemus, notulam delebimus, quæ eſt in omnibus impreſſis.

A *Nihil elata manu perfringi poteſt*:) Egnatianus liber habet *Velata*, vnus meus *Vel lecta*,,in impreſſis ſtellula eſt è regione appoſita, quæ corruptum locum ſignificet. Fortaſſe autem, (quanquam paulo magis quam ſoleo à vetere ſcriptura diſcedo) *Nihil vi, ac manu*, recte legi poterit. vt ſemper cum vno verbo duo nomina Cicero adiunxerit, & quemadmodum dixit.

Auro & Argento violari, numero, & ſuffragijs declarari, ſic dicat, *Vi ac manu perfringi*. ſententia certe non repugnat.

Cum imperio ſummo: Supra: Cum imperio ſummo, iudicioque omnium rerum vagari, vt liceat, conceditur.

B *Atque ipſa caſtra.*) ὑστερολογικῶς ita locutus eſt. ſuperius enim non caſtra, ſed manubias imperatoris Pompeij, in eius caſtris a Rullo venditum iri dixit.

Vt interea magiſtratus reliquos:) Hæc etiam ad infinitam decemuirum poteſtatem indicandam pertinent: ſed repetit, vt impreſſam populo relinquat recentem memoriam earum rerum, quæ ad mouendos animos plurimum valent.

Nemo ad populum R. vos adducere, nemo producere:) Adducere ad populum dicitur de reo, cum poſtulatur; producere ad populum, cum priuatus à magiſtratu quacunque de re pro roſtris interrogatur. vt e-

C piſt ad Att. lib. 11. Tum Piſonis conſulis impulſu leuiſſimus tribunus pl. in concionem produxit Pompeium, & quæſiuit ex eo, placeret ne. & in oratione pro domo: & alibi ita. His in verbis ὁμοιοτέλευτα, ἀναιρέσεις, ἐπαναφοραὶ ornant orationem.

Hæc ego vos concupiſſe:) Cum omnia, quæ hac lege continebantur, incommoda enumeraſſet, mirari ſe negat eos hæc concupiuiſſe, ſed ſperaſſe ſe conſule conſequi poſſe. Egregie cupimus enim nulla ſæpe ratione adducti, ſperamus iuſta. Vnde dixit ad Q. fr. In quo magis eſt optandum, quam ſperandum. Nunc vero ſedata iam animi contentione mitius agit. at ſupra indignabundus querebatur, ſe

D tam contemptum eſſe à decemuiris, vt hæc portenta ſe conſule potiſſimum cogitarent.

Nam cum omnium conſulum.) Quod dixit, mirari, ſperaſſe eos ſe hæc portenta conſequi poſſe ſe conſule, probat quippe qui ſit, & eſſe debeat in cuſtodienda rep. diligentiſſimus. nam cum omnes alij, tum maxime, qui non generis gratia, ſed virtutis facti ſunt conſules, ſummopere pro rep. eniti, ac vigilare debent. Conſules autem in cunabulis factos, ſignificat eos, qui generis ſplendore, & maiorum commendatione ad conſulatum peruenerunt, in campo, qui virtute. in campo enim virtus, & induſtria candidatos commendat.

E *Nulli populi R. pro me maiores mei ſpoponderunt.*) Hæc eſt aſſumptio huius argumentationis. ſe enim non in cunabulis factum, ſed in campo conſulem addit, id eſt, non maiorum ſuorum meritis, ſed ſuis eſſe conſulatum delatum. neque enim ſe habuiſſe maiores, qui in republica honores ceperint, ac pro ſe ſpoponderint, ſed ſibi creditum eſſe, à ſe peti, quod debear, oportere. debet autem vnuſquiſque conſul ſingulare in rep. ſtudium. itaque de ſe ita etiam dixit in prima in Catilinam: An inuidiam poſteritatis times? præclaram vero populo R. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad ſummum imperium per omnes honorum gradus extulit.

Spopenderunt:) Tranſlatio à fideiuſſoribus. A

Pro me, mihi, à me, me ipſum:) πολύπτωτον.

Creditum: Reſpondet illi verbo, *Spopenderunt*; idem faciunt verba ſequentia, *à me petere quod debeo*.

Quemadmodum cum petebam nulli me vobis auctores generis mei:) Exornatio à contrarijs. ſunt enim inter ſe oppoſita virtus, & vitium, præmium, & pœna quanquam virtutem & præmium modeſte reticuit; quod ni feciſſet, dixiſſet: Quemadmodũ cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei cõmendarunt, ſed virtuti meæ debita præmia tributa ſunt; ſic, ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur, id eſt, quæ me à pœna eximant. Ita fortaſſe B dixiſſet apertius, ſed quo minus arrogans eſſet oratio, virtutis ſuæ mentionem, & præmij omiſit. non corrupta autem, ſed præpoſtere collocata, & confuſa ſunt verba impreſſorum inſcitia.

Quæ à me vobis deprecentur.) Quorum ordine mutato ſic lego, *Quæ me à vobis deprecentur*, quod & ex ſententia ipſa, & veterum exemplarium auctoritate comprobatur.

Quare modo, vt vita ſuppetat:) Concludit, ſe, quemadmodum ſibi faciundum eſſe oſtendit, remp. diligenter, ac fortiter defenſurum, modo vita ſuppetat, quam etiam ab aduerſariorum inſidijs cuſtodiet. Locus ad colligendam beneuolentiam populi aptiſſimus. C

Quanquam ego ſum is, qui eam peſſim ab iſterum:) Sic in omnibus libris emendate impreſſis legitur. vnus tamen meus manuſcriptus habet.

Quam ego ſpero ab iſtorum ſcelere, inſidijſque defendere) Alter *quam ego ab iſtorum ſcelere, ſummiſque inſidijs defendere.* Egnatianus, & alij, *Quanquam ego ſum is ab iſtorum ſcelere, inſidijſque defendere.* quos cum inſpiceremus, & ſi non nihil inter ſe diſcrepare animaduertimus, duas tamen voces ab omnibus abeſſe deprehendimus, quæ in impreſſis ſunt, *eam poſſim.* quare ſic emẽdaremus, *Quam ego ſum is, qui ab iſtorum ſcelere, inſidijſque defendero.* ex qua correctione, ni fallor, ſatis D aptus elicitur ſenſus: nec à manuſcriptis exemplaribus valde diſceditur. eſt autem ἐπιδιόρθωσις λαμπρότης. nam (vt Hermogeni placet) eæ ſententiæ, quæ gloriationem aliquam in ſe continent, ad eam formam pertinent, quam ipſe ſplendorem vocat.

Ego is conſul, qui concionem metuam:) Hæc & quæ ſequuntur Ciceronis non eſſe, neque ad rem pertinere Paulus Manutius exiſtimat. Quod ſi ea Ciceronis eſſe dicamus, tum alterum ex ijs, quæ propoſuit, ab eo confirmari dicemus, nimirum ſe forti, ac minime timido animo remp. adminiſtraturum Ego, inquit, timidus conſul non E ſum. ſignum. etenim ſi veſtris nondum armatus nihil timui, multo minus veſtro præſidio inſtructus nunc timebo. Timoris autem conſularis partes perſequitur; vt concionem reclamantem timere, cui aliquando Æmilianus ita reſpondit: Hoſtium armatorum clamorem qui non extimui, multo minus veſtrum metuam, quorum Italia nouerca, non mater eſt. Tribunos pl. perhorteſcere, id eſt, poteſtatem tribuniciam, quæ plerunque conſulari aduerſatur, timere Sæpe, & ſine cauſa tumultuari, quod eſt, animo, & mente conturbari. Carcerem, ſi eo tribunus duci iuſſerit, timere. nam hæc tribunorum pl. in conſules poteſtas fuit. itaque Brutum &

A Naſicam Coſ. à C. Curiato trib. pl. in carcerem coniectos, quia ſibi non ſatisfeciſſent, accepimus. ſignificat deinde ſe iam tum conſulem deſignatum, antequam inito magiſtratu imperium conſulare adeptus eſſet, Seruilio tribuno pl. qui iam tribunatum inierat IIII. id. Decemb. reſtitiſſe. Eodem vero argumento vſus eſt in II. Philippica; *Defendi remp. adoleſcens, non deſeram ſenex: contempſi Catilinæ gladios, non pertimeſcam tuos.*

Non horrui in hunc locum procedi poſſe:) Roſtra dicit, ex quibus ſolebant haberi ad populum conciones. ſic & in Pompeiana: Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi R. in hunc ipſum lo-
B cum aſcendere, cum eum, &c. Non ignorare autem oportet, vnumquenque ſenatorem vel priuatum promulgatas leges, & ſuadere, & diſſuadere potuiſſe, legumque promulgatarum prohibitionem. rem vſitatam fuiſſe, vt ſuaderentur, & diſſuaderentur leges apud Romanos. hoc traditur à Liuio libro quadrageſimo his verbis: Traditum eſt, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis ſuadendi diſſuadendique leges poteſtas facta eſſet, eoque perſæpe eueniſſe, vt qui non profeſſi eſſent ſe interceſſuros animaduerſis vitijs legis ex ratione diſſuadentium intercederent, vt qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent victi auctoritatibus ſuadentium
C legem.

Tantis munita præſidijs.) Armis, inſignibus, imperio, auctoritate conſulari.

Si antea timuiſſem, hac concione hoc populo certe non vererer:) Alterum ſignum, cur ſibi non ſit timendum, affert ſtudia erga ſe popularia, quæ ex vultu ipſius populi, qui in concione ſtabat, cognoſcebantur, ſic enim in ſequenti inquit: *Video quoſdam Quirites ſtrepitu ſignificare neſcio quid, & non eoſdem vultus, quos proxima mea concione mihi præbuerunt, in hanc concionem mihi retuliſſe.* Attentam ergo, atque amicam ſibi concionem animum addere ſignificat. cum attentius ipſe legem a-
D grariam diſſuaſerit, quam multi ſuaſerint. quod autem dixit,

Diſſuadere) Id corrigit verbis grauioribus vſus, *Diſturbare, ac peruertere* libri tamen antiqui habent, *Atque peruertere*, quod probo; ſententia enim fit numero plenior, & compoſitione lenior.

Ex quo intelligi Quirites poteſt:) Attentionis popularis cauſam eſſe ait popularis conſulis orationem, qua pacem, tranquillitatem, ocium pollicetur, quibus nihil eſſe, vt initio dixit, popularius poteſt. Quod legitur vulgo.

Quam id ego.) Legendum eſt, *Quam id quod ego.*

E *Pacem, tranquillitatem, ocium.*) συνωνυμία.

Qua nobis deſignatis timebatis:) Adimit metum eorum malorum, quæ ſe deſignato conſule impendebant, ne fides de foro tolleretur, iudicia perturbarentur, res iudicatæ infirmarentur. ſe enim conſilio ac ratione, ea ne accidere poſſint, prouidiſſe.

Non modo vos.) Immoratio, qua auget magis diligentiam ſuam; cum pollicetur ſe ocium non ſolum ocij ſtudioſis, ſed etiam ijs, quib. ocium ipſum diſplicet, & qui ocio ciuitatis perturbantur, paraturum, id eſt, tribunis pl. & reliquis in ciuitate turbulentis hominibus ad quodcunq; facinus paratis, quibus nihil ocio publico eſſe inimicius poterat. Quod autem ſcriptum eſt,

Quibus

Quibus ocioſi negocium feciſſemus.) Procul dubio legendum eſt, *Negocium faceſſimus*, vt Carolus Sigonius doctiſſime & ingenioſiſſime legit; nam & id ſententia poſtulat, nec dicendi ratio reſpuit: eſt enim negocium faceſſere vſitatum Ciceroni, pro, negocium præbere. vnde illud ad Appium: *Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negocium faceſſerent.* & pro Cluentio: *Si cui hac lege negocium faceſſetur.* A

Etenim illis honores, poteſtates, diuitiæ ex tumultu, atq; ex diſſenſionibus ciuium.) Ratio cur illi tumultum, ac diſſenſionem ament, populus ocium amplecti debeat. nam illi ex tumultu honores, poteſtates, diuitias ex diſſenſionibus ciuium ſperant. populus ocium omni ratione tenere debet, quia gratia eius in ſuffragiis, libertas in legibus, honos in iudiciis, res familiaris in pace conſiſtit. Quod autem ſcriptum eſt. B

Honos in iudiciis, & æquitate magiſtratus.) Vide ne melius ſit, *Honos in iudiciis, & æquitate magiſtratuum*, verum nihil affirmo, cum in antiquis libris, quos viderim, ſcriptum ſit, *Æquitate magnos timores.* placet enim à veterum ſcriptura minimum diſcedere. expreſſit autem ea, quibus popularis reſp. continetur; ſunt enim comitia, leges, iudicia, & magiſtratus. itaque vnuſquiſque qui popularem rationem tuetur, hæc omnia ſumma ope debet tueri. ex ſuffragiis enim, quæ ad comitia referuntur, gratia oritur: ex legibus libertas; ex iudiciorum, & magiſtratuum æquitate honos. addit etiam extremo rem familiarem, quæ vt cætera ſuperiora, non niſi pacis, & ocij cuſtodia diligentiſſima, retineri poteſt. hanc quoq; gratiam, vt retineret, ſuperius populum hortatus eſt his verbis: *Vos vero Quirites, ſi me audire vultis, retinete iſtam poſſeſſionem gratiæ, libertatis, ſuffragiorum, dignitatis, vrbis, fori, ludorum, feſtorum dierum, cæterorum omnium commodorum.* C

Nam etſi ij, qui propter deſidiam in ocio viuunt, tamen in ſua inertia capiunt voluptatem.) Quæ conſequuntur vſq; eo, *Summum & firmiſſimum*, ita deprauata ſunt, vt vix intelligi poſſint. apparet tamen oratorem populum ad ocium amplectendũ adhortari, idq; ſe ex concordia, quam ſibi conſtituit cum collega ſuo C. Antonio, maxime ſperare. D

Non vt quæſitum, ſed vita partum ocium tenueritis.) Hoc quoque tam magnum vulnus eſt, vt illi mederi me, ingenue fatear, non potuiſſe. ſunt tamen qui partim ex ingenio, partim auxilio veterum librorum pro, *Non vt quæſitum*, legant, *Non ignauia quæſitum, ſed vita partum.* alij illud retinentes, & de hoc hæſitantes corrigant, *Non vt quæſitum, ſed vt partum ocium.*

Quod ego & concordia.) Egnatianus liber, & meus habet, *ex concordia.* Vt talis exiſtat ſenſus. Quod ego ex concordia, quam mihi conſtitui cum collega, inuitiſſimis iis hominibus, qui nos in conſulatu inimicos futuros eſſe putabant, ſpero E

Et animis, & corporis actibus prouidi. omnibus proſpexi ſane & reuocaui, idem tribunus pl. denunciaui, quid turbulenti me conſule conſtarent.) Hos ad ſenſus explendos multa deſiderantur. Videtur autem commemorare, quæ ipſe pro rep. compararit; hoc modo: Ego ne quid reſp. detrimenti accipere poſſet, & animi & corporis actibus prouidi, omnibus proſpexi ſane, & veterem defendendæ reip. rationem reuocaui, idem tribunus pl. denunciaui, ne quid turbulenti me conſule

A conflarent. aut alia eiuſmodi, quæ ſibi quiſq; fingere poterit. difficile eſt autem in tantis tenebris lucem videre, & in tam deprauatis rebus, quid verum ſit cognoſcere, vbi veteres libri aut deficiunt, aut ſcripturam parum probabilem habent. in quibuſdam libris, quos mihi videre contigit, ſcriptum eſt, *Proſpexi ſane, & renoraui* in Egnatiano, *Sane & rogaui.* vt coniecturæ locus mihi non videatur, legerem tamen: *Denunciaui ne quid*, particula ne gandi, quæ in omnibus libris impreſſis defecerat, addita, ſic enim poſtulat ſententia, vt dubitari nullo modo poſſit, quin deſideretur.

Summum, & firmiſſimum eſt illud.) Concludit reip. ſummam ſalu-
B tem in populi ſtudio eſſe poſitam, ſi tale ſequentibus temporibus adhibuerint, quale hodierna die præbuerunt. Quod ſcriptum eſt,

Populo R. præbuerunt) Malim exigua literarum mutatione, *Reip præbeatis.* antiqui libri. P. R. ego, R P. hoc eſt, reip cur enim dicat, populo Romano, cum ipſe populum Romanum alloquatur?

Pro certo polliceor hoc vobis, atq; confirmo, me eſſe perfecturum, vt iam.) Extrema pollicitatio breuis eſt, qua ſe diligentia effecturum eſſe oſtendit, vt qui honori inuident ſuo, maxime populi R. in ſe conſule deligendo iudicium comprobent. cum incredibilem ſuam in tuenda rep. curam perſpexerint. id quod in toto deinceps conſulatu pleniſſime
C præſtitit.

BERNARDINI LAVREDANI, ANDREÆ F. PATRICII VENETI,

D

IN TERTIAM ORATIONEM M. T. CICERONIS contra P. Rullum De Lege Agraria,

COMMENTARIVS.

E

ORATIO XVII.

PRullus cum ſe, legemq; ſuam acerrime ab conſule M. Cicerone ſecundis populi R. auribus oppugnatam eſſe ſuperiore oratione ſentiret, in concionem, vt coram cum conſule contenderet, venire non auſus, abſentem eum haud ita multo poſt apud populum criminatus eſt, ipſum gratificantem Syllanorum agrorum poſſeſ-
ſoribus

ſoribus agrariæ legi, & commodis plebis obſtitiſſe. Quæ eum Cicero accepiſſet, dignam rem eſſe ratus, quam in concione refelleret, ea aduocata hanc orationem habuit, in qua ſe nemini, niſi reip. Rullum ſocero ſuo Valgio conſulere oſtendit. Et quoniam Ciceronem Rullus Syllanorum agrorum poſſeſſoribus proſpicere dixerat, iis autem proſpici niſi ademptis agris non poterat, oſtendit tantum abeſſe, vt Rullus Syllanos agros ſua lege poſſeſſoribus adimat, vt eos etiam cõfirmet, & ſanciat. Quod XL. legis ſuæ capite faciebat, quod erat eiuſmodi. A

Quæ poſt C. Marium, Cn. Papirium Coſs. publice data, aſsignata, vendita, conceſſa, poſſeſſa ſunt, omnia eo iure ſint, vt quæ optimo iure priuata ſint.) Atque hoc ipſum iniquum, & pernicioſum reip. vt cætera eſſe oſtendit. B Tota cauſa in coniectura verſatur. quæſtio eſt, vter Syllanas poſſeſſiones defendat, Cicero, an Rullus, & vter eorum commodis populi reſiſtat. Exordij loci hi ſunt. ab aduerſariis, ab auditoribus. à re. aduerſarios ait, commodius fuiſſe facturos, ſi quæ ad populum de ſe detulerunt, ea ſe præſente potius, quam abſente dixiſſent. eosq́; nunc iterum inuitat, vt in concionem prodeant à populo, quia partem eius ex vultu immutata voluntate eſſe intelligebat, exiguam bonæ de ſe opinionis vſuram poſtulat Rem ita proponit. Vt ſi qui crediderunt, ſe gratificantem Syllanorum agrorum poſſeſſoribus agrariæ Rulli legi obſtitiſſe, eoſdem etiam crediaiſſe neceſſe ſit, eadem lege Syllanos agros adimi. Quod nullo modo à Rullo fieri, verum eoſdem maxime confirmari ſe demonſtraturum pollicetur. C

Commodius feciſſent.) Locus exordij à facto aduerſariorum. eſt præterea ἀξιοπιστία ita enim ſuæ cauſæ bonitate confidere ſe oſtendit, vt tribunos pl. ad contentionem prouocet; eos contra ita ſuæ diffidere demonſtrat, vt præſens certamen fugiant, falſis criminibus ſe abſentem perſequantur. ex quo apparet, exordium hoc habere σύστασιν, καὶ διαβολὴν τοῦ προσώπου.

Deferunt.) συκοφαντοῦσι. odioſo verbo, & apto ad tribunos in odiũ rapiendos vſus eſt. deferunt autem, non detulerunt, dixit, vt non ceſſantem eorum in criminando conſule laborem indicaret. D

Coram me præſente.) Alterum ex his abundare duræ auris homo dixerit. ego nõ abundare, ſed ſcienter, venuſteq́; poſitum duco. ſic enim etiam Terentius locutus eſt.

Nam & æquitatem) Cur commodius facturi fuerint, ſi præſente cõſule egiſſent, cauſas affert tres. quarum hæc vna eſt, quod populum æquiorem iudicem obtinuiſſent. altera, quod conſuetudinem ſuperiorem retinuiſſent, quibus verbis oſtendit, priores tribunos pl. conſueuiſſe quæ in conſules dicerent, ipſis præſentibus conſulibus dicere. tertia, quod ius ſuæ poteſtatis cõſeruaſſent. apparet enim Rullum ius tribuniciæ poteſtatis imminuiſſe, cum tribuni antea cum conſulibus coram contendere de rep. ſoliti fuerint. E

Sed quoniam) ἀντίθεσις.

In meam concionem) Quam ego conſul aduocaui ſic in extremo: *Veniant coram, & quoniam me in veſtram concionem vobis &c.*

Et quo prouocati à me venire noluerunt.) Prouocauit ſuperiore oratione, his maxime verbis: *Quod ſi commodum veſtrum ſpectat, veniat, & coram mecum de agri Campani diuiſione diſputet.*

A *Video quoſdam, Quirites.*) Intelligendum eſt ſtrepitum, & vultum nonnullorum, qui in concione aderant, hunc alterum oratori exordiendi locum præbuiſſe. hi enim tribuni pl. criminatione commoti haud ita gratos, vt ante, animos ad concionem retulerant.

Strepitu ſignificare.) Reclamatione inſolita parum amicos animos ſuos declarare. quod vt obſcurius diceret, dixit, *Significare neſcio quid*, quaſi vero ignarus eſſet, quid ſibi inſolitus ille populi ſtrepitus vellet.

Proxima concione.) In qua ita dixit: Si antea timuiſſem, hac concione, hoc populo certe non vererer; quis enim vnquam tam ſecunda B concione legem agrariam ſuaſit, quam ego diſſuaſi?

Quare à vobis) Ex quatuor remediis, quæ aduerſæ populi acclamationi adhiberi ſolere ipſe Cicero tradidit, vtitur deprecatione, petit enim ab iis, qui nihil crediderunt, perpetuam erga ſe voluntatem, ab iis, qui crediderunt, exiguam bonæ de ſe opinionis vſuram. Hoc præceptũ eſt in 11. de orat. Nam acclamationes naſci ſolitas ait, aut orationis peccato aliquo, ſi aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur, aut hominum offenſione vel inuidia, quæ aut iuſta eſt, aut ex criminatione, atque fama. aut ſi res diſplicet, aut ſi eſt in aliquo motu ſuę cupiditatis, C aut metus multitudo. his autem malis hæc remedia afferri poſſe ait. obiurgationem, ſi eſt auctoritas, admonitionem, quaſi leuiorem obiurgationem, promiſſionem, ſi audiuerim, & deprecationem. Hoc autem loco adhibet deprecationem admiſta etiam obiurgatione, & promiſſione: obiurgatione, cum inconſtantiæ inſimulat nonnullos, quos leuiter immutatos eſſe dicit: promiſſione, cum promittit, ſe probaturum populo ea, quæ dixerit.

Sin aliter.) Hoc cum magna fiducia dictum veritatem rei oſtendit. translato vſus eſt ab onere ſumpto, quod ſi graue eſt, depoſitum, abiectumq́; relinquitur. dixit autem recte,

D *Depoſitam, atq; abiectam.*) Nam deponimus quæ iterum ſumamus; abiicimus, quæ ſumi à nobis nunquam in poſterum volumus,

Completi ſunt animi.) Tertius exordij locus à re, quam proponit. perſuaſum eſſe populum ait, ſe gratificantem Sullanarum aſſignationum poſſeſſoribus agrariam legem oppugnaſſe. neq; enim aliud eſt,

Completi ſunt animi, aureſq́; veſtra Quirites.) Niſi, perſuaſum vobis eſt. animorum enim feneſtræ ſunt aures, per quas quaſi aditum præbentes audita ad animum transferuntur.

Me gratificantem.) Hoc eſt id, in quo fama integritatis agebatur. legem ipſum conſulem diſſuaſiſſe non reip. ſed priuatorum commo- E do. quod ne fiat, cauendum eſt vnde in ſuaſione legis Maniliæ dixit: *Quamobrem, quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt Quirites, id omne me reip. cauſa ſuſcepiſſe confirmo: tantumq́; abeſt, vt aliquam bonam gratiam mihi feciſſe videar, vt multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas, intelligam, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles, ſuſcepiſſe.*

Me gratificantem ſeptem tyrannis.) Indicat ſeptem homines maxime locupletes ex poſſeſſionib. Sullanæ aſſignationis, quos ὑπερβολικῶς tyrannos vocat, Aſſignationes autem hoc loco agri à Sulla aſſignati dicuntur, iis, qui ipſum ſecuti contra Marium arma tulerant, vt ad Papirium, Æſtimationes, agri à Cæſare æſtimati.

Hac ſi qui crediderunt, illud prius crediderint neceſſe eſt.) Vt oſtendat, ſe A non pugnare pro Sullanis, proponit ſe demonſtraturum, eos non oppugnari lege Rulli Locus eſt ab antecedentibus. qui credit agros Sullanos à me defendi, credat prius neceſſe eſt, eos hac lege Rulli adimi; quos tamen conſeruari oſtendam. quo autem criminoſior oratio ſit, inquit, ſi oſtendo Rullum cauere Sullanis, vt ſocero ſuo conſulat, profecto apparebit, Rullum criminatione illa, qua in me abſentem vſus eſt, & meam, veſtramq; diligentiam deſpexiſſe.

Certo capite legis.) Nimirum *XL. Impudentiſſime*: Cum aperte Valgio ſocero ſuo conſulat. *Si doceo*; Immoratio, augendi cauſa, in qua repetit oratorie, & callide. conſeruari agros Syllanis poſſeſſoribus. B

Non à veſtrorum commoderum patreno, ſed à valgij genero eſſe conſcriptam.) Id eſt, Rullum, non quatenus tribunus pl eſt, ſed quatenus gener Valgij, hanc legem excogitaſſe, & conſcripſiſſe.

Nunquid eſt cauſa Quirites, quin illa criminatione &c. non ſolum meam, ſed etiam veſtram diligentiam, prudentiamq; deſpexerit?) Id eſt, omnino deſpexit. cauſa pro impedimento, vt illud: *In cauſa hac ſunt.*

Non ſolum meam, ſed etiam veſtram prudentiam, diligentiamq;.) Virtutes, quarum alteram priore oratione ſibi vendicauerat, alteram populo tribuerat, cum dixit: *Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram, negligentiam meam legem incognitam acceperitis.* C

Caput eſt legis XL.) Affert numerum capitis legis Seruiliæ, quo Syllanas poſſeſſiones confirmari ait. quod ne priore oratione commemorarit, cauſas duas fuiſſe inquit, vnam, ne dolorem Sullanæ victoriæ, & crudelitatis reuocaret, alteram, ne ſi id impugnaret, quo Sullanæ aſſignationes confirmabantur, nouæ diſſenſionis auctor eſſet. Locus eſt beneuolentiæ plenus, quo ſibi populum mirum in modum conciliat.

Neq; apud vos ante feci mentionem.) Id eſt, ne apud vos quidem, apud quos acta Sullana improbare licet, ne dum in Senatu, vbi non ita licet. D

Ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer.) Tranſlatum à vulneribus, quæ refricata cicatrice renouantur.

Aut aliquid alieniſſimo tempore nouæ diſſenſionis commouere) Id eſt, ne qualis inter Catulum, & Lepidum extitit de actis Sullæ reſcindendis, ſeditionem excitarem. quare hac etiam oratione ſuos mores orator, ſuamq; modeſtiam commendat, qui conſeruandę pacis, & concordiæ cauſa nonnihil de iure publico remitteret. *Alieniſſimo*, autem inquit, *tempore*, præſertim tribunicia Rulli lege turbata rep.

Neq; vero nunc id eo diſputabo, quod hunc ſtatum, &c. præſertim, qui otij, & concordia patronum me) Iterum occurrit tacitæ quæſtioni; quaſi enim quis diceret; ſi priore concione hoc caput nō attigiſti, ne ſeditionem faceres, ſi Syllanos oppugnares, nunc etiam facturus ne hoc es, vt ſeditionem facias? reſpondet, diſputabo hac de re, non quod ſeditionē declinandam eſſe non putem, præſertim mihi, qui me ocij patronum futurum eſſe profeſſus ſum, ſed vt doceam, Rullum tacere debere in iis ſaltem rebus, in quibus de ſe, & de ſuis factis taceri velit. profeſſus eſt autem iis verbis: Ex quo intelligi Quirites poteſt, nihil eſſe tam populare, quam id, quod ego vobis in hunc annum conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, ocium. Itaq; quod ſcriptum eſt, E

Reip.

A *Reip. profeſſus ſum.*) Malim, *populo Romano*, errore ex compendioſæ ſcripturæ ſimilitudine orto, vt in ſuperiore proximo commentario demonſtratum eſt.

De ſe, & de ſuis factis taceri velit:) ἔμφασις. plus enim ſignificat, quàm dixerit ad intelligendum: nimirum Rullum tacere debere, qui capite 50. cauit Syllanis poſſeſſoribus, vt ſoceto ſuo conſuleret. Et, *ſaltem*, dixit, cum ſignificare vellet, prudentiæ Rulli eſſe, ſi de reliquis tacendum ſibi non ducit, ea certe alteri non debere obijcere, quæ ſibi obijci poſſint.

B *Omnium legum iniquiſſimam, diſſimillimamque legis eſſe arbitror eam, quam &c*) σύγκρισις. Aggreditur demonſtrare iniquitatem capitis 40 legis Seruiliæ, quo confirmabat agros à Sylla aſſignatos. Locus argumenti eſt à comparatione ductus. comparat enim hanc legem cum lege Valeria iniquiſſima, cumq; legibus ipſis Cornelijs, atque hanc multo ijs eſſe iniquiorem oſtendit. Lex autem Valeria L. Valerij Flacci fuit, qui interrex ad populum tulit, vt omnia, quæcunq; Sylla feciſſet, eſſent rata. Legibus Cornelijs L. Sulla dictator bona inimicorum ſuorum proſcripſit, atq; amicis ſuis dedit, & aſſignauit. Iniquiſſimam porrò legem Valeriam vocat, augens id, quod in comparationem attulit. Sic enim multo grauior iniquitas exiſtit Rullianæ legis, quæ iniquiſſima lege ſit iniquior. Diſſimillimam vero legis: quia legibus alijs cauetur libertati, hac tyranno Sullæ cauebatur; quare iniqua, diſſimillimaq; legis. lex enim recta eſt ratio, honeſta imperans, prohibenſq; contraria. Fuit autem interrex L. Flaccus, cum conſules C. Marius C. Marij 7. conſulis F. Præneſte per Q. Lucretium, Cn. Papitius Cn. F. Carbo 3. per Cn. Pompeium Syllanos duces occiſi eſſent, ac reſp. ſine conſulibus eſſet, & placuiſſet ſenatui interregem prodi, qui comitia ſubrogandis conſulibus haberet. Appianus. ſignificat autem Cicero legem tum à Flacco latam, qua cauit, vt omnia, quæcunq; Sylla ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, firma, & rata manerent.

C

D

Nam cum ceteris in ciuitatibus, tyranni inſtitutis, leges omnes extinguantur, atq; tollantur) Probat Valeriæ legis iniquitatem, à contrario. ceteris in ciuitatibus tyranni inſtitutis ſuis leges populares tollūt. Flaccus lege ſua tyrannum conſtituit. nulla enim iniquior in libera ciuitate lex videtur, quàm quæ tyrannum inducat; induxit autem ille, cum Syllæ factorum omnium dedit impunitatem. ἀντιμεταβολή.

E *Eſt inuidioſa lex, ſicuti dixi. veruntamen habet excuſationem: non enim videtur hominis:*) Repetit iniquitatem Valeriæ legis. Sed vt maior Seruiliæ legis appareat iniquitas, excuſat Valerium, & ab eo culpam remouet, & in tempus transfert: non enim alio modo, inquit, perturbata conſtitui reſpub. putabatur poſſe, niſi victori Sullæ daretur impunitas.

Quid, ſi eſt hac multo impudentior:) ἀντεξέτασις. impudentem iniquam vocat, ab antecedenti. qui enim carent pudore, ad omne flagitium facile adduci poſſunt. Rei porro neq; ſenſum, neq; animum habenti actum quendam, atq; animum dat. quod enim eſt propriū hominis, legi attribuit; quod ſignificantius eſt, & rem magis auget, pluſq; valet, quàm ſi impudentem Rullum dixiſſet.

Nam

Nam valeria lege, corneliiſq; legibus:) His de legibus ſic in oratione pro Sex. Roſcio Amerino: Bonorum Sex. Roſcij emptor eſt Chryſogonus primum hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierint, aut quomodo venire potuerunt. atque hoc non ita quæram iudices, vt id dicam, eſſe indignum hominis innocentis bona veniſſe: ſi enim hæc audientur, ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimum conqueramur. verum ego hoc quæro: qui potuerunt iſta ipſa lege, quæ de proſcriptione eſt, ſiue Valeria eſt, ſiue Cornelia; (non enim noui, nec ſcio,) verum ex ipſa lege bona Sex. Roſcij venire, qui potuerunt. Scriptum enim ita dicunt eſſe, vt eorum bona veneant, qui proſcripti ſunt: quo in numero Sex. Roſcius non eſt: aut eorum, qui in aduerſariorum præſidijs occiſi ſunt; dum præſidia vlla fuerunt, in Syllæ præſidijs fuit: A B

Eripitur, cum datur:) Alij legunt cum nonnullis antiquis libris.

Eripitur cui datur.) Alij, vt ex iniqua lege bonum conſequi oſtendatur, *Cum eripitur, datur.* Ego vulgatam lectionem tueor. vult enim Cicero impudentiam Valeriæ legis & Corneliæ indicare in eo, quod cum illi darent, eriperent, neq; cuiquam gratificarentur, niſi alteri acerbam iniuriam facerent, atq; omnino neminem locupletarent, niſi altero ſpoliato. eſt enim impudentis dare aliena, & ex alienis bonis ſeſe gratum exhibere. C

Sed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, cui ademptus eſt; aliquem ſcrupulum cui datus eſt:) Leuat infamiam earum legum, quòd quæ legibus illis data ſint, admodum rata non ſint nam & ſperant ſe ſua recuperaturos eſſe, quibus ager ademptus eſt, & diffidunt ſe perpetuo poſſeſſuros ii, quibus datus eſt. cur autem illi ſperent, hi non item, cauſſa eſt quia in legibus illis nihil eſt eiuſmodi, quale eſt in lege Rulli:

Ea omnia eo iure ſint, vt quæ optimo iure priuata ſint.) Qua clauſula ille ſanxit, ac confirmauit ſuas Syllanorum cuiq; poſſeſſiones. D

Rulli cautio eſt hæc:) At Rullus, inquit, cum caueat diligentius Syllanis, quàm Flaccus, eo impudentius.

Quàm procul à ſuſpicione fugit:) Fraudem indicat Rulli, qui cum ſcribere debuiſſet, Quæ poſt L. Sullam dictatorem, vt nominis Syllæ inuidiam euitaret, Conſules C Marium, & Cn. Carbonem, Syllæ inimicos, nominauit, in quorum conſulatu, poſteaquam vterq; eorum alter in Sicilia, alter Præneſte occiſus eſt. Sylla optimatum factionis princeps vrbem victor ingreſſus eſt, & dictator factus eſt. Plutarchus in Sylla, Dionyſius, Appianus, Epitome Liuiana lib. 89.

Quid ergo ait Marianus tribunus pl. qui nos Syllanos in inuidiam rapit.) Pergit interpretari verba legis Rulli, per ſubiectionem. εἰρωνικῶς vero Rullum Marianum vocat, quippe qui re Syllanus eſſet, verbo Marianus. E

Quæ poſt Marium, & Carbonem conſules:) Reperit verba legis, vt vocula *quæ*, quantam vim habeat, aperiat. ea enim interpretatur, agros, ædificia, lacus, ſtagna, loca, poſſeſſiones contineri. ita vt ὑπερβολικῶς, & cum riſu inferat; præter cælum, & mare reliqua omnia ea includi. Ramus vero, Agros, ædificia, verba Rullianæ legis fuiſſe exiſtimat, non Ciceronis.

A *Publice data, aſſignata, vendita, conceſſa ſunt.*) Conſiderat hoc dicendi genus: *Quæ poſt Marium, & Carbonē conſules publice data, aſſignata.* Quæ rit enim à quo data ſint, ac Syllam interpretatur. Publice data; à magiſtratu aliquo intelligit: *Ea omnia eo iure ſint:* Adhuc dubia ſententia eſt, niſi quæ ſequuntur inferantur. Propterea rogat, *Quo iure?* vt ad ſequentia audienda populus reddatur alacrior: his enim figuris hæc legis interpretatio illuſtratur, quæ per ſe parum dignitatis haberet.

Labefactat videlicet neſcio quid:) εἰρωνικῶς, id eſt, non ſolum non imminuit, ſed maxime ſancit ius Syllanarum poſſeſſionum, itaque particula, *Videlicet*, ironijs accommodata vſus eſt, ſic & illud: huic tu B moleſtus eſſe videlicet noluiſti, & in lib. de Orat. Bonus ego videlicet magiſter.

Ut quæ optimo iure priuata ſint:) Hæc eſt clauſula, qua maxime Syllanæ largitiones à Rullo confirmabantur. reſpondent autem inter ſe publice data, & optimo iure priuata.

Etiámne meliore, quàm paterna, & auita?) ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον διλημματικῶς. Vel tyrannicum hoc legis caput eſt, vel inane; tyrannicum, quia Syllanas aſſignationes meliore eſſe iure, quàm priuatas poſſeſſiones iubet: id quod ne legibus quidem Valeria, Corneliaq́; C cauebatur: inane, quod iubebat haberi quod habebatur, cum tamen veteri nemo, vel vt habeatur vt priuatum, cum tamen ſit meliore conditione, quàm priuatum.

Meliore, at hoc:) διάλογος. aſtute autem facit, vt Rullus fateatur meliore, quòd nunquam ipſe confeſſus eſſet, vt anſam eripiat eius arguendi.

At hoc Valeria lex non dicit?) Cum interrogatione Rullum dicere Syllanas poſſeſſiones meliore eſſe conditione, quàm paternas, aut auitas coegiſſet, quod legibus Valeria, & Cornelijs non iubebatur. ex eo illas leges multo Seruilia ipſa modeſtiores eſſe concludit, eſt D autem ſine interrogatione legendum.

Non ſanciunt:) Diſiunctio.

Si iſti agri partem, aliquam iuris, aliquam ſimilitudinem &c.) Valeria, & Cornelijs legibus non id iuberi, de quo dixit, ſignum affert, quòd qui agros à Sylla datos poſſident, præclare ſecum agi arbitrantur, ſi agri ipſi partem aliquam iuris, aut aliquam ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, aut aliquam ſpem diuturnitatis attingant, quod non facerent, ſi lege cautum eſſet. qua re labefactat, & euertit Rulli aſſertionem, quæ erat, Syllanas aſſignationes meliore eſſe iure oportere, quàm priuatas poſſeſſiones, iudicio vel Syllanorum ipſorum.

E *Tu vero Rulle quid quæris?*) Interrogatione à Rullo elicit, quod dixit, Syllanas aſſignationes meliore iure eſſe, quàm Rulli lege, quam Syllæ. vtitur autem argumento ἐκ διαιρέσεως. Aut ita tuliſti, vt homines, quod habent, haberent, aut vt meliore iure haberent. non illud. nemo enim id vetat; ergo hoc.

Vt priuatum:) Eodem iure, quo priuata habentur. altera pars diuiſionis. hoc autem ſine interrogatione ſi enuncietur, tanquam Rulli reſponſum accipiendum eſt, qui dicat: tuli, vt homines quod haberent publice datum, tanquam priuatum poſſiderent. non deſunt tamen, qui cum interrogationis nota ſcribendum putent, ſed docti iudicabunt.

Sed ita

A

Sed ita latum eſt, vt melior &c.) Inſectatur dictum illud Rulli: *Vt priuatum.* non enim in lege ſcriptum eſt, *Vt priuatum* ſed; *Vtqua optimo iure priuata ſint,* quo fieri ait, vt meliore conditione ſint fundi à Sylla aſſignati, quàm patriæ, & auitæ poſſeſſiones. eſt autem πἀρελον. priuarum, latum: fortaſſe etiam melius legeretur, *At ita latum:* quemadmodum paulo ſuperius: *At hoc valeria lex. At,* & At enim particula ſolet ſeruire antypophoris.

Tui ſoceri fundus Irpinus:) Id eſt, fundus, quem Valgius ſocer tuus à Sylla accepit, meliore conditione ſit, quàm meus Arpinas, quem à patre, auoq; accepi. Ludit autem in vocibus Irpinus, & Arpinas. B

Fundus Irpinus ſit, ſiue ager Irpinus:) ἐπιδιόρθωσις. Hoc ait, vt inuidiam faciat Valgio, qui non fundum Irpinum, ſed agrum totum Irpinum à Sylla acceptum poſſederit. agri vero nomen latius patet, quàm fundi. Laur. Val lib. 6. cad. 41.

Id enim caues:) Vt melior ſit, cum ais, *Optimo iure.*

Optimo enim iure ea ſunt profecto prædia:) Argumento à definitione ſumpto docet, meliore conditione eſſe Syllanum agrum, quàm patrium, & auitum: optimo enim iure ſunt ea prædia, quæ ſunt optima conditione. optima vero conditione, quæ libera, ſoluta, & immunia ſunt. multa autem ex paternis, auitiſq; prædijs ſerua, obligata, penſitantia ſunt, quæ ſi Sy. lana fuerint, vt optimo iure, id eſt, optima conditione ſint, ex ſeruis libera, ex obligatis ſoluta, ex penſitantibus immunia hoc capite fient. Quæ vero ſint libera prædia, quæ ſerua docent libri iuriſconſultorum. ſoluta ſunt, quæ nemini vlla iuris ſpecie obligata ſunt, ita vt poſſeſſor ea cui velit relinquere, atq; pro arbitrio alienare poſſit. Immunia, quæ nihil penſitant, eorum autem, quæ penſitant, affert exemplum. Sed nota συνωνυμίαν verborum, libera, ſoluta, immunia, quæ non ſeruiunt: ſerua, quæ ſeruiunt, obligata, quæ penſitant. C

D

Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam:) Prædium ſuum Tuſculanum ſignificat, quod à Tuſculanis acceperat, quibus quotannis pro vſu aquæ, quæ Crabra dicebatur, vectigal quoddam penderet. & hoc eſt, quod dicit Syllanas poſſeſſiones eſſe meliore iure, atque conditione, quod ipſæ Rulli lege nihil penderent, cæteræ penderent.]

Video vos Quirites, ſiculi res ipſa cogit, commoueri:) Quod ad voces illas, *Optimo iure,* exagitandas pertinebat, iam concludit atque populum ad odium adducit ob legis, & legiſlatoris impudentiam; aſtute tamen non populum commoueri oportere ait, ſed eum ſe ob rei indignitatem commotum videre. fortaſſe, quod id ex vultibus populi intellexerat: E

At ſi illa ſolum ſanciret, quæ à Sylla eſſent data, tacere:) Præparat ſe ad aliud legis verbum reprehendendum, quod eſt, *Poſſeſſa.* proponit autem, non ſolum Syllanas largitiones à Rullo ſanciri, ſed alias etiam nouas inſtitui. atque ita aptiſſime ad aliud diſputationis genus tranſit.

Et is, qui à me Syllanas poſſeſſiones defendi criminatur:) Immoratio. multum autem in dicendo valet, ſi quæ nobis obiecta fuerant, iiſdem obſtrictum eſſe aduerſarium oſtendere potuerimus.

Nouas aſſignationes:) Quia dixit, *poſſeſſa.*

Et re-

A Naſicam Coſ. à C. Curiato trib. pl. in carcerem coniectos, quia ſibi non ſatisfeciſſent, accepimus. ſignificat deinde ſe iam tum conſulem deſignatum, antequam inito magiſtratu imperium conſulare adeptus eſſet, Seruilio tribuno pl. qui iam tribunatum inierat IIII. id. Decemb. reſtitiſſe. Eodem vero argumento vſus eſt in II. Philippica; *Defendi remp. adoleſcens, non deſeram ſenex; contempſi Catilinæ gladios, non pertimeſcam tuos.*

Non horrui in hunc locum procedi poſſe:) Roſtra dicit, ex quibus ſolebant haberi ad populum conciones. ſic & in Pompeiana: Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi R. in hunc ipſum lo-
B cum aſcendere, cum eum, &c. Non ignorare autem oportet, vnumquenque ſenatorem vel priuatum promulgatas leges, & ſuadere, & diſſuadere potuiſſe, legumque promulgatarum prohibitionem, rem vſitatam fuiſſe, vt ſuaderentur, & diſſuaderentur leges apud Romanos. hoc traditur à Liuio libro quadrageſimo his verbis: Traditum eſt, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis ſuadendi diſſuadendique leges poteſtas facta eſſet, eoque perſæpe eueniſſe, vt qui non profeſſi eſſent ſe interceſſuros animaduerſis vitijs legis ex ratione diſſuadentium intercederent, vt qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent victi auctoritatibus ſuadentium
C legem.

Tantis munita præſidijs.) Armis, inſignibus, imperio, auctoritate conſulari.

Si antea timuiſſem, hac concione hec populo certe non vererer:) Alterum ſignum, cur ſibi non ſit timendum, affert ſtudia erga ſe popularia, quæ ex vultu ipſius populi, qui in concione ſtabat, cognoſcebantur, ſic enim in ſequenti inquit: *Video quoſdam Quirites ſtrepitu ſignificare neſcio quid, & non eoſdem vultus, quos proxima mea concione mihi prabuerunt, in hanc concionem mihi retuliſſe.* Attentam ergo, atque amicam ſibi concionem animum addere ſignificat. cum attentius ipſe legem a-
D grariam diſſuaſerit, quam multi ſuaſerint. quod autem dixit.

Diſſuadere) Id corrigit verbis grauioribus vſus, *Diſturbare, ac peruertere* libri tamen antiqui habent, *Atque peruertere*, quod probo; ſententia enim fit numero plenior, & compoſitione lenior.

Ex quo intelligi Quirites poteſt:) Attentionis popularis cauſam eſſe ait popularis conſulis orationem, qua pacem, tranquillitatem, ocium pollicetur, quibus nihil eſſe, vt initio dixit, popularius poteſt. Quod legitur vulgo.

Quam id ego.) Legendum eſt, *Quam id quod ego.*

E *Pacem, tranquillitatem, ocium.*) συνωνυμία.

Qua nobis deſignatis timebatis:) Adimit metum eorum malorum, quæ ſe deſignato conſule impendebant, ne fides de foro tolleretur, iudicia perturbarentur, res iudicatæ infirmarentur. ſe enim conſilio ac ratione, ea ne accidere poſſint, prouidiſſe.

Non modo vos.) Immoratio, qua auget magis diligentiam ſuam; cum pollicetur ſe ocium non ſolum ocij ſtudioſis, ſed etiam ijs, quib. ocium ipſum diſplicet, & qui ocio ciuitatis perturbantur, paraturum, id eſt, tribunis pl. & reliquis in ciuitate turbulentis hominibus ad quodcunq; facinus paratis, quibus nihil ocio publico eſſe inimicius poterat. Quod autem ſcriptum eſt.

Quibus ocioſi negocium feciſſemus.) Procul dubio legendum eſt, *Negocium faceſſimus*, vt Carolus Sigonius doctiſſime & ingenioſiſſime legit; nam & id ſententia poſtulat, nec dicendi ratio reſpuit: eſt enim negocium faceſſere vſitatum Ciceroni, pro, negocium præbere. vnde illud ad Appium: *Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negocium faceſſerent.* & pro Cluentio: *Si cui hac lege negocium faceſſetur.* A

Etenim illis honores, poteſtates, diuitia ex tumultu, atq; ex diſſenſionibus ciuium.) Ratio cur illi tumultum, ac diſſenſionem ament, populus ocium amplecti debeat nam illi ex tumultu honores, poteſtates, diuitias ex diſſenſionibus ciuium ſperant. populus ocium omni ratione renere debet, quia gratia eius in ſuffragiis, libertas in legibus, honos in iudiciis, res familiaris in pace conſiſtit. Quod autem ſcriptum eſt. B

Honos in iudiciis, & æquitate magiſtratus.) Vide ne melius ſit, *Honos in iudiciis, & æquitate magiſtratuum*, verum nihil affirmo, cum in antiquis libris, quos viderim, ſcriptum ſit, *Æquitate magnos timores.* placet enim à veterum ſcriptura minimum diſcedere. expreſſit autem ea, quibus popularis reſp. continetur; ſunt enim comitia, leges, iudicia, & magiſtratus. itaque vnuſquiſque qui popularem rationem tuetur, hæc omnia ſumma ope debet tueri. ex ſuffragiis enim, quæ ad comitia referuntur, gratia oritur: ex legibus libertas; ex iudiciorum, & magiſtratuum æquitate honos. addit etiam extremo rem familiarem, quæ vt cætera ſuperiora, non niſi pacis, & ocij cuſtodia diligentiſſima, retineri poteſt. hanc quoq; gratiam, vt retineret, ſuperius populum hortatus eſt his verbis: *Vos vero Quirites, ſi me audire vultis, retinete iſtam poſſeſſionem gratia, libertatis, ſuffragiorum, dignitatis, vrbis, fori, ludorum, feſtorum dierum, cæterorum omnium commodorum.* C

Nam etſi ij, qui propter deſidiam in ocio viuunt, tamen in ſua inertia capiunt voluptatem.) Quæ conſequuntur vſq; eo, *Summum & firmiſſimum*, ita deprauata ſunt, vt vix intelligi poſſint. apparet tamen oratorem populum ad ocium amplectendū adhortari, idq; ſe ex concordia, quam ſibi conſtituit cum collega ſuo C. Antonio, maxime ſperare. D

Non vt quaſitum, ſed vita partum ocium tenueritis.) Hoc quoque tam magnum vulnus eſt, vt illi mederi me, ingenue fatear, non potuiſſe. ſunt tamen qui partim ex ingenio, partim auxilio veterum librorum pro, *Non vt quaſitum*, legant, *Non ignauia quaſitum, ſed vita partum.* alij illud retinentes, & de hoc hæſitantes corrigant, *Non vt quaſitum, ſed vt partum ocium.*

Quod ego & concordia.) Egnatianus liber, & meus habet, *ex concordia.* Vt talis exiſtat ſenſus. Quod ego ex concordia, quam mihi conſtitui cum collega, inuitiſſimis iis hominibus, qui nos in conſulatu inimicos futuros eſſe putabant, ſpero E

Et animis, & corporis actibus prouidi. omnibus proſpexi ſane & reuocaui, idem tribunus pl. denunciaui, quid turbulenti me conſule conſtarent.) Hos ad ſenſus explendos multa deſiderantur. Videtur autem commemorare, quæ ipſe pro rep. compararit; hoc modo: Ego ne quid reſp. detrimenti accipere poſſet, & animi & corporis actibus prouidi, omnibus proſpexi ſane, & veterem defendendæ reip. rationem reuocaui. idem tribunus pl. denunciaui, ne quid turbulenti me conſule

A conflarent. aut alia eiuſmodi, quæ ſibi quiſq; fingere poterit. difficile eſt autem in tantis tenebris lucem videre, & in tam deprauatis rebus, quid verum ſit cognoſcere, vbi veteres libri aut deficiunt, aut ſcripturam patum probabilem habent. in quibuſdam libris, quos mihi videre contigit, ſcriptum eſt, *Proſpexi ſane, & renouaui* in Egnatiano, *Sane & rogaui.* vt coniecturæ locus mihi non videatur, legerem tamen: *Denunciaui ne quid*, particula negandi, quæ in omnibus libris impreſſis defecerat, addita, ſic enim poſtulat ſententia, vt dubitari nullo modo poſſit, quin deſideretur.

Summum, & firmiſſimum eſt illud.) Concludit reip. ſummam ſalu-
B tem in populi ſtudio eſſe poſitam, ſi tale ſequentibus temporibus adhibuerint, quale hodierna die præbuerunt. Quod ſcriptum eſt,

Populo R. præbuerunt) Malim exigua literarum mutatione, *Reip præbeatis.* antiqui libri. P.R. ego, R P. hoc eſt, reip cur enim dicat, populo Romano, cum ipſe populum Romanum alloquatur?

Pro certo polliceor hoc vobis, atq; confirmo, me eſſe perfecturum, vt iam.) Extrema pollicitatio breuis eſt, qua ſe diligentia effecturum eſſe oſtendit, vt qui honori inuident ſuo, maxime populi R. in ſe conſule deligendo iudicium comprobent. cum incredibilem ſuam in tuenda rep. curam perſpexerint. id quod in toto deinceps conſulatu pleniſſime
C præſtitit

BERNARDINI LAVREDANI, ANDREÆ F. PATRICII VENETI,

D

IN TERTIAM ORATIONEM M. T. CICERONIS contra P. Rullum De Lege Agraria,

COMMENTARIVS.

E

ORATIO XVII.

P Rullus cum ſe, legemq; ſuam acerrime ab conſule M. Cicerone ſecundis populi R. auribus oppugnatam eſſe ſuperiore oratione ſentiret, in concionem, vt coram cum conſule contenderet, venire non auſus, abſentem eum haud ita multo poſt apud populum criminatus eſt, ipſum gratificantem Syllanorum agrorum poſſeſ-

ſoribus agrariæ legi, & commodis plebis obſtitiſſe. Quæ cum Cicero acceſpiſſet, dignam rem eſſe ratus, quam in concione refelleret, ea aduocata hanc orationem habuit, in qua ſe nemini, niſi reip. Rullum ſocero ſuo Valgio conſulere oſtendit. Et quoniam Ciceronem Rullus Syllanorum agrorum poſſeſſoribus proſpicere dixerat, iis autem proſpici niſi ademptis agris non poterat, oſtendit tantum abeſſe, vt Rullus Syllanos agros ſua lege poſſeſſoribus adimat, vt eos etiam cõfirmet, & ſanciat. Quod XL. legis ſuæ capite faciebat, quod erat eiuſmodi. A

Quæ poſt C. Marium, Cn. Papirium Coſs. publice data, aßignata, vendita, conceſſa, poſſeſſa ſunt, omnia eo iure ſint, vt quæ optimo iure priuata ſint.) Atque hoc ipſum iniquum, & pernicioſum reip. vt cætera eſſe oſtendit. Tota cauſa in conlectuta verſatur. quæſtio eſt, vter Syllanas poſſeſſiones defendat, Cicero, an Rullus, & vter eorum commodis populi reſiſtat. Exordij loci hi ſunt. ab aduerſariis, ab auditoribus. à re. aduerſarios ait, commodius fuiſſe facturos, ſi quæ ad populum de ſe detulerunt, ea ſe præſente potius, quam abſente dixiſſent. eosq; nunc iterum inuitat, vt in concionem prodeant à populo, quia partem eius ex vultu immutata voluntate eſſe intelligebat, exiguam bonæ de ſe opinionis vſuram poſtulat Rem ita proponit. Vt ſi qui crediderunt, ſe gratificantem Syllanorum agrorum poſſeſſoribus agrariæ Rulli legi obſtitiſſe, eoſdem etiam credidiſſe neceſſe ſit, eadem lege Syllanos agros adimi. Quod nullo modo à Rullo fieri, verum eoſdem maxime confirmari ſe demonſtraturum pollicetur. B C

Commodius feciſſent.) Locus exordij à facto aduerſariorum. eſt prætetea ἀξιοπιστία ita enim ſuæ cauſæ bonitate confidere ſe oſtendit, vt tribunos pl. ad contentionem prouocet; eos contra ita ſuæ diffidere demonſtrat, vt præſens certamen fugiant, falſis criminibus ſe abſentem perſequantur. ex quo apparet, exordium hoc habere σύστασιν, καὶ διαβολὴν τοῦ ἀφεστῶτος. D

Deferunt.) συκοφαντοῦσι. odioſo verbo, & apto ad tribunos in odiũ rapiendos vſus eſt. deferunt autem, non detulerunt, dixit, vt non ceſſantem eorum in criminando conſule laborem indicaret.

Coram me præſente.) Alterum ex his abundare duræ auris homo dixerit. ego nõ abundare, ſed ſcienter, venuſteq; poſitum duco. ſic enim etiam Terentius locutus eſt.

Nam & æquitatem) Cur commodius facturi fuerint, ſi præſente cõſule egiſſent, cauſas affert tres. quarum hæc vna eſt, quod populum æquiorem iudicem obtinuiſſent. altera, quod conſuetudinem ſuperiorem retinuiſſent, quibus verbis oſtendit, priores tribunos pl. conſueuiſſe quæ in conſules dicerent, ipſis præſentibus conſulibus dicere. tertia, quod ius ſuæ poteſtatis cõſeruaſſent. apparet enim Rullum ius tribuniciæ poteſtatis imminuiſſe, cum tribuni antea cum conſulibus coram contendere de rep. ſoliti fuerint. E

Sed quoniam) ἀντίθετον.

In meam concionem) Quam ego conſul aduocaui ſic in extremo: *Veniant coram, & quoniam me in veſtram concionem vobis &c.*

Et quo prouocati à me venire noluerunt.) Prouocauit ſuperiore oratione, his maxime verbis: *Quod ſi commodum veſtrum ſpectat, veniat, & coram mecum de agri Campani diuiſione diſputet.*

A *Video quoſdam, Quirites.*) Intelligendum eſt ſtrepitum, & vultum nonnullorum, qui in concione aderant, hunc alterum oratori exordiendi locum præbuiſſe. hi enim tribuni pl. criminatione commoti haud ita gratos, vt ante, animos ad concionem retulerant.

Strepitu ſignificare.) Reclamatione inſolita parum amicos animos ſuos declarare. quod vt obſcurius diceret, dixit, *Significare neſcio quid*, quaſi vero ignarus eſſet, quid ſibi inſolitus ille populi ſtrepitus vellet.

Proxima concione.) In qua ita dixit: Si antea timuſſem, hac concione, hoc populo certe non vererer; quis enim vnquam tam ſecunda B concione legem agrariam ſuaſit, quam ego diſſuaſi?

Quare à vobis) Ex quatuor remediis, quæ aduerſæ populi acclamationi adhiberi ſolere ipſe Cicero tradidit, vtitur deprecatione, petit enim ab iis, qui nihil crediderunt, perpetuam erga ſe voluntatem. ab iis, qui crediderunt, exiguam bonæ de ſe opinionis vſuram. Hoc præceptũ eſt in 11. de orat. Nam acclamationes naſci ſolitas ait, aut orationis peccato aliquo, ſi aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur, aut hominum offenſione vel inuidia, quæ aut iuſta eſt, aut ex criminatione, atque fama. aut ſi res diſplicet. aut ſi eſt in aliquo motu ſuę cupiditatis, C aut metus multitndo. his autem malis hæc remedia afferri poſſe ait. obiurgationem, ſi eſt auctorltas, admonitionem, quaſi leuiorem obiurgationem, promiſſionem, ſi audiuerim, & deprecationem. Hoc autem loco adhibet deprecationem admiſta etiam obiurgatione, & promiſſione: obiurgatione, cum inconſtantiæ inſimulat nonnullos, quos leuiter immutatos eſſe dicit: promiſſione, cum promittit, ſe probaturum populo ea, quæ dixerit.

Sin aliter.) Hoc cum magna fiducia dictum veritatem rei oſtendit. tranſlato vſus eſt ab onere ſumpto, quod ſi graue eſt, depoſitum, abiectumq; relinquitur. dixit autem recte,

D *Depoſitam, atq; abiectam.*) Nam deponimus quæ iterum ſumamus; abiicimus, quæ ſumi à nobis nunquam in poſterum volumus,

Completi ſunt animi.) Tertius exordij locus à re, quam proponit. perſuaſum eſſe populum ait, ſe gratificantem Sullanarum aſſignationum poſſeſſoribus agrariam legem oppugnaſſe. neq; enim aliud eſt,

Completi ſunt animi, aureſq; veſtræ Quirites.) Niſi, perſuaſum vobis eſt. animorum enim feneſtræ ſunt aures, per quas quaſi aditum præbentes audita ad animum transferuntur.

Me gratificantem.) Hoc eſt id, in quo fama integritatis agebatur. legem ipſum conſulem diſſuaſiſſe non reip. ſed priuatorum commo- E do. quod ne fiat, cauendum eſt vnde in ſuaſione legis Maniliæ dixit: *Quamobrem, quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt Quirites, id omne me reip. cauſa ſuſcepiſſe confirmo: tantumq; abeſt, vt aliquam bonam gratiam mihi feciſſe videar, vt multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas, intelligam, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles, ſuſcepiſſe.*

Me gratificantem ſeptem tyrannis.) Indicat ſeptem homines maxime locupletes ex poſſeſſionib. Sullanæ aſſignationis, quos ὑπερβολικῶς tyrannos vocat, Aſſignationes autem hoc loco agri à Sulla aſſignati dicuntur, iis, qui ipſum ſecuti contra Marium arma tulerant, vt ad Papirium, Æſtimationes, agri à Cæſare æſtimati.

Hac

Hac ſi qui crediderunt, illud prius crediderint neceſſe eſt.) Vt oſtendat, ſe A
non pugnare pro Sullanis, proponit ſe demonſtraturum, eos non oppugnari lege Rulli Locus eſt ab antecedentibus. qui credit agros Sullanos à me defendi, credat prius neceſſe eſt, eos hac lege Rulli adimi; quos tamen conſeruari oſtendam. quo autem criminoſior oratio ſit, inquit, ſi oſtendo Rullum cauere Sullanis, vt ſocero ſuo conſulat, profecto apparebit, Rullum criminatione illa, qua in me abſentem vſus eſt, & meam, veſtramq́; diligentiam deſpexiſſe.

Certo capite legis.) Nimirum *XL. Impudentiſſime*: Cum aperte Valgio ſocero ſuo conſulat. *Si doceo*; Immoratio, augendi cauſa, in qua repetit oratorie, & callide. conſeruari agros Syllanis poſſeſſo- B
ribus.

Non à veſtrorum commodorum patrono, ſed à valgij genero eſſe conſcriptam.) Id eſt, Rullum, non quatenus tribunus pl eſt, ſed quatenus gener Valgij, hanc legem excogitaſſe, & conſcripſiſſe.

Nunquid eſt cauſa Quirites, quin illa criminatione &c. non ſolum meam, ſed etiam veſtram diligentiam, prudentiamq́; deſpexerit?) Id eſt, omnino deſpexit. cauſa pro impedimento, vt illud: *In cauſa hac ſunt.*

Non ſolum meam, ſed etiam veſtram prudentiam, diligentiamq́.) Virtutes, quarum alteram priore oratione ſibi vendicauerat, alteram populo tribuerat, cum dixit: *Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram, ne-* C
gligentiam meam legem incognitam acceperitis.

Caput eſt legis XL.) Affert numerum capitis legis Seruiliæ, quo Syllanas poſſeſſiones confirmari ait. quod ne priore oratione commemorarit, cauſas duas fuiſſe inquit, vnam, ne dolorem Sullanæ victoriæ, & crudelitatis reuocaret, alteram, ne ſi id impugnaret, quo Sullanæ aſſignationes confirmabantur, nouæ diſſenſionis auctor eſſet. Locus eſt beneuolentiæ plenus, quo ſibi populum mirum in modum conciliat.

Neq; apud vos ante feci mentionem.) Id eſt, ne apud vos quidem, a-
pud quos acta Sullana improbare licet, ne dum in Senatu, vbi non ita D
licet.

Ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer) Tranſlatum à vulneribus, quæ refricata cicatrice renouantur.

Aut aliquid alieniſſimo tempore noua diſſenſionis commouere) Id eſt, ne qualis inter Catulum, & Lepidum extitit de actis Sullæ reſcindendis, ſeditionem excitarem. quare hac etiam oratione ſuos mores orator, ſuamq́; modeſtiam commendat, qui conſeruandę pacis, & concordiæ cauſa nonnihil de iure publico remitteret. *Alieniſſimo*, autem inquit, *tempore*, præſertim tribunicia Rulli lege turbata rep.

Neq; vero nunc id eo diſputabo, quod hunc ſtatum, &c. præſertim, qui otij, & E
concordiæ patronum me) Iterum occurrit tacitæ quæſtioni; quaſi enim quis diceret; ſi priore concione hoc caput nō attigiſti, ne ſeditionem faceres, ſi Syllanos oppugnares, nunc etiam facturus ne hoc es, vt ſeditionem facias? reſpondet, diſputabo hac de re, non quod ſeditionē declinandam eſſe non putem, præſertim mihi, qui me ocij patronum futurum eſſe profeſſus ſum, ſed vt doceam, Rullum tacere debere in iis ſaltem rebus, in quibus de ſe. & de ſuis factis taceri velit. profeſſus eſt autem iis verbis: Ex quo intelligi Quirites poteſt, nihil eſſe tam populare, quam id, quod ego vobis in hunc annum conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, ocium. Itaq; quod ſcriptum eſt,

Reip.

A *Reip. profeſſus ſum.*) Malim, *populo Romano*, errore ex compendioſæ ſcripturæ ſimilitudine orto, vt in ſuperiore proximo commentario demonſtratum eſt.

De ſe, & de ſuis factis taceri velit:) ἔμφασις. plus enim ſignificat, quàm dixerit ad intelligendum: nimirum Rullum tacere debere, qui capite 50. cauit Syllanis poſſeſſoribus, vt ſocero ſuo conſuleret. Et, *ſaltem*, dixit, cum ſignificare vellet, prudentiæ Rulli eſſe, ſi de reliquis tacendum ſibi non ducit, ea certe alteri non debere obijcere, quæ ſibi obijci poſſint.

B *Omnium legum iniquiſſimam, diſſimillimamque legis eſſe arbitror eam, quam &c*) σύγκρισις. Aggreditur demonſtrare iniquitatem capitis 40 legis Seruiliæ, quo confirmabat agros à Sylla aſſignatos. Locus argumenti eſt à comparatione ductus comparat enim hanc legem cum lege Valeria iniquiſſima, cumq; legibus ipſis Cornelijs, atque hanc multo ijs eſſe iniquiorem oſtendit. Lex autem Valeria L. Valerij Flacci fuit, qui interrex ad populum tulit, vt omnia, quæcunq; Sylla feciſſet, eſſent rata. Legibus Cornelijs L. Sulla dictator bona inimicorum ſuorum proſcripſit, atq; amicis ſuis dedit, & aſſignauit. Iniquiſſimam portò legem Valeriam vocat, augens id, quod in com-
C parationem attulit. Sic enim multo grauior iniquitas exiſtit Rullianæ legis, quæ iniquiſſima lege ſit iniquior. Diſſimillimam vero legis: quia legibus alijs cauetur libertati, hac tyranno Sullæ cauebatur; quare iniqua, diſſimillimaq; legis. lex enim recta eſt ratio, honeſta imperans, prohibenſq; contraria. Fuit autem interrex L. Flaccus, cum conſules C. Marius C. Marij 7. conſulis F. Præneſte per Q. Lucretium, Cn. Papirius Cn. F. Carbo 3. per Cn. Pompeium Syllanos duces occiſi eſſent, ac reſp. ſine conſulibus eſſet, & placuiſſet ſenatui interregem prodi, qui comitia ſubrogandis conſulibus haberet. Appianus. ſignificat autem Cicero legem tum à Flacco latam, qua ca-
D uit, vt omnia, quæcunq; Sylla ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, firma, & rata manerent.

Nam cum ceteris in ciuitatibus, tyranni inſtitutis, leges omnes extinguantur, atq; tollantur) Probat Valeriæ legis iniquitatem, à contrario. ceteris in ciuitatibus tyranni inſtitutis ſuis leges populares tollũt. Flaccus lege ſua tyrannum conſtituit. nulla enim iniquior in libera ciuitate lex videtur, quàm quæ tyrannum inducat; induxit autem ille, cum Syllæ factorum omnium dedit impunitatem. ἀντιμεταβολή.

E *Eſt inuidioſa lex, ſicuti dixi. veruntamen habet excuſationem: non enim videtur hominis:*) Repetit iniquitatem Valeriæ legis. Sed vt maior Seruiliæ legis appareat iniquitas, excuſat Valerium, & ab eo culpam remouet, & in tempus transfert: non enim alio modo, inquit, perturbata conſtitui reſpub. putabatur poſſe, niſi victori Sullæ daretur impunitas.

Quid, ſi eſt hac multo impudentior:) ἀντεξέτασις. impudentem iniquam vocat. ab antecedenti. qui enim carent pudore, ad omne flagitium facile adduci poſſunt. Rei porro neq; ſenſum, neq; animum habenti actum quendam, atq; animum dat. quod enim eſt propriũ hominis, legi attribuit; quod ſignificantius eſt, & rem magis auget, pluſq; valet, quàm ſi impudentem Rullum dixiſſet.

Nam

Nam valeria lege, cornelijsq; legibus:) His de legibus ſic in oratione pro Sex. Roſcio Amerino: Bonorum Sex. Roſcij emptor eſt Chryſogonus primum hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierint, aut quomodo venire potuerunt. atque hoc non ita quæram iudices, vt id dicam, eſſe indignum hominis innocentis bona veniſſe: ſi enim hæc audientur, ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimum conqueramur. verum ego hoc quæro: qui potuerunt iſta ipſa lege, quæ de proſcriptione eſt, ſiue Valeria eſt, ſiue Cornelia; (non enim noui, nec ſcio,) verum ex ipſa lege bona Sex. Roſcij venire, qui potuerunt. Scriptum enim ita dicunt eſſe, vt eorum bona veneant, qui proſcripti ſunt: quo in numero Sex. Roſcius non eſt: aut eorum, qui in aduerſariorum præſidijs occiſi ſunt; dum præſidia vlla fuerunt, in Syllæ præſidijs fuit: A B

Eripitur, cum datur:) Alij legunt cum nonnullis antiquis libris.

Eripitur cui datur.) Alij, vt ex iniqua lege bonum conſequi oſtendatur, *Cum eripitur, datur.* Ego vulgaram lectionem tueor. vult enim Cicero impudentiam Valeriæ legis & Corneliæ indicare in eo, quod cum illi darent, eriperent, neq; cuiquam gratificarentur, niſi alteri acerbam iniuriam facerent, atq; omnino neminem locupletarent, niſi altero ſpoliato. eſt enim impudentis dare aliena, & ex alienis bonis ſeſe gratum exhibere. C

Sed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullam ille, cui ademptus eſt; aliquem ſcrupulum cui datus eſt:) Leuat infamiam earum legum, quòd quæ legibus illis data ſint, admodum rata non ſint nam & ſperant ſe ſua recuperaturos eſſe, quibus ager ademptus eſt, & diffidunt ſe perpetuo poſſeſſuros ii, quibus datus eſt. cur autem illi ſperent, hi non item, cauſſa eſt quia in legibus illis nihil eſt eiuſmodi, quale eſt in lege Rulli:

Ea omnia eo iure ſint, vt quæ optimo iure priuata ſint.) Qua clauſula ille ſanxit, ac confirmauit ſuas Syllanorum cuiq; poſſeſſiones. D

Rulli cautio eſt hæc:) At Rullus, inquit, eum caueat diligentius Syllanis, quàm Flaccus, eo impudentius.

Quàm procul à ſuſpicione fugit:) Fraudem indicat Rulli, qui cum ſcribere debuiſſet, Quæ poſt L. Sullam dictatorem, vt nominis Syllæ inuidiam euitaret, Conſules C Marium, & Cn. Carbonem, Syllæ inimicos, nominauit, in quorum conſulatu, poſteaquam vterq; eorum alter in Sicilia, alter Præneſte occiſus eſt, Sylla optimatum factionis princeps vrbem victor ingreſſus eſt, & dictator factus eſt. Plutarchus in Sylla, Dionyſius, Appianus, Epitome Liuiana lib. 89.

Quid ergo ait Marianus tribunus pl. qui nos Syllanos in inuidiam rapit.) E
Pergit interpretari verba legis Rulli, per ſubiectionem. εἰρωνικῶς vero Rullum Marianum vocat, quippe qui re Syllanus eſſet, verbo Marianus.

Quæ poſt Marium, & Carbonem conſules:) Reperit verba legis, vt voculæ *quæ*, quantam vim habeat, aperiat. ea enim interpretatur, agros, ædificia, lacus, ſtagna, loca, poſſeſſiones contineri. ita vt ὑπερβολικῶς, & cum riſu inferat; præter cælum, & mare reliqua omnia ea includi. Ramus vero, Agros, ædificia, verba Rullianæ legis fuiſſe exiſtimat, non Ciceronis.

Public

A *Publice data, aſſignata, vendita, conceſſa ſunt:*) Conſiderat hoc dicendi genus: *Quæ poſt Marium, & Carbonē conſules publice data, aſſignata.* Quærit enim à quo data ſint, ac Syllam interpretatur. Publice data; à magiſtratu aliquo intelligit: *Ea omnia eo iure ſint:* Adhuc dubia ſententia eſt, niſi quæ ſequuntur inferantur. Propterea rogat, *Quo iure?* vt ad ſequentia audienda populus reddatur alacrior: his enim figuris hæc legis interpretatio illuſtratur, quæ per ſe parum dignitatis haberet.

Labefactat videlicet neſcio quid:) εἰρωνικῶς, id eſt, non ſolum non imminuit, ſed maxime ſancit ius Syllanarum poſſeſſionum, itaque particula, *Videlicet*, ironijs accommodata vſus eſt, ſic & illud: huic tu
B moleſtus eſſe videlicet noluiſti, & in lib. de Orat. Bonus ego videlicet magiſter.

Ut quæ optimo iure priuata ſint:) Hæc eſt clauſula, qua maxime Syllanæ largitiones à Rullo confirmabantur. reſpondent autem inter ſe publice data, & optimo iure priuata.

Etiámne meliore, quàm paterna, & auita?) ἀπαγωγὴ εἰς ἄτοπον διλημματικῶς. Vel tyrannicum hoc legis caput eſt, vel inane; tyrannicum, quia Syllanas aſſignationes meliore eſſe iure, quàm priuatas poſſeſſiones iubet: id quod ne legibus quidem Valeria, Cornelia;
C cauebatur: inane, quod iubebat haberi quod habebatur, cnm tamen veteri nemo, vel vt habeatur vt priuatum, cum tamen ſit meliore conditione, quàm priuatum.

Meliore, at hoc:) διάλογος. aſtute autem facit, vt Rullus fateatur meliore, quòd nunquam ipſe confeſſus eſſet, vt anſam eripiat eius arguendi.

At hoc Valeria lex non dicit?) Cum interrogatione Rullum dicere Syllanas poſſeſſiones meliore eſſe conditione, quàm paternas, aut auitas coegiſſet, quod legibus Valeria, & Cornelijs non iubebatur. ex eo illas leges multo Seruilia ipſa modeſtiores eſſe concludit, eſt
D autem ſine interrogatione legendum.

Non ſanciunt:) Disiunctio.

Si iſti agri partem, aliquam iuris, aliquam ſimilitudinem &c.) Valeria, & Cornelijs legibus non id iuberi, de quo dixit, ſignum affert, quòd qui agros à Sylla datos poſſident, præclare ſecum agi arbitrantur, ſi agri ipſi partem aliquam iuris, aut aliquam ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, aut aliquam ſpem diuturnitatis attingant, quod non facerent, ſi lege cautum eſſet. qua re labefactat, & euertit Rulli aſſertionem, quæ erat, Syllanas aſſignationes meliore eſſe iure oportere, quàm priuatas poſſeſſiones, iudicio vel Syllanorum ipſorum.

E *Tu vero Rulle quid quæris?*) Interrogatione à Rullo elicit, qnod dixit, Syllanas aſſignationes meliore iure eſſe, quàm Rulli lege, quam Syllæ. vtitur autem argumento ἐκ διαιρέσεως. Aut ita tuliſti, vt homines, quod habent, haberent, aut vt meliore iure haberent. non illud. nemo enim id vetat; ergo hoc.

Vt priuatum:) Eodem iure, quo priuata habentur. altera pars diuiſionis. hoc autem ſine interrogatione ſi enuncietur, tanquam Rulli reſponſum accipiendum eſt, qui dicat: tuli, vt homines quod haberent publice datum, tanquam priuatum poſſiderent. non deſunt tamen, qui cum interrogationis nota ſcribendum putent, ſed docti iudicabunt.

Sed ita

Sed ita latum eſt, vt melior &c.) Inſectatur dictum illud Rulli: *Vt priuatum.* non enim in lege ſcriptum eſt, *Vt priuatum* ſed; *Vtque optimo iure priuata ſint.* quo fieri ait, vt meliore conditione ſint fundi à Sylla aſſignati, quàm patriæ, & auitæ poſſeſſiones. eſt autem παρέλκον. priuatum, latum: fortaſſe etiam melius legeretur, *At ita latum*: quemadmodum paulo ſuperius: *At hoc valeria lex. At*, & Atenim particula ſolet ſeruire antypophoris.

Tui ſoceri fundus Irpinus:) Id eſt, fundus, quem Valgius ſocer tuus à Sylla accepit, meliore conditione ſit, quàm meus Arpinas, quem à patre, auoq; accepi. Ludit autem in vocibus Irpinus, & Arpinas. B

Fundus Irpinus ſit, ſiue ager Irpinus:) ἐπιδιόρθωσις. Hoc ait, vt inuidiam faciat Valgio, qui non fundum Irpinum, ſed agrum totum Irpinum à Sylla acceptum poſſederit. agri vero nomen latius patet, quàm fundi. Laur. Val lib. 6. cad. 41.

Id enim caues:) Vt melior ſit, cum ais, *Optimo iure.*

Optimo enim iure ea ſunt profecto prædia:) Argumento à definitione ſumpto docet, meliore conditione eſſe Syllanum agrum, quàm patrium, & auitum: optimo enim iure ſunt ea prædia, quæ ſunt optima conditione. optima vero conditione, quæ libera, ſoluta, & immunia ſunt. multa autem ex paternis, auitiſq; prædijs ſerua, obligata, penſitantia ſunt, quæ ſi Sy lana fuerint, vt optimo iure, id eſt, optima conditione ſint, ex ſeruis libera, ex obligatis ſoluta, ex penſitantibus immunia hoc capite fient. Quæ vero ſint libera prædia, quæ ſerua docent libri iuriſconſultorum. ſoluta ſunt, quæ nemini vlla iuris ſpecie obligata ſunt, ita vt poſſeſſor ea cui velit relinquere, atq; pro arbitrio alienare poſſit. Immunia, quæ nihil penſitant, eorum autem, quæ penſitant, affert exemplum. Sed nota συνωνυμίαν verborum, libera, ſoluta, immunia, quæ non ſeruiunt: ſerua, quæ ſeruiunt, obligata, quæ penſitant. C

D

Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam:) Prædium ſuum Tuſculanum ſignificat, quod à Tuſculanis acceperat, quibus quotannis pro vſu aquæ, quæ Crabra dicebatur, vectigal quoddam penderet. & hoc eſt, quod dicit Syllanas poſſeſſiones eſſe meliore iure, atque conditione, quod ipſæ Rulli lege nihil penderent, cæteræ penderent.]

Video vos Quirites, ſiculi res ipſa cogit, commoueri:) Quod ad voces illas, *Optimo iure*, exagitandas pertinebat, iam concludit atque populum ad odium adducit ob legis, & legiſlatoris impudentiam; aſtute tamen non populum commoueri oportere ait, ſed eum ſe ob rei indignitatem commotum videre. fortaſſe, quod id ex vultibus populi intellexerat: E

At ſi illa ſolum ſanciret, quæ à Sylla eſſent data, tacere:) Præparat ſe ad aliud legis verbum reprehendendum, quod eſt, *Poſſeſſa.* proponit autem, non ſolum Syllanas largitiones à Rullo ſanciri, ſed alias etiam nouas inſtitui. atque ita aptiſſime ad aliud diſputationis genus tranſit.

Et is, qui à me Syllanas poſſeſſiones defendi criminatur:) Immoratio. multum autem in dicendo valet, ſi quæ nobis obiecta fuerant, iiſdem obſtrictum eſſe aduerſarium oſtendere potuerimus.

Nouas aſſignationes:) Quia dixit, *poſſeſſa.*

Et re-

A *Et repentinus Sylla nobis exoritur:*) Id eſt, repente tanquam Sylla de alieno elargitur. ſic Philippica 13. Veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia inuenit? quē ita obſides noue Annibal, aut ſi quis acutior imperator fuit; vt te ipſe obſideas. & 14. An vt ego, qui Catilinam hoc molientem ſuſtulerim, euerterim, afflixerim, ipſe exiſterem repente Catilina?

Nam attendite:) Attentos reddit ad rem nouam audiendam, id eſt, varias agrorum conceſſiones vno verbo *Poſſeſſa*, expreſſas.

Patior, audio:) Argura orationis conceſſio, vt, quod ſequitur, grauius & minus tolerandum videatur.

B *Poſſeſſa:*) Cum in lege hæc verba eſſent, *data, donata, conceſſa, vendita, poſſeſſa.* extremum tantum ex iis, *poſſeſſa*, exagitat. ortus ab indignatione, quæ poſt iniuſtę rei mentionem aptiſſime collocatur, & ad commouendum auditorem plurimum valet.

Hoc tribunus pl) Quem maiores præſidem libertatis, cuſtodemque eſſe voluerant. ἔμφασιν habet.

Poſt Marium, & Carbonem:) Hoc eſt, Sylla dictatore, quemadmodum ipſemet ſuperius interpretatus eſt.

Id eo iure teneret:) Cum dixerit, *Poſſidet*, ſequitur, vt legendum ſit, *Teneat.*

C *Etiam ne ſi vi eiecit?*) Quàm iniuſta ſit vox illa, *Poſſeſſa*, oſtendit, quod multæ iniuſtæ poſſeſſiones, vt cum vi, aut clam, aut precario quis venit in poſſeſſionem, iuſtæ fiunt eo verbo, *Quæ poſt Marium, & Carbonem conſules Poſſeſſa ſunt, ea omnia eo iure ſint, vt quæ optimo iure priuata ſint.* De poſſeſſione porro, quod ad hunc locum attinet, ita Feſtus. Poſſeſſio eſt, vt definit Gallus Aelius vſus quidam vt ædificii, non ipſe fundus, aut ager. non enim poſſeſſio eſt è rebus, quæ tangi poſſunt. qui dicit, ſe poſſidere res, is vere poteſt dicere. itaque in legitimis actionibus nemo ex iis poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, vt prætoriis verbis vtatur: Vti nunc poſſidetis eum fundum, quo de agitur, quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, ita poſſideatis. quo minus ita

D poſſideatis aduerſus ea vim fieri veto. vnde etiam Terentius in Eunucho.

Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel precario,
Fac tradas, mea nihil refert, dum potiar modo.

Precario autem poſſidemus, vt eſt apud iuriſprudentes, quod nobis precibus petentibus vtendum conceditur, quoad ius is, qui conceſſit, patitur.

Ergo hac lege ius ciuile:) A conſequenti totius iuris ciuilis pernicie quàm pernicioſa hæc lex ſit oſtendit. nam ſi violenta, clandeſtina, precaria poſſeſſio optimo iure eſt, ius ciuile, quod maxime in cauſſis

E poſſeſſionum, & interdictis prætoriis continetur, labefactatur.

Cauſſa poſſeſſionum:) Ius naturæ, & ius gentium complexus eſt. Vide Inſtit. lib. ſecundo tit primo.

Non mediocris res, neq; paruum ſub hoc verbo furtum Quirites latet:) Aliud incommodum, quod ex illo verbo, *Poſſeſſa*, proficiſcitur: quod eorum agrorum poſſeſſio confirmatur, qui lege Cornelia publicati ac nemini aſsignati, aut venditi, à paucis hominibus impudentiſsime poſſidentur. in hac autem ſententia exprimenda multis verbis immoratur addito πολυπλώτῳ, & ἐπαναλήψει.

His ca-

Hi cauet, hos defendit, hos &c. A

Cauſam quaero, cur ea, quae maiores vobis in Italia :) Extremo cum indignatione locum concludit, non eſſe quaerendum, cur patiantur vendi, quae in Italia, Sicilia, Hiſpanijs, Macedonia, Aſia maiores eorum pepererunt, cum ſua poſſeſſoribus condonari eadem lege videant. eſt autem argumentum à minori, in quo haec comparantur, quae maiores quaeſiuerunt, &, ea, quae veſtra ſunt, item, venire, &, condonari. nam qui patitur ſua condonari, etiam patietur à maioribus relicta venire. miro autem ordine vtitur in prouincijs commemorandis: nam deuicta Italia Sicilia confecta prouincia eſt à M. Laeuino, deinde Hiſpaniae virtute P. Scipionis in ditionem redactae, B tum Macedonia Q. Metelli, Aſia M'. Aquilij labore facta prouincia eſt.

Cum ea, quae veſtra ſunt, condonari poſſeſſoribus :) Illud, *Veſtra*, refertur non ad poſſeſſionem, (nam à maioribus quaeſita populi erant,) ſed ad propinquitatem. Satis etiam conſtat hanc ſententiam cum interrogatione pronunciandam eſſe. hoc enim enthymemate Cicero arguit ignauiae populum, qui ſpoliari ſe ſuis rebus à Rullo videret: & tamen pateretur. itaque quadrat figura interrogationis, quae habet vim arguendi. leniuit autem aſperitatem accuſationis in eo, quod & ſe ipſum complexus eſt, & accuſauit imprudentiae, quod C cauſam quaereret in re aperta, minimeque dubia.

Iam totam legem intelligetis, cum ad paucorum dominationem.) Satis ex ſingulis XL. capitis Seruiliae legis verbis docuit, Syllanos agros non modo non adimi poſſeſſoribus, ſed etiam confirmari. nunc quid ſpectauerit Rullus, eum haec promulgauit, aperit: nimirum, vt Valgio ſocero gratificaretur, qui multas Syllanas aſſignationes poſſidebat.

Nam ſocer huius vir multum bonus eſt :) Camparat inter ſe cupiditatem Valgij ſoceri, & Rulli generi, atque multo illum hoc eſſe mo- D deſtiorem oſtendit. ſocer enim bonus eſt, at gener impudens. mihi vero propoſitum eſt, non de ſoceri bonitate dicere, ſed de impudentia generi. nam ſocer, inquit, quod habet hac lege retinere vult; gener, vt ipſe habeat, quod non habet, quae dubia ſunt, per vos ſancire vult. ſocer adeo modeſtus eſt, vt ſe Syllanum eſſe non diſſimulet, gener adeo impudens, vt cum plus appetat, quam ipſe Sylla, quas ego Syllanas aſſignationes, oppugno, eas me defendere criminatur. nouo autem loquendi modo, & geſtu corporis illudit Valgium, quem multum bonum, id eſt εὐηθη vocat.

Sed de generi impudentia diſputo :) Ita correxit Manutius: cum E antea legeretur, *Sed de genere*: vna tantum litera immutata, hac coniectura vſus, quod de ſocero Rulli Valgio Cicero proxime dixerit.

Neque Syllanum eſſe diſſimulat.) Iſta eſt Valgii ſimplicitas, & ſtultitia, qui cum Syllanus eſſet, ſe tamen eſſe non diſſimularet.

Hic vt ipſe habeat, quod non habet :) Haec eſt Rulli improbitas, & iniquitas. Videtur hic deeſſe aliquid, inquit Ramus, vt, certum, aut, firmum aut ſimile aliquid. ego contra nihil deſiderati arbitror. patet ſenſus, cum haec opponat. Retinere quod habet, Habere quod non habet cum enim cupit habere quod, non habet ſibi conſulit: cum dubia per vos ſancire vult, ſocero.

A *Reſiſto.*) Nolo enim ſanciri à te Syllana, quæ dubij iuris ſunt.

Syllanas res defendere criminatur.) In omnibus antiquis codicibus, quos mihi videre contigit, *Criminor*, legitur, quod non tenere reijciendum eſt, &, *Criminatur*, reponendum, nam criminor in patiendi ſignificatione ſumptum eſt, quod alias ſæpe factum, docet Priſcianus, & Diuus Auguſtinus in libro de grammatica.

Habet agros nonnullos, inquit, ſocer meus.) Sermocinatio. Callidam rationem commemorat, quam inierat Rullus; vt ſocero ſubueniret. dixit autem, *inquit*, pro eo, quod eſt, ſic ſecū loquitur, & ratiocinatur. ἠθοποιΐα enim Rulli ſermonem imitatur. vt ſupra: Veneat, inquit,

B Silua Scantia.

Vendet eos me lege, quanti volet:) Hos cauebat cum ſcribebat, Ne emeretur ab inuito: vnde ſupra: Nihil eſt enim, quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velit venditor. Habet incertos: Hos cauebat voce illa, *Poſſeſſa.*

Habet publicos.) His cauet illis verbis, *Vt quæ optimo iure priuata ſint.*

Denique eos fundos.) His cauet verbis illis, *quæ poſt Marium, & Carbonem Conſules data, donata, conceſſa, aſsignata, &c.*

Caſinati.) *Caſsinati*, corrigendum.

C *Cum vſque ea vicinos proſcriberet:*) Rapit in inuidiam tam ſocerum, quam generum, ſoceri defenſorem Syllanæ proſcriptionis, & illorū temporum acerbitatis memoriam renouando. Sylla vero non tantum proſcripſit quos voluit, ſed ijs, qui pro ſe ſteterant, idem miſit, vt quos vellent, occiderent, & in tabulas proſcriptorum referrent.

Quod oculos continuando:) Et hoc inuidioſe dictum in Valgium legendum eſt autem, *Quoad oculis continuando.* Sic enim conſuetudo latini ſermonis, & grammatices regula poſtulat.

Quos nunc cum aliquo metu tenet.) Ne labefactatis Syllæ actis ad proprium dominum agri reuertantur, ipſe ſpolietur.

Et quoniam qua de cauſa & quorum cauſa ille hoc promulgauit, oſtendi:)

D Inuitat Rullum ad demonſtrandam cauſam, cur reſiſtat legi, cum iam à ſe demonſtratum ſit, cuius cauſa ab eo lex promulgata ſit.

Doceat ipſe, num ego.) ἀξιοπιστία ἐκ πεποιθήσεως.

Siluam Scantiam vendis: Reſp. poſsidet: defendo.) Inductione oſtendit, ſe populo Romano cauere, non priuatis. διαλογισμὸς μετὰ γοργότητος, καὶ κάλλους.

Reſp. poſsidet:) Corrigo, *populus R.* ex veterum librorum auctoritate, & ex ipſa ſententia: nam & ibidem poſt.

Vos eſtis in poſſeſſione.) De populo Romano, non de rep. nec eſt vlla

E fere mutatio cum, reſp. ſcribatur, R.P. populus vero Romanus, P.R. vt ſupra docuimus. Quæ autem de ſilua Scantia, agro Campano, Italiæ, ac Siciliæ poſſeſſionibus dicuntur, ſatis ex prioribus orationibus lucis habent.

Præſertim cum vobis nihil quæratur:) Id eſt non bonis, ſed perditis hominibus.

Nam qui veſtrum ad vim, ad facinus:) Probat quod dixit; Nihil vobis quæritur, cum ijs quæratur qui ad vim, ad facinus, ad cædem parati ſint, è quorum numero vos non eſtis. Gratificatur autem populo, cum ſe bene de eo ſentire oſtendit.

Atque ei generi hominum:) Ergo non vobis. *Campanus ager, & preclara illa:* repetit periculum imminens à colonia Capua. *Exer-*

Exercitus contra vos :) Id eſt, integrum populum. A

Contra libertatem veſtram :) Colonos illos bellum Romæ Capua illaturos ſupra ſignificauit.

Contra Cn. Pompeium conſtituitur.) Principem ciuitatis. Sunt autem loca, & argumenta ſuperiorum orationum firmiſſima, & in quibus plurimum erat ponderis, hic iterum breuius repetita.

Veniant coram :) Extremo iterum prouocat aduerſarios, vt reſpondeant, quæ fiducia cauſæ veritatem oſtendit. Supra autem dixit: Nunc ſi videtur eis in meam concionem prodeant.

B

IN M. TVLL. CICERONIS DE LEGE AGRARIA IN L. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM PLEBIS ORATIONEM PRIMAM: IACOBI BVGELII & Leodegarii à Quercu ſcholia. C

ARGVMENTVM TRIVM AGRARIARVM CONTRA RVLLVM EX HISTORIA CIERONIS Franc. Fabricij. D

PRIMAM orationem Conſularem in Senatu habet, anno poſt. R. cōd IↃC.XC: Conſul CICERO, cōtra Rullum, cuius pars tantum exſtat: in qua diſputat contra venditionem rerum publicarum, emptionem agrorum, & deductionem coloniorum. Hac oratione Plutarchus auctores legis ita perterritos fuiſſe ait, populo Rom diſceptatore vbi non dubitauit, ſed cum ſenatum ſequi ſe iuſſiſſet progreſſus. E

II. Secundum Orationem Conſularem ad populum de Lege Agraria *dixit: in qua legem Seruiliam antiquandam eſſe ſuadet, quod per eam Rullus ſimulatione largitionis tyrannidem conſtituit: tum & decemuiris creandis libertatem populo eripiat, & in agrorum venditione atque emptione, Coloniarumque deductione tyrannicam poteſtatem ipſis permittat. Hac oratione Plutarchus ait Ciceronem non modo legem eieciſſe. Huc acceſſerunt duæ Orationes breues quaſi ἀποσπασμάτια legis agrariæ, vt ſcribit ad Atticum Epiſt. 1. lib. 2.*

III. Ha-

A *III. Harum vna, quæ contra Rullum ad populum tertia legi-
tur, breuiſſima exſtat, qua ſe defendit contra accuſationem tribuno-
rum, qui Ciceronem gratificantem Sullanarum aſſignationum poſ-
ſeſſoribus, Agrariæ legi obſiſtere criminati erant. Ita factum eſt vt
Cicerone dicente Legem Agrariam, hoc eſt, elementa ſua abdicaue-
rint tribus: vt Plinius libro 7. Natural. Hiſtoris cap. 30. ait.*

B

IACOBI BVGELII
ARGVMENTVM
IN PRIMAM AGRARIAM.

C *QVANTOS in Romana Rep. tumultus, quas ſe-
ditiones, & Patrum plebiſque diſcordias, Agrariæ
legis promulgatio pepererit, multi tradunt hiſtorici.
Originem legis huius copioſe deſcribit libro ſecundo ab
Vrbe condita Liuius: perſequitur & reliquis libris,
quinam huius legis auctores, qui ad promulgandam eam incitato-
res, & ad ſuſcipiendam hortatores fuerint. Appianus quoque in
bellorum ciuilium deſcriptione, in ipſo fere hiſtoriæ initio plurimis
D deſcribit Agrariæ legis lationem à Graccho factam. Sed & Cicero-
nis temporibus, in ipſo conſulatu, quem multis nobilium prælatus
Cicero aſſecutus erat, Rulliana hæc ſeditio emicuit. cuius cum non
ſcopus alius quam ſacra miſcere prophanis eſſet, & Reip. manus
inijcere auctores eius conarentur, itemque alia periculoſa immo per-
nicioſa in animo haberent, quo deformem illam corniculam alie-
nis veſtirent plumis, & populi fauorem conſequerentur, Agrariæ
legis promulgationem ſimulauerunt. Hæc, vt & alia, olfaciens Ci-
E cero, ipſum Rullum aggreſſus, tribus orationibus eius inſtitutum
oppugnauit: quarum duas poſteriores ad populum, primam vero
hanc in Senatu habuit. Quæ cum temporum iniuria ἀκέφαλος ad
nos peruenerit, in eius enarratione multum laboris inſumere ſuper-
uacaneum videtur. Sufficiat ergo ſumma tantum eorum quæ op-
pugnantur hic capita delineare. Cætera quæ deſunt, qui ſtu-
dioſior eſſe velit, ex ſecunda ora-
tione petat.*

IN

 A

IN EANDEM ORATIONEM IACOBI BVGELII ANNOTAT. B

QVÆ *res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis*) Ptolemæus Ægypti rex Romanorum ſocius, regno pulſus, Romam, vt horum auxilio reſtitueretur, peruenit. Libri vero Sibyllini Regem per exercitum reſtitui prohibebant. nõ deerant tamen quamplurimi qui de eius reſtitutione cõtenderẽt, vt videre licet apud Ciceronẽ Epiſt. fam. li. 1. Erãt enim qui regnum hoc ſibi in priuatum commodum vendicare volebant. Tandem per Gabinium reſtitutus eſt Ptolemæus vero moriens populum Romanum hæredem ſcripſit. Hoc regnum itaq; Decemuiri, contra quos Cicero hic agit, in ſuam priuatam poteſtatem redigere conabantur inſidijs quibuſdam clancularijs, quas Cicero metaphorice *cuniculos* vocat. Sunt enim *cuniculi*, ſubterraneæ foſſæ per quas mœnia ſuffodi ſolent. C

Siccorum.) Id eſt ſobriorum, & prudentium.

Videte nunc proximo capite.) Singula Seruilianæ legis capita ordine confutat Ciceto: quod in ſecunda oratione, quæ integra eſt, clarius apparet. D

Vt impurus helluo) In odium rapit & contemptum. Populi Romani patrimonium vocat hæc ampliſſima vectigalia, vtpote à maioribus relicta, & poſteris tradita.

Proſcribit.) Id eſt, per ſcriptum publice venalia proponit. Multum autem hoc energiæ habet, quod primum aduerſariorum legis verba ponit Cicero, ſuam interpretationem ſubiungens. Interpretatur enim quid ſit *vectigalia proſcribere*, ſcilicet auctionem inſtituere publicorum bonotum. Hoc autem maxime inuiſum erat. quare & hac ſua legis deſcriptione legem inuiſam facit. E

Proſcribit auctionem) Id eſt, vndere conatur. Auctio enim fit in ijs quæ publice venduntur per augmentum precij.

Agros enim vult.) Decemuiri prætexebant ſe agros diuidere velle: ſed interim magna vi pecuniæ coacta, ad dominationem aſpitabant.

Expecto quid Trib. pl.) Ironia, quæ Seruilium Rullum vilem & contemptum reddit.

Tu pop. Rom &c.) Argumentum hoc ab vtilitate tale eſt.

Subſidia belli, & ornamenta pacis non ſunt eripienda:

Sylua Scantia, & vectigalia, ſubſidia belli, paciſque ornamenta ſunt.

A *Ergo non ſunt eripienda.*) Hæc autem quo plus energiæ haberent, per interrogationem efferuntur.

Tum vero hoc me inertiorem.) Colligit abſurdum à maiori ad minus, quibus & ſibi & Reipub hoc inhoneſtum, ſi concedat, fore confirmat.

Vendit Italia poſſeſſiones.) Recenſet per enumerationem eas Romani imperii partes, quarum venditionem Trib. pl. adornabat. Addit poſtea his ipſis regionibus eorum imperatorum nomina, quorũ auſpicijs hæ in Romani populi ditionem venerant: vt fortiſſimorum virorum memoria incitati, clariſſima ipſorum fortitudinis monu-

B menta non publice Decemuiris dilapidanda darent.

Qui L. Mummij imperio ac felicitate, &c.) Ab hoc poſtea apud Romanos *æs Corinthiacum, æs Mummium* dictum eſt,

His inſignibus atque infulis.) Id eſt ornamentis & regijs inſignibus.

Nam decemuiris quibus in loco ipſis videatur.) Quod hæc lex iniqua ſit, cenſorum more à Romanis inſtituto probat, à maiori ad minus.

Atque hoc etiam nequiſsimi homines.) Cauſam hic efficientem, id eſt, authores legis in contemptum & odium rapit In legiſlatore enim & prudentia & vitæ probitas requiritur.

C *Iam illa omnibus.*) Miſerum & horrendum euentum ob oculos ponit ſi lex Agraria recipiatur.

Nunc quiſnam, &c) Egregia metaphora à canibus indagatoribus ſumpta, legiſlatorum notat auaritiam.

Minuetur huius, &c) Hactenus iniquas acquirendæ pecuniæ rationes confutauit; nunc huius pecuniæ vſum etiam inutilem eſſe oſtẽdit, maximeque ipſorum auaritia excogitatum Siquidem agrorum emptionem dilemmare iniquam declarat. *Si enim*, inquit, *ab inuito emas, iniurioſum: ſin ab non inuito, quæſtuoſum.*

Nunc proſpicite eos.) Oſtendit nunc quantum mali ex illa agrorum

D mercatura conſecuturum ſit

Deducentur, inquit, *coloniæ, &c.*) Aliud nunc caput tractat, quo colonias deducere inſtituerant Tribuni, ſed hoc eleganter per circumſtantias loci & perſonarum diſcutit, & oſtendit hæc Reip. Romanæ & libertati periculoſiſſima fore.

Capuam deduci.) Inſtituerant Decemuiri, Capuam Italiæ fertiliſſimam vrbem cum vicinis occupare oppidis. Hoc nunc quam pernicioſum futurum ſit, indicat. Maxime autem circumſtantijs à loco deſumptis vtitur, videlicet *Capuam* deſcribendo.

Et credo qua in vrbe, &c.) Argumentum à maiori ad minus, quo o-

E ſtendit ſummam illius vrbis inſolentiam Romanos non eſſe laturos.

Maioris noſtri) Maiorum exemplo ſua nunc probat.

Non queror, &c) Per occupationem ante expoſita damna repetit, quaſi præteriens, quo periculum illud coloniarum magis amplificat.

Erraſtis Rulle, &c.) ἀποστροφὴ vehemens ad Rullum, eiuſq; conſortes, qua commonſtrat non ipſos, ſed ſe popularem eſſe: idq; maxime ab ipſa popularium rerum definitione facit. *Nihil*, inquit, *tam populare, quam pacem, quam concordiam reperiemus, &c.*

Præſertim cum mihi, &c.) Vehementiſſimum hoc ad beneuolentiæ conciliationem eſt: quare eo fine maxime vtitur, vt Senatus animi ſui pietate cognita facilius perſuadetur.

Quam-

Quamobrem &c.) Epilogus iam ſequitur, qui etiam hortationem ad reliquos tribunos continet; vt à pernicioſo tribuno diſcedam. Hortatur autem à patriæ periculo, & pietate, quæ patriæ debetur. Deinde iis qui ſpe vana ducti, non deſiſtunt ab hac lege ferenda, terrorem incutit. A

LEODEGARII A QVERCV IN EANDEM ANNOTATIONES.

Quæ res aperte.) Ptolemæus Auletes, Rex Ægypti, qui & *Alexander* vocabatur, ab Alexandrinis eiectus, à Gabinio in regnum reductus eſt. Is poſtea moriens, ex teſtamento, vt Valerius ait, ſuperſtitibus liberis duobus maſculis & totidem fœminis, populum R. tutorem reliquit, populusq; Æmilium Lepidum Pontif. Max ad tutelam gerendam Alexandriam miſit. Alij contra aiebant, ex teſtamento regis, regnũ populi R. eſſe factum: ac dum Lucio Cotta & L. Torquato Coſs. aperte contenderent Tribuni, vt qui de regno Alexandrino cognoſcerent, ac publicis vectigalibus attribuerent, mitterentur, non obtinuerunt. Idem nunc occulte tentat Rullus. B

Cuniculis.) Tranſlatio ducta eſt ab vrbium expugnationibus, quas cũ aperto Marte euertere non poſſumus, actis cuniculis irrumpimus. C

Eoſdem conſules.) Cottam & Torquatum, quibus Coſs. Ptolemæus mortuus eſt. *Scantia ſylua* in Italia eſt, vbi & *Scantia aqua*, vbi è petra flammam exire, quæ pluuiis accendatur, prodit Plin.

Cenſorum paſcuis.) Cenſores vectigalia locabant, & publica paſcua mancipibus precio tradebant, idq; in rationes referebant Plin lib. 18. cap 3. de paſcuis Cenſorum ſic ſcribit: *Etiam nunc in tabulis cenſoriis paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.* Senſus autem eſt, an eam ſyluam, vt derelictam & ignoratam primus inueniſti & eruiſti? an potius populo R. poſſeſſionem publicis tabulis conſignatam proſcribis? D

Nunc quo ad.) Legendum videtur, *Nunquid.*

Pompeium oppugnarent.) Nam Rullus ſuperiori capite, cum de decemuiris creandis ferret, Pompeium exceperat, atq; ita dignitatem eius oppugnarat. Seruilius Iſauros proconſul deuicit, nonnullasq; alias gentes Ciliciæ. in his regionibus *Attalenſes* & *Olympeni* collocantur à Plin. lib. 5. cap. 32.

Agros regios.) Qui Philippi & Perſæ regnum Macedoniæ fuerant. hi duo victi ſunt: Philippus quidem à Flaminio, Perſes ab Æmilio.

Cenſoribus vectigalia.) Vectigalia nuſquam niſi Romæ locare licet, & in concione. Hi in Paphlagonia & Cappadocia vendent, nullis teſtibus aut arbitris, nec vobis præſentibus. E

Hæreditatum obeundarum cauſa.) Similis locus eſt in ſecunda oratione. Intelligitur hoc de liberis legationibus, quæ titulo tenus gerebãtur. eas fere ſenatores, quibus in aliqua prouincia negocium eſſet, impetrabant, vt illic dignitatis titulo facilius ſyngraphas & res ſuas perſequerentur.

Summo cum imperio.) Vide Plutarchum in vitam Ciceronis.

Faſces.) Nam antea decemuiros lictores anteibant cum bacillis: poſtea ex lege Bruti & Rulli cum faſcibus. id quod ex ſequenti oratione apparet.

A *Sylla & Pompeio.*) In ſuperiori capite ita ſciuerat Rullus, Qui agri, quæ loca, ædificia, aliudve quid quod publicum populi Rom factum ſit L. Sylla & Q. Pompeio Coss: id decemuiri venduntо. quo in capite temporis circumſcriptionem addidit ab Syllæ & Pompeij conſulatu. Præſenti capite citra temporis definitionem, quicunq; vel ex infinito tempore ager publicus fuerit, ei grande vectigal imponunto.

Hiempſal.) Hic rex Numidiæ in ora maritima agros habebat, quos Africanus populo R. adiudicarat, poſtea tamen per Cottam conſulem in fœdere cautum eſt, vt eos poſſideret: quod populus haudquaquam iuſſit.

B *Auro coronario*) *Aurum coronarium*, ex quo coronæ conſiunt id autem ex collatione dabatur regibus à ſubditis; poſtea deinde regionibus in prouinciæ formam redactis cum eo magiſtratus Ro. mitterentur, etſi coronam non geſtabant, tamen manente & ſuperſtite collatione appellatio *auri* eadem remanſit. Vel potius aurum ex quo imperatoribus qui in Prouincia feliciter res geſſerant, coronæ quæ in triumpho ex collatione confectæ geſtabantur, fiebant. Plin. li. 33. ca. 3. *Claudius*, inquit, *ſucceſſor eius, cum de Britannia triumpharet, in coronis aureis vnam ſeptem pondo habuit, quam contuliſſet Hiſpania citerior: alteram nouem, quam Gallia Comata, ſicut titulus indicauit.*

C *In illa lege &c.*) Papius ciuis Ro. legem tulit, vt peregrini vrbe Rom. vti prohiberentur.

Fauſto.) Is fuit Syllæ filius.

Socer tuus.) Valgius Rulli ſocer tumultibus Syllanis priuatos ac publicos agros interuerterat, inq; his Iopinum & Caſinatem, ideoq; inuidioſus erat. *Inuidiæ* ſucceſſores vocat, qui re male parta infames & inuidioſi erant. *Peſtilentiæ*, qui agros peſtilentia vaſtos habent.

Deductio.) Coloniarum.

Deſcriptio) Colonorum.

Hoc templo) In æde Iouis Capitolini tum ſenatus habebatur.

D *Maiores Capuæ.*) Vide Liuium lib. 6. ſecundi belli Punici.

Campanorum.) Campana arrogantia, Prouerbium eſt.

Stellatem) Hos poſtea campos Cæſar conſul diuiſit. Suetonius, *Campum Stellatem maioribus conſecratum, agrumq; Campanum ad ſubſidia reip. vectigalem relictum diuiſit extra ſortem viginti millibus ciuium, quibus terni pluresve liberi eſſent.*

Quos multo magis quam Rullum.) Decemuiros ait, quibus imperium ſummum lege demandabatur.

Diſceptatore.) Id eſt, iudice.

Alteram Romam.) Capuam.

E *In prouinciam non iturum.*) Nam Ciceroni Gallia prouincia decreta erat, quam tamen confeſtim dimiſit.

Velificari honori) Pro velis ac ramis, omniq; contentione ad honores & magiſtratus eniti: tractum à velificatione, quando paſſis velis nauigatur.

Equeſtri ortum loco.) Nam Cicero, teſte Eutropio, Arpini natus eſt matre Eluia, patre vero equeſtris ordinis ex regio Volſcorum genere.

IN M.

Digitized by Google

 A

IN M. TVLL. CICERONIS DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM PLEBIS AD POPVLVM ORATIONEM SECVNDAM, Eubuli Dynateri Scholia. B

ARGVMENTVM Eubuli Dynateri. C

DVO genera hominum (ut Cicero in oratione pro Seſtio ait) in Romana ciuitate fuerunt eorum, qui verſari in Rep. atq; in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt, quibus ex generibus alteri populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea quæ faciebant quæq; dicebāt, multitudini eſſe iucunda volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuiq; D probarent, optimates habebantur. Fuerunt inter hos contentiones fere perpetuæ. Populares enim dum nimis populariter plebis fauorem ambirent, ſæpe iniqua, ſæpe pernicioſa Reip. populo tamen iucunda conſulebant. His cum optimates reſiſterent, horrendi tumultus non ſemel extitere. In primis vero populares omnes in hoc intentos fuiſſe legimus, vt Agrariam legem ferre ac ſtabilire poſſent: quæ cum plebi iucunda & grata eſſet, nec ſine quæſtu proponeretur, Patribus contra pernicioſa & moleſta, nunquam ſine tumultu ferri potuit. Primus E etenim huius legis lator (vt Liuius lib. 2. Deca. 1. ſcribit) fuit Sp. Caſſius, anno ab Vrbe condita CCLXVIII. qui vel populari fauori intentus, vel tyrannidem (vt nonnullorum ſuſpicio erat) affectans, partes agri duas Hernicis ademptas, Latinis plebiq; diuiſurus erat. Reſiſtebat largitioni huic vna cum Patribus collega alter Proculus Virginius. Populus etiam tunc cautior prudentiorq; quam antea factus, & largitionis huius cauſam facile olfaciens, eam tanquam ſordidam contempſit: immo conſulatus tempore peracto, regni affectationis con-

A *Sylla & Pompeio.*) In ſuperiori capite ita ſciuerat Rullus, Qui agri, quæ loca, ædificia, aliudve quid quod publicum populi Rom factum ſit L. Sylla & Q. Pompeio Coss. id decemuiri vendunto. quo in capite temporis circumſcriptionem addidit ab Syllæ & Pompeij conſulatu. Præſenti capite citra temporis definitionem, quicunq; vel ex infinito tempore ager publicus fuerit, ei grande vectigal imponunto.

Hiempſal.) Hic rex Numidiæ in ora maritima agros habebat, quos Africanus populo R. adiudicarat, poſtea tamen per Cottam conſulem in fœdere cautum eſt, vt eos poſſideret: quod populus haudquaquam iuſſit.

B *Auro coronario*) *Aurum coronarium*, ex quo coronæ conſiunt id autem ex collatione dabatur regibus à ſubditis; poſtea deinde regionibus in prouinciæ formam redactis cum eo magiſtratus Ro. mitterentur, etſi coronam non geſtabant, tamen manente & ſuperſtite collatione appellatio *auri* eadem remanſit. Vel potius aurum ex quo imperatoribus qui in Prouincia feliciter res geſſerant, coronæ quæ in triumpho ex collatione confectæ geſtabantur, fiebant Plin. li. 33 ca. 3. *Claudius*, inquit, *ſucceſſor eius, cum de Britannia triumpharet, in coronas aureas vnam ſeptem pondo habuit, quam contuliſſet Hiſpania citerior: alteram nouem, quam Gallia Comata, ſicut titulus indicauit.*

C *In illa lege &c.*) Papius ciuis Ro. legem tulit, vt peregrini vrbe Rom. vti prohiberentur.

Fauſto.) Is fuit Syllæ filius.

Socer tuus) Valgius Rulli ſocer tumultibus Syllanis priuatos ac publicos agros interuerterat, inq; his Iopinum & Caſinatem, ideoq; inuidioſus erat. *Inuidia* ſucceſſores vocat, qui re male parta infames & inuidioſi erant. *Peſtilentia*, qui agros peſtilentia vaſtos habent.

Deductio.) Coloniarum.

Deſcriptio) Colonorum.

Hoc templo) In æde Iouis Capitolini tum ſenatus habebatur.

D *Maiores Capua.*) Vide Liuium lib. 6. ſecundi belli Punici.

Campanorum.) Campana arrogantia, Prouerbium eſt.

Stellatem) Hos poſtea campos Cæſar conſul diuiſit. Suetonius, *Campum Stellatem maioribus conſecratum, agrumq; Campanum ad ſubſidia reip. vectigalem relictum diuiſit extra ſortem viginti millibus ciuium, quibus terni pluresve liberi eſſent.*

Quos multo magis quam Rullum.) Decemuiros ait, quibus imperium ſummum lege demandabatur.

Diſceptatore.) Id eſt, iudice.

Alteram Romam.) Capuam.

E *In prouinciam non iturum*) Nam Ciceroni Gallia prouincia decreta erat, quam tamen confeſtim dimiſit.

Velificari honori) Pro velis ac ramis, omniq; contentione ad honores & magiſtratus eniti: tractum à velificatione, quando paſſis velis nauigatur.

Equeſtri ortum loco.) Nam Cicero, teſte Eutropio, Arpini natus eſt matre Eluia, patre vero equeſtris ordinis ex regio Volſcorum genere.

IN M.

A

IN M. TVLL. CICERONIS DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM PLEBIS AD POPVLVM ORATIONEM SECVNDAM, B

Eubuli Dynateri
Scholia.

ARGVMENTVM Eubuli Dynateri. C

DVO genera hominum (vt Cicero in oratione pro
Seſtio ait) in Romana ciuitate fuerunt eorum, qui
verſari in Rep. atq; in ea ſe excellentius gerere ſtu-
duerunt, quibus ex generibus alteri populares,
alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui
ea quæ faciebant quæq; dicebãt, multitudini eſſe iucunda volebant,
populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuiq; D
probarent, optimates habebantur. Fuerunt inter hos contentiones
fere perpetuæ. Populares enim dum nimis populariter plebis fauorem
ambirent, ſæpe iniqua, ſæpe pernicioſa Reip. populo tamen iucunda
conſulebant. His cum optimates reſiſterent, horrendi tumultus non
ſemel extitere. In primis vero populares omnes in hoc intentos fuiſſe
legimus, vt Agrariam legem ferre ac ſtabilire poſſent: quæ cum plebi
iucunda & grata eſſet, nec ſine quæſtu proponeretur, Patribus contra
pernicioſa & moleſta, nunquam ſine tumultu ferri potuit. Primus E
etenim huius legis lator (vt Liuius lib. 2. Deca. 1. ſcribit) fuit Sp. Caſ-
ſius, anno ab Vrbe condita CCLXVIII. qui vel populari fauori in-
tentus, vel tyrannidem (vt nonnullorum ſuſpicio erat) affectans, par-
tes agri duas Hernicis ademptas, Latinis plebiq; diuiſurus erat. Reſi-
ſtebat largitioni huic vna cum Patribus collega alter Proculus Vir-
ginius. Populus etiam tunc cautior prudentiorq; quam antea factus,
& largitionis huius cauſam facile olfaciens, eam tanquam ſordidam
contempſit: immo conſulatus tempore peracto, regni affectationis con-

 demna-

A *damnatus interiit, vel (authore Valer. Max.) à patre verberibus necatus eſt. Non terruit autem horrenda conſulis mors* Sp. Licinium *Trib pl. qui cum populum huius legis dulcedine capium exiſtimaret, legis promulgationem ſuſcepit. Verum etiam in hunc Patrum cæterorumq́ collegarum, & vniuerſi populi inuidia coorta eſt. Poſtea à* Licinio Stolone *lex lata eſt, ne quis amplius quam quinquaginta agri iugera poſſideret. Verum cum ipſe fallaci legis diſpenſatione vſus, vna cum filio mille iugera occupauiſſet, propria lege decem millibus*
B *æris damnatus eſt. Fuere poſt hunc multi, qui huius legis promulgationem ſuſceperunt, ſed omnium conatus in nihilum diſſipati ſunt, donec ex nobili Corneliorum natus familia* Ti. Grachus, *ſummo cum conatu Agrariam, & C. Gracchus Frumentariam legem ferre ſtatuit. Quod cum populo gratum eſſet, & tenuiorum fortunæ conſtitui hoc viderentur, optimates contra diſcordiæ ſemina fore animaduertentes huic reſiſterent, magno ciuitatis tumultu, multorum & ipſius auctoris cæde impeditum eſt. Poſtremo etiam hic P. Seruilius*
C *Rul. trib. pl. pernicioſiſſimus auaritiæ ſtimulis & imperij cupiditate inſtinctus, legis Agrariæ prætextu totam Italiam cum ſuis, quos ob id elegerat, decemuiris, aliasq́ R. imperio ſubditas nationes partim vendere, partim coloniis deductis occupare conabatur. Quo autem venditionem ſuam pernicioſam aliquo honeſtatis titulo ornaret, pecunia illa ſic conflata agros ſe empturum, quos plebi diuideret, pollicebatur. Cuius quidem meminit & Plutarchus in Ciceronis vita: quo lectorem, vt breuiores ipſi ſimus, libenter dimittimus. Hæc autem Rulli*
D *conſilia fraudesq́ Cicero, qui tum conſulem agebat, deprehendens, tres contra hunc orationes vehementiſſimas habuit, duas ſcilicet ad populum, in Senatu vero primam, quæ hodie mutila & principio carens extat. Diſputat in his multa de populi R. dignitate & vtilitate: quæ duæ Reip. partes huius legis promulgatione quam maxime imminuebātur: quæ omnia in ipſius ſecundæ orationis lectione manifeſte apparebunt. Hæc itaq́ præfati, ipſam aggrediamur, ſi prius ſtatum orationis paucis expoſuerimus. Generalis huius legis propoſitio & ſcopus, quo omnia tendunt, eſt:* Lex P. Seruilij Rulli, quā Agrarıam
E vocat, promulganda non eſt. *Hanc ſententiam Cicero iure defendit, contenditq́ ne populus legem hanc tanquam vtilem ſuſcipiat. Quare orationis ſtatus iuridicialis videtur. iure etenim agit. Cum vero inter omnes homines, in primis vero apud populum ſic comparatum ſit, vt vtilitatis magis quam honeſtatis ac iuſtitiæ rationibus ducantur, multa in hanc orationem ex deliberatiuo genere transſumpſit Cicero, oſtendens quam periculoſum futurum ſit, ſi populus tribuni aſtutiis ſeſe decipi ſinat. Reliqua quæ hic notanda videntur, vt quæq́ obuiam venerint, pro virili exponemus.*

EVBVLI DYNATERI SCHOLIA IN SECVNDAM CICERONIS ORATIONEM DE LEGE AGRARIA. A

Eſt hoc in more poſitum Quirites.)Duo ſunt Principiorum genera quæ
in orationibus ſequi ſolemus, *Exordium* ſcilicet, & *Inſinuatio*, quæ à
Græcis ἔφοδος nominatur. Illud, palam quidnam dicendum ſit, pro-
ponit, certis apertisq; rationibus beneuolentiam, attentionem &
docilitatem parat: hæc vero circumductione quadam iucundiore in B
hominum animos ſeſe inſinuans, poſtquam attentos ſibi beneuo-
losq; auditores videt, oblique ad id quod agitur, deſcendit. Hac au-
tem tum maxime vti ſolemus, cum aut cauſam turpem, aut audito-
rem iam ante perſuaſum defeſſumq; habemus. Cum autem hac in
cauſa Cicero populum à lege Seruilij non abhorrere animaduerteret
(erat enim huiuſmodi lex, vt idem pro Seſtio dicit, iucunda plebi: (vi-
ctus enim large ſine labore ſuppeditari videbatur) ne ſe dicente ſper-
nerent: iucunda quadam inſinuatione vtitur, cuius principalia capita
hæc ſunt. Beneuolentiam à ſua & auditorum perſona ſibi conciliat
Cicero, cum ſe populo propter honores conceſſos gratum exhibet, C
populiq; beneficium maxime extollit. Vehementer enim delectatur
vulgus, cum ſua beneficia ab eo in quem collata ſunt, prędicari videt.
Beneficiorum enim commendatio, animi gratitudinem ſignificat.
Deinde ſuum in Remp ſtudium exponens, beneuolos in primis au-
ditores reddit Eos enim magna cum delectatione audimus, quos
nobis bene velle compertum eſt.

Eſt hoc in more) Primum à publico ritu eorum orditur orationem,
qui populi R. beneficiis ornati, familiæ ſuæ ſtemmata inſigniaq; ade-
pti ſunt. Facit autem & hoc ad beneuolentiam, vt ſcilicet populus
publici illi gratias agendi moris recordatus, Ciceronem, cuius hoc D
etiam officium erat, dicentem audiret.

De meis maioribus.) De Ciceronis maioribus nihil certi extat, niſi
quod ſunt (vt Plutarchus inquit) qui genus eius ad Tullium illum
Appium Volſcorum regem referant. & matrem eius locupletem fuiſ-
ſe conſtat: patrem vero quiſnam fuerit, nemo deſcribit certum eſt
autem & hoc ipſo Ciceronis teſtimonio, & aliorum auctorũ ſcriptis,
quod nullos vnquam in Rep. honores aſſecutus eſt. Vnde & ipſe Ci-
cero *homo nouus* (ſic enim nominabantur, qui nulla maiorum virtute
in Rep. claruiſſent) appellatus eſt à nonnullis conuitij loco: quod &
Catilina ei obiecit: & vrbis hoſpitalitatem vituperauit, quod homi- E
nem *ignobilem nouumq;* ſibi in Conſulatus petitione prætuliſſet. Vide
de his Appianum lib. 2. Bellorum ciuilium.

De me autem ipſo vereor ne) Diuiſio hæc eſt, quam deinde per expo-
litionem magis exponit his autem quaſi occupatione vtitur, ne
quid illi obiici poſſit, cum poſtea de ſuis honoribus liberius loque-
retur.

Quare adhibebitur à me) Diſtributio eſt, qua proponit quidnam in
hoc exordio dicturus ſit.

Me perlonge)Incipit populi commemorare beneficia, quæ eſt prima
Diſtributionis pars.

Et enim

Digitized by Google

A *Et eum locum quem nobilitas.*) Quantum ſemper nobiles Romani ſudauerint vt populum à Conſulatu arcerent, plurimis deſcribit Liuius Decadę prima. Volebant enim Patres, penes ſe, non populum, ſummam imperij conſiſtere. Deinde Cicero comparatione quadã, & temporis circumſtantijs, populi Romani beneficium magis exaggerat.

Neq; ſingula voces praconum) Nam præcones ſuffragia petebant. vnde etiam nonnulla comitia ἀπὸ τοῦ καλεῖν, vel *calando*, quod idem eſt, *calata* vocantur.

Hoc ego tam inſigne. &c.) Sequitur nunc ſecunda Diſtributionis pars,

B quã ſuum in Rempub ſtudium exponit. In primis vero hoc efficere conatur, vt vere popularis habeatur: idq; ſuum officium eſſe oſtendit à loco quem Dialectici *pronunciatum*, Rhetores *iudicium & auctoritatem* vocant: quia vna populi voce Conſul creatus, multiſq; nobilibus antepoſitus ſit

Sed mihi ad huiuſce verbi vim.) Poſtquam auditorum animos deleniuit aliquantum, nunc commoda à ſuperioribus occaſione ſumpta, rem ipſam aggreditur. Cum enim ſe popularem fore promiſiſſet, oſtendit iam quinam ij ſint qui ipſum quo minus popularis eſſe poſſit, impediant. Hæc autem attentionem parant, cum ſe ipſorum ſa-

C pientia opus habere dicit, quæ vnica ſententia rei magnitudinem declarat. Tum etiam aduerſarios in odium rapit; cum eos populari conſuli reſiſtere oſtendit. Maxime autem inuidioſum hoc eſt, quod populi ſaluti inhiantes, populares tamen dici volunt:

Ego qualem Calend. Ian.) Rurſum à ſua perſona beneuolentiam parat, cum oſtendit ſe in periculoſiſſimo ſtatu Reip. magnum illud & periculoſum Conſulatus onus ſuſcepiſſe. Aequum ergo, vt eius verba non contemnant, quẽ patriæ ruinis obſiſtere poſſe arbitrati ſunt. Quam vero anceps Reip. ſtatus iſtis temporibus fuerit, præter Appia tum manifeſte docet Plutarchus, qui hac ſolum de cauſſa Cice-

D ronem Conſulem creatum eſſe demonſtrat. Cum enim Syllana illa monarchia rerum innouationem attuliſſet, & multi adhuc eſſent qui bellis aſſueti, & luxui dediti, bona ſua dilapidaſſent, totã Rempubl. priuatis ducti affectibus ſubuertere conabantur. His dux erat *Catilina*, qui etiam Ciceroni candidato inſidias ſtruxerat. Cum itaq; in tanto rerum diſcrimine nec vllæ copiæ ad vim coercendam præſto eſſent (nam Pompeius tum apud Pontum & Armenios exercitum ductabat) ad Ciceronis prudentiam populus confugiens, ipſum Conſulem creauit.

E *Boni metuerent, improbi expectarent.*) *Metus* enim, opinio futuri mali *Spes* expectatioq; opinio eſt futuri iucunda boni. Hæc autem Reſp ſubuerſio inſtituta, improbis illis iucundiſſima erat, quia omnium bonorum opibus ſeſe potituros arbitrabantur, nihilq; non ſibi ex illa coniuratione promittebant. Lege Salluſtium *de coniuratione Catilina.*

Quid enim &c.) Per definitionem ipſius *popularis*, atq; adeo per eius partium enumerationem, propius ad Tribunorum conſilium accedit, vt eos non modo non populares, ſed Reip. inſidiatores eſſe declaret. Argumenti forma eſt,

Populares ſunt, qui pacem, ocium & libertatem tuentur.

Rullus

Rullus cum ſuis hæc non tuetur. A

Ergo populares non ſunt.

Quam pax.) Erat enim hiſce temporibus ciuilibus Marij & Syllæ armis ita attritus populus, vt nihil iam perinde quàm pacem ſecuritatemq; ſpectarent. his autem omnibus quæ hic proponit, paci ſcilicet, libertati & otio, cauſſas ſubijcit, obquas hæc tantopere expetuntur quæ plurimum ad impellendos animos auditorum valent. Videmus enim Dei conſilio ſic inſtituta quæuis eſſe etiam inanimata, vt per *pacem* concordiamq; augmenta capiant, diſcordia vero pereant. Quod in mundi illa machina mirabili manifeſte apparet, cum tot tamq; diuerſæ naturæ elementa, iucundiſſima quadam concordia in vnum opus concluſa eſſe videmus. Gaudent & pace agri: nam pacis tempore arare plantareq; licet, cum belli turbis omnia pacis opera diſturbentur. *Libertatis* vero aureæ quam cupida ſint omnia, palam in feris videre licet, quibus nihil moleſtius captiuitate & ſeruitute contingere poteſt vnde non immerito dictum videtur, B

O felix nimium generoſo pectore digna
Libertas, cunctis anteferenda bonis.

Horum autem omnium condimentum ſuauiſſimum eſt *otium*. cuius & hic meminit Cicero: quod hic non pro laborum vacatione ſumitur, ſed ſecuritatem, & liberum eorum quæ poſſidemus vſum ſignificat. C

Quare qui.) Concludit nunc ea quæ hactenus de popularitate dicta ſunt.

Neq; enim Quirites.) Iam ipſum vlcus tangit Cicero, reiq; propoſitæ ſummam attingit. Sunt vero hæc quaſi narrationis loco per *Occupationem*, vel προκατάληψιν, vt Rufinianus vocat, appoſita. Obijci enim poterat: Popularem te futurum Conſulem ſedulo promittis: ijs tamen interim reſiſtis, qui legis Agrariæ promulgationem, qua nihil popularius eſt, ſuſceperunt. Hæc præuenit Cicero, & eadem qua ſupra vſus eſt inſinuatione animos eorum præoccupat, hanc illis opinionem excutiens, ne Reip. perturbatores popularium loco habeantur. hoc autem facit, vt poſtea narrationem clariorem quæ ſequitur, & omnibus circumſtantijs ſuſpecta eſt, æquiore animo audirent. D

Niſi exhauſto &c.) Nam vt ſupra ex Plutarcho indicatum eſt, ius in ærarium ſibi vendicabant Decemuiri.

Qua verbis oſtentari &c.) Eſt hic figura quam auctor ad Herennium *conuerſionem*. Rutilius vero ἐπιφορὰν vocat, quæ fit cum ad idem verbum reuertimur: vt hoc loco vtraque membra in fine verbum poteſt aſſumunt. E

Neq; vero &c.) Partium enumeratione omnia nunc illis proponit Cicero, quæ Tribuni per Decemuiros moliebantur, at non ipſa Tribunorum verba & promiſſiones, ſed quid ex his euenturum ſit indicat, quæ cum atrociſſima eſſent, à populo facilè aſpernabantur.

Nam vero dicam Quirites) Prudentiſſime Cicero nullam beneuolentiæ captandæ rationem prætermittit, vt populum ab hac cauſſa quæ maxime popularis videbatur, amoueat. Cum enim modo agrorum mentionem feciſſet, ne huic beneficio, quod in populum conferri videbatur, reſiſtere putaretur, mox expoſitionem ſubiungit, qua

animum

A animum ſuum erga legem Agrariam teſtatur. Opottet enim, vt qui cum populo agere inſtituit, ſumma prudentia viatur. *Futit enim ignobile vulgus*, ac fluctuum more inſurgit: nec alia ratione facilius quàm concedendo ſedari poteſt, & amicis hortationibus.

Venit enim mihi.) Ratio eſt cur Agrariam legem non vituperet: idq; oſtendit à cauſa efficiente, vel (vt Rhetores vocant) ab auctoris commendatione. Gracchos enim, qui ex nobili familia oriundi erant, Reip. amantiſſimos fuiſſe omnib. perſuaſum erat. hoc ergo populo concedit, ne cõmodis eius obſtinatius reſiſtere videretur. Eſt autem hic ſchema ὁμοιοτέλευτον, quod auctor ad Herennium *ſimiliter deſi-*
B *nens* vocat. omnia enim terminantur in *os* ſyllabam.

Tiberium & C.Gracch.) Quænam huius legis ſumma & origo fuerit, tumultus etiam ob hanc concitaros, & Gracchi cædem, multis deſcribit Appianus lib. i. de Bell. ciuilib.

Itaq; vt initio &c.) Incipit nunc narrationem, quæ ad refellendos aduerſariorum conatus plurimum valet: Oſtendit enim quomodo Conſul popularis ab ijs excluſus ſit, qui tamen popularem legẽ ferre videri volebant. Diligenter autem hic *circumſtantiæ* loci, temporis, & eorum conditiones inſpiciendæ ſunt, qui hiſce conſilijs interfuerunt. Syllogiſmus totus eſt:

C *Qui Conſulem popularem excludunt, populares non ſunt:*
Decemuiri me popularem conſulem excluſerunt:
Ergo Decemuiri populares non ſunt.

Etenim arbitrabar.) Cauſſa cur ſeſe in tribunorum commercium inſinuare conatus ſit, quæ curioſitatis ſuſpicione Ciceronẽ liberat. Eſt autem hic νόημα. vt vocant, pulcherrimum, quo diſcimus quantã inter Reip. adminiſtratores concordiam eſſe conueniat. niſi enim hi conſenſerint, qui imperij habenas tenent, hincinde in ſummum exitium diſtrahitur Reſp quò & illud Homeri referri poteſt,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

D Quo non tam monarchiam innuit poeta, quàm vnanimem eorum qui præſunt, concordiam. Didicerunt autem plurimis exemplis Romani, & horrendis bellorum Ciuilium prælijs, quantum exitij Optimarum diſcordia pariat.

Cum familiariter.) Pulchra contrariorum oppoſitione ſibi beneuolum, aduerſarijs inuiſum auditorem facit. Opponuntur enim, familiariter ſe inſinuare, & excludi ac celari. Suſpectos autem & hoc Tribunos facit, quod Conſulem, eumq; popularem, imo & eũ qui ſe legis (ſi modo populo vtilis eſſet) auctorẽ fore promittebat, excluſiſſẽt.

E *Liberalitatem.*) Id eſt promptam officij mei oblationem.

Interea non deſiſtebant.) Pergit in narratione, qua Tribunorum fraudes deregit, & omnibus adhibitis circunſtantijs, eos in ſuſpicionem trahit. Non enim ſuſpicione fraudis caret, Conſulem, penes quem ſumma rerum eſt, excludere. Hanc nunc auget temporis circunſtantia, quia nox ſeditioſis idonea eſt. Auget hanc etiam loci circumſtantia, quod in ſolitudine conuenerunt, ne ſcilicet quis eſſet qui conſilia hæc audiens eliminaret.

Iam deſignatus, alio vultu.) Pulcherrima effictione vel προσωποποιΐᾳ Rulli perſonam deſcribit, vt eũ populo contemptibilẽ reddat.

Vt oculis & aſpectu.) Energiam hoc habet, cum interpretatur quid-

nam

nam ſuo illo inſolito habitu Rullus voluerit. Odium vero concitat, A
quod non Tribunitiam poteſtatem, ſed vim vocat, quæ rariſſime in bonam partem ſumitur. Eodem refertur quod ipſum Reip. minitari dicit. Huc quoque pertinet, quod poſtea non ſine contemptu legem hominis, non Tribuni dicit. Maxime enim hoc curandum, cum in contemptum homines rapere volumus, vt eorum honorum titulos quibus præditi ſunt, reticeamus.

Omni hoc vobis ratione &c.) Rurſus beneuolentiam à ſua perſona captat Cicero, ne Agrariæ legis mentio, quæ populo periucunda erat, animum auditorum à Cicerone alienaret.

Non enim natura &c.) Occupatione ſuſpicionẽ eam diluit, qua con- B
ſules Tribunis tanquam inimici ſuſpecti erant. Videbat enim populus Romanus iam multis annis, imo ab ipſo Romani imperij initio, Tribunis pl. nunquam cum conſulibus conueniſſe, quemadmodum multis libris deſcribit Liuius: qui non raro etiam *ad verbera ac cædes* in foro peruentum fuiſſe oſtendit: quorum tumultuũ primaria cauſſa Tirbuni erant. Maximum enim horum duorum ordinum certamẽ fuit, quod vtriq; maxime populares videri volebant: interim tamen populum maximis tumultibus & periculis vexabant. Hanc itaq; ſuſpicionem Cicero per criminis remotionem, à ſe, ſcilicet conſulatu, in homines ſingulares remouet, oſtendens non conſulatum tribu- C
natumq;, ſed nonnullorum ſeditioſorum conſilia cauſſas eſſe. *Conſulatum* vero & *Tribunatum* per μετωνυμίαν pro Conſulibus & Tribunis ponit.

Quam conſul.) Idem hic dicit quod ſupra in oratione prima, vbi ſe conſulem veritate non oſtentatione popularem vocat.

Atq; ego à primo &c.) Paucis nunc proponit ea quæ in tribunitia illa lege continebantur: quam enumerationem maximis ſuſpicionibus adſpergit, quibus & leges & auctores eius inuiſos reddat.

Nihil aliud.) Figura hic eſt quam auctor ad Herennium *Repetitio-* D
nem, Græci vero ἐπαναφορὰν vocant: quæ fit cum idem verbum per ſinglua membra vel commata repetitur, qua Oratores & ipſi commoti eſſe videri, & auditorem commouere volunt.

Niſi vti decem Reges) Romano populo nihil perinde inuiſum fuiſſe atq; regis nomen, Liuius teſtatur lib. ab vrbe condita. 2. Tantum enim in *regium* nomen odium conceptum fuit, vt etiam L. Collatinus, qui Reges expulerat, conſulatu ſe abdicare, vrbemq; relinquere cogeretur, cum ex regia familia natus eſſet. Hoc non ignorans Cicero, maxime inuiſo vocabulo *Tribunos* Decemuiroſque appellat, vt & hi, ſicut *Reges*, vrbe pellerentur.

Sic confirmo Quirites &c.) Hic locus cum admodum vehemens eſ- E
ſet, latius tractatur à Cicerone, eundemque per expoſitionem & ἐπιμονὴν clarius inerpretatur.

Quem maiores præſidem.) Nota eſt hiſtoria quæ apud Liuium lib. 2. extat. Cum enim populus creditorum potentia preſſus, Senatus auxilium nequicquam imploraret, tandem ſeceſſione in Sacrũ montẽ facta, Menenij eloquentia reductus eſt, ea tamen conditione, vt populus ex ſe magiſtratus crearet, *Tribunos* ſcilicet quorum maieſtatem violare nefas eſſet, quique Conſulum potentiæ reſiſterent. Inuiſum itaque hoc legis auctorem facit, cum eum quaſi perfidiæ in plebem coarguit,

A coarguit, cum illum *regnum* conſtituere indicat, cui hic honor ne Rex
regnaret, à populo conceſſus erat.

Quæ cum expoſuero.) Antequam ipſa legis capita aggrediatur, alia
beneuolentiæ captandæ ratione vtitur, cum ſe ſua ſententia propter
publicum commodum libenter ceſſurum promittit. Facit & hoc po-
pulum promptum ne ſua ſententia cedere dignetur, cum Conſulem
tam facilem videat. Continetur autem & hic argumentum ab hone-
ſto ductum, quum maiorum mentione ipſos vt hæc tueantur hor-
tatur.

Primum caput eſt legis Agrariæ.) Incipit nunc Cicero ſingula Rul-
B lianæ legis capita recenſere & refellere. Primum erat, quo p..pulum
Romanum ſuffragijs fraudare volebant. Cum enim Romæ (vt Ap-
pianus lib. 1 ſcribit) tribus eſſent triginta quinq; non harum omniũ,
ſed decem ſaltem & ſeptem Tribuum ſuffragijs *Decemuiros* creari vo-
lebant. Vnde Cicero hoc non tutum eſſe oſtendit, quod primum
in deliberatione quæritur. Quis enim non monſtri aliquid hic ali
putaret, ſi ea quæ ipſi *popularia* vocabant, populi ſuffragijs confirma-
ri nollent?

Hic vero quam ob.) Cauſſam oſtendit cur hoc à Tribunis inſtitutum
C ſit. Subiectione autem hic vtitur, cum ipſe quærit, & idem poſtea
reſpondet. Deinde argumento valido à pronunciatis: vel auctoritate
te & iudicio, antehac nunquam populi Romani ſuffragia imminuta
eſſe oſtendit.

Etenim cum omnes.) Argumentum *à minori ad maius* Si inquit, alij o-
mnes honores communi populi conſenſu conferuntur, an non hæc
maxime populi ſuffragijs vniuerſis approbanda ſunt, quæ propter
populi commodum ſuſcepta videntur?

Hoc Tribuno pleb &c.) Breuis concluſio eorum quæ in primo legis
capite continentur

Vt comitijs Pontificis max.) Verba legis hæc ſunt, & exemplum quo
ſuam illam decemuirorum electionem ſtabilire volebant. Hoc Ci-
cero confutat, cum hic nullam ſimilitudinem ſed diſſimilitudinem
D eſſe oſtendit. Nam vt Pomponius Lætus inquit, defuncto pontifice
alius eligebatur non à populo, ſed à pontificibus. Diſſimilitudinem
autem in his ex cauſsis colligit Cicero. nam in pontificis creatione
propter ſacrorum myſteria, populi ſuffragia non petebãtur. hic au-
tem, vt in alijs creandis magiſtratibus, populi conſenſu opus eſt. De-
inde hæc etiam exemplo Cn. Domitij confutat, qui cum integritate
plurimum claruiſſet, vt Cicero pro Deiotaro oſtendit, & popularis
maxime fuiſſet, eius auctoritas non parui momenti apud populum
fuit. Accommodat autem hæc argumenta omnia ad comparationẽ
maioris ad minus: quibus etiam Rullum inuiſum reddit, cum pul-
E cherrima antitheſi deſcribit Cn. Domitium etiam maxima populo
conceſsiſſe, hunc vero minima quoq; eripere

Cum ſe nobilem.) Contemptibilem hoc reddit Rullum, quòd igno-
bilis nobilitatem affectauit.

Quoad poſſet.) Repetitio, vel ἐπαναφορά.

Beneficium.) Scilicet tribunatus, aut alterius magiſtratus ho-
norem.

Id totum eripere.) Vtitur his verbis vehementiſsimis, quæ vim, non
rationem quandam beneuolentiæ notant.

Quæ-

Digitized by Google

A

Quadam ratione.) Scilicet ſimulatæ legis Agrariæ.

Quaret quiſpiam.) Subiectione cauſam huius legis ſubiungit, & eius iniquitatem arguit. Vehementiam autem hic habet conuerſio illa vel ἐπανάληψις, quâ verbum defuit repetitur.

Iubet enim comitia Decemuiru.) Horum comitiorum iniquitatem planius deſcribit.

Homo non cupidus.) Ironia, vel σαρκασμός.

Sortietur tribus idem Rullus.) Aliud ponit inconueniens, cum etiam harum ſeptendecim Tribuum delectum inſidioſum eſſe oſtendit: deinde quod hoc beneficium, non populi, ſed nouem tantummodo tribuum futurum ſignificat. B

Quos tandem igitur.) Tertium quod hinc abſurdum & iniquum ſequitur, ponit, cum ſeipſum etiam Decemuirum creare conatur. Hoc quam iniquum ſit, à pronunciatis probat, vel legibus. Quemadmodum autem in teſtimoniorum citatione, teſtium commendatione opus eſt, ſic & hic Leges ſuas commendat Cicero, cum ab ipſis Tribunis, quorum ſacroſancta poteſtas erat, has latas eſſe oſtendit. honeſti quoq; ratio ineſt, cum harum legum obſeruationem maioribus grauiſſimam fuiſſe ait. Argumentum vero eſt *à minori ad maius.* De lege *Licinia* vide Gellium lib. 2. cap. 24. & lib. 20. cap. 1. De *Ebutia* lib. 16. cap. 10. C

Etenim ſi populo conſulis) Complexio quædam ſuperiorum per ἀποστροφὴν ad P. Rullum, qua oſtendit hanc legem ſalua libertate & honeſtate recipi non poſſe.

Quis legem tulit? Rullus, &c.) Locum hic nactus eſt plauſibilem Cicero, qui diutius immoratur, & varijs verborum commutationib. tractat. Eleganti vero & vehementiſſimo hic ſchemate vtitur, *complexione* ſcilicet, quod Rutilius κοινότητα, Aquila vero Romanus idem hoc citans exemplum, συμπλοκὴν vocat. Eius natura eſt, vt & ἐπαναφορὰν & ἐπανάληψιν, quas ſupra poſuimus, complectatur. D Vides enim hic ſingula membra vno à verbo incipere, & vno eodemque verbo finiri. Intendit hæc orationem, & vehementiſſimam reddit, cum per interrogationem, vt hoc loco, enunciatur.

Vix me hercle.) Breuis & vehemens huius complexionis concluſio, per argumentum à minori ad maius. deinde enumeratione ſingulorum incommodorum quæ hac lege continebantur, populum incendit.

At videte hominis diligentiam.) Breui attentione facta, conſilium tribunorum exponit, & cauſam propter quam ſuffragijs populum priuare voluerunt: ne ſcilicet Cn. Pompeius hac re cognita, ipſis reſiſteret. Hoc etenim tempore Pompeius in Romana Repub. primas tenebat, & ſummum populi fauorem ſibi conciliauerat. Quare & hic Cicero cauſam hanc Pompeianæ dignitati aduerſam eſſe oſtendit. Notandum autem hoc in Cicerone eſt, quod ſemper ſolet cauſam eius quem defendit, cum cauſa aut ſua aut alterius inclyti ciuis communicare: & cauſam eius quem oppugnat, contra ſe aut alios claros viros inſtitutam oſtendere. Exemplum huius vide in oratione pro Milone, pro Seſtio, & alijs. Solet enim hoc plurimum fauoris aut odij apud populum iudiceſq; conciliare. E

A Erat autem Pompeius is, quem populi propugnatorem omnes appellabant, cuiq; omnia bella externa commiſſa erant. Facile itaque per collationem hoc animaduertebant tribuni, eius quoque conſilium à populo expetendum fore, cum ipſi tanquam ſummo rerum habenas commiſiſſent.

Hic quoniam video vos.) Populum hiſce commotum fuiſſe animaduertens Cicero, occaſione tam commoda data, iam ipſum aduerſarij iugulum petit, repetitione ſuperiorum. Nihil enim (vt ſupra dictum eſt) Romanis tam inuiſum erat quam regis vocabulum.

Hominis.) Scilicet Pompeij.

B *Legem incognitam*) Quia hæc lex aliud verbis, aliud re ipſa ſignificabat.

Et hoc paruum.) Aliud argumentum à cauſa efficiente, quo oſtendit populi libertatem oppugnari, quia is oppugnetur, qui libertatis publicæ patronus eſt. Argumentatio tota ſic eſt.

Omnes qui libertatis patronum oppugnant, libertatem oppugnant:
Rullus libertatis patronum oppugnat:
Ergo Rullus libertatem oppugnat.

Hoc autem Cicero plurimis tractat: maiorem, quia nota erat, omittit: minorem vero elegantiſſime variat; probatq; Pompeium

C patronum libertatis eſſe, & oppugnari hac lege: Concluſionem vero infert per interrogationem.

Primum lege Curiata.) Oſtendit quantum ſibi poteſtatis vendicent *Decemuiri.* Primum iniuſtum & abſurdum eſſe, vt is magiſtratus curiata lege nuncietur, qui à populo conſtitutus non ſit. Deinde ipſius Seruilij imprudentem & inconſultam Legis ferendæ rationem declarat, cum ſibi contraria dicere ait, quod in aduerſarij argumentis quam maxime obſeruandum eſt. Si enim ipſum ſibimet aduerſari oſtenderimus, non parum hoc ad victoriam momenti afferet. Mendacij enim, imprudentiæ, aut ſtultitiæ is coarguetur, quo cum

D diſputamus. Sic etiam Cicero in Tuſculanis Quæſtionibus li. 1. eum ſibi contraria dicere monſtrat, qui ſic argumentabatur, *Mortui ſunt miſeri, quia non ſunt.* Hoc etenim argumento eos ex rerum natura, & eorum tollebat ſubſtantiam, quos in propoſitione & eſſe, & miſeros eſſe oſtenderat Facit hoc aduerſarium contemptum, eumq; deridendum dat auditoribus. Sic hoc loco Rullus lege ſua eos decemniratum habere iubet, quos plebs deſignauerit, cum ſuperius populi vniuerſi ſuffragijs hos deſignari nollet. Mendacem ergo & tergiuerſatorem memorem eſſe oportet. Hinc poſtea abſurdum ingerit Cicero, inconueniens eſſe, vt tam incautus & imprudens legiſlator to-

E tum orbem terrarum adminiſtret. Legis autem Curiatæ meminit Appianus li. 3 de bellis ciuilibus, cum *lege Curiata* nihil aliud quam quod à populo factum eſt, confirmari dicit.

Atque hic perſpicuum eſt.) Per collationem nunc demonſtrat quam aperte maiorum inſtitutis contradicat Rullus. Vnde honeſtum, quod in deliberatione caput ſecundum eſt, indicatur eſſe, ſi legem hanc repudient.

Nũc quia prima illa comitia.) Diuidebãtur apud Romanos *Comitia* in *Calata, & tributa. Calata* dicta, quod per prætorem vocari ſolebant. Ea in *centuria & curiata* ſubdiuiduntur. *Curiata* ex curijs, quæ trigintaquinque numero erant, & omne genus ciuium continebant, per

curia-

curiatum lictorem vocabantur. *Centuriata* vero per cornicinem ex cenſu & ætate acerſebantur. *Tributa* vero ex omnibus regionibus vrbis ac tribubus, (vt reor) nuncupata conſtabant. Hæc *Feneſtella* vt putatur, qui eſt Andr. Dominicus Floccus, in libro *de Magiſtratibus*. Dionyſius etiam oſtendit, in Comitijs curiatis omnem poteſtatem creandi magiſtratus penes populum fuiſſe, in centuriatis penes diuites. In his enim centuriatim, id eſt per centurias ſingulas vnus pro ſuffragio calculus ferebatur. A

Hic homo popularis.) Per ironiam Rullum *popularem* vocat: vt cum nos dicimus, *heus bone vir*, vilem quendam hominem ſignificantes. Oſtendit autem comparatione, quam minime popularis ſit, quia maiores bina inſtituerunt de ſingulis magiſtratibus comitia, hic ne vna quidem celebrat. Nam vt ſupra dictum eſt, per Tribus tantum ſeptem & decem de decemuiris creandis ſuffragia petebat. B

Sed videte hominis religionem, &c.) Oſtendit nec religionis aliquo affectu ipſum tangi, cum ſua hæc haud aliter inſtituerit, vt luſiſſe videatur.

Verum hoc quod.) Pulchra tranſitio per occupationem, cum ſe id relicturum promittit, hoc interim dicens.

Videt ſine lege curiata.) Clarius nunc exponit quam minime leges curet. Vult enim per legem curiatam ſuos creari magiſtratus. Si autem lex hæc ferri non poſſit, eiuſdem tamen hos magiſtratus iuris eſſe vult, quo ij ſint qui optimis legibus conſtituti ſunt. C

Reges conſtituuntur.) Poſtquam creandi morem oſtendit, quod populum comitijs fraudare conentur, quod legum religionem contemnant, reges imo tyrannos inſtitui concludit. Ariſtoteles enim μοναρχίαν ἀόριστον, id eſt ordine, & dominationis termino legibuſque carentem, τυραννίδα vocat. *Vehemẽs* autem hoc eſt, quod initium huius dominationis regnum ſpirare demonſtrat, nedum dominationem ipſam. D

At videte quam diligenter.) Aliud indicat, quo populum concitare poſſit, Rullum ſcilicet hac lege Tribunitiam poteſtatem imminuere, quæ tamen ſacroſancta habebatur.

Videte nunc eos.) Inuidiam hoc aduerſario concitat apud populum. In inuidiam enim maxime rapimus, ſi vim, potentiam & inſolentiam alicuius producimus.

Iubet auſpicij coloniarum.) Enumeratio eorum quibus faſtum ſuum inſolentiam Decemuiri repræſentabant. *Pullarij* autem erant ij qui pullorum, quorum in auſpicijs vſus erat, curam gerebant. Cæterum per Treſuiros, *Triumuiros* intelligit, de quibus Feneſtella cap 18. de Magiſtratibus. Horum autem officium erat, vt agros nouis colonis diuiderent, vrbes deſignarent, ædificare volentibus areas partirentur, &c. E

Audes etiam Rulle.) Proprio Rullum gladio iugulat. hic enim lege Sempronia ſua quædam ſtabilire volebat. ipſum igitur Decemuirorum creationem contra legem Semproniam inſtituiſſe oſtendit.

Formam adhuc habetis.) Ex enumeratione hac concludit tyrannidem inſtitui. Obiectionem autem aduerſariorum pulchro diluit *dilemmate*, quod auctor ad Herennium *diuiſionem* vocat.

A *Perſpicite quanta poteſtas.*) Iſtis demonſtrat, non ſtulta quadam ſuperbia aut inſania, ſed regni cupiditate fieri quia poteſtatem ſummam ſibi vindicent: cuius partes poſtea explicat. Porro *finitor* is eſt, qui agrorum terminos conſtituit, quem alij *agrimenſorem* vocant.

Verbum mihi deeſt.) Mira hic amplificatione vtitur Cicero per dubitationem, quam Græci ἀπορίαν καὶ διαπόρησιν appellant. Commouet hæc valde auditorum animos, cum rei grauitate nos impediri vident, vt ſatis apto vocabulo eam exprimere nequeamus. Vehementius enim hoc eſt, quam ſi crudeliſſimam nominauiſſet tyran-
B nidem.

Nullum enim regnum.) Cauſam ſuperiorum ſubijcit per aliorum regnorum comparationem, vt huius poteſtatis effrenatam libidinem ſatis exaggeret.

Datur igitur eis.) Ordine iam ipſa legis verba recenſere & confutare pergit, quorum primus gradus & aditus ad cætera erat hoc, quod ea vendere volebant, quæ ante decem & octo annos ſenatus penuria coactus vendere cenſuiſſet. Cauſas deinde ſubijcit cur ea loca nominari in lege non permiſerint. hæc deinde ipſe nominat, vt eorum commemoratione populus magis commoueretur.

C *Habetis vnum.*) Primum venditionis genus concludit per tranſitionem ad aliud, interim attentos auditores reddens.

Qui agri, quæ loca) Verba legis hæc ſunt, quibus non omnia, quæ vendenda erant, recenſerentur: ſed poſtea vltima adiecta particula, Aliudve quid, omnia ea comprehenduntur, quæ populi Romani imperio ſubdita ſunt. Vnde etiam oſtendit quod hæc omnia à Decemuiris & publica iudicari & vendi poſſint.

Commodum erit Pergamum) Enumerat ea loca quæ à Decemuiris vendenda erant, vt horum appellatione magis commouerentur. Sunt vero hæ vrbes omnes Aſiæ minoris, de quibus lege Strabonem
D lib. 14 & Pomponium Melam lib. 1.

Statiua.) Munitiones ſunt quibus milites ſeſe continent.

Mitylenæ.) Inſula Troadi oppoſita Mela lib. 2. huius hic laudes celebrat Cicero, ne populus tam vilem commodamque inſulam dilapidandam tradat.

Dicis illud regnum teſtamento.) Rex etenim Ptolemæus regno pulſus, cum à Romanis in ſocietatem receptus, & reſtitutus eſſet, moriens populum Romanum hæredem ſcripſit.

Hic ego Cos pop. Rom.) Rei magnitudinem hic per omnes circumſtantias proponit Cicero, quo nihil aliud vult, quam ne res tam ar-
E dua & grauis Rullo ſuiſque collegis permittatur. Concludit hæc argumento à comparatis, cum Centumuiri priuatas iudicent hæreditates, indignum vt Decemuiri, populi Romani hæreditatem iudicent. Conferuntur hic inuicem Centumuiri, & Decemuiri, priuata & publica populi hæreditas. *Centumuiri* autem erant qui è ſingulis delecti tribubus, iudicijs præerant.

Quod ſi Alexandria petebatur) Inſidias Decemuirorum exemplo exponit Cicero Ptolomæo Rege mortuo multi erant qui hoc regnũ palam petebant: ſed hi certas ob cauſas repulſam paſſi ſunt. Rullus autem nunc cum ſuis per inſidias hoc affectabat, quod alij palam. Argumento itaque *à maiori ad minus* iniuſtum oſtendit eſſe,

ſi in-

ſi inſidioſis & verſipellibus hoc committatur, quod ante apertè A petentibus negatum ſit. Huc facit & mutilus ille primæ orationis locus vbi ait: *Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur, &c.* vbi etiam vim notat, cum oppugnari dicit ea quæ antea petentibus negata ſunt.

Legatos noſtros.) Aliud argumentum *à minori ad maius*, quo oſtendit hanc Decemuirorum potentiam exteris nationibus intolerabilem fore. Hic autem mirum in Decemuiris deſcribendis verborum incrementum videre licet, quo ceu viua hypotypoſi horum ſuperbiam ob oculos ponit.

Eſt in imperio.) Diuiſione eleganti nunc earum nationum calami- B tatem proponit, ad quas hi Decemuiri venturi ſint: qua enumeratione ipſi miſericordiam, aduerſarijs vero tanquam inſolentibus & crudelibus inuidiam & odium conciliat.

Quanta calamitas.) Dilemma per interrogationem expoſitum, quo decemuirorum iniuſtitiam notat. Si enim publicam vrbem dixerint, magna eſt calamitas: ſin negauerint publicam, hoc ſine maximo lucro non facient, & expilatione ciuitatum. iniquum ergo vtrum fecerint.

Atque ijdem qui hæc appetunt.) Argumentum à pronunciatis, tractatum per collationem. Sumitur autem hoc ex ipſa aduerſariorum C ſententia, qui iniquum putabant quod Pompeio omnia regna mariaque commiſſa eſſent. Infert itaque Cicero: Si, vt ipſi dicitis, iniquum eſt omnia Pompeio committere: quanto iniquius vos agitis, qui hæc omnia vobis condonari, vi & fraudibus in veſtram poteſtatem vendicare vultis?

Intellexiſtis quot res.) Concluſio eorum quibus oſtendit eos publicorum venditionem inſtituere. Tranſit autem nunc ad vectigalium proſcriptionem.

Incidant neruos pop. Rom.) Pulchra metaphora, qua periculi magnitudinem declarat. Alluſio autem videtur eſſe, ad id, quod vectigalia D & ærarium publicum, neruí belli plerunq; appellari ſolent. Vehemens vero etiam in hoc eſt, cum manus adhiberi, & irrumpi in ærarium dicit: quæ omnia vim, non vllam æquitatem legis denotant. Huc facit & illud, quod auctionem hanc publice hic recenſeri iubet. deinde honeſti rationibus cum illis agit, oſtendens quam inhoneſtum hoc furorum ſit, ſi ea quæ maiorum virtute quaſi monumenta quædam relicta ſint, publicæ venditioni ſubijciant. Argumentum totum eſt:

Maiorum monumenta vendenda non ſunt:
Vectigalia, maiorum monumenta ſunt: E
Ergo vectigalia vendenda non ſunt.

Hic mihi parumper.) Rurſus nunc vt ſupra, ſuam cauſam cum Cn. Pompeio communicat, quo aduerſariorum ſententia, qua Pompeij impugnabatur dignitas, repudiaretur. Facit autem & hoc ad beneuolentiam parandam (cuius in tota oratione cura habenda eſt) cum ſe Pompeio gratitudinem referre dicit, quod eius ope ad hunc honoris gradum peruenerit.

Iubet venire quæ Attalenſium.) Ordine rurſum recenſet regiones quas vendere inſtituit Rullus. Sunt autem *Attalia, Phaſelis, & Olympus* vrbes Lyciæ.

A *Sed non f.it.*) Ironia eſt qua Rullum ludit, qui ea loca quæ à Scipio propter calamitatis veſtigia conſecrata ſunt, vendere conatur.

Verum inter hos agros) Iam ad ipſum deuenit Pompéium, oſtendẽs quam iniquus ipſi Pompeio ſit Rullus, qui agros in quibus adhuc Pompeius exercitum ductat, & quorum ius penes Pompeium eſt, nondum peracto bello publicæ auctioni ſubijciere inſtituit. Simile fere eſt apologo de venatore, qui vrſinam pellem vrſo nondum capto vendiderat.

In vltimis terris.) Mithridates enim pulſus, ad Tigranem Armeniæ regem confugit, qui illi regnum paternum reſtituere per vim conabatur.

B *P. Seruilius Rullus.*) Pulchra effictione Rulli notat inſolentiam. Facit autem hæc aduerſarium & contemptibilem, & inuiſum. Huiuſmodi autem effictionem Eraſmus libro ſecundo de copia rerum inter προσωπογραφίας refert. Eſt porro *Sinope* Chalybum ciuitas, Diogenis Cynici patria.

Manubias.) Manubiæ dicuntur, quod manu ab hoſtibus capiantur. Aſconius *manubias* ponit prædas imperatorum pro portione in hoſtibus capta, &c.

Ponite ante oculos.) Pergit in effictione illa, quæ nunc rem ipſam

C ob oculos ponit. Superius enim tantummodo literarum exemplar poſuerat. Facit hoc multum ad delectationem, propter ſermonis varietatem: & ad vehementiam, propter claram illam rei expoſitionem: & comparationem, cum milites & caſtra cum formoſis finitoribus confert.

Neque in hoc ſolum ineſt.) Conſequentia iam exponit, & argumentatur à periculo, indicans quid poſtea & alij Pompeij inimici conaturi ſint, ſi hunc conatum Decemuiris ſucceſſiſſe videant. In deliberationibus enim futura maxime reſpiciuntur, vt docet Ariſtoteles libro Rhetoricorum primo.

D *Patior non moleſte.*) Communicat ſuam ipſius cauſam cum hac legis diſſuaſione. In odium etiam rapit, cum contra Conſularem poteſtatem hæc inſtituta eſſe indicat.

O perturbatam rationem.) Poſtquam Conſulis maieſtatem lædi hac lege probauit, commode nunc exclamationem ſubiungit, quæ dolorem & rei indignitatem ſignificat. Eius etenim (vt auctor ad Herennium inquit) natura eſt, vt ſi in loco & raro ea vtemur, cum rei magnitudo poſtulare videbitur, ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus.

Vectigalia locare.). Vehementi huic exclamationi augmentum

E quoque vehemens à pronunciatis vel conſuetudine publica ſumptum ſubiungit, quod mirifico verborum incremento tractat. Argumentum hoc eſt: Vectigalia nuſquam niſi in hac vrbe locare licet: & Decemuiri in remotiſſimis regionibus veſtras res vendent? Sed hoc nunc ipſum quanta verborum venuſtate & vehementia eloquatur, vide Niſi in hac vrbe, dixit. hoc nunc dupliciter interpretatur, & amplificat ſubiungens hæc: hoc ex loco, hac veſtrum frequentia. Deinde Decemuirorum factum quam amplificat: *Veſtras res* dixit: quaſi hoc parum ſit, addit *proprias*. Quid *vendere* ſit, interpretatur ſic, *in perpetuum à vobis alienare*. Deinde & regiones in quibus auctio fit, per periphraſin extollit, cum *tenebras & ſolitudinem vocat.*

L. Syl

L. Sylla cum bona.) Aliud argumentum ab exemplo, quod eodem modo per comparationē tractat, vt ſuperius. Nota autem eſt hiſtoria de L. Syllę crudelitate, qua indemnatos plurimos proſcripſit, & bona eorum vendidit. Scribit Appianus lib. Bellorum Ciuilium 1. ipſum vno die Senatores quadraginta, equites mille & ſexcentos ad mortem condemnauiſſe. Meminit huius Val. Max. multis in locis, maxime cap 2. lib. 9. & cap. 1. lib. 3. vbi oſtendit Catonem puerum adhuc, cum ad eum ſalutandum veniſſet, proſcriptionum indignitate cōmotum, eius cædem inſtituiſſe. Faciunt hæc omnia ad iniquitatem decemuirorum amplificandam, qui etiam crudeliſſimo imperatore iniquiores ſint. A

Sequitur omnes agros) Probat nunc contra maiorum ritus, nec vt antea iudicatum ſit, grande vectigal omnibus agris imponi. B

Excipitur hoc capite.) Exceptiones in hac lege binæ erant. Vna, qua ager Recentoricus: altera, qua ij agri, quibus fœdere cautum erat, excipiebantur. has nunc licet iuſtas, tamen non ſine dolis & auaritiæ ſtimulis factas eſſe oſtendit. De *agro Recentorico* iniquum eſſe dicit, ſi hoc fiat, vt miſericordia potius quam iure ſeſe defenderint. Tandem dilemmate concludit, non æquitatis cauſa excipi, ſed quod aliquod priuatū beneficium Rullo contulerint. Deinde & Hyempſali regi hoc beneficium non ob Rulli iuſtitiam, ſed lucri ſpem conceſſum eſſe. C

In poſterum vero.) Iam etiam imperatoribus R. legem hanc aduerſam eſſe demonſtrat, vtpote qui omnia ſuo labore & curis parta, Decemuirorum libidini ſubiicere cogantur.

Hic tamen vir optimus.) Ironia pulchra oſtendit, qua fraude & dolo malo Pompeium excipiat, ne & hic ſuas manubias Decemuiris committere cogatur Ex præcedentibus autem probat, hoc non amore ſed metu fieri. Pompeium enim ſciebant contumeliæ eſſe impatientiſſimum. Quod autem amore non faciat, ſuperiora conuincunt, quibus eius vectigalia proſcripſere. Refer huc quod in prima oratione dicit: *Non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, ſed vnus priuatur iniuria: ſed cui manubias remittit, huius vectigalia inuadit.* D

Nam ſi eſt æquum.) Dilemma quo declarat conſilium Decemuirorum, & ipſius Pompeij animum.

Nihil ſibi appetit præcipue Pompeius, nihil.) Eſt hic cōduplicatio, quam Rutilius ἐπαναδίπλωσιν vocat; quæ fit, cum idem verbum, quo grauior ſit ſententia, repetitur.

Veruntamen cauet.) Hoc nunc argumentum eſt, quo decemuirorum conſilium erga Pompeium oſtendit.

Parta ſit pecunia.) Hactenus iniquiſſimas pecuniæ gerendæ rationes Cicero confutauit: nunc ipſum pecuniarum finem, id eſt vſum propter quem deſtinata erat, Reip. & inhoneſtum & periculoſum fore commonſtrabit. E

Cognoſcite nunc alios) Propoſitionis vice hæc per tranſitionem poſita ſunt, quibus indicat quid nunc dicturus ſit, auaritia ſcilicet hos, non patriæ amore ſtimulari.

Non conſueui homines.) Præmunitio ad ea, quæ poſtea ſequentur. nam ea bonis viris intolerabilia eſſe videbantur. Ciceronem autem miti animo placidiſque moribus fuiſſe, ſatis conſtat, niſi quod laceſſitus ad ſcommata promptior fuit, vt Plutarchus de eo teſtatur.

Digitized by Google

A *Tum cum haberet hac reſp.*) Exemplis indicat pulcherrimis maiorum inſtitutis hoc contrarium eſſe, ſi tanta poteſtas decemuiris auaris cõmittatur. Argumentatur *à maiori ad minus.* *Lucinos* autem & *Calatinos* plurali numero dixit emphaſis cauſa. De horum autem egregie geſtis & paupertate, multa tradiderunt hiſtorici, & Valerius lib. 4. cap. 4. teſtatur Senatũ filiam Fabricij Lucini, cuius hic mentionem fieri conijcio, ab indotatis nuptiis liberalitate ſua liberauiſſe: & Calatino ſeminanti ſummam Romani imperij commiſſam fuiſſe: qui poſtea deuictis hoſtibus, & triumpho peracto, ad aratrum rediit.

B *Committite vos nunc.*) Argumentum à perſona ipſorum decemuirorum ſumptum, quo oſtendit, etiamſi hoc faciendum eſſet, tamen illis non eſſe committendum, quia aut auari, aut luxu perditi.

Hic ego id illud.) Aliud ab honeſto, quo rem ipſam in vniuerſum tollit, oſtendens contra maiorum ritus hoc eſſe inſtitutum, & propterea non admittendum.

Libet agros emi.) Aliud argumentum ſumptum ab eorum agrorum conditione, qui à decemuiris emendi erant.

C *Conuerſa ratio*) Probat hiſce, hoc conſilium non plebi, ſed paucis qui inuidia maxima laborant, prodeſſe. Erant enim (vt initio dictum eſt) multi Syllani qui agros à Sylla acceptos poſſidebant, non ſine magna omnium inuidia & odio: hoſce nunc, non plebem, hæc Seruilij lex iuuabit.

Atq; hoc carmen.) Priuati commodi cauſa hæc Rullum ſuſcepiſſe indicat, quia ſocerum habebat, qui quamplurimos agros bellis ciuilibus acquiſiuerat: eorum emptorem quærebat, vt ipſe liberaretur.

Et vos non dubitatis) Pulchra comparatione maiorum, & Syllanorum militum, hanc legem inuiſam facit. Quid enim magis odioſum, quam ſeditioſos ciues maiorum noſtrorum ſanguine partis opibus frui?

D *Et nimirum iſtud eſt.*) Ipſius Rulli verbis Rullo inuidiam concitat, cum eum proprio teſtimonio conuincit plebis oſorem eſſe. Huc facit metaphoræ qua Rullus vſus eſt, interpretatio, quæ indicat hunc Trib. pleb non pluris facere, quam fœtidiſſimam quandam ſentinam.

Vos vero Quirites) Concluſio ſuperiorum argumentorum per adhortationem. Vtitur hic enumeratione omnium eorum quæ in Rep. præſtantia habebantur: & his duo loca Italiæ iniquiſſima opponit; quo facilius plebis animum commoueat.

E *Quanquam illud eſt*) Alio argumento oſtendit quam iniquum hoc ipſorum ſit conſilium. cum omnia quæ populi ſunt, vendere inſtituunt, incerti adhuc quos agros emant. Quod ſi nulli ſint, qui vendant ſuos, duplex hinc fore ſignificat incommodum. Pecuniam enim in ærarium non conferent: ſecundo, ab ipſis hanc nemo exigere audebit: ſequitur ergo quod in priuatum vſum conuertent.

Atq; in hos agros qui hac lege empti ſunt, colonias.) Sequitur nunc aliud decemuirorum inſtitutum, quo colonias per totam Italiam deducere parabant. Hoc quam pernicioſum Reip. futurum ſit, pulcherrimis deliberatiui generis rationibus oſtendit, quarum mentionem breuiſſimis verbis facit Ariſtot. Rhet. lib. 1. Σχεδὸν γὰρ περὶ ὧν βουλεύονται πάντες

πάντες καὶ περὶ ἃ ἀγορεύουσιν οἱ συμβουλεύοντες, τὰ μέγιστα τυγχάνει A
πέντε τὸν ἀριθμὸν ὄντα. ταῦτα δὲ ἐστὶ, περί τε πόρων, καὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης, ἔτι δὲ περὶ φυλακῆς τῆς χώρας, καὶ τῶν εἰσαγομένων, καὶ ἐξαγομένων, καὶ νομοθεσίας, id eſt, *Propemodum enim de quibus & deliberant, & deliberantes verba faciunt, quinque ſunt: De prouentibus, bello & pace, inſuper de regionis cuſtodia, importandis & exportandis*, id eſt de victu & commeatu (nam poſtea dum hæc ſingula perſequitur, hæc περὶ ὧν vocat) *& de legumlatione.* Si itaque hæc in ſuadendo perſequenda ſunt, eadem in diſſuadendo erunt adhibenda. In hac autem de coloniis deducendis, & in primis de Capua diſputatione, priora hæc B
quatuor egregie oſtendit Cicero. Propoſitio principalis eſt: Capuam colonia deducenda non eſt, nec ager diſtribuendus Campanus. Hanc probat rationibus ex hiſce iam poſitis capitibus deſumptis.

Vrbes diuitiis & redditibus abundantes, abalienandæ non ſunt.
Capua diuitiis redditibusq́; abundat:
Ergo Capua abalienanda non eſt.

Secundo, belli temporibus, propugnaculum nobis eſt firmiſſimum: nam & loci natura, & hominum induſtria munita eſt. Tum eo tempore ſua nobis exhibet vectigalia ſine omni periculo, cum extera o- C
mnia ceſſant vectigalia. Quare qui hanc populo Rom. auferre conantur, omnes belli neruos incidunt. Pacis autem tempore nobis ſolatium & omnia pacis cōmoda exhibet. Argumenti forma eſt hæc.

Belli ſubſidia & pacis ornamenta retinenda ſunt.
Capua belli ſubſidium, & pacis ornamentum eſt,
Ergo Capua retinenda eſt.

Tertium caput eſt: Quia alienos incurſus hæc ſola ſuſtinere & infringere poteſt, vt non immerito Romanæ vrbis propugnaculum nominetur. Quartum, hæc cum fertiliſſimum agrum habeat, fructibus omnibus ſcateat, nullo non tempore afflictæ Reip. ſubuenire poteſt. D
Quare & Cicero vehementiæ cauſa hanc horreum legionum, & annonæ ſolatium vocat. Hæc autem omnia quo plus vitium ad perſuadendum haberent, commodiſſime in vnum locum omnia comprehenſa, poſt multa argumenta proponit, hoc modo: Vnum ne fundum pulcherrimum populi Ro. caput veſtræ pecuniæ, pacis ornamentum, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, ſolatium annonæ diſperire patimini? Hæc deinde omnia ordine copioſius tractat: ſed nunc ſingula diſcutiamus.

Quo in genere.) Maiorum inſtituta illis ante oculos ponit, & ex coloniarum officio & vſu oſtendit hoc coloniarum deducendarum E
conſilium non admittendum eſſe.

Coloniæ hæ deducendæ ſunt, quæ Reip. vtiles ſunt.
Hæ coloniæ Reip. vtiles non ſunt:
Ergo deducendæ non ſunt

Coloniam in Ianiculum) Coloniarum periculum exemplo probat. vide Liuium lib. 1. qui ſic ait: *Ianiculum vrbi adiectum, non inopia loci, ſed ne quando ea arx hoſtium eſſet, id non muro ſolum, ſed etiam ob commoditatem itineris ponte ſublicio tum primum in Tyberi facto coniungi vrbi placuit.* Hic autem non aliud oſtendere conatur Cicero, niſi iniquum eſſe quæuis quæ voluerint loca coloniis ſuis occupare.

A *Qua de cauſa nec duo Gracchi*) Duobus diuerſi generis exemplum oſtendit iniquum eſſe agrum Campanum diuidere, quia nec Gracchus patriæ amantiſſimus, nec Sylla nullius religionis obſeruator hoc auſi ſint. Accommodat hæc præſenti cauſæ per comparationem à maiori ad minus.

At qui homines poſſidebunt.) Periculoſum nunc hoc eſſe oſtendit, ſi hæc admittant, quod tunc perpetuos ſibi hoſtes comparaturi ſint.

Quod cum à maioribus) Argumentum *à minori ad maius*: ſi priuatus agrum vendere pernicioſum duxit, multo magis vniuerſus populus hoc pernicioſum ducet. Sed priuatus pernicioſum eſſe duxit, quod

B probat exemplo: ergo & populus idem iudicabit.

Ab hoc Plebicola) Ironia per contemptum. Publicolæ enim dicebantur, qui optime de plebe meriti erant: vt Valerius Publicola conſul. Rullum igitur nunc qui plebem affligit, ironice plebicolam vocat.

Atq; illi miſeri) Honeſti rationibus nunc vtitur. Diuiditur autem honeſtum, in *rectum* & *laudabile*. *Rectum* ſubdiuiditur in iuſtitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam. Vis ergo argumenti à iuſtitia, hæc eſt:

Iuſtitia eſt, qua ſuum cuiq; tribuit,

C *Lex hæc ſuum cuiq; non tribuit:*

Ergo hæc lex iuſtitia non eſt.

Maiorem, quia manifeſta eſt, omittit: minorem vero multis verbis & figuris variatã proponit, & probat, cum eos qui in his agris nati ſunt, & ipſos coluerunt, per vim eiici demonſtrat.

Et vt vos nunc de veſtris.) Aliud argumentum à laude honeſtatis, quo huius facinoris memoriam turpiſſimam ipſis fore declarat. Eſt enim in deliberationibus etiam laudabile conſiderandum, quod & præſentem & conſequentem commemorationem honeſtam iucundamq; reddit.

D *Equidem exiſtimo*) Ficto exemplo, ſed ſimili, id extorquere ab ipſis conatur, quod vult. hoc enim accommodat per comparationem minoris ad maius.

Tunc illud exilium Campana.)Quam periculoſum futurũ ſit Capuam colonos deducere, indicat. Poſtremo contra maiorum inſtitutum hoc eſſe, qui omnes vrbes æmulas Romani imperij euerterunt. Probat ſua argumentis à pronunciatis deſumptis, cum literas publicas & Senatuſconſulta citat. Deinde pulchra comparatione & ἀντιθέσει confert inter ſe maiorum decreta, & decemuirorum conſilia, vt ex col-

E latione res ipſa fiat manifeſtior. Præoccupatione autem cauſam indicat, quanam de cauſa maiores Capuam non funditus euetterint. hoc etenim factum & ipſis honeſtum, & poſteris futurum vtiliſſimum oſtendit.

Commemorabo id quod.) Ad populum hæc rurſus pertinent, ne coloniam ad Capuam deducant. Id hortatur argumento à loci natura deſumpto; quia hic locus ſuperbiam & inſolentiam parit: quod probat exemplo. Facit huc & illud quod in prima oratione habetur, hoc modo: Et credo qua in vrbe homines in veteri dignitate fortunaq; nati, copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea iſti veſtri ſatellites modeſte inſolentiam ſuam continebunt? Exemplum

autem

autem hoc mirum in modum amplificat, vt eorum notet inſolentiam, qui Capuam perueniunt. Fuit enim hæc vrbs & perfidia & inſolentia deliciisq; nobilis, cum Punico bello à Romanis deficerent, Annibalemq; intra ſua mœnia reciperent: vbi tantum loci voluptas potuit, vt deliciis iis caperetur, qui Romanis imperatoribus ſummo horrori erat. A

In Albana & Seplaſia.) Fuernnt vicus & forum in Capua hoc nomine appellata. *Seplaſia* autem forum erat, in quo vnguentarij negociabantur.

Nos autem.) In inuidiam rapit, quod ciues Romanos ab his contemptos eſſe dicit. B

Non ingenerantur hominibus.) Egregius locus, quo oſtendit quantum ad humani ingenij commutationem loci natura faciat. Probat hoc multis exemplis veluti per inductionem adductis. Concluſionē vero præmittit: deinde exempla ceu media ſubiungit, ad hunc modum: Carthaginenſes loci natura perfidi fuerunt. Ligures loci natura laborioſos fecit: Campanos agrorum fertilitas inſolentes reddidit. Ergo non tam ingenerantur mores hominibus, quam à loci natura aſſumuntur. Spectant autem hæc omnia, vt oſtēdat etiam Romanos, ſi eo peruenerint, Romani nominis fidem & ſinceritatem amiſſuros eſſe. C

Huc iſti Decemuiri.) Adaptatio exemplorum, qua proponit, quid euenturum ſit, ſi Capuam Romani perueniant.

Non optimis viis) Vicos Romæ inordinatos fuiſſe, ex Liuio conſtat lib 5. Deca 1. Cum enim à Gallis vrbe incenſa & capta, F. Camilli cōſiliis impulſi denuo vrbem ędificarent, feſtinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui alieniq; diſcrimine, in vacuo ædificant. Ea cauſa eſt, vt forma vrbis ſit occupatæ magis quam diuiſæ ſimilis.

Singularis homo priuatus.) Argumentum *à minori ad maius*, quo indicat loci huius inſolentiam Romanos colonos laturos modeſte non eſſe. Notum autem eſt, quamplurimos ſecundis rebus ſuperbia & ſecuritate vinci, quorum animi vireſq; in aduerſis nullo modo confringi poſſunt. D

Hæc tu P. Rulle) Sequitur Epilogus, qui tres habet partes principales. Primam, qua Rullum ipſum alloquitur, pulcherrima omnium repetitione proponens quidnam conatus ſit. Epilogi enim eſt, breuem & vehementē omnium eorum quæ dicta ſunt. ἀνακεφαλαίωσιν cum amplificatione continere. Secundam, qua ſuum in Remp. ſtudium, curam & diligentiam commemorat: quæ pars ad beneuolentiæ captationem ſpectat. Tertiam, qua populi fidem & auxilium poſcit, ne ſe in hoc rerum diſcrimine deſerant. In enumeratione autem animaduertendum eſt, quam apto ordine omnia ea quæ aduerſarij conabantur, exponit. Nam ceu imperator prudens hoc de Campana illa colonia conſilium, quod pernicioſiſſium, & proinde ad populi animos auertendos vehemens erat, cum aliis perinde validis argumētis in primam aciem cōſtituit: quo cum animos populi patriæ pietatę commotos occupauiſſet, alia leuiora ſubiungit, vt & illis aditus pateat. Poſtremo rurſus vehementiſſimum ponit, quod Rullum populo inuiſum quam maxime faciebat, quod ſcilicet Cn. Pompeij dignitati ipſum inſidiantem oſtēdit. & hoc modo quæ tota oratione dixerat, hoc loco in vnum collecta, ante oculos auditorum ponit. E

A *Non in cunabulis*)Id eſt non generis nobilitate clari, ſed populi beneficio & virtute ſua conſulatum adepti ſunt.

Ego nondum veſtris armis) Ab anteactis oſtendit quo animo in Rempub. Cicero ſit argumentum à minori ad maius.

Ex quo intelligi, Quirites, pcteſt.) Tertia hæc pars eſt, qua populi fauorem ſibi conciliat. Repetit autem ea quæ in initio dixerat, non Decemuirorum, ſed ſua conſilia popularia eſſe. Poſtremo promiſſis animos eorum concitat, cum oſtendit etiam ad populi dignitatem hoc plurimum facere, ſi ipſi obediant. Populus enim ipſum multis prælatum nobilibus Conſulem creauerat.

B

ARGVMENTVM
C EVBVLI DYNATERI, ET SCHOLIA EIVSDEM IN ORATIONEM III. Agrariam.

ARGVMENTVM huius orationis (quantum coniecturis aſſequi licuit) hoc eſt. Cum Cicero ſecundam illam contra Rullum eiuſq; conſcios orationem coram
D *populo habuiſſet, nec illi coram reſpondere auſi fuiſſent, clam poſtea ſuis conuocatis, plebis animos à Cicerone abalienare ſtatuerunt, Ciceronem Syllanæ dominationis patronum eſſe affirmantes. Cicero itaque hac breui oratione ad populum habita, oſtendit non ſe, ſed Rullum cum ſuis, Syllanæ tyrannidis defenſorem eſſe. eoſq; inique agere dicit, quod cum præſenti non diſputent, abſentem vero clam conuitiis lædant.*

Status *huius orationis eſt* coniecturalis. *Coniecturæ autem ſpe-*
E *cies ſunt plures, vt Hermogenes tradit. Eſt enim* στοχασμός ἁπλοῦς ἀτελὴς ἐκ μόνων πραγμάτων, ἀτελὴς ἐκ μόνων προσώπων *(quamuis tale ſtatum conſiſtere ipſe non putet)* διπλοῦς τέλειος. διπλοῦς ἀτελὴς ἐκ τῶν πραγμάτων, διπλοῦς ἀτελὴς ἐκ τῶν προσώπων, ἐμπίπτων προκατασκευαζόμενος συγκατασκευαζόμενος. *Has ſpecies ſi conſiderauerimus, hanc orationem ad duplicem perfectam coniecturam referemus.* διπλοῦς γὰρ τέλειος στοχασμὸς γίνεται, ὅταν δύο πρόσωπα καὶ δύο πράγματα κρινόμενα ἔχῃ. *hoc eſt, Duplex* perfecta coniectura *oritur, quando duæ perſonæ & duæ res in iudicium veniunt.*

Perſonæ

Perſonæ hic duæ ſunt, Cicero, & Rullus: & quæſtio, Vter eorum Syl- A
lanæ dominationis patronus populi commodo obſtet. Rullus Cice-
ronem huius accuſat. ſigno vtitur quod Hermogenes ἀπ' ἀρχῆς
ἀχελτέλυς appellat, quia legi Agrariæ, qua Syllanis ſui eripieban-
tur agri, & populo diuidebantur, reſiſtat. Cicero contra negat: nec
ſolummodo negat, ſed per ἀντίγκλημα hoc crimen in ipſum Rullum
refert. Probat voluntatem Rulli à perſona ipſius, quia Valgii gener
ſit, qui plurimos in Syllana dominatione agros acquiſiuerat. Pro-
babile ergo quod gener ſocero inuidia laboranti ſubuenire cupiat. B
Teſtimoniorum loco vtitur ipſius legis verbis: vnde probat eum Syl-
lanæ tyrannidis fautorem eſſe. Non tamen omnia coniecturæ capi-
ta ad amuſſim (vt aiunt) perſequitur Cicero, quia coram cum ipſis
tribunis de his diſſerere cupiebat. Quare ſufficere hic putabat ſi ſe i-
pſum ſuſpicione apud populum liberaret, & ipſos Tribunos prouoca-
tos in iudicium traheret. Sed vt Plutarchus teſtatur, in hoc certa-
mine penes Ciceronem palma fuit:

C

SCHOLIA EVBVLI DYNATERI IN ORATIO. III.
De Lege Agraria. D

COMMODIVS *feciſſent Tribuni &c*) Exordium huius o-
rationis breue eſt, quo aduerſarios in odium rapit, ſibique
beneuolentiam conciliat Cicero. Ab aduerſariorum per-
ſona id facit, cum eos iudicium publicum detrectare & fu-
gere, clancularijs autem & factioſis concionibus ſtudere di-
cit. Cum vero diuerſi generis auditores haberet, beneuolos ſcilicet,
& quorum animus abalienatus erat, duplici quoq; attentionem pa-
randi ratione vtitur. Beneuolos enim ab anteactis hortatur ne ſuam E
beneuolentiam immutent. Reliquos contra deprecatur ne tam par-
uam temporis particulam ipſi negent. ſuamque facilitatem oſten-
dens, pertinaciæ ſuſpicionem apud ipſos diluit.

Deferunt) Inuiſis verbis vtitur contra tribunos, vt in inuidiam ra-
piat. Deferre enim eſt clam aliquem accuſare. vnde delatores dicti
ſunt occulti accuſatores & calumniatores.

Nam & æquitatem) Ratio ob quam coràm cum Cicerone agere
debuiſſent tribuni: quia hoc æquitas iudicij, conſuetudo, & ius tri-
bunitiæ poteſtatis exigit. Argumentum à pronunciatis

Sed quoniam adhuc.) Prouocatio in iudicium quæ Ciceronis æqui-
tatem, tribunorum fraudes redarguit.

A *Quos leuiter immutatos*) Inconſtantiam notat, per quam etiam eorum non magnam rationem habendam eſſe oſtendit, qui ab alienati ſunt. leuitatis enim crimine laborant.

Bona de me opinionis) Attentionem parat, cum ſe bona & reip. vtilia dicturum promittit.

Completi ſunt animi.) Propoſitio huius orationis, quidnam hic dicturus ſit: crimen enim erat ipſum Syllanis fauere, & populi cōmodo reſiſtere. Huic obiectioni pulcherrimo argumento occurrit, in quo ipſa latet criminatio, qua hoc Tribunos facere oſtendit, quod in ipſo accuſabant.

B *Non à veſtrorum commodorum patrono, ſed à Valgij genero &c.*) Pulchre hic oſtendit. Tribunum plebis Rullum non publici ſed priuati commodi cauſſa, huius legis promulgationem ſuſcepiſſe. Vehementius autem hoc eſt, quàm ſi ipſum Rullum nominauiſſet. Idem autem vult ac ſi dixiſſet. Hæc conſcripſit non quatenus veſtrorum commodorum patronus, ſed quatenus Valgij gener eſt: id eſt, vult ſuum ſocerum inuidia illa maxima quapropter Syllanos agros laborat, liberare.

Ne aut refricare) Elegans metaphora à vulneribus ſumpta, quam deinde per expolitionem exponit.

C *Omnium legum*) Comparatione duarum legum oſtendit iniquitatem legis huius Rullianæ. De *Flacco* autem interrege vide Appianum de bellis Ciuilib. lib 1. huius etenim auxilio L. Sylla Dictator creatus eſt, qui poſtea tyrannidem ipſam inſtituit. Hanc autem Flacci legem legi diſſimillimam eſſe conſtabit; ſi legis definitiones conſiderauerimus. Nam vt Plato definit, *Lex eſt vera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per commoda media gubernata tendit, transgredienti pœnam, obedienti præmium ſtatuens.* Et Cic. lib. de natura deorum. ij. Lex, inquit, *eſt recti præceptio, prauiq; depulſio. Et lib.* de legibus, 1. *legem, rectam rationem in iubendo & vetando* vocat. Cum quibus ſi Flacci

D Legem contuleris. nihil in hac quod legis ſit, præter nomen titulumque inuenies. Hęc autem ideo tam amplificat Cicero, vt eo maiorem huius legis quam oppugnat, iniquitatem oſtendat.

Nam Valeria lege, Corneliſq; legibus) Rationem ſubijcit cur Rulliana lex ſit Syllanis legibus impudentior. *Valeriam* autem hic legem vocat, quam prius *Flacci legem* vocauit, & per *Cornelias* intelligit *Syllanas*. Sylla enim (vt Appianus tradit) Cornelius dici voluit, qui ſuis legibus legionibus tribus & viginti ſub ipſo militantibus multos in ciuitatibus agros attribuit, partim indiuiſos adhuc, partim per vim e-

E reptos ob mulctam. Atque ideo hic Cicero dicit, *Eripitur cum datur*: id eſt, eo ipſo quo milites beneficio afficit & donis, eripit priſtinis dominis ſuos agros. Et hæc gratitudo in milites, impudens eſt, quia ex alienis bonis ſeſe gratum exhibet, ſumma cum aliorum iniuria. His tamen iniquiſſimis decretis, non ſpes veris negatur agrorum dominis, nec inuidia & timore Syllani milites carent. Hic autem Rullus ipſos etiam inuidia & timore liberat idq; probat verbis ipſius Rullianæ legis, & ſuo hunc iugulat gladio. Argumentum *à pronunciatis*: quod deinde plurimis tractat, oſtendens quam iniquus ſit Rullus, qui Syllanis agrorum poſſeſſoribus plus libertatis concedat, quàm ijs qui paternos & auitos fundos poſſident. Vtitur autem hic comme-

commemoratione, quia locum nactus eſt quo populus maxime commouebatur. A

At ſi illa ſolum) Aliud oſtendit ipſius legis verbis, quibus Rullum alterum Syllam eſſe arguit: quia ſua lege etiam ea donet, quæ Sylla non conceſſit cuiquam.

Ergo hac lege) Concluſio eorum quæ hactenus dixit, qua oſtendit quàm periculoſum, iniquum, & publicæ aduerſum conſuetudini ſit, ſi hæc lex recipiatur.

Nam ſocer huius) Planius nunc deſcribit quomodo priuati commodi ſtimulis Rullus agitetur, qui hac ſua lege ſoceri agros confirmare vult.

Et quoniam qua de cauſſa) Epilogum ſubiungit, quo Rulli impudentiam, ſuumque declarat in Rempublicam ſtudium: & cauſſas ponit ob quas huic legi reſiſtat. Deinde denuo exponit quam ob cauſſam Capuam occupare conentur, & quid contra Pompeium ipſi moliantur. Poſtremo tribunos illos calumniatores in publicum iudicium prouocat. B

Hæc ſunt, amice lector, quæ in duabus hiſce Tullij orationibus obſeruanda eſſe duximus. Qua in re non aliud nobis, quàm ſtudioſis prodeſſe ſtudium fuit. Quod ſi ſucceſſus noſtris conatibus non reſpondit, ne quæſo beneuolum, & tui commodi ſtudioſum Theonino dente lædas: & ſi vires nos deſtituiſſe vides, ſtudium tamen non defuiſſe ſcias. Quare quæ diligentiore lima polienda videbuntur, ea ætati & occupationibus condonabis. C

A

IN M. TVLL. CI-
B CERONIS PRO C. RA-
BIRIO PERDVELLIONIS REO
AD QVIRITES ORATIONEM
Commentarius, Adr.
Turnebi.

C

ORATIO XVIII.

ADRIANVS TVRNE-
BVS LECTORI.

IAM olim huncin orationem pro Rabirio Commentarium elucubraram, ignarus à Fr. Syluio omnium Ciceronis interpretum diligentiſſimo &
D doctiſſimo, explicatam eſſe: quem cum euulgare pararem, collegæ mei Petri Rami, hominis philoſophiam & eloquentiam vna profeſſione cõplexi, prodeunt cõmentarii: audioq; eodem tempore accuratiſſimã Syluii enarrationẽ extare. His ego deterritus, non ſolum meum commentariũ pauliſper reprimere, verùm etiam in perpetuũ ſupprimere decreuerã.
E Tandem tamen aliquando ne iſta opera qualiſcunq; eſt periret, publicare eum malui, quàm ſegni & inerti ſitu in aduerſariis meis iacentem ſinere corrumpi, cui orationis etiam argumentũ ex Dione præſcripſi. Hũc igitur cõmentarium, ſiquam tuis ſtudiis acceſſionem afferre poteſt, Lector, nunc tibi fruendum trado.

Cicero

 A

ORATIONIS B
PRO C. RABIRIO
ARGVMENTVM.

Adr. Turnebo auctore.

HVIVS orationis argumentum non aliunde mihi melius explicaturus eſſe videor, quam ſi ex Dionis hiſtoria rem totam perſcribam. ita enim facillime C *& atrocitas criminis, & genus cauſæ perſpici poterit. neque fere quicquam latebit, quod ad orationis explicationem pertineat. Titus ego Labienus C. Rabirium ob Saturni cædem cum accuſaſſet, magnam ciuitati perturbationem attulit. nam Saturninus triginta ſex annis ante caſus fuerat, & quæ in bello quod cum eo ſuſceptum eſt, conſules fecerant, e[illegible]atus auctoritate omnia geſſerant. Itaque ſenatus auctorita[illegible] iudicio non leuiter tentabatur: ex quo totus ciuitatis ſtatus conuellebatur & perturbabatur.* D *Ac Rabirius quidem cædem ſe feciſſe pernegabat, verum Tribuni modis omnibus ſenatus amplitudinem & dignitatem conuellere nitebantur, & ſibi poteſtatem omnia pro animi arbitrio & libidine agendi præmuniebant. Ita enim futurum erat, vt ijs qui ſimilia tentare vellent, impune concederetur ſenatus decreta, quæque tot ante annis acta fuiſſent, in diſquiſitionem vocare, Ergo cum pro eo ac debebat Senatus id indigne ferebat, tum vero ſenatorem Pop. Rom. innoxium ætateque* E *prouectum ſupplicio affectum iri optimates dolebant: ſed tamen modis omnibus angebantur, quod ciuitatis dignitas in crimen & inuidiam vocaretur, resque publica improbiſſimis hominibus permitteretur. Ergo turbulenta factionum ſtudia, contentioneſque partium de iudicio exarſerunt: his ne concilium cogeretur, pugnantibus: illis conſeſſum iudicium poſtulantibus. Quod vbi per Cæſaris factionem & aliorum nonnullorum vicit, ac iudicandi cauſa conuenere (is enim cum L. Cæſare iudicabat nec ſimplex*

A *crimen erat, ſed Rabirius perduellionis poſtulabatur) eum ſententijs ſuis condemnarunt: quanquam non à populo more & inſtituto Romano creati, ſed, quod non licebat, à prætore ſorte ducti. Rabirius ergo prouacauit: ſed tamen apud populum etiam dānatus fuiſſet, niſi Metellus Celer augur & prætor rem impediſſet. Nam cum multitudo neceum audiret, nec quod contra morem patriæ legeſque iudicium factum eſſet, vellet attendere, propere Ianiculum petit, priuſquam quicquam ſuffragio Quirites ſciſcerent: ſignumque*
B *militare detrahit, vt nihil iam eis decernere liceret. Sic detracto vexillo concio ſoluta eſt, Raberiuſque liberatus Etſi enim Labieno licebat reum repetere, non tamen fecit. Hactenus ex Dione. Hanc igitur orationem trigeſimo ſexto anno poſt cædem Saturnini habuit pop Rom. Cicero conſul, aut comitijs centuriatis (non enim de capite hominis vllis alijs quam centuriatis agi licebat) aut potius certe in concione aliqua quæ comitia anteceſſit. Cum autem in Piſonem Cicero ſcribit ſe in Rabirio perduellionis reo quadragin-*
C *ta annis ante ſe conſulem, interpoſitam ſenatus auctoritatem ſuſtinuiſſe, non eſt, vt inquit Aſconius, in eo ſubtilis annorum computatio facta, verum ſummatim tempus comprehenſum: vt perinde acceperit, ac ſi dixiſſet, prope quadraginta annis. Iam ante damnatus à duumuiris fuerat Rabirius, Iulio Cæſare & Lucio Cæſare à quibus ad populum prouocarat. Acerbitatem iudicis Iulij Cæſaris à qu[illegible]pidiſſime condemnatus fuerat, Rabirio ad populum prouocan[illegible]etiam ſalutarem fuiſſe ſcribit Tranquillus. Perduellionis eſt poſtulatus Rabirius, quod ſacroſanctum Tribunum interfeciſſe*
D *diceretur. Eſt autem perduellio genus læſæ Maieſtatis omnium atrociſſimum & grauiſſimum: quo qui tenentur, ne morte quidem, cum decedunt in reatu, crimine liberantur, cum in alijs generibus læſæ maieſtatis liberari ſoleant.*

* * *

PRO

 A

PRO C. RABIRIO, B

PERDVELLIONIS REO AD QVIRITES ORATIO.

COMMENTARIVS Adr. Turneb.

ETSI, *Quirites, non eſt mea cõſuetudinis.*) Iuſtiſſimas ſibi proponit cauſas eſſe defendendi Rabirij. Amicitiæ vetuſtas, dignitas, humanitas, perpetua vitæ conſuetudo, ſalus Reip officium conſulare ad defenſionem merito impellere debent: quæ omnia in hac cauſa ſunt: igitur merito defendi à Cicerone Rabirius debet. C

Quirites.) In campo Martio ad populum hæc oratio habita eſt comitijs centuriatis, aut in concione quæ comitia anteceſſit

Quenque defendam) Multos enim defendebat, eiuſque labor in ciuium defenſionibus verſabatur, accuſationes fere non attingebat. D

Neceſſitudinis.) Sunt enim defendẽdi quibus cum amicitia coniuncti ſumus: neceſſitudo, amicitia & coniunctio eſt, quæ neceſſitatem quandam officij requirit.

Ratio officij mei) Quæ mihi cauſa ſit huius defenſionis.

Propterea quod.) Non eſt hæc ratiocinationis propoſitio, quæ deſideratur, ſed interiecta cauſa, cur reddere rationem officij ſui velit.

Tum dignitas.) Erat enim ſenator Rabirius. auctor Dion.

Humanitatis.) Quæ ad ſubleuandam hominum calamitatem nos impellere ſolet.

Conſuetudo.) Qui ſemper reos defendere ſoleo, nullum fere accuſare. E

Salus reip.) Quæ igitur in hac cauſa. homines enim improbi & in populari ratione ſeditioſi auctoritatem ſenatus conuellere, qua nititur ſalus ciuitatis, conantur. Reſpexit autem ad eam ſenatus auctoritatem quæ in tumultu Saturnini interpoſita fuerat.

Conſulare off.) Officium enim conſulis eſt tueri conſulare imperium, quo Saturninus interfectus fuerat.

Conſulatus.) Cuius mihi ius defendendum eſt, ne quid ei decedat. Ei enim aliquando ſumma poteſtas permittitur animaduertendi in facinoroſos.

A *Non enim C Rabirium culpa dicti.*) Rabirius non ſuo, ſed de reip. nomine in diſcrimen capitis vocatur, quod conſuli paruerit ad arma vocant, & rempub. ſaluam eſſe voluerit.

Inuidia.) Odium ciuium in eum conceptum.

Summum auxilium.) Senatuſconſultum illud ſignificat, quod extremis reip. temporibus fieri ſolebat, vt viderent conſules, ne quid reſpub detrimenti caperet. Ea, inquit Salluſtius, poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atque ciues, domi militiæq; imperium atq; iudicium ſummum habere. tale ſe-
B natuſconſultum factum erat, C. Mario & L. Valerio Coss. contra Saturninum, vt operam darent. Coss. vt imperium maieſtaſque pop. R. conſeruaretur.

Maieſtatu.) Maieſtatis pop. Rom. conſeruandæ, quæ continetur amplitudine & dignitate ciuitatis, conſeruandique eius imperij.

A maioribus trad.) Non more Rom. vt Salluſtius ait, per ſenatum magiſtratui ea poteſtas permitti ſolebat. ita id traditum à maioribus dicit, non nuper inuentum. Illam tamen ſenatus auctoritatem in Gracchum primum vſurpatam eſſe auctores ſcribunt.

C *Tolleretur.*) Ab hominibus, ſeditioſis.

Auctoritas.) Senatuſconſultum, vt viderent Coss. ne quid reſp. detrimenti caperet.

Conſulare.) Nam ex illo ſenatuſconſulto ſummum imperium & iudicium conſul habebat, & ad arma euocare poterat.

Bonorum.) Bonos appellare ſolet ſenatum, quique eius ſectam ſequuntur. cum bonis in opprimendo Saturnino conſenſit Rabirius imperium conſulare ſecutus.

Teſtem.) Contra peſtiferos & conſceleratos ciues.

Senectus.) Senex erat Rabirius. auctor Dion.

D *Solitudoque.*) Solitudinem dixit, quod prope ab omnibus deſertum magna popularium factione opprimebatur.

Si eſt boni.) Conſulis partes ſunt, vbi extremis conflictatur periculis reſp. imperio ſuo vti, nihilq; antiquius ducere reip ſalute: quod tum fecere Marius & Valerius. Eſt enim, vt Cicero ait lib. 3. de Legibus, ſuprema Cos. lex. reip. ſalus.

Auxilia.) Ab hominibus ſeditioſis, vt tum à Saturnino.

Fidem.) Auxilium ciuium, ad arma ciues vocare aduerſus ſceleratos: quod tum Marius fecit.

Intercludere.) Obſiſtere turbulentis & ſeditioſis: ductum à re
E militari, cum ante præſidijs viæ occupantur, ne hoſtibus aditus pateat.

Præſidia) Non ſolum ſic vocantur cohortes locum aliquem tuentes, verum etiam locus ipſe munitus.

Imperium.) Vt in ſontes animaduertere poſſint.

Conſilium.) Vt eam poteſtatem decreto ſuo permittere conſuli poſſit.

Ea qui.) Vt Rabirius fecit.

Quamobrem.) Non eſt iteratio complexionis, vt quiſpiam fortaſſe putaret, ſed concluſio alia ſingularis, quæ ex vniuerſa elicitur. Modo enim de conſule agebat, nunc de ſe conſule: modo de

bonis

bonis ciuibus, nunc de his ciuibus, eſtque tanquam hypotheſis ex theſi. A

Sic enim exiſtimare debetis, Quirites,) Poſt homines natos, poſt hominum ætatem.

Prouidendam.) Sic Terentius, Quæ ſi non æſtu prouidentur, dixit.

Publicum.) Ne valeat ſenatus auctoritas.

Bonorum.) Optimatum, & ſenatum ſequentium.

Improborum.) Seditioſorum & turbulentorum.

Perfugium.) Quod in maieſtate populi conſeruanda poſitum eſt. B

Dimicatione.) Periculo.

Ab Ioue.) Veteres ſæpenumero deos præfari ſolebant, vt docet Maro, vt bonis omnibus & precibus exordirentur, idque in concionibus facere ſolebant, vt ex oratione pro Muræna poteſt intelligi: ne quis id Græcorum imitatione factum putet.

Optimo.) Beneficentiſſimo.

Maximo.) Maximas opes poteſtatem habente.

Pacem & veniam.) Antequam aliquid à dijs petamus, votis noſtris veniam petimus, vt placati & propitij ſint. Pax enim propitiorum eſt numinum. Plautus. C

Sunt hic omnia, quæ ad Deûm pacem oportet adeſſe.

Veniam petit, qui deo iam propitio ſibi licere aliquid cupit.

Plautus in *Trinumme.*

Quia res quædam eſt, quam volo ego me abs te exorare.

P. Quid id eſt? veniam iam dare geſtio.

Conſtituendam.) Conſeruandam, ſtabiliendam, cuius ſtatus labefacta ſenatus auctoritate à nonnullis popularibus hominibus conuellitur.

Poteſtas.) Vos enim ſecundum deos hunc ſeruare poteſtis.

Manibus.) Tabella ſuffragium in iudicio quoque perduellionis ferebatur, id eſt, manu, non voce. Cicero lib. 3. de legibus, *Vno in genere relinqui videbatur vocis ſuffragium, quod ipſe Caſſius exceperat, perduellionis: dedit huic quoque iudicio Cælius tabellam.* D

Nunc quoniam T. Labieno diligentia mea.) Hic trib. pleb. Cicerone conſule diem dixit Rabirio. hic eſt, qui poſtea militauit in Galliæ auſpicijs Cæſaris.

Temp. an) Irrogata mulcta à magiſtratu reus apud populum trinûm nundinûm accuſabatur, pro dicta die qua iudicium futurum eſſet. In mulctæ autem irrogatione Labienus reo ſemihoram ad defenſionem præſcripſerat. Ergo inſtituto Romano ante iudicium quod comitijs centuriatis futurum erat, habita hæc oratio eſt, vt iam dubitare nullo modo debeamus. E

Spacio.) A ſpacio circi ductum eſt: mox enim curriculum ſubijcit, qui locus eſt in quo decurrunt bigæ & quadrigæ: quanquam Budæus circulum legit.

Conditioni.) Nam in irrogatione mulctæ adſcripſerat ſemihoram perorandæ rei cauſæ. ergo illam tulit conditionem reo accuſator. pro Cælio, *Quare illa conditio iudicei reſpuatur, nec Catilina familiaritatis crimen habeat.*

Poteſtati.) Tribuno inimico.

A *Quanquam.*) Non tam iniuriam facis Rabirio, quam mihi conſuli. ſatis enim mihi temporis datum eſt ad eius cauſam orandam, ad conquerendum non ſatis.

Patroni.) Defenſoris.

Conſulis.) Ad conquerendum imminui imperium conſulare.

Religioſis ac de locis.) Etſi locus religioſus efficitur in quem mortuus infertur, tamen hic latius patere puto: cum in vrbe religioſa loca eſſent, ſepulchra non eſſent. Itaque quanquam ſacrum eſt, quod proprie deo conſecratum eſt, ſanctus murus, religioſum ſepulchrum, tamen iſta confunduntur à *Cicerone de Aruſp. reſponſis.*
B Quin etiam ſuam domum conatum eſſe Clodium religioſam facere dicit. Fortaſſe in Saturnini tumultu & lucos, qui Romæ erant, violaſſe viſus erat Rabirius, & loca quædam ſacra: aut in agris id feciſſe.

C.Marce.) Huius in Bruto meminit, quem patronum propemodum elegantiſſimum fuiſſe ſcribit, in inueniendis componendiſque rebus accuratum. hic & in publicis cauſis obtinebat nonnullum locum. in priuatis tamen illuſtriorem. Apparet ab hoc aliquando accuſatum de violatis locis ſacris fuiſſe Rabirium, nec condemnatum. fuit hic C.Licinius Macer vir prætorius Calui oratoris pater,
C biennio fere ante quam hæc dicerentur, mortuus prætore Cicerone.

Iurati.) Iudices enim: in leges iurabant, quæſtor non iurabat.

Iudicarint.) Non eſſe violatos lucos, nec loca ſacra à Rabirio.

De peculatu) Apparet in illo tumultu illaq; perturbatione Apuleiæ ſeditionis factum peculatum direpto ærario fuiſſe: cui crimini affinis viſus ſit nonnullis Rabirius: quanquam alius etiam peculatus ſignificari fortaſſe poſſit, vt auri Toloſani illa tempeſtate. Cic. lib. 3. de Natura deorum. Cognoſce alias quæſtiones, auri Toloſani, con-
D iurationis Iugurthinæ.

Tabulario.) Locus erat vbi acta & tabulæ publicæ reponebantur. Cum id igitur obijceretur Rabirio, nondum patefactum erat à quo incenſum eſſet: quod Q. Soſius ſe feciſſe poſtea confeſſus eſt. Cicer. lib. 3. de Natura deorum. Sed exeamus è theatro, veniamus in forum: ſeſſum ite precor. quid? vt iudicetur, qui tabularium incenderit. Quod facinus occultius? at ſe Q.Soſius ſplendidus eques Romanus ex agro Piceno feciſſe confeſſus eſt.

Exprimenda.) Explicanda & exponenda: legi poteſt etiam, Exprimenda.

E *C.Curtius.*) Videretur ex oratione pro Rabirio Poſthumo, legendum eſſe Curius. Is enim eſſe videtur, cuius filium Rabirius adoptauit, Rabirium Poſthumum. Curtium tamen non muto.

Pro virtute.) Vt eius merebatur virtus.

Necatum.) Ne maritus ſororis Rabirij Curtius, de peculatu, vt reor, cauſam diceret, ad probationem iudicij filium ſororis à Rabirio necatum obijciebant. Qui autem funus familiare ducit, iuſtave mortuo facit, nec in ius, nec in iudicium vocatur. Sed veriſimile non eſt bidui cauſa tantum facinus eſſe perpetratum: nec probabile eſt chariorem ei maritum ſororis quam filium fuiſſe.

Nam

Nam de perduellionis iudicio.) Ironia eſt. A
Alter.) Filius ſororis.
Alteri.) Marito ſororis.
Legem Fabiam.) Recte exiſtimat, vt arbitror, Alciatus hanc eſſe legem, quæ Flauia à iuriſconſultis corrupte vocatur, cum Fabia ſcribi debeat: qua tenetur qui ingenuum aut libertinum hominem inuitum celauerit, vinctum habuerit: qui ſeruum alienum retinuerit, vel perſuaſerit vt à domino fugeret.

Porciam.) Ante legem Porciam verberabantur necabanturq́; ciues Romani rerum capitalium damnati: hocq́; ſupplicium more maiorum erat. Tranquillus in Nerone, Legitq́; ſe hoſtem à ſenatu iudicatum, & quæri vt puniatur more maiorum: interrogauitq́; quale eſſet id genus pœnæ, & cum comperiſſet, nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus, duos pugiones, quos ſecum extulerat, arripuit. Ne hoc ſupplicium de ciuibus Romanis ſumeretur, ne verberarentur, necarenturve cautum erat lege Porcia, quæ permittebat damnatis exilium. Salluſtius, Tunc lex Porcia aliæque leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt. Ergo ſiue verberauit in magiſtratu Rabirius, in legem commiſit: ſiue id priuatus fecit, multo magis. B

Apuliæ.) Vbi propter ſaltus remq́; pecuariam magnæ ſeruorum erant familiæ. in ſaltibus autem Apuliæ fere greges hybernabant, vt ſcribit Varro. Illic ſaltus & paſtiones, vt opinor, habebat Rabirius. Cic. de paſtoribus Apuliæ. *Cui ad ſollicitandos paſtores Apuliam attributam eſſe erat indicatum.* C

Campana.) Erat, vt ex hoc loco intelligi poteſt, Rabirius Campanus, & vt opinor, Neapolitanus. fundos certe in Campania habebat, domum etiam Neapoli. Cicero ad Atticum: *Domum Rabirianam Neapoli, quam tu dimenſam & exædificatam animo habebas, Fonteius emit. in Campania etiam ad agrorum cultum magna familia ſeruorum erant.* Illic etiam quod liberos verberaſſet & necaſſet, obiiciebatur. D

Ornaretur.) Olim ſæpe publice mittebantur, qui illuſtres reos laudarent: eas laudationes poſtea lege ſuſtulit in conſulatu Pompeius, vt Plutarchus ſcribit.
Sed prope.) Hyperbole eſt.
Latius excitata.) Vltra vicinitatis terminos ſuis excitati ſedibus ad laudandum Rabirium conuenerunt: quod argumentum eſt eum hominibus chariſſimum fuiſſe.

Mulcta irrogatione.) Mulctam irrogare non eſt priuati actoris, ſed magiſtratus, vt tribuni. Cic. lib. 3. de legibus, cum magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſitve, per populum mulctæ pœnæ certatio eſto. Horum autem iudiciorum ratio & forma ſic à Cic pro domo ſua explicatur, vt ter ante magiſtratus accuſet intermiſſa die, quam mulctam irroget aut iudicet, quarta ſit accuſatio trinundinum proiecta die, qua iudicium ſit futurum. Ita hoc ex loco pro certo affirmari poteſt ante comitia centuriata habitam hanc orationem, qua de re initio dubitabamus. E

Praſcriptum.) Anteſcriptum: quibus nominibus ſubiecerit ſe

A pœnam capitis irrogare Rabirio. Ante enim crimina ſcribimus, deinde pœnam ſubiicimus.

Nec ſua.) Paſſum eſſe muliebria. eos enim impudicos vocare ſolebant.

Nec aliena.) Maribus ſtuprum intuliſſe. Hæc crimina lege Statinia prohibebantur vindicabanturq́;.

Præſtitutam) Præſcriptam.

De pudicitia.) Eo ſcil cet nomine male Labienus audierat.

Nimium longam.) Cum à me iam momento temporis & verbo vno refutata ſint.

B *Conſulis auxilium.*) Cum Marij conſulis factum imperiumq́; conſulare, cuius iuſſu Saturninus eſt interfectus, à me conſule defendi debeat.

De perduellionis) Pleraq; nobilitas enixiſſime contenderat, ne iudicium iſtud de perduellione exerceretur, vt ſcribit Dion Qua in re ſtudium etiam ſuum,vt opinor,conſul apertiſſime profeſſus erat. Ita tribunus in inuidiam conſulem vocat, quod iudicium illud ſuſtulerit, quo libertas populi iusq́; ſacroſanctæ Tribun. poteſtatis confirmatur.

C *Primus.*)Perduellionis condemnati intra vel extra pomœrium virgis cædebantur,& infelici arbori ſuſpendebantur: quod cum aliis legibus ſublatum erat, tum etiam lege Porcia, qua verberari necarive ciuem non licebat.

Proprium.)Non mihi cum aliis commune,qui multo ante id ſuſtulerant.

Carnificem) In foro primum in quæſtione perduellionis iudicium exercebat: deinde ſi prouocabat reus, ter ante in concione acccuſabatur:poſtremò comitiis centuriatis ex prouocatione apud populum diſceptabatur.

D *Crudelitatis regn.*) Huius enim de perduellione iudicij & ſupplicij auctor Tullus Hoſtilius rex fuit,auctor Liuius.

Virorum fortium.) Qui leges tulerunt, ne de ciuibus R ſupplicium ſumeretur,vt Porcius Cato,Sempronius Gracchus.

Infeſtam) Acerbitati ſuppliciorum obnoxiam. Paſſiue dixit, vt pro Plancio: Si huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior.

Popularis eſt.) Homines populares populo Romano chariſſimi & iucundiſſimi erant. Ergo, vt gratiam & beneuolentiam populi ſibi conciliet. ſua quam Labieni facta magis popularia oſtendit.

E *Concione.*) Vt in campo Martio.

Comitiis.) Non enim de capite hominis Romani aliis comitiis, quam centuriatis cum populo agi licebat. Comitia autem centuriata, vt Gellius ait, intra pomœrium fieri nefas erat, quia exercitum imperari extra vrbem oportebat, cum intra vrbem imperari ius non ſit. propterea enim in campo Martio centuriata habebantur, exercitusq; præſidij cauſa imperabatur, quia populus eſſet in ferendis ſuffragiis occupatus.

Auſpicato in loco.) Comitia auſpicato habebantur adhibitis auguribus. crux auſpicatum locum funeſtatura erat.

Fuha-

Funeſtari.) Violari,pollui,inceſtari. funus enim ſolet familiam funeſtare:vnde ſumptum eſt verbum:familiaq; expiabatur,quæ funeſta fuerat. A

Expiandum) Funeſta enim piaculis expiantur.

Sceleris veſtigiis.) A contagione carnificis, & crucis expiandum.

Caſtam.) Caſtum eſt,quod violatum non eſt,quod purum eſt.

Campum.) Martium campum ſanctum & inuiolatum.

Ius libertatis.) Nam in eo etiam libertatis ius vel maximum erat,ne carnifex ciuem attingeret; ne ciuis verberaretur.

Popularis vero Tribunis plebis,cuſtos defenſorq́ iuris & libertatis.) Quæ ciuem verberari vetat; tollitq; ſupplicium illud quod more maiorum de condemnatis rei capitalis ſumebatur. B

Lictori exp) Ne lictor ciuem vinciret & verberaret,cauit.

Carnifici.) Carnifici etiam ſuſpendendos tradidiſti: cuius inuiſiſſimum Romanis erat nomen.

C. Gracchus.) Legem Semproniam ſignificat, qua ſine iuſſu populi R. iudicari de capite ciuis non licebat. has duas leges ſic appellat in Verrem, *O lex Porcia,legesq́ Sempronia.*

Duumuiris iniuſſu veſtro) Prætor enim duumuiros forte duxerat in Rabirium ſine iuſſu populi: cum, vt ſcribit Dion, eos à populo creari oporteret,& illis à populo iudicium mandari. C

In dicta cauſa.) Nam cauſam dicere non videtur,in quem iudicium contra leges exercetur,vt in Rabirium,non creatis à populo duumuiris. Sic hoc loco in dicta cauſa mihi accipe.

Inuſitatis.) Iampridem enim defitum erat & deſuetum ſic animaduertere in ciues.

Inaudita.)Propter hæc verba dicit,I lictor,colliga manus,caput obnubito,infelici arbori ſuſpendito.

Libertatem.)Genus enim hoc pœnę nimis ſeruile eſt,& lege Porcia libertas populi ab ea immunis eſt. D

Tentare manſ)Experiri ecquid manſuetiſſimi homines tantam crudelitatem eſſetis approbaturi.

I lictor,colliga.) Valgius Ruffus ex hoc loco lictorē à ligando dictum eſſe probabat, vt eſſet ex viatorum collegio, qui ligaret, vinciretq;. Apud Gelliū,Lictor colliga manus:legitur abſq; I.vt & apud Liuium lib. 1.

Tarquinij.) Non ſunt hæc carmina regis clementis, ſed truculenti ſæuiq; tyranni. E

Carmina.)Sic Liuius,Lex horrendi carminis erat.rurſum,Quę longo eſſata carmine non eſt operæ referre. Ita enim certa verborum formula ſignificatur,certaq; verborum conceptio.

Caput obnubito.)Condemnatis rerum capitalium in atrociſſimis facinoribus, vt perduellione & parricidio, caput obtegebatur, quo ſignificabant illos luce indignos. Cic. Ei damnato ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt.

Infelici arbori.) Idem eſt apud Liuium carmen, quod ex Regum commentariis ſumptum eſt, Si vincent, caput obnubito: Infelici arbori reſte ſuſpendito. Cato, inquit, Verrius, felices arbores

 dixit,

A dixit,quæ fructum ferunt, infelices,quæ non ferunt. Plinius,Infelices exiſtimantur, damnatæq; religione, quæ neq; ſeruntur vnquam, neq; fructum ferunt Tarquinius Priſcus in Oſtentario vt Macrobius refert, ſcribit arbores quæ inferum deorum auertentiumq; in tutela ſunt, infelices nominari, alaternum, ficum attam, quæq; baccam nigram nigroſq; fructus ferunt: item aquifolium, pinum ſyluaticam, bruſcum, rubum, lenteſq; quibus prodigia portentaq; mala comburi iubere oporteat. arborem autem infelicem hic intellige crucem.

Arbori.) Datiuus eſt,qua forma diceres, ſuſpende tibi de collo: vel B ſuſpende tibi.

Tenebris.) Iſta enim nobis inaudita & inuſitata ſunt.

Luce libertatis.) Quæ munita eſt aduerſus hæc ſupplicia lege Porcia & Sempronia.

An vero ſi actio iſta popularis eſſet) An non Scipionem Naſicam perduellionis poſtulaſſet C.Gracchus, qui maxime popularis fuit, cum eius frater trib.plebis cæſus eſſet, ſi quæſtionem iſtam perduellionis legitimam putaſſet?

Patrui tui.) Q. Labieni. ſignificat à Labieno non tam tribuni mor-C tem quam patrui hoc iudicio vindicari.

Similis viri.) Gracchorum laudes populus libenter audiebat.

Eloquent.) De eloquentia Gracchi ſcribit Cic.in Bruto.

Acerbiſſ.) Sic mors appellatur immatura,quæ ante confectam ætatem euenit: ſumptum à fructibus.

Foro.) In quo cauſæ aguntur, & iudicia exercentur, etiam cum populo agebatur,vt in templo Caſtoris.

Cælo hoc.) Aëre. Lucretius in hoc cælo qui dicitur aër: ſic Athenis tenue cœlum dicit Cicero de Fato.

Cenſoriæ leges.) Cenſoriæ leges erant de populi ætate, ſobole, fami-D liis, pecunia cenſenda, de vrbis templis, viis, aquis, ærario populi, paſcuis, vectigalibus tuendis: de populo in tribus centuriaſque deſcribendo. iiſdem ergo cenſoriis legibus in vrbe carnifici domicilium habere, nefas erat. Itaq; more priſco in vrbe ſupplicium de ſontibus non ſumebatur. hic illud Plauti verbum, Extra portam Metiam currendum eſt prius. C. Quid eo? P. Lanios inde accerſam duo cum tintinnabulis. Eadem duo greges virgarum inde vlmearum adegero. loquitur enim de carnifice. & in Caſina, Ille ædepol videre te ardentem extra portam Metiam. Nam Tacitus lib. 2. Annalium ait, ſumptum eſſe more priſco extra Eſquilinam portam E de nocentibus ſupplicium. Iam in capitis ſuppliciis, quæ tum irrogabantur peregrinis & ſeruis non ciuibus, carnifice non lictore vtebantur.

Alienum commodis.) Non popularem. qui enim à commodo populi alienus eſt,non eſt popularis.

Ex memoria veſtra.) Non ex veſtra patrumq; ætate, qua iſta & inuiſa & inaudita fuerunt.

Atq; ex regum.) A quibus inſtitutum iudicium perduellionis & ſupplicium fuerat. Regum autem commentarij, vt Numæ, & Tulli Hoſtilij huius iudicij auctoris ætate Ciceronis extabant. Ne quis autem,

autem, quando duumuiri hic iudicarunt, eoſdem exiſtimet duumuiros, & triumuiros capitales. Nam triumuir ordinarium magiſtratum gerebat. Duumuiri Romæ in magiſtratibus ordinariis non erant, ſed in perduellionis cauſa creari, qui iudices eſſent, duo ſolebant. Alios eſſe ſic declarat Cicero, Planeq; duorum virorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis duo nunquam. A

Quam ſerui.) Serui verbera non ferrent, niſi ſpem libertatis aliquam haberent; vt liberis ſeruile iſtud ſupplicium irrogari non debeat.

Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorum.) Pœnæ quas memorat legibus & moribus tum comparatæ erant, verberare necareq; non licebat. B

Iudiciorum.) Quæ à quæſitoribus exercentur: vt quæſitor erat peculatus, ambitus, falſi, adulterij. Iudicia publica ſunt cauſæ criminales, vt vulgo loquimur.

Veſtigium lib.) In ignominia, bonorum amiſſione, exilio, ſpecies libertatis retinetur: verberatio, capitis obductio, ſuſpendium, nullum veſtigium libertatis relinquit.

Mors) Quæ ciuibus Romanis non proponebatur, cum lex Porcia damnatis exilium indulgeret. C

Obductio.) Obtectio capitis. nam caput perduellionis damnatis ex regum decretis obnubebatur, vt & parricidis.

Crucis.) Quem arborem infelicem ſupra priſco & inauſpicato nomine vocauit.

Corpore.) Ne ſuſpendantur ciues Romani.

Cogitatione.) Ciues Romani crucem ne cogitent, videant, audiant.

Perpeſſio.) Ipſum ſupplicium quod ſuffertur; paſſionem dicere Cicero non ſolet, perpeſſionem ſolet.

Conditio.) Crucem cogitantis, & hominibus proponentis. D

Expectatio.) Oculis tale ſpectaculum expectantis.

Mentio.) Auribus hominum nomen crucis ingerentis.

Vindicta.) Manumiſſione, vt illud, *Vindicta poſtquam meus à prætore receſſit*: ſpeciem autem poſuit pro genere.

Liberabit) Nam qui vindicta, cenſu, teſtamento, iuſta manumiſſione liberi fiebant, ciues Romani erant, in quos lege Porcia verberibus aut capite animaduerti non licebat: qui aliis generibus manumittebantur, aut dedititorum numero erant, aut Latini Iuliani, non ciues Romani.

Ab vnco.) Qui impingebantur gutturi eorum qui ad ſupplicium trahebantur. Iuuenalis, E

Quæ ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media ſulcum deducit arena.

Propertius,

Et bene cum fixum mento diſcuſſerit vncum,
Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo.

ita fuſtis incuruus vocabatur.

Neque res geſta.) Id propter Rabirium dicit, qui ſenator erat, honores geſſerat, aliquid adminiſtrarat, ætatem ſenex confecerat.

Proſi-

A *Profiteor*) Pro Cecinna, *Atque ita libenter confitetur, vt non ſolum fateri, verumetiam profiteri videatur.* Profiteor igitur, prædico, proloquor.

Tribunitia) Non populari.

Regia) Tyrannica,à regibus inuenta.

In actione) In accuſatione Rabirij.

Exempla) Non enim ſic quiſquam apud maiores egit.

Leges) Porciam & Sempronium.

Auctoritatem) Qui olim iudicarat hoſtem Saturninum, maieſtatemque imperij conſeruandi permiſerat conſulibus, & nunc tuam

B actionem non probat.

Auſpiciorum) Seruatum erat de cælo, vt reor, aut obnunciatum Labieno cum auſpicia mala eſſent: quæ res tamen eius actioni moram non attulit.

Liberum) Non vt nunc anguſtis ſpatijs & iniquis incluſum, ob auſpicia contempta legeſque violatas ei accuſationem minari videtur.

Nunc de Saturnini crimine, ac de clariſſimi patrui tui morte dicemus) Quod crimen Rabirio obijcitur:cùm tamen à Scæua ſeruo Q. Cratonis interfectus Saturninus fuerit.

C *Clariſs.patrui.*) Suſpicor ironiam eſſe. Sæpe autem, vt reor, ſic patruum ſuum Labienus appellarat.

Et id Rabirius) Legendum cenſeo. Ad id.

Q. Hortenſio) Hortenſius cauſſam Rabirij apud duumuiros iudices egerat. Non enim probo eos qui ante conſulem eum ad populum cauſſam egiſſe cenſent.

Integrum) Niſi iam ante oſtendiſſet Hortenſius à Rabirio non eſſe interfectum.

Suſciperem) Faterer interfectum à Rabirio.

Facultatem)Vtinam mihi liceret,vtinam verè poſſem prædicare.

D *Hoſtem po*) Hoſtem enim ſenatus iudicarat.

Nihil me) Oborta acclamatio eſt populi, cui pro poteſtate magiſtratus quem gerebat, fortiter & magna fiducia reſiſtit, vltroque obiurgat.

Qui ſilet) Qui non occlamat.

Quanto iam leuior) Iterum eſt acclamatum, ſed leuius quàm antea & exilius ergo grauius obiurgat & compeſcit.

Continete)Fabius,compeſcitis,lib.3.

Si vere poſſem) Si ſine mendacio poſſem.

Integrum) Niſi ante negatum eſſet ab Hortenſio.

E *Manu*) Sæpe ſic hoc vocabulum addunt. paulo ante. C. Rabirij manu L. Saturninum hoſtem populi Romani interfectum. pro Milone,cum ſua manu ſororem eſſe interfectam fateretur.

Laudem) Decus Rabirij.

Interficiendi) Nam lege Cornelia de Sicarijs, non tantum tenetur qui hominem interfecit, ſed etiam qui hominis interficiendi cauſſa cum telo fuit.

Niſi vero)Cum vtrunq; legibus æquè vindicetur.

Fit S.C.vt C.Marius, L. Valerius Conſules) Arma iure ſumpta in Saturninum probat ſenatuſconſulti auctoritate, quo ſumma poteſtas conſulibus permiſſa eſt, vt viderent ne quid Reſpub. detrimenti caperet.

peret. cuius decreti auctoritatem primum ſenatus vſurpauerat in C. Gracchum. ita tribuni ius iſtud ſenatui non eſſe concedendum cenſebant. A

Imperium Pop. Rom.) Cic. in Catilinam, Simili S C.C. Mario & L. Valerio coſſ. permiſſa eſt Reſpubl. & cætera. Eſt igitur imperium & maieſtatem pop. Romani conſeruare, eius amplitudinem, eius rempub. conſeruare, ne quid detrimenti capiat.

Præter Glauciam) Legendum eſt, Omnes prætores præter Glauciam. Nam C. Seruilius Glaucia tum prætor erat, homo ſimillimus Athenienſis Hyperboli.

Qui rempubl.) Hac voce in magnis periculis ad audendum, cum properato opus erat, multitudinem incitabant conſules, quod ſpatium delectus habendi non erat. Cic. poſt reditum in Senatu, Quid magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quod illo petente vos decreuiſtis, vt cuncti ex omni Italia qui Remp. ſaluam vellent, ad me vnum hominem fractum & prope diſſipatum reſtituendum & defendendum venirent? vt qua voce ter omnino poſt Romam conditam conſul vſus eſſet pro vniuerſa Republ. apud eos ſolum qui eius vocem exaudire poſſent: & cætera. Eadem voce in Gracchum Naſica fuerat vſus. B

Armamentarijs) ὁπλοθῆκαι armamentaria vocantur à Latinis, armamentorum & armorum repoſitoria. C

Capitolium) Nam foro pulſus Saturninus, Capitolium occuparat cum ſua factione.

Glaucia) Quem conſulem facere tentarat, & C. Memmium conſulatus competitorem ideo interfecerat.

Gracchus) Is L. Equitius erat, qui pro Gracchi filio ſe gerebat: eum Saturninus in locum competitoris tribunatus comitijs palam occiſi ſubrogare tentarat: is ſeruus fuerat nequiſſimus in compedibus & ergaſtulo habitus: deinde manumiſſus libertinæ conditionis erat. D

Quoniam ita vu)Quando in illo numero fuiſſet patruum vis tuum, quod nemo tamen ſcit propter hominis obſcuritatem.

Vos ipſi)Homines populares infeſti ſenatui.

Patres conſcriptos)Hunc ſenatum.

Omnem dignitatem) Equeſter ordo incorruptiſſime quinquaginta prope annos lege Sempronia iudicauit. Cicero in Verrem auctor.

Omnium ordinum) Verbi gratia, trib ærarij, ſcribæ, fabri, publicani, equites.

Cum ad arma conſules ex S. conſulto vocauiſſent:) Marius & Valerius.

M. Æmilius)Scaurus. E

Princeps) A cenſoribus princeps ſenatus legebatur, qui ex ijs qui viuerent primus cenſor fuiſſet, aut virtute maxima ſine controuerſia præditus eſſet. Huius maxima erat in ſenatu auctoritas & dignitas: diuq; obtinuit, vt primus ſententiam rogaretur.

Comitio) Sic locus vocabatur in foro, vbi prætor vrbanus ius dicebat, vnde homines comitiales Plauto litigioſi ſunt.

Nam iſtorum nullus nefaſtus eſt, comitiales ſunt meri.
Ibi habitant: ibi eos conſpicias quàm prætorem ſæpius.

Cum vix ingredi) Propter aduerſam valetudinem pedum.

Q. Scæuola) Cicero ad Atticum, *Multo ego ſatius hic mihi cauendum putaui in Scæuola, qui & valetudine, & ætate erat ea, qua eſſe meminiſti.*

Conſe-

A *Confectus ſenectute*) Valde ſenex.

Præpeditus) Valetudinarius enim erat.

Membris captus) Vt oculis captus à Marone dicitur ſumptum mutuo à Græcis, apud quos mente capti φρενόληπτ🙰 dicuntur. cuius autem captum aliquod membrum tenetur, is eo vti non poteſt libere, inde translatum.

Haſtili) Sic vocatur fuſtis haſtæ.

L. Metellus) Q Metellus non aderat, exulabat enim.

Ser. Galb.) Sergius Galba orator, cuius meminit in Bruto Cicero vt & reliquorum fere omnium.

B *L. Craſſus*) Orator, qui in oratorijs libris apud Ciceronem loquitur.

Q. Mutius) Scæuola P. filius alius à ſuperiore. Superior enim augur, hic pontifex fuit.

P. Seruilius) Iſauricus.

Imperatore) P. Seruilius in Cilicia bellum geſſit, deq; ea triumphauit captis tribus magnis eius regionis vrbibus, Coryco, Olympo, Phaſelide

Qu. Catulus) Superioris, vt opinor, filius.

C. Curio) Pater.

C *Ignauiam*) Suam timiditatem. ignauia fortitudini contraria eſt.

Turpitudinem) Propter probra & dedecora, ſceleratæ & improbæ vitæ.

Communis) Cum optimatibus.

Societatem) Sic ſæpe loquitur Cicero, receptuſque hic loquendi modus erat ex cognatione ſignificationis. vt enim coire, coitionem, & viuere vitam dicimus, ſic coire ſocietatem, pro, ſocietatem inire.

Arceſſeret) Vocaret.

Auctoritatem) Quem auctorem ſequereris, Saturninumne, an conD ſulem, an ignauiam?

Sectam) Secta via quædam eſt & ratio, quam ſequimur poſtea ad philoſophorum accommodatum diſciplinas eſt.

Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit.) Tuus pater fuitne cum Saturnino?

Equites Ro.) Ex equeſtri familia erat Labienus, vt opinor.

Præf. Cura) Arbitror eum fuiſſe ex Reatina præfectura. Ea enim vicina Piceno eſt. Præfecturæ vocantur, inquit Verrius, in quibus ius dicebatur, & nundinæ agebantur, ac quædam Reſpubl. erat, nec tamen magiſtratus ſuos habebant: ſed in eas præfecti quotannis qui E ius dicerent ab vrbe mittebantur. Nos præuotias appellamus.

Ager Picenus) Tum enim illinc multi Romam conuenerant ad comitia. Nam comitiorum tempore interfectus fuit Saturninus.

Simulatione) Aſſimulatione, ſpecie.

Relictus) Deſertus, deſtitutus

Veſter patruus) Labienus enim alios fratres habebat, ideo dixit, veſter.

Deſperatione) Homines enim deſperati tumultum & ſeditionem quærunt, & bonos oderunt. Fuerit, inquit, ei nulla domeſtica cauſſa, cur reb nouis ſtuderet. ſignificat ei rem familiarẽ arctã domi fuiſſe.

Domeſticis) Nullo vulnere rei familiaris: qui bona non perdiderit: qui pa-

qui patrimonium non comederit, quæ res à bonorum ſecta diſtrahit. Cic. pro Seſtio, *Omnes optimates ſunt, qui neq; nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti.* Eſto igitur vt ij ſint, quam tu nationem appellaſti, & qui integri ſunt, & ſani, & bene de rebus domeſticis conſtituti. A

Induxerit) Impulerit.

Deſciſcere) Deficere.

Comparere) Non cerni, non conſpici.

Voci) Ad arma vocantium qui Rempub. ſaluam vellent.

Cum bonis) Cum ſenatu & optimatibus, qui popularibus opponuntur. B

Inſtar) Similitudinem & imaginem ſignificat, vt apud Maronem, Quantum inſtar in ipſo eſt: id eſt, quàm ſimilis eſt. Tranquillus, Cuius etiam inſtar pro ędeVeneris genitricis poſtea dedicauit. Refertur etiam ad parem magnitudinem: Inſtar montis equum.

Pudor) Qui à turpibus deterret, ad honeſta vocat, & officia conſeruat, ex quo pudoris ſæpe veteres meminerunt.

Hæc tu igitur in crimen vocas) Conſulibus & bonis.

Amentiſſ.) Amentiæ & furoris erat Saturninum ſequi, bonos oppugnare.

C. Decianus) Hic P. Futium inquinatiſſimæ vitæ, vt ſcribit Valerius, hominem cum pro roſtris accuſaret, quia in quadam parte actionis de morte L. Saturnini queri auſus fuerat, nec reum condemnauit, & inſuper ei pœnas adiectas perpendit. C

Commemoras) Nam ſpectatæ integritatis erat Decianus, cui necem Saturnini non placuiſſe commemorat Labienus.

In concione) Pro roſtris apud populum.

Sex. Titius) Sex Titius homo fuit, inquit Cicero, ſatis loquax ſanè, & ſatis acutus: ſed tam ſolutus & mollis in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi nomen Titius eſſet. Hic, vt inquit Valerius, cum eſſet innocēs, & lege agraria apud populū gratioſus, quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragijs eum tota concio oppreſſit. D

Imaginem) Imagines ex cera ſuorū gentilium nobiles domi habebant: hic etiam Saturnini, quem nulla propinquitate contingebat.

Condemnatus) Vocatus eſt eo nomine in iudicium, condemnatuſq; eſt ab equitibus Romanis.

Statuerunt equi.) Penes quos tum iudicia erant. Titium tamen Valerius à concione oppreſſum fuiſſe dicit.

Non retinendum) Lege Porcia damnati in exilium ibant.

Hoſtilem) Hoſtis & perduellis more. E

Honeſtaret) Ornaret.

Imperitorum) Vulgi.

Significaret) Oſtenderet ſe eius facta imitari velle.

Imaginem) Imaginem L. Saturnini Labienus in concione protulerat.

In roſtra) Superioribus concionibus, cum de iudicio ageretur, imaginem attulerat, vt concitaret populum in Rabirium.

Scopulos appuliſſ) Ab ijs ductum qui ad ſcopulum naufragium faciunt. Tale eſt illud ex veteri poeta apud Ciceronem lib. 3 de Oratore: *Neq; me patiar iterum ad vnum ſcopulum & telum claſſem Achiuum effendere.*

Impru-

A *Imprudentia*) Ignorantia.

Memoria) Ætate tua.

Qua in cauſſa) In qua Rabirius fuit. cum bonis, inquit, fuiſſes contra Saturninum: partes bonorum ſecutus fuiſſes.

Summi ſceleris) Perduellionis. Eorum enim eadem eſt quæ Rabirij cauſa.

An non intelligis, primum quos homines.) Nam in mortuos iudicium non datur, cum etiam qui in reatu decedunt, integro ſint ſtatu.

Capitis periculum) Mortem.

Arceſſas) Voces.

B *Fraudem capitalem*) Capitale crimen, quod capite ſit luendum.

Deprecationem) Depulſionem.

Ætas) Erat enim tum admodum iuuenis: quæ quidem ætas excuſationem meretur.

Qu. vero Catulum) Hic multo ante quàm iſta diceret Cicero, ſuperſtes iam non erat à Mario mori coactus, ſed eius filius Qu. Catulus tum viuebat, à quo pater patriæ Cicero vocatus eſt, oppreſſa coniuratione. vtriuſq ſupra meminit.

M. Scaurum) Principem ſenatus.

C *Duos Mutios*) Q. Mutium Scæuolam augurem Lælij generum, & Qu. Mutium Scæuolam pontificem P. Filium. vtriuſque ſupra meminit.

L. Craſſum) Oratorem.

M. Antonius) Conſules in vrbe cum armis erant: extra vrbem M. Antonius tum, vt opinor, prætor cum præſidio, ſi quid foris moueretur.

Equitibus Ro.) Egregia tum erat opinio de virtute equitum Romanorum ex iudiciorum integritate.

Ærarijs) Trib. ærariorum ordo Romæ erat, qui ad iudicia tandem peruenit. Trib. Ærarij erant, quibus attributa, inquit Varro, pecunia erat, vt eam militi redderent. eis pecuniam attribuebant Quæſtores vrbani.

D *Sed quid ego de his omnibus, qui conſulari imperio paruerunt, loquor?*) L. Valerius Flaccus Marij in conſulatu collega, flamen erat, vt reor. Sacerdotes autem religioſiq; mortales, ne quid ſceleratum ſuſcipiant, quod ſacra violet, quodq; ſacris piacularibus expiandum ſit, etiam atq; etiam cauent.

Sceleris) Scelera autem expianda ſunt. Cicero lib. 2. de Legib. *Nam illud vitioſum Athenis, quod Cylonio ſcelere expiate.*

Parricidij) Perduellionis. parricidij nomen ad amplificationem vſurpare ſolent, vt Cicero de Clodio, *Quid? de me quod tuliſſe te dicis, parricida, fratricida, ſororicida.*

E *Ignominiamq́; mor.*) Marius enim mortuus tanto ſcelere ſuſcepto ignominioſus erit.

Patrem patriæ) Primus pater patriæ Cicero vocatus eſt hic ita municipem ſuum Marium vocat, quod confecto bello Cimbrico Rempub. maximo periculo liberaſſet. Conſeruatorem patriæ vocat lib. 2. legum.

Defigendam) Defigere humi figere eſt ſic deſtitutis palis dicitur à Varrone. Eſt & defigere ex eo inauſpicatum verbum. Cicero lib. 2. de legibus. *Quæq; augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixeris.*

Si ſi-

Si fides Satur.) Cum abruptis fiſtulis obſideretur in Capitolio Saturninus, ſenatui per legatos pœnitentiæ fidem fecit: ab arceque digreſſus cum ducibus factionis in curiam receptus eſt. Quidam tradunt ei fidem à Mario conſule datam, quod inuidioſe erat à Labieno ſæpius dictum: ſed nullum genus fœderis cum eo contrahi poterat ſine ſenatus auctoritate, quem ſenatus hoſtem iudicarat. Pacis, fidei publicæ, induciarum cura ad ſenatum pertinebat. A

Non fieret.) Si ei data fides eſt.

Sine ſenatuſconſulto.) Sine decreto ſenatus.

Hoſpes.) Peregrinus, ignarus.

Peregrinari.) Hoſpites enim & peregrini ignari fere ſunt diſciplinæ & legum eius populi apud quem peregrinantur. B

Quid iam iſta.) Quod illa tempeſtate multos eſſe ſciebat, qui nec dedecus nec ignominiam ad mortuos pertinere cenſerent omni ſenſu, vt credebant plerique, orbatos (percrebuerat enim tum ſententia Epicuri, cui ſe dociles multi ex libris Amafanij præſtiterant) animos immortales differit. Ab illa opinione dixit Cæſar apud Salluſtium, In luctu & miſerijs mortem ærumnarum requiem, non cruciatum: eam cuncta mortalium mala diſſoluere: vltra neq; curæ neque gaudio locum eſſe.

Vita caret.) Quia extincto animo deletoq; toto animante, nihil Marius ignominiam iſtam ſentiet. C

Vitæ termini.) Huius vitæ quam in corpore degimus. Tractatur idem argumentum in Tuſculana prima, *Quid in hac repub. tot tantoſque viros ob Rempub. interfectos cogitaſſe arbitramur? ijſdemne vt finibus nomen ſuum, quibus vita, terminaretur.*

Hoſtium copias) Infinitas fuiſſe Teutonorum & Ambronum copias in campis Raudijs in Italia deletas à Mario hiſtorici ſcribunt.

Obſidione) Obſeſſa enim ab illa immani multitudine videbatur reſpub. cum in medio imperio verſarentur hoſtes tam prope ab vrbe. D

Præſentit.) Poſteritatis quadam præſenſione & ſpe ducitur. Cic. Tuſcul. prima, *Sed neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum, idque in maximis ingenijs altiſsimiſque animis & exiſtit maxime, & apparet facillime.* Idem locus apud Ciceronem eſt pro Archia poëta.

Ad deorum.) Propemodum conſecrat animos fortium ciuium, idque ex Romanorum opinione. colebant enim Romani non ſolum eos deos qui cœlites habiti erant, verum etiam eos quos in cœlo merita locarant. quod quidem indicat, inquit Cicero, *omnium animos immortales eſſe, ſed fortium bonorumque diuinos.* Sed ſi ad deorum religionem demigrarunt, & in numero cœlitum repoſiti ſunt, ſcelus profecto nefarium fuerit, eorum famam, gloriam memoriamque violare. E

Curriculum.) à curriculis Circenſibus ductum eſt.

Circumſcripſit) Definiit.

Mortis conditionem.) Meliore conditione moriemur, nec mortui ignominiæ obnoxij erimus vtcunque enim in aliorum manes conſuluerimus, exemplum poſteri ſequentur. quod ſi manes lædere ſcelus eſſe duxerimus, noſtræ memoriæ nominique conſulemus.

Non poſſumus.) Scil. mortuos.

A *Ne his.*) Qui adhuc viuunt, eidemq; criminis affines ſunt.

Pubeſque.) Ad pubertatem ſperuenerit, armaque ferre potuerit. Statim enim à pubertate militabant primum, deinde Gracchus primis ſtipendijs annum decimum ſeptimum definijt, ante quam ætatem nemo militare cogeretur.

Ex ætate.) Quos conijcere potes tum fuiſſe puberes, & captis armis conſules ſecutos eſſe.

At occidit.) Tuetur Rabirium inficiatione Cicero, præclaram tamen eſſe facti confeſſionem ait, ſi fateri integrum eſſet.

Sceua.) Seruos ad pileum vocarat Saturninus, à ſeruo tamen interfectus eſt, cui ex ſenatuſc. data libertas eſt. B

Quod fiſtulas.) Eo facinore videbatur Marius in Iouem Opt. Max. commiſiſſe: nemo tamen fuit qui illum impie feciſſe exiſtimarit, vt propemodum, propter ſceleratos ciues qui cliuum Capitolinum occuparant, deorum templa temerare licuerit. Hæc autem periodus abſolutam ſententiam non habet.

C *IN EANDEM ORATIONEM CICERON.*

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO,

D COMMENTARIVS Fr. O.

QVirites.) Hoc vocabulo vtebantur oratores in Comitijs vel tributis vel centuriatis, in quibus iudex populus ſuffragia ferebat.

Periculu.) Hoc verbum vſq; eo vſitatum erat in iudicijs, vt etiam pro inſtrumentis cauſarum, hoc eſt literis, tabulis & quibuſuis ſcripturis vſurparetur, Vnde Cic. Verr. IV. *pericula magiſtratuum dixit committi ſcribis.*

Capitu, fama fortunarum.) Perduellionis damnati virgis cæſi & vnco per vrbis vias tracti, ad extremum cruci, ſeruorum inſtar, ſuffigebantur. E

Dignitas hominis.) Rabirium Senatorij ordinis fuiſſe, teſtatur Dio lib. XXXVII.

Perpetua conſuetudo.) Semper Cicero defendere ſolitus eſt. Vnicum C. Verrem, qui Prætor Siciliam expilarat, accuſauit. *Maxima autem & gloria pariter & gratia defenſionibus, eoque maior ſi quando accidit vt ei ſubueniatur qui potentis alicuius opibus circumuenìri vrgerique videatur,* inquit Cic. de off. II.

Conſulatus ipſe.) Egit hanc cauſam Cicero Conſul, egit & aliquanto poſt L. Murenæ cauſam: prætor A. Cluentium defendit. Ædilis deſignatus

ſignatus Verrem accuſauit. Notanda conſuetudo, vt quamuis ſummis magiſtratibus fungentes tamen priuatorum cauſas agerent. A

Iuſta inimicitia.) Nam Labienus eius accuſator iniuſta de cauſa Rabirio inimicus erat, quaſi Saturninū ipſius patruum interfeciſſet.

Summum auxilium.) Significat S.C. extremæ neceſſitatis: de quo in libello de Senatuſconſultis abunde diximus.

Conſenſu bonorum.) Significat conſenſionem eorum qui Conſulum imperio armati Saturninum è Capitolio egredientem oppreſſerunt.

Senectus.) Annis ab hinc xxxvi. Saturninum interfecerat. Si iam tum Senator erat, annum nunc agit ſexageſimum ſextum. nam Senatoria ætas annorum fuit xxx. Sed ſolitudinis verbum addidit oratorie ad inflectendos populi animos, ad miſerationem quaſi afflicti & innocentis rei, cum tamen à Principibus ciuitatis defenderetur. Nam ſolitudo dicitur eorum qui ab omnibus derelicti ſunt. B

Suam ſalutem) Callide ſuſpicionem iniicit inſidiarum à Labieno accuſatore.

Seditionum vias.) Qualis illa ſeditio fuit, quam Saturninus tribunus pl. ſeditioſus ac turbulentus annis abhinc ſex & triginta excitauit.

Summum in Coſs. imperium.) Fuere quidem Conſules cum ſummo imperio ſi reliquos magiſtratus ſpectemus, ſed ſumma imperij vis fuit penes populum: quia reſp. R. ex tribus generibus temperata erat, plurimumque omnium *democratia* valebat. Fuit quidem in Conſulibus *monarchia ſpecies*, in ſenatu, *Ariſtocratiæ*, ſed penes populum ſumma vis imperij manebat. nam vt Dionyſ. Halic. ſcribit lib. iv. *Vetus lex fuit, vt populus magiſtratus crearet, leges iuberet, bellum aut pacem decerneret. Sed vbi S.C. vltimæ neceſſitatis factum erat, vniuerſa populi poteſtas ad Coſs. transferebatur.* Cic. in ea poſt redit. in Senatu: *Maiores noſtri cum Regum poteſtatem non tuliſſent, ita magiſtratus annuos creauerunt vt conſilium ſenatus Reip. præponerent ſempiternum. Huius ordinis auctoritate vti magiſtratus & quaſi miniſtros grauiſſimi conſilij eſſe voluerunt.* C D

Poſt hominum memoriam.) Id eſt, hac omnium memoria, vel quantum huius ætatis homines meminiſſe poſſunt. Vetus locutio eſt illarum ſimillima, *poſt homines natos*, *poſt urbem conditam*, *poſt ſacra conſtituta.*

Dimicatione capitis.) Quod ſuperius dixerat, *Periculo capitis.* *Capitale iudicium* dicebatur, quo damnatus vel ciuitatem vel libertatem amittebat. ſed nunc proprie & Latine dicitur quia perduellionis & parricidij damnatis vita adimebatur, alio crimine damnatis vita concedebatur.

Pacem ac veniam.) Formula precationis Pontificialis, vt Seruius teſtatur, *Pax* petitur à Dijs vt ſint placati, *venia* vt ſint propitij. Virgil. lib. I. E

Orantes veniam templum clamore petebant.

Plautus in Trinumo: *Larem corona noſtrum decorari volo. Vxor venerare vti nobis hac habitatio bona, fauſta, felix, fortunataque eueniat.* Qui placare volebant Deos, limina templorum oſculabantur, interdum poſte caput tundebant. Tibullus lib. I. eleg 2.

Non ego ſi merui dubitem procumbere templis
Et dare ſacratis oſcula liminibus.

A *Non ego tellurem pedibus perrepere ſupplex*
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Cic.pro Fonteio: *Illi in bellis gerendis à Dijs immortalibus pacem ac ve-*
niam petunt. Liuius li. I: *vnam opem agris corporibus relictam ſi pax & venia*
à Dijs immortalibus impetrata eſſent.

Opt. Max.) Cic. I. de nat. Deor. *Iupiter ante optimus id eſt beneficentiſ-*
ſimus quam maximus dicebatur quia maius eſt certeque gratius omnibus pro-
deſſe quam opes maximas habere.

Ad Deorum numen.) Sic in ea poſt red ad Quit. *Vobis qui apud me*
Deorum immortalium numen ac vim tenetis:

B *Manibus ſuffragijſque.*) Caſſia lex tabellaria dicitur à Cicerone
vindex tacita libertatis, principium iuſtiſſimæ libertatis. Permiſit e-
nim populus vt iniudicijs omnibus perduellione excepto, ne voce
vt antea, ſed per tabellam ſuffragium ferret. atque ita quod ſentiret
libere declararet Poſtea lata lex Cornelia eſt, quæ idem quoque in
perduellionis iudicio permiſit.

Curriculum.) Iampridem reponendum cenſui, *circulum*, translate
ab agitatoribus qui ex campo in gyrum equos in verſuras adigunt.

Semihora.) Dies naturalis eſt tempus ab exoriente ſole ad occa-
ſum ſolem: Nox tempus ab Occidente ſole vſque ad Orientem.
C Dies ciuilis eſt tempus vno cœli ambitu peractum, diem & noctem
naturalem continens Hunc Romani medijs noctibus definiebant.
Ita ſemper æqualis apud illos fuit à media nocte ad mediam inſe-
quentem. Dies itemque nox naturalis diuiſa eſt antiquiſſimis tem-
poribus in partes æquales duodenas, quas Horas appellarunt: vnde
accidebat vt æſtiuorum dierum horæ longiores eſſent, noctium vero
contractiores, viciſſimque hybernorum dierum breuiores, noctium
vero longiores ſolo excepto æquinoctio, in quo æquales ſunt horæ
quales XXIV. ciuilem diem complent Ciuilium enim dierum ſemper
XXIV. horæ fuerunt à media nocte ad mediam inſequentem. Agell. li.
D III. cap. XII. Macrob. Satur. I. c. III. & Cenſorin. de die nat.

De locis religioſis ac lucis.) *In lucis erant*, vt ait Plinius, *numinum templa,*
priſcoque ritu Deo præcellentem arborem dicabant, nec magis auro fulgentia
atque ebore ſimulacra quam lucos & in ijs ſilentia ipſa adoramus. Cic. de
legib. II ſcribit, moris fuiſſe vt in fundi villæq; conſpectu lucus eſſet,
in eoque larum religio, quos certis diebus Domini & famuli co-
lebant.

Iurati iudices.) Moris erat vt Iudices, antequam tabellam ferrent
iurarent ſe ex animi ſui ſententia iudicaturos. Prætor qui eos coge-
bat, non iurabat, quoniam quo die magiſtratum inierat in leges iu-
E rauerat.

Peculatu facto.) *Peculatus* eſt crimen pecuniæ publicæ expilatæ.

Tabulario.) Locus in quo tabulæ publicæ recondebantur. Liuius
XLIII. *Cenſores ex templo in atrium libertatis adſcenderunt, & ibi ſignatis ta-*
bulis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis publicis ſeruis. Tacitus lib.
XIII. *Princeps curam tabularum publicarum à Quæſtoribus ad præfectos*
tranſtulit.

C. Curtius.) Legendum. *Curius*. nam C. Curius Rabiriam huius ſo-
rorem in matrimonio habuit, ex qua Curius natus eſt qui ab hoc Ra-
birio auunculo ſuo adoptatus dictus eſt, C. Rabirius Curianus.

Familiaris funeris.) Prætoris edictum fuit, ne in ius vocare liceret
qui

funus familiare duceret,iuſtave mortuo faceret.l.2.D. de in ius voc. A

Legem Fabiam.) Ne quis ſeruum alienum inuito vel inſciente domino celaret,vinctum haberet,emeret ſciens dolo malo l. pen. & vlt.D.ad leg Fab de plagiar.

In iudicium vocarit) Ordo accuſationis hic fuit poſtulabatur aliquis,legibus intertogabatur,reus fiebat,in iudicium vocabatur, accuſabatur. Sed diem dicere Tribunorum pl. erat proprium qui ad populum accuſabant: quod priuatis hominibus non licuit.

Lex Porcia.) *Porcia lex* memorabilis à M.Porcio Catone lata eſt,ne quis magiſtratus ciuem R.virgis cæderet, necaretve: cum antea nudatorum ceruix inſereretur furcæ,corpus virgis ad necem cęderetur. B Itaq; pœna damnatorum poſtea fuit,vel bonorum multatio,vel omnium publicatio,vel aqua & igni interdictio: nulla enim lex ciuem exſulio multabat, ſed interdicto vſu earum rerum quibus vita conſtabat,vi ipſa exſulij neceſſitas impoſita damnatis intelligebatur.

Multa irrogatione.) Multarum ratio hæc fuit: Magiſtratus reo ad populum diem dicebat: ter eum accuſabat: poſt ei multam irrogabat,id eſt rogabat populum vt certa bonorum parte multaretur.Hæc inrogatio trinundinum vt cæteræ leges durabat: poſt per trinundinum quarto reus accuſabatur. ſi defenderetur, ea multæ inrogatio dicebatur: ſi damnabatur,multæ iudicatio. C

Perduellionis.) *Perduelles ab antiquis dicebantur qui à nobis hoſtes.* l.234. De verb ſignif *qui hoſtili animo in Remp.armati ſunt.*l.vlt.D. ad leg.Iul. maieſt.Cum quis ius libertatis populi R.violaſſet:veluti,ſi quis regnum adfectaſſet,ſi Trib. pl.qui ſacroſanctus erat pulſaſſet, ſi ciuem R.virgis cæcidiſſet ſecurive percuſſiſſet aut vllo ſeruili ſupplicio adfeciſſet.

Popularis eſt) Romæ alij *Optimates* dicebantur principes ciuitatis qui Senatus potentiam quibus poterant modis amplificabant: alij *Populares* qui plebis libertatem aduerſus Principum opes tuebantur. Horum duces ac principes ſemper Tribuni pl.fuerunt. D

In Campo Martio.) Exactis Regibus ager Tarquinorum qui inter vrbem & Tyberim fuit.cõſecratus Marti *Martius* deinde *campus* fuit. In eo centuriata ſemper habita ſunt comitia, quia nonniſi imperato exercitu haberi non poterant: idq; præſidij cauſa dum populus erat in ſuffragijs ferendis occupatus.Agell.lib.xv.ca.XLIX.Liu.li.XLIX. *Maiores veſtri ne vos quidem niſi cum vexillo in arce poſito comitiorum cauſa exercitus edictus eſſet*, &c. In eo etiam luſitare adoleſcentes ſolebant vnde illud Off.1. *Suppeditat autem campus noſter honeſta exempla ludendi.*

Auſpicato in loco.)Lex fuit vetus, *Ioue fulgente tonante agi cum populo nefas eſto.*Itaq; neq; tributa neq; centuriata comitia ſine auſpice nec niſi in loco inaugurato haberi licebat,hoc eſt ab Auguribus ad eam dicato & conſecrato:vt Liu.lib.III. E

Cuſtos libertatis.) Regib. exactis cum patricij & nobiles nimia ſua potentia in tenuiores ciues abuterentur,plebs armata in montem ſacrum,qui tria ab vrbe paſſ.millia diſtat,ſeceſſit.Ibi à Senatu impetrauit,primum vt quinq;,deinde vt alij totidem libertatis ſuæ cuſtodes defenſoreſq; crearentur,qui *Trib.pl.*dicti ſunt. Hiſtoria nota eſt ex Liuio &aliis.

Virgas.flagella,carnificem.) Notandum diſcrimen inter *virgas* & *flagella*: inter *lictorem* & *carnificem*.Omnes *lictores* in vrbe domicilium

A habebant, & virgarum faſces Conſulibus & Prætoribus præferebant. *Carnifex* extra vrbem habitabat, ne ciuitatem funeſtaret. Idem euocabatur ſi quis perduellionis damnatus eſſet, ſi quis vel ſeruus vel ex infima plebe à Triuumuiris capitalibus damnatus eſſet: nolam & flagellum geſtabat, præſertim cum in damnatum animaduerſurus eſſet, vt Zoaras teſtatur: nolam, vt omnes ab ipſius contagione cauerent: flagellum, quod damnatum cædebat. *Sunt autem flagella ſumma arborum partes*, vt Seruius definit. Virgis autem lictores vtebantur ex arbore betulla. *Betulla*, inquit Plinius, *terribilis magiſtratuum Virgis.* Faſces autem ex bacillis & virgis conſtrictis faſces conſtabant ſecuri
B inſerta vt eius acies exſtaret. Eas Magiſtratus, ſi quando cum populo ageret, ſtatim populo lictores ſubmittere iubebat, cum Rege eas ſemper erectas geſtare permitterent.

C. Gracchus.) Significat legem Semproniam à C. Sempronio Graccho latam. Leges enim ex familiæ nomine appellabantur.

Duumuiru.) De hoc Regum inſtituto dictum eſt d. lib. II. Obſeru. cap. VIII. *Duumuiri* hi ſunt, quos vulgus appellat *Commiſſarios*, quibus commiſſa eſt cura aliqua à Repub.

I lictor, colliga manus.) *Lex horrendi carminis erat*, inquit Liuius. *Duumuiri perduellionem iudicanto. ſi à Duumuiris iudicatum erit, prouoca-*
C *tione certato. ſi vincent. caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito: verberato vel intra pomœrium vel extra pomœrium.* Hac lege Duumuiri creati, cũ cõdemnaſſent, tum alter ex his, *P. Horati te perduellionem iudico*, inquit. *Lictor colliga manus, &c.* Inde lictorem nomen, vti Agellius teſtatur. Eſt autem *Infelix arbor* quæ fructum non fert, & in Deorum inferorum tutela eſt, vt Macrobius & Plinius ſcripſerunt. Liuius li. II. *Conſules ſpoliari hominem & virgas expediri iubent.* Idem li. III. *Lictores voca, virgas & ſecures expedi.* Lib. IIX. *Tunc Papirius ſpoliari magiſtrum equitum, & virgas ac ſecures expediri iuſſit.*

Caput obnubito.) Moris erat vt Carnifices & lictores capita dam-
D natorum inuoluerent. Cic. Verr. VII. *Quid de illis dicemus qui capitibus inuolutis in pyratarum numero producebantur, vt ſecuri ferirentur.* Et mox: *Capitibus inuolutis ciues R. ad necem producere inſtituit.* Quinetiam deſperati ſibi caput inuoluebant. Horat. Sat. III. lib. II.

Nam male re geſta cum vellem mittere operto
Me capite in flumen.

Plaut. Moſtell.

Fuge atque operi caput.

Patrui tui.) Saturninus è Capitolio egreſſus cum ducibus factionis, in his T. Labieno venit, ibiq; fuſtib. & ſaxis à populo trucidatus
E eſt, & in ipſa morte laceratus. Plin. iunior ſcribit, *Caput Saturnini à Rabirio Senatore per quadriuia in ludibrium circumlatum.*

Eius fratris.) Duo fuerunt Gracchi eloquentiſſimi, Tiberius & Caius Sempronii. Vterq; Trib. pl. fuit, vterq; ſeditioſus ac turbulentus & Senatui infeſtus, vterq; in ſeditione populi interfectus. Tiberius cum iterum Tribunus pl. creari vellet auctore P. Naſica in Capitolio à primatibus occiſus eſt, ictus primum fragmentis ſubſelliorum & inter alios qui in eadem ſeditione interierunt inſepultus eſt in flumen proiectus. Caius autem ſeditioſo tribunatu acto cum Auentinum montem armata multitudine occupaſſet à L. Opimio Cos. ex S. C. vocato ad arma populo pulſus atq; interemtus eſt. Liu. li. LVIII. & LXI.

Vrbis domicilio.) Notandus locus, ex quo intelligitur primum carnificem intra vrbem domicilium non habuiſſe, vt paullo ante diximus: deinde cenſorum notionem & iudicium fuiſſe, quibus habitare in vrbe vel liceret vel non liceret. A

Annalium.) Cic. de Orat. II. *Annales* appellari ſcribit *res ſingulorum annorum literis mandatas. Commentarios* autem regum ſignificat tabulas, in quibus acta Regum perſcripta erant, & quæ in tabulario publico adſeruabantur.

Obductio.) Placet aliorum coniectura, vt *Obnuptio* legatur, ex illis verbis: *Caput obnubito.*

Conditio.) Sic legendum hoc ſenſu: Ea conditione quiſquam viuat, vt in eum cadere ſeruilis ſupplicij cruciatus poſſit. B

Vindicta.) Hæc erat virga quam Prætor aut lictor manumittendi ſerui capiti imponens hæc verba pronunciabat: *Hunc hominem liberum eſſe aio.* ſimul dominus hęc dicebat, *Abito quo voles, nihil te moror.* Plaut. in Sticho: *In hunc diem nihil te moror, abi quo lubet.* Liu. x. *Tu vero abeas neq́; te quiſquam moretur.*

Ab vnco.) Quorundam criminum damnatis vncus in mentum impingebatur, atq; ita per vrbis vias tracti in Tyberim deiiciebantur. Sueton. *Nemo punitorum non in Gemonias abiectus vncoq́; tractus in Tyberim.* Ouid. in Ibin: C

Perq́; vias vrbis populo plaudente traheris,
Infixusq́; tuis dentibus vncus erit.

Clamor iſte.) Apparet populum vocem illam indigne tuliſſe, *Saturninum hoſtem populi R. appellari.* Moris fuit in concionibus, ſi quid Magiſtratus diceret, quod populo placeret, vt id acclamationibus exciperent, ſi quid diſpliceret, admurmurarent & obſtreperent. Sic in Agrar. III. *Video quoſdam Quirites, ſtrepitu ſignificare neſcio quid.*

Cum telo.) Nemini ciui R. licuit cum telo intra vrbem cum gladio cum cultro eſſe. Plaut. in Aulular. vbi Euclio Conyrionem coquum increpat: *Ad tres viros,* inquit, *iam deferam tuum nomen. quamobrem? quia cultrum habes. coquum decet.* D

Intereſſe aliquid.) Ius ciuile ita comparatum fuit, vt conſilium delinquendi æque vt delictum ipſum vindicaretur. Cic pro Mil. *Quaſi exitus rerum non hominum conſilia legibus vindicentur. Lex non minus eum qui hominis occidendi cauſa cum telo fuerit, quam eum qui occiderit, punit* l. aut facta, 17. §. euentus, D. de pœna. Idem traditur in l. 7. C. de ſicar. *In maleficiis voluntas ſpectatur non exitus.* l. 14. D. de ſicar. Hinc Paullus lib. Sent. 5. tit. 23. *Qui hominem occiderit, aliquando abſoluitur, & qui non occidit, damnatur. Conſilium enim cuiuſq́; non factum puniendum eſt.*

Fit S.C.) Hæc fuit grauiſſimi S.C. ſententia, quod in atrocioribus negociis atq; extremis reip. periculis fieri ſolebat: *Viderent Coſſ. ne quid &c. darent operam &c. curarent &c.* Eo S.C. dicebatur reſp. Coſs. commendari, permitti, vt eam defenderent Cic. Phil. v. *Conſulibus totam remp. commendandam cenſeo, iiſq́; permitti, vt remp. defendant, prouideantq́; ne quid reſp. detrimenti capiat.* Idem Phil. VIII. *De ea re ita cenſuerunt vti Opimius Cos. remp. defenderet.* E

Qui remp.) *Qui exercitum ducturus erat, ibat in Capitolium,* inquit Seruius: *inde vexilla duo ſumebat, vnum quo equites, alterum quo pedites euocabat, his verbis, Qui vult remp. ſaluam eſſe, me ſequatur.* Cic. pro C. Cornelio, apud Aſcon. *At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam*

A *C. Corneli Conſulem mittere coegiſti, Qui remp. ſaluam eſſe vellent, vt ij ad legem accipiendam adeſſent.* Liuius XXII. *Audendum atq; agendum non conſultandum in tante malo eſſe. Irent ſecum extemplo armati, qui remp. ſaluam vellent.* Cic. Tuſc. IV. de Scipione loquens: *Iratus fuiſſe videtur Tiberio Gracche, tum cum Conſulem languentem reliquit, atq; ipſe priuatus vt ſi eſſet Conſul, qui remp. ſaluam eſſe vellet, ſe ſequi iuſſit.*

Ex compedibus Gracchus.) L. Saturninus quendam libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Ti. Gracchi filium fingeret ad hoc teſtimonium Sempronia Gracchorum ſoror inducta, nec precibus nec minis adduci potuit, vt dedecus familię agnoſceret. artibus tamen ſuis effecit
B vt Tribunus pl. crearetur, quò in magiſtratu vna cum Saturnino interfectus eſt. Valer. Maxim. auctor lib. de vir. illuſtr. & Cic. multis locis.

Dignitatem iudiciorum.) Soli Senatores perquamdiu iudicia Romæ exercuerunt, poſtea lege C. Gracchi tranſlata ſunt in Equites. tum Sulla victor rurſus ea Senatoribus reſtituit. poſtremo C. Aur. Cotta Prætor legem tulit, vt inter ordines tres communicarent; *Senatorum, equitum, & tribunorum ærarij.*

Princeps Senatus) Vnus è Senatoribus qui è Cenſoriis natu maior erat, & multis præclaris rebus gloriam atq; auctoritatem adeptus
C fuerat, *Princeps Senatus* dicebatur, ac primus in ſenatu ſententiam rogabat. Liu. & Plutarch.

Meruiſti) Militaris ætas fuit ab anno ætatis XVII quo *Iuniores* dicebantur ad annum XLVI. quo *Seniores* dici incipiebant. *Nulli autem*, vt Polyb. & Plutarch. ſcribunt, *magiſtratum gerere licuit, niſi qui annos decem militaſſet, & ſtipendium meruiſſet.* Vnde *merere* & *mereri ſtipendium* dicebantur. Veterani erant emeriti, qui annos viginti meruerant.

Præfectura.) *Præfectura* dicebantur quædam regiones in Italia, quibus propter defectionem & perfidiam ſuæ leges ſuiq; magiſtratus
D adempti fuerant. Itaq; Roma mittebantur in eas quotannis præfecti, qui in iis ius dicerent. Feſtus earum duo genera conſtituit. vnum earum in quas ſolebant quatuor ſexve mitti, qui populi R. ſuffragiis creati erant. alterum earum in quas Prætor vrbanus quotannis mittere ſolebat, qui ius dicerent. Falſum eſt ergo, quod nonnulli ſcribunt, præfecturas ius ciuitatis habuiſſe; Liu. XXVI. *Habitari tantum tanquam vrbem Capuam frequentariq; placuit corpus nullum ciuitatis, nec ſenatui nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe ſine publico conſilio, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore. Præfectum ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſuros.* Idem Cic. A-
E grar II.

Coire ſocietatem ſalutis.) Communi ſtudio non modo ſuæ ſaluti conſulere, verum etiam imminens à ſedibus periculum propulſare. Cum *periculum* nominat, ſignificat magnam populi R. multitudinem arma duce Saturnino ſumpſiſſe.

Domeſticis vulneribus.) Significat vulnera rei familiaris, hoc eſt æs alienum, vt deſperatione rei familiaris ad res nouas, ad conturbandum reip. ſtatum perfugerit.

C. Decianus.) Valer lib. VIII. cap. I. *C. Deciano ſpectata integritatis viro vox ſua exitium attulit. nam cum Publium Furium inquinatiſſima vita pro roſtris accuſaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturni-*

ni quæri

ad queri auſus fuerat, nec reum damnauit, & inſuper adiectas ei pœnas pependit. A

L.Titius.) Valer.eodem loco: *Erat innocens agraria lege lata, gratioſus apud populum, tandemq́ quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragiis cum tota concio oppreſſit.* Ambroſ.Off.I. *Si tyranni aliquis habeat imaginem, nonne obnoxius eſt damnationi? Memini legiſſe me quoſdam capitali iudicio damnatos, quia Bruti & Caſſij interfectorum Caſaris imagines adſeruaſſent.*

Roſtra.) Naues Antiatum partim in naualia Romæ ſubductæ partim incenſæ, roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit. *Roſtra* id templum appellatum. Liu.lib.VIII. qui locum illum, vt Cicero perſæpe *Templum* vocat, quia veteres loca omnia auſpicata, inaugurata, auguriis conſtituta *Templa* vocabant. Ex illo ſuggeſtu, quod in foro fuiſſe diximus, conciones haberi ſolebant à magiſtratibus ad populum comitiis tributis, legesq; eodem ex loco ferebantur. B

Natus eſſet.) Significat Labienum iuuenem etiamnum fuiſſe. Tribunatus quidem pl.anno ætatis XXX. gerebatur. Quæſtura XXXVII. Prætura XL. Conſulatus XLIII. Id legibus conſtitutum erat, quæ propterea vocabantur *Annales.*

In periculum capitis arceſſas.) Vetus locutio eſt pro *Accuſare*, vocare in iudicium, vbi reus de capite & fortunis ſuis periclitetur. C

Fraudem capitalem.) Vlp. interpretatur, tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. *Veteres enim*, inquit, *fraudem pro pœna ponere ſolebant.* l.23.§.2. D.de ædil edict. Sed *Fraudis* verbum video à veteribus tribus modis vſurpatum. primum pro *dolo*, idq; frequenter apud Iuriſconſultos. vnde *fraus vulpecula* apud Ciceronem, deinde pro *culpa*, velut pro formula, *Ne illi fraudi ſit*, id eſt, Ne illi culpæ imputetur. Poſtremo pro pœna, velut in formula, *Se fraude eſto*, id eſt ſine pœna.

Ætas illa.) Significat C. Rabirium admodum adoleſcentem illo tempore fuiſſe quo Saturninum interfecit. *Equitem* tamen in fine orationis appellat. ergo annis XVII. maiorem: nam illo militare ſolebant. Sed mire de ætate dicit, cum ætas nulla criminis excuſationem adferat, niſi quæ à pubertate abſit. l.3. D. de reg.iur. Agell. lib.XI. cap.XVIII. D

Tribun. ærarij) *Ærarium*, locus in foro, in æde Saturnini, in quo publicæ pecuniæ deponebantur. Eius procuratio Quæſtoribus vrbanis & Tribunis ærarij mandabatur. Illi pecuniam publicam expenſam & acceptam in tabulas referebant: his pecunia, quam militibus in ſtipendium darent, adtribuebatur. Hæc Varro & Aſconius. E

Parricidij) Scribendum cum vno r. *Paricida* eſt idem qui homicida, qui parem hoc eſt ciuem R. interfecit. At *Parricida* cum gemino r. is eſt qui patrem aut propinquos interfecit.

C. Marius.) Hunc Cicero *patrem patriæ* hoc loco eo lubentius appellat, vt populo gratum faceret, pro quo Marius contra Senatum & nobilitatem pugnarat. vel etiam quod Cimbros & Teutones, qui fuſo Q. Catulo Cos. in Italiam irrumpebant, prælio ſuperauit: pro qua victoria duo illi triumphi decreti ſunt, ſed vno contentus fuit.

A *C. Corneli Conſulem mittere coegiſti, Qui remp. ſaluam eſſe vellent, vt ij ad legem accipiendam adeſſent.* Liuius XXII. *Audendum atq; agendum non conſultandum in tanto malo eſſe. Irent ſecum extemplo armati, qui remp. ſaluam vellent.* Cic. Tuſc. IV. de Scipione loquens: *Iratus fuiſſe videtur Tiberio Graccho, tum cum Conſulem languentem reliquit, atq; ipſe priuatus vt ſi eſſet Conſul, qui remp. ſaluam eſſe vellet, ſe ſequi iuſſit.*

Ex compedibus Gracchus.) L. Saturninus quendam libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Ti. Gracchi filium fingeret ad hoc teſtimonium Sempronia Gracchorum ſoror inducta, nec precibus nec minis adduci potuit, vt dedecus familię agnoſceret. atribus tamen ſuis effecit
B vt Tribunus pl. crearetur, quo in magiſtratu vna cum Saturnino interfectus eſt. Valer. Maxim. auctor lib. de vir. illuſtr. & Cic. multis locis.

Dignitatem iudiciorum.) Soli Senatores perquamdiu iudicia Romæ exercuerunt, poſtea lege C. Gracchi tranſlata ſunt in Equites. tum Sulla victor rurſus ea Senatoribus reſtituit. poſtremo C. Aur. Cotta Prætor legem tulit, vt inter ordines tres communicarent; *Senatorum, equitum, & tribunorum ærarij.*

Princeps Senatus) Vnus è Senatoribus qui è Cenſoriis natu maior erat, & multis præclaris rebus gloriam atq; auctoritatem adeptus
C fuerat, *Princeps Senatus* dicebatur, ac primus in ſenatu ſententiam rogabat. Liu. & Plutarch.

Meruiſti) Militaris ætas fuit ab anno ætatis XVII quo *Iuniores* dicebantur ad annum XLVI. quo *Seniores* dici incipiebant. *Nulli autem*, vt Polyb & Plutarch. ſcribunt, *magiſtratum gerere licuit, niſi qui annos decem militaſſet, & ſtipendium meruiſſet.* Vnde *merere* & *mereri ſtipendium* dicebantur. Veterani erant emeriti, qui annos viginti meruerant.

Præfectura.) *Præfectura* dicebantur quædam regiones in Italia, quibus propter defectionem & perfidiam ſuæ leges ſuiq; magiſtratus
D adempti fuerant. Itaq; Roma mittebantur in eas quotannis præfecti, qui in iis ius dicerent. Feſtus earum duo genera conſtituit. vnum earum in quas ſolebant quatuor ſexve mitti, qui populi R. ſuffragiis creati erant. alterum earum in quas Prætor vrbanus quotannis mittere ſolebat, qui ius dicerent. Falſum eſt ergo, quod nonnulli ſcribunt, præfecturas ius ciuitatis habuiſſe, Liu. XXVI. *Habitari tantum tanquam vrbem Capuam frequentariq; placuit corpus nullum ciuitatis, nec ſenatus nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe ſine publico conſilio, ſine imperio multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore. Præfectum ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſuros.* Idem Cic. A-
E grar II.

Coire ſocietatem ſalutis.) Communi ſtudio non modo ſuæ ſaluti conſulere, verumetiam imminens à ſedibus periculum propulſare. Cum *periculum* nominat, ſignificat magnam populi R. multitudinem arma duce Saturnino ſumpſiſſe.

Domeſticis vulneribus.) Significat vulnera rei familiaris, hoc eſt æs alienum, vt deſperatione rei familiaris ad res nouas, ad conturbandum reip. ſtatum perfugerit.

C. Decianus.) Valer lib. VIII. cap. I. *C. Deciano ſpectatæ integritatis viro vox ſua exitium adtulit. nam cum Publium Furium inquinatiſsima vita pro roſtris accuſaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturni-*

ni quri

ni queri auſus fuerat, nec reum damnauit, & inſuper adiectas ei pœnas pependit. A

L. Titius.) Valer. eodem loco: *Erat innocens agraria lege lata, gratioſus apud populum. tandemq́ quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffragiis eum tota concio oppreſſit.* Ambroſ. Off. 1. *Si tyranni aliquis habeat imaginem, nonne obnoxius eſt damnationi? Memini legiſſe me quoſdam capitali iudicio damnatos, quia Bruti & Caſſij interfectorum Cæſaris imagines adſeruaſſent.*

Roſtra.) Naues Antiatum partim in naualia Romæ ſubductæ partim incenſæ, roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit. *Roſtra* id templum appellatum. Liu. lib. VIII. qui locum illum, vt Cicero perſæpe *Templum* vocat, quia veteres loca omnia auſpicata, inaugurata, auguriis conſtituta *Templa* vocabant. Ex illo ſuggeſtu, quod in foro fuiſſe diximus, conciones haberi ſolebant à magiſtratibus ad populum comitiis tributis, legesq́; eodem ex loco ferebantur. B

Natus eſſet.) Significat Labienum iuuenem etiamnum fuiſſe. Tribunatus quidem pl. anno ætatis XXX. gerebatur. Quæſtura XXXVII. Prætura XL. Conſulatus XLIII. Id legibus conſtitutum erat, quæ propterea vocabantur *Annales*.

In periculum capitis arceſſat.) Vetus locutio eſt pro *Accuſare*, vocare in iudicium, vbi reus de capite & fortunis ſuis periclitetur. C

Fraudem capitalem.) Vlp. interpretatur, tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. *Veteres enim*, inquit, *fraudem pro pœna ponere ſolebant.* l. 23. §. 2. D. de ædil edict. Sed *Fraudis* verbum video à veteribus tribus modis vſurpatum. primum pro *dolo*, idq́; frequenter apud Iuriſconſultos. vnde *fraus vulpecula* apud Ciceronem, deinde pro *culpa*, velut pro formula, *Ne illi fraudi ſit*, id eſt, Ne illi culpæ imputetur. Poſtremo pro pœna, velut in formula, *Se fraude eſto*, id eſt ſine pœna.

Ætas illa.) Significat C. Rabirium admodum adoleſcentem illo tempore fuiſſe quo Saturninum interfecit. *Equitem* tamen in fine orationis appellat. ergo annis XVII. maiorem; nam illo militare ſolebant. Sed mire de ætate dicit, cum ætas nulla criminis excuſationem adferat, niſi quæ à pubertate abſit. l. 3. D. de reg. iur. Agell. lib. XI. cap. XVIII. D

Tribun. ærarij) *Ærarium*, locus in foro, in æde Saturnini, in quo publicæ pecuniæ deponebantur. Eius procuratio Quæſtoribus vrbanis & Tribunis ærarij mandabatur. Illi pecuniam publicam expenſam & acceptam in tabulas referebant: his pecunia, quam militibus in ſtipendium darent, adtribuebatur. Hæc Varro & Aſconius. E

Parricidij) Scribendum cum vno *r*. *Paricida* eſt idem qui homicida, qui parem hoc eſt ciuem R. interfecit. At *Parricida* cum gemino *r*. is eſt qui patrem aut propinquos interfecit.

C. Marius.) Hunc Cicero *patrem patriæ* hoc loco eo lubentius appellat, vt populo gratum faceret, pro quo Marius contra Senatum & nobilitatem pugnarat. vel etiam quod Cimbros & Teutones, qui fuſo Q. Catulo Cos. in Italiam irrumpebant, prælio ſuperauit: pro qua victoria duo illi triumphi decreti ſunt, ſed vno contentus fuit.

A *Fides data.*) Conſules fidem publicam Glauciæ & Saturnino dederant, fore vt cum eis non vi ſed iure ageretur.

Siue S C.) Credo fidem publicam ordinario iure ſine S.C. dari non potuiſſe. ſed cum reſpub. per S.C vltimæ neceſſitatis conſulum fidei ac poteſtati permiſſa eſſet, credo etiam dandæ fidei publicæ poteſtatem iiſdem permiſſam fuiſſe. ergo hæc oratorie dicuntur potius quam vere.

Magiſtratum gerere.) Plutarch. in problem. ſcribit, *Tribunatum pl. magiſtratum non fuiſſe,* cum Tribuni neq; purpuram haberent neq; lictores, neq; in ſella curuli ſedentes ius dicerent, neq; poteſtatem creato

B Dictatore deponerent more omnium magiſtratuum. Cic. tamen *tribunatum pl.* ſexcentis locis *Magiſtratum* appellat.

Scæna.) Liu. epit LXIX. indicat, *manu Scæna ſerui interfectum*: ſed Rabirij manu conſtabat interemptum Saturninum adiutore Scæna.

Fiſtulas.) Florus lib. III. Tubos quibus aqua in Capitolium ducebatur præciſos ſcribit. Plutarch. in Mario. Appian. ciuil. I. *Saturninus aquæ penuria coactus deditionem fecit.*

Euentus.) Plut. in Gracchis: *Moris fuit, cum de ciue capitale iudicium conſtitutum erat, ſi non adeſſet, vt claſſicum per vrbem ad concionem euocandam caneret, & ad extremum ante damnati ædes.* Varro de ling. v. *Quo die*

C *comitia erant, in arce claſſicum canat, endo circumq; mœros & ante priuati huiuſce T. Quinctij Trogi ſceleroſi hominis hoſtium canat, & vt in campo cum primo lucu adſit.*

(·:)

D

E

M. ANT.

M. ANT. MVRETI PRIMÆ ORATIONIS IN CATILINAM EXPLICATIO.

ORATIO XIX.

ARGVMENTVM.

SAEPE iam M. Tullius, antequam hancce orationem haberet, verba in ſenatu de Catilinæ coniuratione fecerat: vt vel ex eo perſpicuum eſt, quod duodeuiginti diebus ante, conſulibus Reſpub. ſenatuſcõſulto permiſſa erat. quod ego ipſum admonere ſuperuacaneum putaſſem; (eſt enim ſane quam apertum) niſi animaduertiſſem, multos magnosq́; viros, non è recentioribus modo, ſed etiam ex antiquis; quod, quid quoq; tempore actum fuiſſet, non ſatis attente conſideraſſent, in errores quoſdam minime, vt arbitror, negligendos, in harum rerum explicatione incidiſſe. Mihi quidem ita videtur: Ciceroni imprimis ipſi maximam eſſe hiſce in rebus habendam fidem: vt; ſicubi ab eo cæteri diſſenſerint; homines eos fuiſſe, idcircoq́; labi potuiſſe, arbitremur: ſecundum Ciceronem autem Salluſtio, qui iiſdem temporibus fuit: cum Aſconio, qui ab eorum ætate non ita multum abfuit: Græcos autem, Plutarchum, Appianum, Dionem magno eſſe adhibito iudicio legendos. Nam, vt hinc ordiamur, cum coniurati, Catilinæ denunciatione, in M. Porcij Leccæ domum conueniſſent, repertiq; eſſent duo, qui ſe Ciceronem in lectulo ſuo interfecturos pollicerentur; tum demum ait Salluſtius, rem ad ſenatum à Cicerone relatam; ſenatumq́; decreuiſſe, vt darent operam conſules, ne quid reſpub. detrimenti caperet. at id manifeſto falſum eſt. ſiquidem, quæ nox conſecuta eſt poſterum diem Nonar. Nouemb. ea nocte coitionem illam

A illam in M. Porcii domum factam eſſe, conſtat ex oratione pro Sylla:
iam autem ſedecim, minimum, dies erant, cum illa ſenatus auctori-
tas interceſſerat, vt ex hac ipſa oratione liquido cognoſci poteſt. Illud
quoque non minus falſum eſt, quod idem Salluſtius prodidit, cum
aut hanc orationem Cicero, aut aliam quampiam habuiſſet, certe
quidem aliquot diebus poſt commiſſam conſulibus rempubl. Catili-
nam in eam vocem denique erupiſſe, vt diceret, ſi quod incendium
in fortunas ſuas excitatum eſſe: id ſe non aqua, ſed ruina reſtinctu-
B rum id enim iampridem, id eſt, aliquot diebus ante comitia conſu-
laria, Catoni iudicium minitanti ac denuncianti Catilina reſpon-
derat. quod ipſe Cicero in oratione pro Murena teſtatum reliquit.
Quod ſi Salluſtium ipſum, & accuratum cumprimis hominem, &
illorum temporum æqualem, tamen alicubi lapſum videmus: exa-
cuenda profecto nobis ingenii acies eſt: neque vt quicque à quoque
veterum proditum fuerit, ita protinus recipiendum eſt: ſed con-
ferenda alia cum aliis, & ad Ciceronis præcipue auctoritatem, tan-
C quam ad Lydium lapidem, ſingula diligenter examinanda. Nunc
ad rem. Dicta eſt hæc oratio à Cicerone conſule, ſenatum habente
in templo Iouis Statoris, VI. id Nouembr. vt infra probabitur. qua
quidem oratione oſtendit patefacta iam eſſe omnibus ſcelerata Ca-
tilinæ aduerſus rempubl. conſilia: ipſique ſuadet, vel potius imperat,
vt ex vrbe exeat, quo & ciuitatem liberet metu, & ipſe ſe liberius
hoſtem P. R. profiteri queat. Genus igitur cauſæ iudiciale non eſt,
vt falſo Cœlius Curio putat. non enim in ſenatu iudicia exerceban-
tur ſed ne deliberatiuum quidem eſt. quid ita? quia enim non deli-
berat Cicero, neq; ſententiam dicit, neq; aut ſuadet quicquam ſena-
D tui, aut diſſuadet: ſed Catilinam increpat, obiurgat, exagitat: iubet
deniq;, vt cum reip. ſalute, ſua vero peſte ac pernicie ex vrbe profici-
ſcatur. Quid igitur? fatendum profecto eſt, non omnes Ciceronis ora-
tiones, nedum omnia quæ ab oratore tractantur, ad tria illa peruul-
gata cauſarum genera poſſe reuocari. Ipſe autem orationis χαρακτὴρ
plenius eſt δεινότητος, γοργότητος, σφοδρότητος, μεγαλοπρε-
πείας. itaq; quæcunq; illo genere à veteribus prodita ſunt,
ea hic mirabiliter obſeruata repe-
E riemus.

EXPLI-

 A

EXPLICATIO.

Quouſque tandem) Non putarat, vt videtur, Cicero, Catilinam eo die in ſenatu affuturum. ſed cum eum, præter ſpem, adeſſe vidiſſet, ſubita indignatione commotus, in hæc verba prorupit.

Quouſque tandem) Sapienter admodum conſiderat hanc partem Quintilianus lib 9. cap. 2. cuius hæc verba ſunt. Simplex eſt, ſic rogare:

Sed vos qui tandem, quibus aut veniſtis ab oris? B

Figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &, Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patere tua conſilia non ſentis? & totus denique hic locus quanto magis ardet, quam, ſi diceretur: Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Hermogenes quoq; apoſtrophen, & interrogationem aduerſarii, πρὸς τὴν σφοδρότητα valde commendat. σχῆμα δὲ σφοδρὸν, inquit, τὸ κατ' ἀποστροφήν. οἷον, παρὰ σοὶ κατέλυον Αἰσχίνη. καὶ σὺ προὔξένεις αὐτῶν. καὶ ἡ ἐρώτησις δ' ἡ τοῦ ὑποκειμένου προσώπου, ἀποστροφή ἐστι, καὶ ἔχει πρὸς τῇ σφοδρότητι καὶ ἐλεγκτικόν τι. Idem ille, quem supr. nominaui, Quintilianus libro 8 congeriem verborum ac ſententiarum idem ſignificantium ad amplificationē pertinere ait. eius autem vix vſquam pulchrius aut illuſtrius exemplum reperias. neq; non illud ad granditatem ac vehementiam pertinet, quod ἁπλαῖς fere περιόδοις, aut etiam inciſis, quæ Græci κόμματα nominant, vtitur. ſed & numerum ſi quis conſideret, videbit, nullū adhiberi potuiſſe aptiorem. Atque id, diſcentium gratia, in aliquot membris minutatim conſideremus. *QVOVS, QVE TAN, DABV*: iambi tres ſunt. qui pes quantopere ſit ad inſectationem accommodatus, vel nomen ipſum indicio fuerit. ſequuntur duo pæones προκαταρκτικοί, *TE RE CATI, LINA PATI*: quem pedem, totumque adeo pæonicum dicendi genus Ariſtoteles, Demetrius, Hermogenes, ceteriq; dicendi magiſtri ſummopere commendant. eos excipit finis choliambi, *ENTIA NOSTRA*: qua clauſula ſæpe etiam in inferioribus vſus eſt: vt, horum omnium ora, *VVLTVSQVE MOVERVNT*: &, *HIC TAMEN VIVIT*: &, *TELA VITEMVS*. pæones autem tum προκαταρκτικοὶ, tum καταληκτικοί, tum dactyli, tum dochimi ita ſparſi ſunt per totam orationem, vt ſublimem quendam, & plenum dignitatis efficiant ſonum. Sed iam ad alia veniamus. C D E

Abutere) Abutitur aliena patientia, qui ea, non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam vtitur.

Patientia noſtra) Et ſenatus, & conſulum: ſed conſulum magis. Sed tamen ſenatus quoq; nimiam patientiam notat: quod non ſatis ſeuere decreuiſſet, nihilq; aliud, quam committendam conſulib. rempub cenſuiſſet. qua de re ita ipſe in Murenæ defenſione: Congemuit ſenatus frequens, neq; tamen ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit. nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant.

Patere tua conſilia) Enumerauit ſigna omnia, quibus id facile colligi poſſet. ſubeſt autem vis argumenti à conſequentibus, hoc modo: A
Niſi tua conſilia paterent omnibus, non impoſitum eſſet palatio præſidium, non haberentur per totam vrbem vigiliæ, non conſpirarent omnes boni, non hi te omnes, tanquam hoſtem, auerſarentur:
Fiunt autem hæc omnia:
Tua igitur conſilia omnibus patent.

Conſtrictam teneri) Quaſi de immani quadam, & rabioſa fera locutus eſt.

Quid proxima, quid ſuperiore) ἀναδίπλωσις, ἀσύνδετον, & in verbis ὁμοιοτέλευτον. B

Quos conuocaueris) Eorum nomina è Salluſtio peti poſſunt. ſed decreui hoc loco congerere, & ſub vno aſpectu ponere nomina eorum omnium, quos ego quidem ab antiquis ſcriptoribus repererim, tanquam coniurationis participes, nominatos. Sunt autem hi. I. L. Sergius Catilina, prætorius. II. C. Manlius. III. M. Porcius Lecca, ſenator. IV. C Marcellus. V. P. Cornelius Lentulus Sura, prætor. VI. P Autronius. VII. P. Cornelius Seru. F. Sylla: quem tamen Cicero integra oratione purgat. VIII. Ser Sylla, Publij, quem modo nominauimus, frater. IX. L. Calpurnius Beſtia, trib. pleb. Scio, hunc ab Appiano L. Seſtium vocari, ita enim ſcribit: Λεύκιον δὲ Σήστιον τὸν δήμαρχον ἐκκλησίαν εὐθὺς ὑπὸ κήρυξι συνάγειν, καὶ κατηγορεῖν τοῦ Κικέρωνος, ὡς ἀεὶ δειλοῦ, καὶ πολεμοποιοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐν οὐδενὶ δεινῷ διαταράττοντος. ac ne quis alium quempiam eſſe ſuſpicetur, Salluſtij in eandem ſententiam verba apponam. L. Beſtia trib. pleb. concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, belliq; grauiſſimi inuidiam optimo conſuli imponeret. Sed cum, Beſtia, Calpurnio tũ cognomen fuerit, puto, mutatis duobus literulis, corrigendum eſſe Appiani locũ, vt pro, Σήστιον, legatur, Βηστίαν. X C. Cornelius, eques R. cuius filius poſtea P. Syllam accuſauit. XI. L. Vargunteius, ſenator. XII. Q. Annius, ſenator. XIII M. Fuluius Nobilior. XIV. Q Curius, homo quæſtorius, aleator notiſſimus, in quem eſt ille verſiculus, Et talis Curius pereruditus. Aſconius. apud Appianum corrupte legitur, Κόϊντος Σπούριος, pro, Κόϊντος Κούριος. Hic rem detexit Fuluiæ: Fuluia Ciceroni. Salluſtius. Quapropter ipſi Curio conſtituta erant indicij præmia: ſed Cæſar, ne ei darentur, effecit. Suetonius. Quod autem Salluſtius numerat eum inter illos, qui erãt ordinis ſenatorij: alij, vt Appianus, narrant, eum, ob vitæ turpitudinem, à cenſorib. ſenatu motum fuiſſe. XV. M. Claudius Marcellus. XVI. C. Cornelius Cethegus, quẽ Appianus prætorẽ fuiſſe dicit, ſed falſo, vt puto. XVII. C. Caſſius Longinus, ſenator. XVIII. M. ſiue, vt Salluſtius eũ vocat, Q. Cæparius Tarracinenſis. XIX. A. Fuluius ſenator. hic vel à patre ſuo, vel certe ipſius iuſſu, interfectus eſt. Salluſtius, Dio, Valerius. XX. T. Vulturcius Crotonienſis huic, & legatis Allobrogum data ſunt indicij præmia Salluſtius. XXI Q. Manlius Chilo. XXII. P. Vmbrenus, homo libertinus XXIII. Tongillus, ſiue, vt eſt in veteribus libris, Tongilius. XXIV. Publicius. XXV. Munatius. XXVI. P. Gabinius Capito. XXVII. L. Statilius. XXVIII. P. Furius. XXIX. P. Sitius Nuce-

C D E

A Nucerinus. XXX. C. Flaminius. XXXI. Septimius Camers. XXXII. Marcium quendam Plutarchus nominat. XXXIII. L. Vectius, qui multos indicauit, & impune habuit. Dio. XXXIIII. C. Iulius, qui à Catilina in Apuliam miſſus eſt Salluſtius. XXXV. Sempronia, ſcelerata mulier, D. Bruti vxor. XXXVI. M. Aulanius, tribunus militum C. Antonij. Cicero pro Sextio XXXVII. C. Antonius, conſul ſuſpectus fuit. XXXVIII. M. Licinius Craſſus ſuſpectus fuit. XXXIX. C. Iulius Cæſar ſuſpectus fuit. Suetonius, Plutarchus, Appianus. XL. Cn. Calpurnius Piſo prioris tãtum coniurationis particeps fuit. nam antequam iniretur poſterior, ipſe interfectus fuerat in Hiſpa-
B nia. Salluſtius, Aſconius, Suetonius.

Senatus hoc intelligit) Omnes veteres libri, Senatus hæc intelligit. atq; ita emendandum eſt. Illud autem maiori animaduerſione dignum, eſſe hic integrum ſenarium iambicum,

Senatus hæc intelligit: conſul videt:

& quidem aliquanto meliorem eo, quem ex oratione in Piſonem annotauit Fabius:

Pro di immortales, hic quis illuxit dies?

At iambicos quidem vel ſexcentos è Ciceronis ſcriptis poſſit aliquis minimo negocio colligere. neq; fortaſſe mirandum. magnam enim
C partem, vt ipſe ait, ex iambis noſtra conſtat oratio. ὁ δ' ἴαμβος, ait Demetrius, τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος, πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν, οὐκ εἰδότες. Ariſtoteles autem lib. 3. de arte dicendi, ὁ ἴαμβος, inquit, αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. idem etiam confirmat ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. ideoq; Flaccus vocat iambum Alternis aptum ſermonibus. Quid quod heroicos quoq; non paucos in Cicerone, alijſq; antiquis ſcriptoribus reperias? atq; adeo haud ab re fuerit, ali-
D quot indicare, ne cui forte hoc audentius, quam verius, protuliſſe videamur. Orationis pro Archia principium eſt: Si quid eſt in me ingenij iudices, quod ſentio quam ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi,

In qua me non inficior mediocriter eſſe

Verſuum nonne videtur poetam poetice velle defendere? at hic quidem, quod in media periodo eſt, minus fortaſſe ſentiatur. quid hic ex oratione ad Quirites poſt reditum? Denique omnes, qui veſtris maximis beneficijs, honoribuſq; ſunt ornati, producti ad vos ab eodem, non ſolum ad me conſeruandum vos cohortati ſunt, ſed
E etiam rerum mearum geſtarum.

Auctores, teſtes, laudatoreſq; fuerunt.

& pro Plancio: Victoriæ noſtræ graues aduerſarios paratos:

Interitus nullos vltores eſſe videbam.

& lib. 1. Academicarum quæſtionum: quæ

Cum ſunt dicta, in conſpectu conſedimus omnes.

& 4. Tuſculanarum: Illud animorum, corporumq; diſſimile eſt, quod animi valentes

Morbo tentari non poſſunt: corpora poſſunt.

& 5. Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur:

Itaque voluptates ſingillatim extenuantur.

Sed

Sed nihil admirabilius, quam integrum diſtichon, quod lib. de A
Oratore annotaui. Ita enim loquitur Craſſus:

Ac mihi quidem veteres illi maius quiddam animo
Complexi, plus multo etiam vidiſſe videntur,
Quam quantum noſtrorum ingeniorum acies

intueri poteſt, &c. ponam etiam aliquot exempla ex aliјs ſcriptoribus: ne quis eos hac in parte Cicerone fuiſſe diligentiores putet. Salluſtius.

Alij autem equites illos,
Cnaej Pompej veteres, fidoſque clientes,
voluntate eius Piſonem aggreſſos Liuius lib. 7.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pugnatum haud procul
Porta Collina eſt, totius viribus vrbis.

Idem eodem libro: Ipſe vbi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit
Sedulo, vt aduerſus montes conſiſteret hoſtis.

at hoc quidem rarum in Liuio non eſt. Quid plura? M. Cato, cum oratione ſimpliciſſima de agris iudicium faceret, heroicum effugere non potuit. eius verba ſunt; Vinea eſt prima, ſi vino multo ſiet. ſecundo loco hortus irrigus: tertio ſalictum: quarto oleatum: quinto C
pratum: ſexto campus frumentarius: ſeptimo ſilua cædua:
Octauo arbuſtum: nono glandaria ſilua.

Vereor, ne paulo quam pro re, longior fuerim. ſed tamen, quod omnes artis rhethoricæ magiſtri tantopere clamant, vitioſiſſimum eſſe, verſum in oratione ſoluta facere, ſemel mihi faciendum putaui, vt prolatis exemplis oſtenderem, ne ipſos quidem qui hoc præcipiunt, perpetuo id præſtare potuiſſe.

Hic tamen viuit) Proponit hæc tanquam repugnantia: ſenatui, & conſulibus aperta eſſe nefaria Catilinæ conſilia, & ipſum tamen viuere. Siquidem oportebat, eum à ſenatu hoſtem iudicari, deinde à D
conſule comprehendi: tum more maiorum de eo ſupplicium ſumi. at orator, omiſſis ijs, quæ in medio erant, μάλα ἐνθυμηματικῶς à primo ad vltimum tranſilijt.

Viuit?) Reprehendit ſeipſum, quod non ſatis dixerit; qui viuere modo eum dixerit. itaque addit alia grauiora.

In ſenatum venit.) Erat enim prætorius.

Fit publici conſilij particeps) Quid autem vel indignius, vel exitioſius, quam conſilia quæ capiuntur ad conſeruandam rempub. cum ijs ipſis, qui de ea opprimenda cogitant, communicari?

Notat, & deſignat oculis) Videt hic multos improbos, & ſibi conſi- E
liorum ſocietate coniunctos. videt multis partibus plures bonos, ac fortes ciues, & amantes reip.: diſtinguit igitur alios ab alijs obtutu: & noſtrum, qui remp. ſaluam cupimus, vnumquemque oculis deſignat ad cædem: non ſecus atque ij, qui ſacrificare cogitant, deſignare oculis ſolent e toto grege pecudes ad ſacrificia deſtinatas.

Nos autem viri fortes.) εἰρωνεία. non enim in cautione, ſed in animi magnitudine, ac præſentia poſita eſt fortitudo.

Ad mortem te.) Proponit id, quod probare vult; oportuiſſe videlicet, iampridem, conſulis iuſſu, interfectum eſſe Catilinam. tum explicat exempla, quibus id efficitur. poſtremo ad propoſitum ſe

A refert, atque concludit: idque ijs verbis: Quo ex S.C. confeſtim interfectum eſſe te Catilina conuenit.

Duci.) Hoc verbo proprie vtebantur in condemnatis, in addictis, in ijs, quibus à magiſtratu manus iniecta eſſet. Terentius: Ducent damnatum domum. Cicero in Rullum: Ego is conſul, qui concionem metuam? qui trib. pl. perhorreſcam? ſæpe & ſine cauſa tumultuer? qui timeam, ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi trib. pl. duci iuſſiſſet? Et in XII. tabulis: Aſt qui ei endo iureim addicit, ſecum ducito. & notum eſt verbum illud vſitatum in auctionibus, Ducatis licet. Sic libro ſecundo accuſationis: Si petit, ducas. non enim

B approbo ſententiam Hotomani, qui exponit hoc de in ius ducendo. nam id exagitat in Verre Cicero, quod cum debitores, qui ſoluendo non erant, à creditoribus domum duci ſolerent: Verris iuſſu interdum petitores à debitoribus ducerentur quin & genus illud loquendi, quo vxorem domum ducere aliquis dicitur, à coemptione ortum puto.

Iuſſu conſulis.) Sed poteratne conſul imperare, vt quiſquam ad mortem duceretur? poterat, vbi ei S.C. commiſſa erat Reſp.

Iampridem.) Statim vt S.C. illud factum eſt.

Machinaris.) Nulla hic, quod quidam aiunt, eſt metaphora ab Ar-

C chitectis. imo vero hæc ipſa eſt propria ſignificatio verbi μηχανᾶσθαι.

An vero vir ampliſſimus.) Argumentum à minore: in quo, vt erudite annotat Fabius, non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus comparantur. Nam Catilina Graccho, ſtatus Reip. orbi terrarum, mediocris labefactatio cædi, & incendijs, & vaſtationi, priuatus conſulibus comparatur. Hiſtoriam autem diffuſe narrant Velleius, Plutarchus, Appianus.

P. Scipio.) P. Cornelius Scipio Naſica Serapio, eius, qui optimus vir à ſenatu iudicatus erat, nepos, eius, qui cenſor porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn Scipionis, celeberrimi viri,

D P. Africani patrui, ipſius autem Tiberij conſobrinus. Paterculus:

Pontifex Maximus.) Primus omnium, virtutis cauſa, abſens Pontifex M factus.

Priuatus.) Video, interpretes conturbari, quod idem & pontifex M. & priuatus eſſe dicatur, in eo autem nulla repugnantia eſt. pontificatus enim magiſtratus non eſt. quare nihil prohibet eundem & pontificem maximum eſſe, & priuatum. niſi forte quis putet, omnes honores, qui à populo mandantur, eſſe magiſtratus quod longe abeſt à vero. nam pontificatum, magiſtratum non eſſe, vel hinc licet intelligas, quod, niſi morte, non finiebatur: at magiſtratus nullus e-

E rat huiuſmodi. nam in Sylla, & Cæſare, dictatoribus perpetuis, alia quædam ratio eſt. Item duos magiſtratus ſimul gerere poterat nemo. at nihil vetabat, qui pontifex maximus eſſet, eum vel prætorem, vel conſulem fieri, vel alium eiuſmodi honorem capere. Ramus aliter explicare conatus eſt. ita enim ſcribit; Priuatum eſſe, & cum imperio eſſe, contraria ſunt: at ſacerdotes tum imperium nõ habuere. Primum, qud ait, ſacerdotes tum non habuiſſe imperium; cur illud, tum, addiderit, neſcio. nunquam enim ſacerdotes imperium habuerunt. niſi forte reſpexit ad religionis noſtræ pontifices: quod non puto. Deinde quod illa, tãquam contraria, opponit, priuatum eſſe, & cum imperio eſſe; mea quidem ſententia, fallitur. valdeq; miror, etiã

Fi.

Fr. Hotomanum, Iuriſconſultum, in explicatione prioris actionis in A
Verrem idem tradidiſſe. Ego vero multos reperio, & qui priuati eſſent tamen cum imperio: & qui imperium non haberent, neq; tamen eſſent priuati. Cn. Pompeius, quo tempore contra Sertorium miſſus eſt, priuatus erat: vt Cicero aperte teſtatur vndecima Philippica, & tamen cum imperio conſulari. at contra cenſores priuati, opinor, non erant; qui tamen imperium non habebant ne tribuni plebis quidem. itaq; non pro imperio ſummouebant populum, ſed blande, hoc modo: Si vobis videtur, decedite Quirites. Verius igitur erat illud, priuatos eſſe, quicunque magiſtratum non gerunt.

Nam illa.) Figuram hanc præteritionem vocant. hiſtoria ex Liuio B
petenda eſt.

Q. Seruilius.) C. Seruilius, è Liuio, & vetuſtis libris:

Nouis rebus ſtudentem.) Quod Græci vno verbo dicunt, νεωτερίζοντα.

Manu ſua.) ἐμφατικῶς. vt, Vocemque his auribus hauſi.

Occidit.) Vetus liber, interfecit.

Fuit fuit.) ἀναδίπλωσις. vt, Occidi, occidi, iudices. &, Nos, nos, dico aperte. & Demoſthenes, οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε ἄνδρες C
ἀθηναῖοι.

Habemus enim S. C. in te.) Suſpicabar, particulam, enim, delendam eſſe. nunc eam video abeſſe à veteribus libris. Quæ autem eſſet huius S. C. vis, Salluſtius docet.

Decreuit quondam.) Aliud exemplum: quod pete ex ijs, quos ſupra nominaui, Velleio, Plutarcho, Appiano. etiam ex Cicerone VIII. Philippica.

Quondam.) Vndecim annis poſt interfectum Ti. Gracchum.

L. Opimius.) à quo vina Opimiana dicta ſunt. Plinius. Velleius. D
erat autem priuatim inimicus C. Graccho: vnde factum illius minor ſecuta eſt auctoritas. ipſius autem S. C. quo de hic agitur, verba in VIII. aduerſus Antonium ſcripta ſunt. Quod L. Opimius conſul verba fecit de Repub. D. E. R. I. C. vt L. Opimius conſul Remp. defenderet.

Seditionum ſuſpiciones.) Artificioſa extenuatio. non enim erant ſuſpiciones: ſed plane ſeditiones, & quidem turbulentiſſimæ. Sic ſupra de Tiberio. ſtatum Reipubl. mediocriter labefactare cupientem.

M. Fuluius.) M. Fuluius Flaccus, quem C. Gracchus in locum E
Tiberij fratris III. virum nominauerat. ſociumq; regalis potentiæ aſſumpſerat.

Cum liberis.) Quorum alter dimicans cecidit, alter in carcere interfectus eſt.

Simili S. C. C. Mario.) Hiſtoriam narrant Cicero pro Rabirio perduellionis reo, & octaua in Antonium, Liuius lib. 69. Velleius poſteriori volumine, Plutarchus in Mario, Appianus lib. 1. Alij.

L. Saturninum trib. pl. & C. Seruilium mors à Reipub. pœna remorata eſt?) Locus hic ſine dubio corruptus eſt. ideoque, vt fit, aliter ab alijs citatur, Budæus in Pandectas legit, Mors, ac Reip. pœna remo-

 rata eſt

A rata eſt? in quodam libro vetere ſcriptum eſt, Morſta Reipub quæ me ſcriptura in eam opinionem adduxerat, vt putatem legendum, monſtra Reip ac fortaſſis ne nunc quidem eam coniecturam reiicerem, niſi alia ſe poſtea, quæ mihi viſa eſt firmior, obtuliſſet. De tribus antiquis libris, qui olim Dominici Grimani Cardinalis fuere, nunc in hac ciuitate, vna cum multis aliis optimis & pulcherrimis libris, à collegio ſodalium diui Antonij, honeſtiſſimorum, atq; omni humanitate præditorum hominum, ad publicam vtilitatem expoſiti, ſtudioſe aſſeruantur: de tribus igitur illis in eo, qui optimus eſt, locus hic ita legitur: Num vnum diem poſtea L. Saturninum trib. pl. & C. B Seruilium præt. Reip. pœna temorata eſt? quod ego vt vidi, qui Seruilium illis temporibus prætorem fuiſſe meminiſſem, videremq; etiam, ad nomen Saturnini additum eſſe nomen magiſtratus, in quo ille tum fuiſſet; dubium non habui, quin illud, prætorem, omnino recipiendum foret. Recordabar loci ex octaua Philippica, qui me magis etiam in ſententia confirmabat. ita enim ibi ſcribitur: C Mario L Valerio Conſulibus ſenatus Remp def ndendam dedit. L. Saturninus trib pl. Glaucia prætor eſt occiſus. Quoniam autem ſcio, ſæpe commiſſum eſſe à librariis veteribus, vt has notas R.P. & P.R. quarum altera Rempublicam, altera populum Romanum C indicabant, inter ſe confunderent, earumq; alteram pro altera ponerent: plane ſtatui, totum hunc locum ita legi debere: Num vnum diem poſtea L. Saturninum trib pl & C Seruilium, prætorem populi Romani, pœna remorata eſt? Vocem, mors, additam puto ab aliquo, qui declarare vellet, quod pœnæ genus illos conſecutum fuiſſet. Vt autem prætor Reip nunquam, ita prætor populi Romani ſæpe à Cicerone dicitur: vt in illo nobili loco e quinto Accuſationis: Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaq; talari muliercula nixus, in littore. Hac tamen de mea opinione eruditorum, & ingenioſorum hominum iudicium facio. nam non iniu- D ria forte ſuſpicetur aliquis, ſimpliciter legendum, C Seruilium prætorem: vt ſine cauſa literas P.R. à librariis geminatas fuiſſe opinentur hoc modo, P.R. P.R. Ille quoq; locus à Rabitiana: Omnes tribunos pl. præter Saturninum, præter Glauciam: ita emendandus videtur: Omnes tribunos pl. præter Saturninum, prætor præter Glauciam: vt iampridem admonuit, qui nuper, magno ſtudioſorum mœrore, Bononiæ exceſſit è vita, vir optimus, & de literis optime meritus, Sebaſtianus Corradus.

At nos.) Idem ille, quem dixi, perbonus liber, At vero nos. quod plenius, & ſonantius videtur.

E *Viceſimum iam diem.*) Rotundare numerum voluit erat enim hic tantum duodeuiceſimus dies poſt factum S C. vt notat Aſconius. Sic in Piſonem pro triginta ſex annis, quadraginta dixit ſic centumuiri dicebantur, cum eſſent centum & quinque ſic Euripides & Virgilius Græcos mille nauibus ad oppugnandam Troiam veniſſe dicunt, quas Homerus CIↃ C. LXXXVI. Dio CIↃ. CC. ſcholiaſtes Euripidis, mille centum & ſeptuagi ita fuiſſe affirmat

Hebeſcere aciem) Quaſi de gladio dixit. eſt autem metaphora.

Huiuſmodi.) Veteres libri, Eiuſmodi.

Veruntamen incluſum) Iidem, verum incluſum. vtrumque melius.

Tanquam

Tanquam gladium in vagina reconditum.) Hæc iam non metaphora A
eſt, ſed εἰκασία. In veteribus libris non eſt vox, gladium: neque du-
bium eſt, quin ab aliquo inepto inculcata fuerit. itaque deleatur.

Confeſtim.) Iidem libri, ſtatim. at hoc parui refert.

Interfectum eſſe te Catilina conuenit) Vereor, ne aliquid in his verbis
inſit vitij. primum, quod, ſeu verbum, conuenit, media correpta le-
gas, non conuenient tempora quod etiam Siluius vidit: ſeu pro-
ducta, vt ipſe vult, quæram, ecquis vnquam, qui aliquem modo lati-
næ linguæ ſenſum haberet, ita locutus fuerit, vt diceret, conuenit
ſtatim id feciſſe, pro eo quod eſt, ſtatim id feciſſe oportuit. Ego vero, B
ἀπρέπειαν εἰπεῖν, vtrouis modo, nedum indignum Cicerone, ſed et-
iam plane barbarum eſſe loquendi genus cenſeo. vt ſi quis dicat,
Multum laborem capere conuenit eos, qui de gloria comparanda
cogitant: quiduis eum facere potius, quam latine loqui putẽ. meus
quidem hic ſenſus eſt. ſi qui aliter opinabuntur, ij ſi, prolatis exem-
plis, erroris me coarguerint; non committam, vt etiam pertinaciæ
coarguere poſſint. Eſt omnino quidam locus apud Terentium in
heautōtimorumeno. qui fallere homines minus perſpicaces queat.
Ibi enim ſenex ille ſeipſum puniens ita loquitur: Non conuenit, qui
illum ad laborem impulerim. Nunc me ipſum fugere. Sed ibi alia ra- C
tio eſt. comparantur enim duo ibi inter ſe, hæc, impuliſſe filium ad
laborem, & ipſum laborem fugere: quorum alterum alteri conueni-
re, atq; conſentaneum negat. Moueor etiam, quod in vno libro vete-
re, pro, conuenit, ſcriptum video, cum venit. qua de ſcriptura quam
coniecturam fecerim, dicam: non quod ea mihi plane probetur: ſed
vt alius quiſpiam, ea reprehenſa, meliorem aliquam proferat. venit
igitur mihi in mentem cogitare, ſi forte ita legendum ſit: Quod qui-
dem ſenatuſconſultum confeſtim interfectum te eſſe Catilina cum
velit; viuis: & viuis, non ad deponendam, ſed ad confirmandam
audaciam. D

Viuis: & viuis, non ad deponendam.) Et repetitione verbi, viuis, quaſi
amentata validius contorquetur oratio: & illud quoque ad vehe-
mentiam aptiſſimum, quod ſtatim verbum par pari contrarium
contrario reddidit.

Cupio P.C.) Nunc demum ad patres orationem conuertit, ideoq;
multo leniore, ac remiſſiore dicendi genere vtitur.

Cupio P.C. me eſſe clementem.) Hoc dicit ad deprecandam, amolien-
damque à ſe opinionem crudelitatis, ad quam ſuperior oratio ver-
gere videbatur.

Cupio P.C. me eſſe clementem.) Cupio, inquit, eam moderationem E
tenere, vt neque crudelitatis famam ſubeam, (quod fieret, ſi ſtatim
ad extrema remedia decurrerem) neque rurſus in tanto, ac tam a-
troci Reipub periculo diſſolutus, ac negligens habear. ſed plane,
dum, crudelitatis opinionem refugiens, diem ex die duco, neq; me
ſatis pro rei magnitudine ſeuere gero, fit, vt ipſi mihi mea hæc non
iam clementia, ſed inertia prorſus, ac nequitia. videatur.

Inertia; nequitiaq.) Hæc duo coniunxit etiam inferius. Non eſt
vehementius ſeueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiæ, ac
nequitiæ, pertimeſcenda Inertia autem hic nō ſtultitiam ſignificat,
vt quidam exponit, ſed diſſolutionem ac remiſſionem animi

 ἀδρα-

A *ἀδρανίαν ἤτοι ῥαθυμίαν.* Iners enim eſt, qui nihil agit, qui non mouetur. Ouidius: Nec quicquam, niſi pondus iners. itaq; in ſequenti oratione, inertiſſimos homines fortiſſimis vitis oppoſuit. Atq; idem propemodum, hoc quidem loco, valet nequitia. eſt enim nequam, qui nulli rei vtilis eſt: & eiuſmodi habitus nequitia. neq; vlla hic metaphora eſt à libidine, quod quidam putarunt.

In Etruria faucibus.) Fæſulis. fauces autem dicit ingreſſum: vt alibi, fauces macelli.

In ſenatu videmus.) Alij, videtis: atque ita in veteribus libris legitur.

B *Si te iam Catilina comprehendi.*) Verſus Phaleucius.

Si te iam.) Hoc dicit. Si te iam interfecero; non eſt, cur verear, ne quiſquam me ob eam rem crudelitatis accuſet. nondum tamen id faciam: ſed expectabo, dum ſcelus tuum ita omnibus cognitum, patefactumque ſit, vt ne tui quidem ſimilium, qui te defendere audeat, quiſquam reperiatur.

Credo.) Ironiæ nota.

Ne non hoc.) Veteres libri, ne hoc. ſed particula, in qua eſt negandi vis, & à Quintiliano citante hunc locum ponitur, & ad ſententiam

C neceſſaria videtur.

Factum eſſe dicant.) Dicat, ex veteribus libris, & ex Fabio.

Verum ego hoc.) Libri vet. Veruntamen ego hoc.

Certa de cauſa.) Eam cauſam copioſe explicat in oratione, quæ proxime hanc ſequitur.

Cum iam nemo.) Vitauit obſcœnitatem ſoni, de qua in Oratore præcipit interpoſita vocula, iam.

Etenim quid eſt.) προδιήγησις ad enarranda ea, quæ de Catilina competerat.

D *Si illuſtrantur, ſi erumpunt.*) Illuſtrantur, ad noctis tenebras retulit, erumpunt, ad priuatæ domus parietes.

Muta iam iſtam mentem.) Non cohortatur eum ad ſanitatem: quod ſe fruſtra facturum ſentiebat: ſed ait, nihil eſſe, quod in vrbe manens, de cæde atq; incendijs cogitet: quare aliud ei conſilium eſſe capiendum, & in Manliana caſtra exeundum.

Luce ſunt clariora.) ὑπερβολή.

Quæ etiam mecum.) Quidam veteres libri, quæ iam mecum.

Meminiſtine, me ante diem XII. Calend. Nouemb.) Ante diem XII. Cal. Nou. & XII. Cal Nou. vtraq; oratione idem dies indicatur. idemque

E in cæteris perpetuo tenendum.

Ante diem X I I. Calend. Nouemb.) Magnam nobis lucem hic locus afferet ad hanc hiſtoriam ſubtiliter intelligendam: quam profecto & Salluſtius, & cæteri mirabiliter confuderunt. Ac primum ſciendum eſt, in hunc diem primo edicta fuiſſe comitia conſularia. ſed cum pridie eius diei Cicero Catilinæ conſilia ad ſenatum detuliſſet: factum eſt S.C. ne poſtero die comitia haberentur: vt de ijs rebus in ſenatu agi poſſet. nam aliter comitiali die ſenatus haberi non poterat. poſtridie igitur, id eſt, vt ait Plutarchus, ipſo comitiorum die, Cicero frequenti ſenatu Catilinam excitauit, atque eum de ijs rebus iuſſit, ſi quid vellet, quæ ad ſe allatæ eſſent, dicere.

tum

id

tum ille dixit,duo corpora eſſe Reip vnum debile infirmo capite, alterum firmum ſine capite: huic,cum ita meritum eſſet,caput ſe viuo non defuturum. His auditis, decreuit ſenatus, vt viderent conſules, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Hæc ſumpta ſunt è Mureniana. Iam igitur cum Aſcon. dicat,diem, quo hæc habita oratio eſt,à commiſſa conſulibus Rep.duodeuiceſimum fuiſſe:profectò ſi quis rationem dierum ineat,videbit, eam vt nos diximus, habitam VI.Id.Nouemb.hac autem in parte aliorum errata perſequi piget. A

Fore in armis.) Collecto in Etruria exercitu.

Dixi ego idem.) Aliquot,vt opinor,diebus interiectis.

In ante diem V. Cal.Nou.) In quem diem, vt coniicio, dilata fuerant comitia. B

Cum multi Principes ciuitatis.) Vnum ex iis fuiſſe ſuſpicor M.Craſſum,eum enim Catilina, miſſis literis admonuerat, vt ex vrbe diſcederet: magnam enim cædem fore quas literas,vna cum aliis eodem argumento ad alios ſcriptis, Craſſus M.Marcello,& Scipione Metello comitatus, intempeſta iam nocte ad Ciceronem attulit: vt & illum admoneret inſtãtis periculi,& ſe ſuſpicione exolueret, in quam propter Catilinæ familiaritatem venerat. Eas omnes Cicero poſtridie in ſenatu recitauit. Auctor Plutarchus qui in eo fallitur, quod tum demum mandatam conſulibus Remp.putat. C

Non tam ſui conſeruandi.) Non tam propter ſuam , quam propter Reip.ſalutem.

Quid cum te Præneſte) Hac de re nihil, quod quidem meminerim, ab hiſtoricis proditum eſt.

Nihil agis , nihil moliris , nihil cogitas) Quaſi per gradus hæc ad id, quod ſummum eſt, progreditur oratio. magnum eſt enim, quicquid agat Catilina,ſcire Ciceronem: maius,quicquid moliatur:longe maximum vero,quicquid cogitet.

Quod ego non modo audiam, ſed etiam videam.) Pro eo quod eſt : Nihil agis,non modo quod ego non audiam,ſed quod non etiam videam. ſic pro Cœlio : Hæc genera virtutum non ſolum in moribus noſtris, ſed vix iam in libris reperiuntur & pro Roſcio Amerino:Qui tantum facinus commiſerunt, non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. D

Noctem illam ſuperiorem) Non ita, vt opinor, locutus eſſet, ſi proximam noctem indicare voluiſſet.

Dico te priori nocte) Annota genus loquendi vſitatum iis,qui ad ſenatum aliquid deferrent. Sic & in oratione in toga candida : Dico P.C. ſuperiore nocte cuiuſdam hominis nobilis , & valde in hoc largitionis quæſtu noti & cogniti domum Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conueniſſe. E

Inter falcarios.) Alij quomodo exponant, obſcurum non eſt.ego vicum fuiſſe vrbis puto , qui hoc nomine diceretur: in quo M.Leccæ domus ſita eſſet. huic autem loco germaniſſimus eſt alius in oratione pro Sylla. obſeruandus interim ordo Ciceronis : qui primo rem, vt eſt,proponit: deinde confirmat, ex Catilinæ ſilentio: tum demum ad amplificationem progreditur artificioſe. amplificatio enim , niſi explicata,& confirmata re,locum habere non poteſt.

Si negas.) Veteres libri, Si negabis. & paulo poſt, qui tecum vna fuerunt.

A *Quam remp.*) In libris veteribus, conturbatio ordine: In qua vrbe viuimus? quam remp. habemus?

Qui de meo.) Iidem libri, qui de noſtrum omnium interitu.

Vrbis atq; adeo orbis) παρήγησις.

Fuiſti igitur) Hæc omnia ſubtilius cognoſci poſſunt è Salluſtio, & ex oratione pro Sylla.

Reperti ſunt duo equites R.) Magna in his duobus nominandis ſcriptorum diſſenſio. Salluſtius C. Cornelium, equitem R. & L. Varguntelum ſenatorem nominat: in quo diſſentit à Cicerone, qui vtrunq; B equitem fuiſſe ait. nam de C. quidem Cornelio omnis dubitatio tollitur ex oratione pro Sylla. Dio duos dicit: ſed neutrum nomine appellat. Plutarchus Marcium, & Cethegum vocat: de quorum priore nihil alibi reperio: ſed Plutarchum falli conſtat: cum aperte Cicero C. Cornelium vnum ex iis fuiſſe affirmet. quanquam enim Cethego quoq; idem & prænomen, & nomen fuit: tamen hunc C. Cornelium, de quo hic agitur, facile probari poteſt, non eſſe C. Cornelium Cethegum. Quid ita? quod Cethegus quidem in carcere ſtrangulatus eſt. At hic adhuc viuebat, quo tempore Cicero P. Syllam ipſius filio accuſante, defendit. Omnium autem fœdiſſime labitur Appianus: tribus enim manifeſtis erroribus, in hac re tradenda, ſeipſum C inuoluit. primum in tempore: ait enim hoc conſilium initum eſſe, cum iam Catilina ex vrbe diſceſſiſſet. deinde in his duobus nominandis: ait enim fuiſſe P. Lentulum, & Cethegum. non dixiſſet autem Cicero duos equites, ſi ex iis vnus P. Lentulus prætor fuiſſet. illud vero palmarium. quod Cethegum quoq; prætorem fuiſſe tradit, vt, ſi hunc ſequare, neuter eorum eques R. fuerit: nedum vterq;, vt Cicero dicit. non fuiſſe autem Cethegum prætorem, ex eo intelligitur, quod quæ religio ſeruata eſt in Lentulo, vt magiſtratu cogeretur abdicare ſe, antequam ei ceruices frangerentur, eandem profecto ſenatus in Cethego retinuiſſet. quod vbi lectum, aut cui vnquam vel D fando auditum eſt? ac vereor interdum, ne mea in eiuſmodi ſcriptoribus reprehendendis ab aliquo culpetur audacia. Quod ſi id obtrectandi ſtudio facerem, egometipſe me temeritatis impudentiæq; damnarem nunc cum inueſtigandæ, atq; eruendæ veritatis deſiderio incenſus faciam, pro qua ſummus philoſophorum, non alienæ tantum, ſed ſua etiam cuiq;, ſi res ferat, euertenda eſſe placita pronunciauit: neminem puto æquum rerum æſtimatorem fore, qui mihi non id laudi potius, quam vitio aſcribat. etenim ſiue eos merito accuſo: quis me propterea vituperandum duxerit? ſiue iniuria: prodeat E aliquis, qui eadem opera & culpa illos, & errore me liberet nam quemadmodum ait Æſchines, priuatorum inimicitiis multa in rep. corrigi: ita in litteris quoq; plurima, literatorum hominum, non inimicitiis quidem, ſed modeſtis, & ab omni contumelia remotis diſſenſionibus corriguntur.

Vixdum etiam cœtu veſtro dimiſſo) Fuluia enim media nocte ipſa met ad Ciceronem profecta, hoc ei indicauit. Plutarchus Salluſtius.

Excluſi eos) Illi autem excluſi ita clamarunt pro foribus, vt rem prope proderent. Plutarchus.

Quæ cum ita ſint.) Argumentationis ſumma eſt. Si omnia tua conſilia nota ſunt, exire debes. Sunt autem nota. tibi igitur eſt exeundum.

dum. annota autem, vt hæc tota pars tum breuibus membris, tum A
inciſis, tum etiam iis, quæ inciſis breuiora ſunt, contineatur: quod
dicendi genus ad imperandum, & ad perterrefaciendum aptum eſ-
ſe, tradit Demetrius.

Magna diis immortalibus.) Hoc & ad pietatis ſignificationem inii-
cit, & ad quandam orationis dignitatem.

Atq; huic ipſi Ioui.) Non quod hic ipſe Iupiter non ſit in numero
deorum immortalium: ſed eum à cæteris, honoris cauſa, ſeparat. Sic
apud Ariſtophanem, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. & apud Homerum, τρῶάς τε καὶ
ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε. & apud Virgilium, Relliquias Danaum, atque
immitis Achilli B

Statori.) Huius appellationis cauſam è Liuio & Plutarcho petes.

Non eſt ſæpius in vno homine.) Non Ciceronem, ſed Catilinam ſigni-
ficari puto.

Salus ſumma.) Harum dictionum vtramlibet ſuſtuleris, orationem,
meo quidem animo, elegantiorem effeceris. ſunt tamen ambæ in ve-
teribus libris.

Quamdiu mihi) Diſſimilia pericula diſſimile præſidium requirunt.
quamdiu me priuatim petiſti, inſidias tuas à meo capite priuato præ-
ſidio depuli. nunc aperte vniuerſam remp. petis. quare alia ratione C
coercendus es

Conſuli deſignato.) Cal. enim Ian. interficere me meditabare.

Proximis comitiis) Habitis à me: quibus deſignati ſunt Silanus, &
Murena.

Et competitores tuos.) Quod, te reiecto, incubuiſſe ad eos populi vo-
luntatem videbas.

Interficere.) Lib. vet occidere.

Amicorum præſidio) Deſcendi, inquit, in campum cum firmiſſimo
præſidio fortiſſimorum virorum, & cum illa lata, inſigniq; lorica,
non quæ me tegeret: (etenim ſciebam Catilinam non latus aut ven-
trem, ſed caput, & collu ſolere petere) verum vt omnes boni animad- D
uerterent, &, cum in metu & periculo conſulem viderent, id quod eſt
factum, ad opem, præſidiumq; meum concurrerent. Idem narrant
Dio & Plutarchus.

Petiſti.) Verbum gladiatorium vnde illud. Non te peto piſcē peto.

Remp. vniuerſam petis.) Duæ ſunt amplificandi rationes contrariæ.
vna, cum poſita re quapiam tota, partes illius enumerando perſequi-
mur: vt hic, cum remp. dixiſſet addidit templa deorū immortalium,
tecta vrbis, & cætera: cui ſimillimus locus eſt principio orationis ter-
tiæ: altera, cum à partibus ad totum progredimur: vt in Piſonem: O-
culi, ſupercilia, frons, vultus deniq; totus. E

Quare quoniam id.) Locus hic in libris manuſcriptis, paulo aliter
quam in impreſſis legitur. nēpe hoc modo: Quare, quoniam id quod
eſt primum, quod huius imperij, diſciplinęq; maiorum proprium eſt,
facere nondum audeo. vtra lectio melior ſit, alij iudicent.

Id quod eſt primum) Vt te interfici iubeam. eſt enim hoc primum, id
eſt, potiſſimum & præſentiſſimum remedium.

Exhaurietur) Metaphora à naui. eſt autem exhauriendi verbum
valde proprium in ſentina; vt è ſecunda agraria conſtat.

Exhaurietur ex vrbe tuorum comitum.) Veteres libri hoc amplius: Ex-

A haurietur ex vrbe, tuo diſceſſu, tuorum comitum,&c. quæ verba cur repudianda ſint,non video.

Conſul hoſtem.) Vbi res tantum narranda eſt, propria nomina aptiora ſunt: vt, Diſcedit à Melino Cluentia. at, vbi permouendi animi, tunc accommodatiora ſunt ea,quæ apponuntur ad nomen:vt,Nubit genero ſocrus, quanto vehementius, quam ſi diceretur,Nubit MelinoSaſſia:&,Exire ex vrbe conſul hoſtem iubet,quanto fortius,quam ſi diceretur,Exire ex vrbe Cicero Catilinam iubet?

Non iubeo.) Ne poterat quidem. nulla enim lex erat apud veteres Romanos, quæ vllum maleficium exilio multaret, ſed in exilium B ibant,qui legis multam ſufferre in ciuitate nolebant.Cicero pro Cæcina.

Quid eſt enim Catilina.) Quaſi depoſita conſulis perſona, ſuaſoris perſonam ſuſcipit: vt (quod poſtea dicet) videatur,non odio,ſed miſericordia Catilinæ commoueri. ſuadet igitur, vt ex vrbe exeat: quod vita ei ſuauis eſſe non poſſit,vbi oderit omnes, odio ſit omnibus,vbi infamia flagret, vbi ære alieno ſit obrutus, vbi nefaria ipſius de diſperditione reip. conſilia omnibus nota ſint. at hæc ſimulata ſuaſio longe amariſſimam Catilinæ inſectationem continet.

Qui non oderit) Eſt enim,vt dicitur,parens odij metus.

C *Quæ nota.*) Patet,metaphoram eſſe ab iis notis,quæ pecudibus,aut mancipiis inuruntur.in veteribus tamen libris legitur,Quæ nota domeſticæ turpitudinis in iſta vita tua non ineſt?

Ab oculis.) Illi enim ad libidinem duces ſunt: vt alibi diximus. Catilinæ autem flagitia ita nota ſunt omnibus, vt explicanda non ſint.

Ad libidinem facem prætuliſti.) Facem quidam exponit ſcorta.inepte. facem enim proprie dicit: quod noctu ire ad amicas ſolerent. vnde eſt diuinum illud epigramma Valerij Æditui ad puerum, qui eunti ad amicam,præferebat facem.

D *Quid faculam præfers Phileros,qua nil opus nobis?*
Ibimus hac lucet pectore flamma ſatis.
Iſtam nam potis eſt vis ſæua extinguere venti,
Aut imber cælo candidus præcipitans:
At contra hunc ignem Veneris,ſi non Venus ipſa,
Nulla eſt,quæ poſſit vis alia opprimere.

Valerius de ſeruo Antonij: Quod ab eo,cum ad ſtuprum iret, laternam prælatam contenderent.

Domum vacuam feciſſes.) Suſpicioſe ſignificat, eam ab ipſo necatam.

E *Alio incredibili ſcelere.*) Vel quod filium occiderit; vt eſt apud Salluſtium: vel quod filiam ſuam, ex adulterio ſuſceptã, in matrimonium duxerit: quod ei obiicit Cicero in oratione, quam habuit in toga cãdida. Plutarchus eum,præter parricidium fratris,ait,filiæ ſuæ virgini vitium obtuliſſe.

Proximis Idibus.) Cur tandem Idibus? Intelligendum eſt, quo tempore facta hæc coniuratio eſt, magnum in vrbe æs alienum fuiſſe. cum igitur Catilina tabulas nouas polliceretur, multi hac ſpe ducti ad coniurationem ſeſe adiungebant. huic malo Cicero ſingulari quadam prouidentia occurrit. propoſuit enim tabulas auctionarias: id eſt, quibus eorum qui ære alieno obruti erant, bona venalia pro-

be-

ſcriberentur; vt,ſi diſſoluere ipſi,quæ debebant, nollent, ex auctione conficeretur,vnde creditoribus fieret ſatiſ. ita fraudandi ſpe ſublata, A ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt. has tabulas ſignificat ſe propoſiturum Idib.Nouemb. ideoq; tunc ſenſurum Catilinam, ſibi fortunarum ſuarum ruinam imminere. tantum enim æris alieni contraxerat,vt eum fortunis omnibus exui neceſſe eſſet.

Difficultatem.) ἀπορίαν, ἀμηχανίαν.

Poteſtne tibi huius vita hac lux.) Multo melius in antiquis libris: quorum alij habent, Poteſtne tibi huius vitæ lux: alij, Poteſtne tibi hæc lux Catilina,aut huius cœli,&c.

Pridie Kal.Ian.) M Aimilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coſs. cum B P.Autronius, & P.Cornelius Sylla Coſs. deſignati, ambitus pœnas dediſſent; inq; illorum locum L. Aurelius Cotta, L.Manilius Torquatus ſuffecti eſſent: Catilina, qui, repetundarum reus à P.Clodio Pulchro factus, conſulatum petere prohibitus eſſet,indignatione,& odio in remp.accenſus, cum Autronio & Sylla, (certe quidem cum Autronio) aliiſq; nobilibus viris, conſilium iniit interficiendi ad Cal.Ian nouos conſules, reſtituendiq; conſulatus iis, qui abdicare coacti erant,occupatamq; remp. pro ſua libidine moderandi,id conſilium initum eſt circa Nonas Decemb.eius rei cauſa,pridie Cal.Ian. Catilinam Cicero ait in Comitio ſtetiſſe cum telo: tum, vt opinor, C cum abeuntes magiſtratu conſules, ad populum, è Roſtris, ex more, verba facerent. Poſtridie, cum M.Craſſus, qui & ipſe coniurauerat, mutato,vt creditur, conſilio, non affuiſſet: ideoq; C.Iulius Cæſar, ipſe quoq; eius coniurationis particeps, ſignum, quod conuenerat, non dediſſet,(erat autem ſignum,vt togam de humero deiiceret)res vlterius progreſſa non eſt: ſed dilata in nonas Febr. Tum quoq; aliquod amicum P.R.numen effecit,vtCatilina,priuſquam armati conueniſſent ſignum daret. id P.R. ſaluti fuit. Hæc è Salluſtio, Aſcanio, Suetonioq; collegi.

In comitio.)Comitium.locus erat propter ſenatum,quo coire equitibus & populo R.liceba t. Aſconius. D

Fortunam Reip.) Libri veteres, Fortunam P.R. idq; verius videtur. ita enim Cicero ſæpiſſime locutus eſt. Fortunam veteres.vt puto,nihil aliud quam diuinam voluntatem vocabant. Signum autem eius rei eſt, quod Alcman eam Iuſtitiæ ſororem, Prouinentiæ autem filiam eſſe dixit. etſi hoc alio transferri poſſe video; vt dicamus, iuſtis ac prouidis hominibus omnia proſpere ſuccedere. Sed profecto non ea, quæ ratione ac conſilio prouiſa, adminiſtrataq; eſſent, ad fortunam referebant imo ea potius, quorum cauſæ ignorarentur, quæq; E quaſi diuinitus cecidiſſe viderentur. quod & ab Ariſtotele lib. 2. de principiis, tradita fortunæ definitio oſtendit. itaq; rationem poëtæ, id eſt humanam prudentiam,fortunæ opponunt Horatius: Vt nemo quam ſibi ſortem ſeu ratio dederit,ſeu ſors obiecerit. itidemq; Deo. Ouidius:At tu ſeu ratio te noſtris appulit oris,Siue deus; regni commoda carpe mei.cumq; dæmonis nomen apud veteres Græcos idem valeret,quod Dei: ita vt Plato ſupremum illum Deum, qui hanc vniuerſitatem rerum architectatus eſt, dæmona appellet: eodem iidem nomine fortunam intelligebant:vnde fortunatos eudæmonas,infortunatos cacodæmonas nominabant. Fortunam igitur, & perfectam

ſapien-

A ſapientiam, & mentem, atq; animum mundi, & fatum, & Deum cũ dicerent, nominibus modo variatis, vnam eandemq; rem indicabãt. de ſapientibus loquor. vulgarium enim, & ſtultorum ſcio longe aliam fuiſſe ſententiam. itaq; recte apud Homerum Διὸς βουλή, id eſt, Iouis conſilium, exponitur fatum, & recte hæc duo à Virgilio coniuncta ſunt,

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.

Atq; hac de re ita vir eruditiſſimus M. Varro apud Ciceronem loquens inducitur. Partes autem mundi eſſe omnia, quæ inſint in eo:
B quæ Natura ſentiente teneantur, in qua ratio perfecta inſit, quæ ſit eadem ſempiterna. nihil enim valentius eſſe, à quo intereat. Quam vim animum eſſe dicunt mundi, eandemque eſſe Mentem, Sapientiamq; perfectam: quem Deum appellant, omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubiectæ, quaſi Prouidentiam quandam, procurantem cœleſtia maxime, deinde in terris ea quæ pertinent ad homines: quã interdum Neceſſitatem appellant: quia nihil aliter poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit, interuenire: quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. nonnunquam quidem eandem Fortunam, quod efficiat multa improuiſa, nec opinata nobis, propter
C obſcuritatem, ignorationemq; cauſarum. Hæc non tantum eruditiſſima, ſed etiam ſanctiſſima verba Varronis ſi quis attente conſiderauerit, facile perſpiciet, ſapientum hominum, qui antiquis temporibus floruerunt, eam, quam dixi, de fortuna fuiſſe ſententiam. Ergo ita pingebant eam, vt globum pedibus ipſius ſubijcerent, quo ſignificarent, totam hanc globoſam mundi molem Deo ſubiectam eſſe. in eiuſdem altera manu gubernaculum ponebant, in altera Copiæ cornu: quod à Pindaro acceptum, Plutarchus, Dio Chryſoſtomus, & Lactantius prodiderunt: nimirum indicantes, omnium eſſe rerũ gubernatorem Deum, eundemque bonorum omnium largitorem; vt
D Heſiodus loquitur, δωτῆρα ἐάων. Atq; hoc ſenſu recte dictum videri poteſt à Salluſtio, Fortunam in omni re dominari: recte à Cicerone, magnam Fortunæ eſſe vim in vtramque partem: nos enim, & cum proſpero flatu eius vtimur, ad optatos exitus peruenire; & cum illa reflauit, affligi. neq; vero ita hæc intellexiſſe aut Ciceronem, aut Salluſtium exiſtimo: ſed, vt ſæpe fit, ſapientius, quam ſentiebant, locutos. Demoſthenes autem, non orator modo ſummus, verumetiam philoſophus, omnem prorſus rerum humanarum rectionem ac gubernationem Fortunæ tribuit: Μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ
E τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Quid autem Fortunæ nomine intelligat, ipſe paulo poſt docet. eum enim dixiſſet, ſi quis ſibi optionem daret, malle ſe Athenienſium fortunam, quam Philippi: cauſam ſubijciens, cur eo ſit animo, ait plura videre ſe in Athenienſibus, quæ ad conciliandam deorum beneuolentiam valeant, quam in Philippo: πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας, ἢ ἐκείνῳ. Ecquid videtur aperte profiteri, ſe fortunæ proſperitatẽ in diuina beneuolentia ponere? Quod ſi quiſquis eſt qui verſiculum illum fecit, τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία, quem Cicero ita interpretatus eſt, Vitam regit Fortuna, non ſapientia; eum, inquam, quicunque fecit, ſi ita intellexit, vt ego intel-

intelligo, næ merito illum Theophraſtus in Calliſthene commendauit: ipſumq; Theophraſtum iniuria & Plutarchus, & alij inceſſendum eo nomine, atque exagitandum putarunt hoc enim dicere voluit, res humanas non humana, ſed diuina prouidentia, gubernari: omneſque hominum deliberationes inanes eſſe atq; irritas, niſi eis voluntas diuina comitetur. Quid enim? nonne quotidie videmus, quæ ſapientiſſime cogitata viderentur, peſſime cedere? quod ſi calidiſſima exercitatiſſimorum hominum conſilia euentus plerunq; deſerit: tamen ne pertinaces erimus, & in humana prudentia momenti aliquid poſitum eſſe dicemus? commouere nos deberet vel illa ſepulcralis ſapientiſſimæ Cypriorum reginæ inſcriptio, A B

Σοφὴ μὲν ἤμην, ἀλλὰ πάντ᾽ οὐκ εὐτυχής.

Sapientem ſe fuiſſe prædicat, ſed infortunatam. filiæ enim turpitudinem, & filiorum mortem acerbiſſimam viderat: ipſaq; ſe, malis victa, inuſitato mortis genere peremerat. Timotheum Athenienſem (quem alij Cononis filium, Vlpianus rhetor Cononis patrem facit) & multis victorijs, & ſtatua in foro poſita inſignem, pictor quidam effinxerat dormientem, & retia tenentem manu. attracat dormienti fortuna, quæ caſtella, vrbeſq; plurimas in ea retia demitteret. ægre tuliſſe picturam illam Timotheus fertur, & gloriatus eſſe, illas victorias, non fortunæ beneficio, ſed ſua ſibi virtute partas quæris quid conſecutum ſit? ne vnam quidem eſt, poſtea quam illam vocem edidit, victoriam conſecutus Voluit videlicet Deus hominis arrogantiam compeſcere. & oſtendere eiuſmodi res à ſua munificentia, non ab humana virtute, ſapientiaue proficiſci: nam & ob hoc ipſum quæ Fortuna, eadem alio vocabulo Nemeſis dicitur. Video autem, quæri poſſe, ſi fortuna, vt nos dicimus, eadem & diuina prouidentia eſt, qui factum ſit, vt eam multi omnibus conuicijs inſecuti ſint, & cæcam, iniuſtam, inconſtantem, ac volubilem vocauerint. cui quæſtioni non difficiliter occurri poteſt Etenim nemo eſt, qui neſciat, optimis plerunq; viris maximas in vita difficultates ac moleſtias obijci: exilia, vincula, egeſtatem, morbos, orbitatem, contemptum, odia, illorum proprium quaſi patrimonium eſſe at contra improbiſſimos ac nefarios homines ſæpenumero affluere diuitijs, florere honoribus, abundare ijs omnibus quæ ſuauem vitam efficiunt, inter clientum adulatorumq; turmas, ſine vllo prope moleſtiæ morſu, totum vitæ ſpatium conficere videmus. hinc illæ in fortunam querelæ hominum neſcientium ea omnia diuino conſilio fieri, & habere veriſſimas cauſas partim ſubtiliter explicatas à theologis, partim etiã in arcanis diuinitatis abditas ac retruſas non igitur cæca fortuna; Dei enim oculus, vt dicitur, videt omnia: ſed cęci potius ipſi, qui non viderent, Deum datam à ſe bonis, ac fortibus viris nolle ocioſam deſidere virtutem, ideoq; dare ei vbi ſe exerceat. Quid enim attinuerat munire fide, armare fortitudine, ac patientia Regulum, ſi in viola ei, aut in roſa moriendum fuiſſet? Quorſus Herculi inuictum illum corporis & animi robur, ſi in vmbra ei fuiſſet, atq; in ocio conſeneſcendum? Mollia, planaq; itinera dedignatur virtus, ardua, ſalebroſa, atq; aſpera concupiſcit Exerceri ſuos Deus omni acerbitatum genere vult, vt habeat, quod in eis remuneretur. neq; enim eſſe aut præmium ſine victoria, aut victoria ſine certamine, aut certamen C D E

ſine ad-

A ſine aduerſario poteſt. malis autem interdum opes, honores, imperia permittit, vt hoc ipſo argumento intelligant boni, non eſſe in his rebus poſitam virtutis mercedem: longeq; præſtantiora eſſe ab illo ſuis laboribus præmia conſtituta. Quod autem inconſtantem eam, & volubilem dicunt: magis etiam indicat, eam nihil aliud, quam Dei voluntatem, eſſe: quæ non ipſa quidem mutabilis eſt: ſed aſſidua rerum humanarum mutatione, ac viciſſitudine condocefacit nos, ne quid in eis firmum, aut ſtabile putemus.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
B Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Video, plus hac de re verborum factum eſſe, quam inſtitutæ ſcriptionis ratio poſtulabat. ſed me paulo prouectum à portu longius, in altum poſtea ſubitus quidam diſputationis æſtus abduxit. quod ſi hoc quaſi diuerticulum lectoribus non inamœnum fuerit, cur excuſare me debeam, non eſt. cui minus placere à principio cœperit, ei liberum erit paginas aliquot tranſilire. Omnino, ſcribenti ad te, *LEONARDE MOCENICE*, exurgendum aliquando altius, & ex illo philoſophiæ, cuius tu præcipue ſtudio caperis, locupletiſſimo C penu ſplendidius aliquid depromendum fuit.

Fortunam P. R.) De qua extat perelegans Plutarchi libellus.

Aut non multa poſt commiſſa) Libri veteres, aut non multa poſtea commiſſa: atq; ita emendandum eſt. duabus enim de cauſis illa omittere ſe dicit; quod & nota ſint, & multa alia poſtea Catilina commiſerit.

Quoties tu me deſignatum) Libri veteres, Quoties tu me deſignatum, quoties conſulem interficere conatus es? melius omnino, quam quomodo impreſſum eſt.

Petitiones) ἐμβολάς verbum gladiatorium, vt ante dixi.

D *Corpore effugi.*) Duobus modis vitare petitionem aduerſarij licet: vt aut obiectu & oppoſitu alicuius rei, ictum repellas, aut declinatione corporis, irritum reddas. hoc poſterius vocabant, corpore effugere.

Nihil agis, nihil aſſequeris) Aſſequi eſt ἐπιτυχεῖν. quod plane hoc loco non conuenit. itaq; legendum ſuſpicor, Nihil agis, nihil ſequeris, nihil moliris. eſt autem, nihil ſequeris, nihil tibi proponis.

Quoties iam, quoties iam tibi extorta eſt) Elegantius videtur, quomodo ſcriptum eſt in antiquis libris: Quoties tibi iam, quoties iam extorta eſt ſica iſta de manibus? vt ſit ſimilis repetitio illi Demoſthenicæ, οὐ γάρ, οὐκ ἔστιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c.
E

Initiata ſacris) Sententia eſt. ita te geris, vt vouiſſe videaris alicui Deo, te ſicam illam in conſulis corpore defixurum. hac enim Cottam primo, & Torquatum, deinde me conſulem ſæpe iam è medio tollere conatus es.

Veniſti paulo ante in ſenatum) Veniſſe eum in ſenatum, ait Salluſtius, aut diſſimulandi cauſa, aut ſui expurgandi, ſicuti iurgio laceſſitus foret. quibus in verbis, ſæpe cogitaui, quid ſibi vellet illa vox, iurgio. nunc in libro manu ſcripto, quem mihi Franciſcus Capellius, patricius Venetus, honeſtiſſimus adoleſcens, dono dedit, non valde

illo quidem bono, ſed tamen, cuicuimodi eſt, in eo ſcriptum video: A
Sicut iurio laceſſitus foret:vnde conijcio, pro, iurgio, legendum, iniuria.

Quid, quod omnes conſulares) Particula, quid, in veteribus libris hoc loco non repetitur. neq; ſane repeti debet. tale quiddam infra quoque notabimus.

Serui mehercle mei) Magnum atq; excellens huius loci artificium eſt. confert enim ſe cum Catilina, ita vt ſe quidem ingenuæ cuiuſdã humanitatis, Catilinam vero ſuperbæ cuiuſdam, & non tolerandæ plenum crudelitatis oſtendat. deinde quod ſeruos cum ciuib. comparat, profiteturq; pluris à ſe ſeruos ſuos fieri, quam à Catilina ciues, B
mirifice ad ſtruendum odium valet. neceſſe eſt enim, vt exardeſcat auditor, & in eum indignatione incitatus feratur, à quo ſe minoris fieri audit, quam ab alio ſeruos. neq; non illud, DOMVM MEAM, magna cum vehementia dictum eſt Domum, inquit, eam, cuius ipſe dominus ſum; in quam non modo ſeruis, ſed nulli omnino homini, extra me vnum, quicquam iuris eſt, ſeruorum cauſa relinquerem: tu vrbẽ, quo ciuium animos expleas, relinquendã non ducabis?

Serui mehercle mei) Argumentum ex minori, id eſt, ex minus veriſimili. vix enim credibile eſt, quenquam tantum tribuere ſeruis ſuis, C
vt propter eos ſuam ſibi domum relinquendam putet. quod tamen hic tanquam verum ponitur. Si igitur id quod minus credibile videtur eſt: deberet eſſe & id, quod maiori probabilitate nititur.

Si me iſto pacto metuerent) Libri veteres, metuerent atq; odiſſent:& & paulo poſt: Tu tibi vrbem relinquendam non arbitraris? de quo alij iudicent.

Et ſi me meis ciuibus) Alterum argumentum indidem ductum, vnde ſuperius: Ego inquit, ſi vel iniuria odio me eſſe ciuibus ſcirem, vrbem relinquerem. quid te facere oportet, qui iuſtiſſimum in te omnium odium agnoſcis?

Atq; offenſum) Libri veteres, atq; infenſum, neq; dubium eſt, quin ita ſcribi debeat. D

Si te parentes) Hoc à pari ductum videri poteſt. Par ratio eſt parentũ & patriæ. At ſi te parentes metuerent, atq; odiſſent, ſecederes. idem igitur facere debes, cum te metuat, atq; oderit patria.

Quæ tecum Catilina) Longe pulcherrimum exemplum προσωποποιίας, quam vel conformationem, vel perſonæ fictionem latine vocare poſſumus. Porro & hoc, & alterum, quod in hac ipſa oratione reperiemus, & illud Appij Cæci in oratione pro Cœlio, puto ad imitationem Platonis effícta eſſe, qui hoc modo leges in Critone, E
veteres Athenienſes pro patria mortuos, in Menexeno loquentes introduxerat.

Nullum iam tot annos) Quod duo membra ab eadem voce incipiũt, anaphora eſt. quod totidem in eandem vocem deſinunt, epanaphora. quod variatur caſibus oratio, per te, ſine te, tibi vni, tu non ſolum, polyptoton. in illis autem, negligendas, euertendas, perfringendas, homœoptoton. hæc annoto ſubinuitus, vt ijs ſatisfaciam, qui, explicare artificium, nihil putant eſſe aliud, quam figuras indicare. atque hæc ſemel attigiſſe ſatis eſt: ſi enim quoties aliqua figura occurrit, toties eam nominare velimus, nihil aliud agendum fuerit.

Multa

A *Multorum ciuium neces*) Multos admodum ciues Syllanis temporibus Catilina interfecerat: vt teſtatur Dio lib. 37. & Aſcon us exponens orationem in toga candida. vbi ex eis nominat Q. Cæcilium, M. Volumnium. L. Tantaſium: M. etiam Marij Gratidiani, ſumme popular s hominis, qui ob id bis prætor fuit, caput abſciſſum, per vrbem ſua manu tulerat. ſed præſtat, nis de rebus omnibus, Q. Ciceronis in commentario de petitione conſulatus verba recitare. Hunc negliges quidem, (de Catilina loquitur) natum in patris egeſtate, educatum in ſororis ſtupris; corroboratum in cæde ciuium; cuius primus ad Remp. aditus in equitibus R. occidendis fuit nam illis, quos
B meminimus, Gallis, qui tum Titinniorum, ac Vannio um, ac Tanuſiorum capita demebant, Sylla vnum Catilinam præfecerat in quibus ille hominem optimum, Q. Cæcilium, ſororis ſuæ virum, equitem R. nullarum partium, cum ſemper natura, tum etiam ætate tam quietum, ſuis manibus occidit. Quid ego nunc dicam, petere eum tecum conſulatum, qui hominem cariſſimum populo Rom. M. Marium inſpectante populo Rom virgis per totam vrbem ceciderit, ad buſtum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit, viuo, ſtanti, collum gladio ſua dextera ſecuerit, cum ſiniſtra capillum eius à vertice teneret: caput ſua manu tulerit, cum inter digitos eius riui ſanguinis fluerent?
C qui poſtea cum hiſtrionibus, & cum gladiatoribus ita vixit, vt alteros libidines, alteros facinoris adiutores haberet: qui nullum in locum tam ſanctum, & tam religioſum acceſſit, in quo non, etſi in aliis culpa non eſſet, tamē ex ſua nequitia dedecoris ſuſpicionem relinqueret: qui ex curia Curios, & Annios, ab atrijs Sapalas, & Caruilios, ex equeſtri ordine Pompilios, & * Cneos ſibi amiciſſimos compararit; qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, vt parentum prope in gremijs prætextatos liberos conſtuprarit. Hæc, & alia multa Quintus Fratrem etiam interfecit, vt ait Plutarchus, interfecit quoque filium, vt antea di-
D ximus.

Sed quæ de horrendo ſupplicij genere, quo Marius Gratidianus peremptus eſt, apud Iulium Firmicum leguntur, ea, quando non ita peruulgata ſunt, haud ab re fuerit apponere. Prætorio, ait Firmicus, viro, minori ſcilicet Mario, qui iudicio omnium benemeritus de Republ videbatur, Syllana iuſſione, eliſa ſunt prius crura: deinde deiecta de ſtatu corporis brachia, humerum tenus diſſoluta ciderunt: tertio amputata lingua vocem reliquit in faucib ad poſtremum, omni corporis parte mutilata oculi, qui fuerunt ſpectatores & ſuperſtites, egeruntur: & in tam anguſto corpore, à nefario patriæ carni-
E fice, tot ſunt inuenta ſupplicia: & vix anima tantis vulneribus erogata eſt: cum hinc inde membris fluentibus, minutatim ſpiritus carperetur.

Tibi vexatio, direptioq; ſociorum) Africam dicit, quam Catilina miſeris modis dilexauerat. vide Aſconium.

Tu non ſolum ad negligen das) Negligit leges, ac quæſtiones, qui earum metu à peccando non continetur. eaſdem perfringit, qui cum in iudicium adductus, manifeſto teneatur, aliqua tamen via elabitur Catilina autem primum accuſatus fuerat repetundarum, Lepido, & Tullo coſſ atque abſolutus per præuaricationem accuſatoris P. Clodij: deinde etiam cædis, conſulibus Cæſare, & Figulo, vt eſt apud Dionem,

Dionem,& tunc quoq; abſolutus. Hoc quoq; ipſo tempore interrogatus erat lege Plautia ab L. Paullo. Salluſtius. A

Euertendas.) Veteres libri, euincendas.

Si verus, ne opprimar.) Hoc orationis genus Hermogenes σχῆμα διλημμάτων vocat.

Quid, quod tu te ipſe in cuſtodiam.) Hae de re ita Dio libro 37. καὶ τῷ Κικέρωνι αὐτῷ τηρεῖν ἑαυτὸν, ὅπως δὴ μὴ φύγῃ πῃ, παρεδίδου. μὴ προσδεξαμένου δὲ ἐκείνου τὴν φρουρὰν αὐτοῦ, παρά τῷ Μετέλλῳ τῷ στρατηγῷ τὴν δίαιταν ἑκουσίως ἐποιεῖτο, ἵν' ὡς ἥκιστα ὑποπτευθῇ νεωτερίζειν τι, μέχρις ἂν καὶ ἐκ τῶν αὐτόθι συνωμοτῶν ἰσχυρόν τι B προσλάβῃ. Hæc Dio: quem errare, ex hoc loco aperte cognoſcitur: non enim apud Metellum prætorem, ſed apud Marcellum diuerſatus eſt Catilina.

Apud M. Lepidum.) Qui conſulatum cum Volcatio geſſerat.

Id reſponſum.) Libri veteres, id reſponſi.

Ad Q. Metellum prætorem.) Q. Cæcilium Metellum Celerem dicit: qui, biennio de more interiecto, conſulatum poſtea cum L. Afranio geſſit.

Virum optimum.) Ironiam eſſe, annotat Fabius lib 9. & ſane, quomodo idem Catilinæ ſodalis, & vir optimus eſſe potuiſſet? C

M. Marcellum.) Conſtat, non eſſe eundem, quem paulo poſt, virum fortiſſimum vocat: id eſt, eum, pro quo extat oratio ad Cæſarem. opinor, hunc M Marcellum illius C Marcelli, quo de in Sextiana defenſione mentio eſt, patrem fuiſſe. quam in ſententiam, aut potius coniecturam, adduxit me Paulus Oroſius, qui libro ſexto hiſtoriarum ita ſcribit: Motus etiam in Pelignis ortus à Marcellis patre & filio, per L. Vectium proditus, patefacta Catilinæ coniuratione, quaſi ſucciſa radice, compreſſus eſt: & de vtroque, per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brutijs vindicatum eſt.

Quem tu videlicet.) Hæc omnia εἰρωνικῶς accipienda ſunt. D

Et ſi hic ordo ſibi placere decreuerit.) Veteres libri, Et ſi hic ordo placere decreuit: quæ mihi ἔλλειψις neſcio quo modo venuſtior videtur. Verbum autem, placere, vſitatiſſimum erat in ſenatuſconſultis. Qua de re ſi quis ambigit, legat Senatuſconſulta illa, quæ ſunt in epiſtolis Cœlij ad Ciceronem.

Non referam.) Et ex hoc, & ex alijs, ſed ex hoc potiſſimum loco colligo, verum non eſſe, quod ait Dio, ſenatuſconſulto ex vrbe abire iuſſum eſſe Catilinam. ſenatuſconſultum enim, niſi referente Cicerone, fieri non potuit. ac is aperte, ſe relaturum, negat. E

Adoleſcenti optimo, P. Sextio.) P. Sextio Gallo, quæſtori C. Antonij conſulis, pro quo extat Ciceronis oratio.

M. Marcello) Hic ille eſt, vt ante dixi, quem poſtea apud Cæſarem defendit Cicero.

Cum tacent, clamant.) Tale eſt illud è diuinatione, etiam ſi tacent, ſatis dicunt. & illud Catulli, Nequicquam tacitum cubile clamat.

Neque hi ſolum.) Non ſolum ſenatores, ſed & equites, cæterique ciues, qui circumſtant ſenatum ſilentio ſignificant, placere, vt tu in exilium proficiſcaris.

A *Vſque ad portas proſequantur.*) Mos antiquus erat, proſequendi eos,
qui in exilium abirent Sic in oratione, quæ proxime hanc ſequitur:
Vel eiecimus, vel emiſimus, vel ipſum, egredientem vrbe, proſecuti
ſumus. Sic apud Euripidem Hippolytus.

Ἴτ' ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
Προσεῖπαθ' ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονός.

Quanquam quid loquor.) Reprehendit ſeipſum, quod tam multis
verbis cohortatus fuerit Catilinam, vt in exilium proficiſceretur. ait
enim, id nullo modo ab eo expectari oportere.

Vtinam tibi iſtam mentem dij immortales.) Cupiditates, quæ in ho-
B minum mentibus enaſcuntur, itemque conſilia quæ capiuntur,
à dijs immittit, multi veterum crediderunt. Hinc in poëtarum ſcrip-
tis videmus, heroas omnia de conſilio alicuius Dei facere: Aga-
memnona Iunoni, Achillem, Aiacem, Diomedem, Vlyſſem, Iaſonem
Palladi, Paridem Veneri, alios denique alijs deis obtemperare.
etiamque vt quiſque Deus cuique homini bene aut male conſul-
tum cuperet, ita putabatur bonum, aut malum conſilium ei dare: et
profuturas aut nocituras cupiditates in animum illius immittere.
cuius rei exempla ab iiſdem poëtis innumera peti poſſunt. & ex hac
C ſententia dictum eſt à Virgilio,

Hic mihi neſcio quod trepido male numen amicum
Confuſam eripuit mentem.

& à Catullo, Quis Deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam?

& à Cicerone in Miloniana, Hic dij immortales, vt ſupra dixi men-
tem dederunt illi perdito, ac furioſo, vt huic faceret inſidias. Alij
contra, ipſas cupiditates, cæteraſque affectiones animi deos eſſe
autumarunt. quæ vtraque dogmata Virgilius his verſibus comple-
xus eſt:

D *Dine hunc ardorem mentibus addunt*
Euryale, an ſua cuique deus fit dira cupido?

Cum enim animum ipſum, aut deum, aut partem quandam dei
putarent eſſe (id quod poſtea Pythagorei comprobarunt) quicquid
in deo eſſet, deum eſſe credebant. neq; vero, quod quaſdam cupidi-
tates malas eſſe atq; exitioſas viderent, icciroo de ſententia dimoue-
bantur: nam deos quoq; alios bonos faciebant, alios malos. ex hac
opinione amor in deos relatus eſt: ex hac ſpei, timori, impudentiæ
conſecrata ſunt fana: ex hac Euripides εὐλάβειαν, id eſt, cautionem,
E vtiliſſimam deam, φιλοτιμίαν vero, id eſt, ambitionem, deam perni-
cioſiſſimam, & φθόνον, id eſt, inuidentiam deum iniuſtiſſimum no-
minauit. At harum quidem opinionum vtramq; falſam eſſe conſtat.
Vera autem, &, quoniam, vt ait Ariſtoteles, verum vero pugnare non
poteſt, religioni noſtræ conſentanea eſt Plotini, grauiſſimi, ac ſanctiſ-
ſimi philoſophi, ſententia: omnes honeſtas & laudabiles cupidita-
tes, omnia recta, & honeſta conſilia immitti diuinitus in animos
noſtros: vitioſa autem quæ ſunt, ea ex naturæ noſtræ corruptione,
ac deprauatione proficiſci. In hanc me diſputationem deduxerunt
verba illa Ciceronis, Vtinam tibi iſtam mentem dij immortales do-
narent. vere autem vt dicam, libenter facio, vt excurram in huiuſmo-
di lo-

di locos, quo rerum minutiorum tædium, admiſta grauiorum, & maioris momenti argumentorum tractatione minuatur. A

Donarent.) Plane aſſentior Petro Victorio, qui, darent, non, donarent, hoc loco legendum putat. præcipue cum hanc emendationem etiam veterum librorum auctoritas comprobet. hoc enim ipſi affirmanti facile credo: etſi in ijs omnibus, quos mihi videre contigit, eadem hoc loco ſcriptura eſt, quæ in impreſſis.

Sed non eſt mihi tanti.) Locus aperte corruptus: qui quidem è vetuſtis libris ita reſtituendus eſt. Sed eſt tanti: dummodo iſta, &c hãc autem ſententiam continet. tanti publice intereſſe duco, te ex vrbe exire, vt, dum id fiat, non recuſem omnem inuidiæ tempeſtatem B ſubire. ſic locutus eſt etiam in oratione ea, quæ proxime ſequitur: Eſt mihi tanti Quirites, huius inuidiæ falſæ atq; iniquæ tempeſtatẽ ſubire, dummodo à vobis huius horribilis belli ac nefarij periculum depellatur. & libro 3 accuſationis. Metuiſti, ne æs alienũ tibi creſceret, ſi HS VI. millibus IↃ. tibi conſtarent ea, quæ tu facile poſſes vendire HS CC. millibus? fuit tanti: mihi crede. haberes, quod defenderes. hoc enim ſignificat: Vtq; eo tua intererat id facere, vt recuſandum tibi non fuerit, quominus id in tabulas referres, vel cum eo periculo, ne tibi æris alieni paululum accreſceret. nam ſi feciſſes, haberes ſaltem nunc quomodo te defenderes. & in eodem libro: Iacta- C bit ſe, & in his equitabit equuleis: Emi, pecuniam ſolui, credo, etiam tabulę proferentur. eſt tanti. cedo tabulas. dilue ſane crimen hoc Calidianum; dum ego tabulas aſpicere poſſim. hoc enim dicit: Tam valde arbitror, ad cauſæ meæ commodum pertinere, vt tu tabulas proferas: vt non recuſem, quominus, ijs prolatis, crimen hoc diluas: dummodo ego eas aſpicere poſſim. Nam quod Hotomanus, homo & probus, & inſigniter eruditus putat, priore illo loco, tale aliquid aut deeſſe, aut ſubaudiendum eſſe: Si mehercule hæc duo verba ſcribi iuſſiſſes, *fuit tanti*, mihi crede, haberes, quod defenderes: hoc autem poſteriore exponit, *eſt tanti*, tanti ſunt venditi, hoc precium eſt, quo D empti ſunt: neminem puto eſſe, qui non videat, quantopere vtraq; harum declarationum & falſa, & abſurda ſit.

Dummodo iſta tua priuata ſit calamitas.) Puto, vocem, Tua, expungendam eſſe. non enim de calamitate Catilinæ loquitur, ſed de ea, quam ſibi impendere augurarur, ſi Catilina ipſius iuſſu in exilium ierit, vt ſit ſenſus: dummodo iſta calamitas, quam ego accipiam ex inuidia, quæ mihi conflabitur, ſi tu meo iuſſu in exilium ieris, priuata ſit, & à reip. periculis ſeiuncta, non recuſo, quominus eam ſubeam, hac conditione, vt tu in exilium eas huiuſmodi autem ſententiæ multum & ad beneuolentiam, & ad comparandam auctoritatem E valent: quæ indicant animum de publica tantum vtilitate ſolicitum, &, dum reip. conſulat, nihil de ſuo priuato periculo laborantem:

Neque enim Catilina is es.) Quicunque ſeſe à flagitijs abſtinent, vel iudicio id faciunt, vel affectu. iudicio ij, in quibus ratio, id eſt, ſuperior illa pars animi, furẽtem vincit, ac domat cupiditatem. horum duplex ratio eſt. partim enim, cum oblatas ſibi nequiter agendi occaſiones vident, relinquunt eas, vel gaudentes hoc ipſo, vel certe ſine vlla moleſtia: atque ij ex habitu id faciunt. alij rationi quidem obtemperant: ſed tamen retorquent, vt dicitur, oculos ad ea, quæ

A omittunt, & relinquunt ea, vt Homerus loquitur, ἀχνύμενοι περ.
hos Ariſtoteles ἐγκρατεῖς, latini continentes vocant. Eorum quoque,
quos affectus quidam in officio cõtinet, bipertita itidem diuiſio eſt.
alij enim pudore ac verecundia ſibi moderantur: vt ingenui, ac libe-
raliter educati adoleſcentes, qui cum ſæpe tententur vehementiſſi-
mis cupiditatibus, incitantibus, atq; extimulantibus ipſos ad carpẽ-
das omnis generis voluptates, non illi quidem, quod adhuc tempe-
rantes ſint; (ſiquidem neq; prudentia in iuuenilem ætatem cadit: &
ſine prudentia, earum, quæ in agendo cernuntur, virtutum nulla cõ-
ſiſtit) ſed cum ſibi proponant eam turpitudinem, eamq; infamiam,
B quæ e diſſolutione, ac nequitia exiſtit, & renituntur cupiditati ſuæ,
& ſi quando vincantur, deprehenſi erubeſcunt ideo dictum eſt à ve-
teribus, verecundiam eſſe optimam cuſtodem adoleſcentiæ; alij
contra, ſeruili homines ingenio, metu tantum mali abſtinent à ma-
lefaciendo: vt ſerui in comœdijs, vt ij qui eo tantum non peccant,
quod horrent acerbitates ſupplicioruin, quæ ſunt legibus in facino-
roſos homines conſtituta. ſub quod genus includendi ſunt etiam
ij, qui, tantum ne in morbos incidant, ſcortari, helluariue patcunt.
Cum igitur, vt à principio repetens, ſummatim dicam, tria ſint in a-
C nimo, quæ peccare prohibeant, pudor, metus, & ratio: nullum ho-
rum trium Cicero quicquam vnquam in Catilina valuiſſe ait. ele-
ganter autem turpitudinem pudori, periculum metui, furorem
rationi, ſingula ſingulis oppoſuit: poſt ad vnum verbum omnia re-
uocauit.

Ac ſi mihi inimico.) Hoc quoque orationis σχῆμα διλήμματόν ἐστι.
ſiue mihi conflare inuidiam, ſiue laudi meæ ſeruire vis, egredi
debes.

Conflare.) Metaphora ducta à metallis.

Sermones hominum.) Fere in malam parıem ſumitur. Cicero in
D epiſtola ad Varronem: Dabimus ſermonem ijs, qui neſciunt, nobis,
quocunque in loco ſumus, eundem cultum, eundem victum eſſe.
quid referi? tamẽ in ſermonem incidemus Idem lib. 4 accuſationis:
In ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret.
Idem pro Flacco: Ne Lælius ex his rebus, quas ſuſcepit gloriæ cauſa,
putet aliquid oratione mea ſermonis in ſeſe, aut inuidiæ eſſe quæſi-
tum. ſed & apud Græcos eodem modo: vt Pindarus dicit, ſermones
eſſe inuidis pro cibo. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν.

Quanquam quid ego te inuitem.) Vnus liber vetus, Quanquam quid
eo te inuitem. vnde dubium non habeo, quin totus locus ita legi
E debeat. Quanquam quid eo te inuitem, quo iam ſciam eſſe præmiſ-
ſos, qui tibi ad Forum Aurelium præſtolarentur armati? ſciam, pa-
ctam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem? quo etiam Aquilam
illam argenteam, &c. Eo in caſtra Manlij. eo enim ſuorum multitu-
dinem Catilina præmiſerat. ac temperare mihi non poſſum, quin
Salluſtij verbis, quibus hoc ipſum exponitur, leuiter vt opinor, de-
prauatis, opem ferre ſtudeam. ſunt autem hæc: Poſtremo vbi multa
agitanti nihil procedit, ruſus intempeſta nocte coniurationis prin-
cipes conuocat per M. Porcium Leccam: ibiq; multa de ignauia eo-
rum queſtus docet, ſe Manlium præmiſiſſe ad eam multitudinem,
quam ad capienda arma parauerat. Hæc poſtrema verba ita legi de-
bere

bere cenſeo: Docet,ſe ad Manlium præmiſiſſe eam multitudinem, A
quam ad capienda arma parauerat. Non enim Manlium ad multitu-
dinem,ſed contra,multitudinem ad Manlium præmiſerat.

Eſſe præmiſſos.) Ipſe enim, ſperans Ciceronem ea nocte interfe-
ctum iri,proxima nocte ex vrbe exiturum eſſe ſe confirmauerat.

Ad forum Aurelium.) Qui forum Aurelium exponunt tribunal
Aurelium, labi puto. Potius crediderim, vt Forum Iulium,Forum
Cornelium,Forum Sempronium,Forum Appij,ita Forum Aurelium
oppidum fuiſſe haud procul ab vrbe: quod vel illa verba è ſequenti
oratione demonſtrant. Aurelia via profectus eſt.ſi accelerare volent,
ad veſperam conſequentur. B

Diem) Ad quam in caſtris eſſe deberes.

Quo etiam aquilam illam argenteam.) Romanorum legionum pro-
prium ſignum fuiſſe aquilam, conſtat.cum autem legio diuideretur
in decem cohortes; prima cuiuſq; legionis cohors ſemper ſuſcipie-
bat aquilam: vt eſt apud Vegetium. erat autem aquila patuum ſa-
cellum,ſiue,vt Cicero hic loquitur,ſacrarium: in quo inerat aquilæ
effigies, vel argentea, vt hic videmus, vel aurea, id ſacellum haſtæ
impoſitum ex inferiori parte acutæ,quo in terram defigi poſſet, por-
tabat is, qui aquilifer dicebatur.natrat Dio lib.40. aquilas autem
illas diuino cultu affici ſolitas eſſe, & ea quæ modo recitaui, indi- C
cant,& Ciceronis hoc loco verba confirmant.

Aquilam illam.) Quam bello Cimbrico C.Marius in exercitu ha-
buiſſe dicebatur. Salluſtius.

A cuius altaribus.) Hic inter calamo notatos, & formis excu-
ſos libros parua quædam diſcrepantia eſt. illi enim habent: A cu-
ius altaribus ſæpe iſtam impiam dexteram ad cædem ciuium
tranſtuliſti.

Improborum manum.) Libri veteres,impiorum manum.

Neque audies virum bonum.) Amare dictum.quaſi nihil ei ſit bono-
rum virorum aſpectu,alloquiove moleſtius. D

Labores tui) De Catilinæ patientia,videnda ſunt ea,quæ Salluſtius
narrat.

Iacere humi.) Et qui de nocte graſſantur, & qui furtiuos ſequun-
tur concubitus, ſæpe iacere humi, & ſubdio pernoctare coguntur.
Ouidius de amante: & milite:

Peruigilant ambo: terra requieſcit vterque:
Ille fores dominæ ſeruat,at ille ducis.

Vtriuſque igitur rei cauſa, ad ponendum humi corpus, exercita-
tum dicit eſſe Catilinam.

Somno maritorum.) Ouidius: E

Nempe maritorum ſomnis vtuntur amantes,
Et ſua,ſopitis hoſtibus,arma mouent.

A conſulatu repuli.) Patefacto ambitu,quo tu ad me deijciendum
vtebare.

Latrocinium potius,quam bellum.) In ipſo enim belli nomine vide-
tur auctoritatis aliquid ineſſe: vix vt bellum dici debeat, quod à
priuato,aut ab exule infertur.Bellum tamen dictum eſt, quod Spar-
tacus fecit: & bellum quoque intuliſſe patriæ dicitur Coriolanus.
Sed hic de proprietate vocabuli Cicero loquitur. nam ipſemet pau-
lo poſt bellum vocat.

A *Nunc vt à me.*) Explicaturus,cur Catilinam eijcere potius, quam interficere malit,nouo quodam quaſi principio vtitur.

Percipite quæſo.) Vnus liber vetus, Percipite quæ dicam, & ea penitus animis veſtris,rationibuſq; mandate.

Quæ mihi vita mea) Huiuſmodi ſententiæ ſunt, quæ orationem motatam efficiunt. talis eſt infra: Hoc animo ſemper fui, vt inuidiam virtute partam,&c.

Euocatorem.) Quæ vis huius vocabuli ſit,alij è Seruio grammatico retulerunt.

Seruorum.)Seruos tamen poſtea reijciebat Catilina: eoque nomi-
B ne à Lentulo apud Salluſtium reprehenditur.

Mactari.) Vſum quendam huius verbi,paucis,vt arbitror,notum, quem ante hos decem annos annotaui,& publice docui,cum etiam tum adoleſcentulus,Limini,quod Pictonum oppidum eſt & humaniorum literarum, & iuris ciuilis ſtudijs florentiſſimum, Amphitruonem Plautinam enarrarem; tradere hoc loco inſtitui:ſimulque locum Plautinum,à quibuſdam,qui eum non intelligebant,corruptum,declarare. Mactare igitur hoſtiam alicui deo, vſitate dicimus: vt,

Cæliceolum regi mactabam in litore taurum.

C At mactare deum quempiam aliqua hoſtia, minus ſæpe vſitatum illud quidem,ſed tamen à veteribus dictum eſſe conſtat. atque inde iocandi occaſionem arripuit Plautus: apud quem Mercurius,aſſumpta Soſiæ forma,cum Amphitruonem aduenientem ludificaretur,& à foribus repelleret; multis vltro citroque iactis conuicijs, ad poſtremum ita eum alloquitur: Sacrufico ego tibi.cumq; miratus Amphitruo ſubiunxiſſet,Quid? reſpondet ille:Quia enim te macto infortunio.vbi iocus eſt,vt dixi, è vocabuli ambiguitate quæſitus. nam cum mactare aliquem,interdum ſit,ei ſacrificare; ad hanc verbi notionem Mercurius reſpiciens,ei ſe ſacrificaturum pollicetur. at poſt-
D ea illudens, pro hoſtiæ nomine, ponit vocem,infortunio.quid autē ſit,mactare aliquem infortunio,nemo neſcit. Hoc qui non intelligebant,corruperunt & verſum,& ſententiam,adiectis duabus voculis, hoc modo: Sacrufico ego hunc tibi Iupiter. Eiuſdem autem locutionis exemplum eſt in interrgatione in Vatinium: Cum inaudita, ac nefaria ſacra ſuſceperis,cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare ſoleas. at extra hos duos locos, haud ſcio, an vllum præterea illius exemplum in veterum ſcriptis reperiatur.

Quid tandem impedit te?) Argumentum ab enumeratione par-
E tium per remotionem,hoc modo. Quod Catilinam non interficis; oportet te aut more maiorum,aut legibus, aut inuidiæ metu impediri.at neque mos maiorum, neque lex vlla, neque inuidiæ metus impedire te debet. nihil igitur cauſæ eſt, cur eum non interficias potius,quam emittas.Propoſitio tanquam certa,&confeſſa ponitur. aſſumptionis,quæ tripertita eſt,ſingulæ partes adhibitis rationibus confirmantur.itaque procederet argumentatio, niſi Cicero poſtea oſtenderet,præter has tres,aliam quandam ſubeſſe cauſam, cur Catilinam emittendum ſibi potius,quam è medio tollendum putet.

At perſæpe)Confirmat primam partem aſſumptionis,per locum à minore,hoc modo:Quod priuatos homines in hac rep.non vetitum

eſt fa-

eſt facere, id multo animoſius facere debet is, cui commiſſa reſp.eſt. A at ſæpe etiam priuati pernicioſos ciues morte multarunt, multo magis igitur idem tibi faciendum eſt. licet autem annotare oratoris artificium, qui cum & in hac oratione, & in quibuſcunq; aliis in hanc ſententiam diſputauit, vnum modo nominauerit Scipionem Naſicam, qui priuatus (ſi modo vnquam ſapiens priuatus eſt) ſeditioſum ciuem interfecerit: hoc loco tamen, augendi atq; amplificandi cauſa, perſæpe id à priuatis hominibus factum eſſe dicit.

An leges.) Confirmatio ſecundæ partis. Hoſtes ciuium iura tenere non debent. Catilina hoſtis eſt. non igitur debet frui beneficio earum legum, quæ de ciuibus R. latæ ſunt. Leges autem Valerias, Porcias, & Sempronias dicit. B

An inuidiam.) Tertia pars aſſumptionis duabus rationibus confirmatur: quarum prior eſt: Qui ſummis populi beneficiis vſus eſt, is, vbi populi ſalus agitur, nullam recuſare inuidiam, nullum ſubterfugere periculum debet. Tu à populo, quæ maxima expectari beneficia poterant, conſecutus es. Non eſt igitur, cur in illius ſalute conſeruanda vllam inuidiam, aut vllum periculum extimeſcas.

Præclarum vero.) Ironia.

Per te cognitum.) Nouum.

Nulla commendatione.) Nullis imaginibus. C

Tam mature.) Omnes enim honores ſuo anno cōſecutus eſt: quod, ante ipſum, nouo homini contigerat nulli.

Ad ſummum imperium.) Conſulatum. quamuis enim prætores collegæ conſulum erant, iiſdemq; auſpiciis creabantur: tamen prætores minus imperium habebant, maius conſules.

Per omnes honorum gradus.) Quæſturam, ædilitatem maiorem, præturam.

Sed ſi quis eſt.) Secunda ratio. Si, inuidiæ metu, Catilinæ parcis: nihil agis. in eandem enim inuidiam, aut etiam maiorem, ex inertia, atq; ex fortitudine vocaberis. D

Cum bello vaſtabitur.) Amplificatio per enumerationem cōſequentium belli.

Inuidia incendio.) Primum ſine vlla figura dixerat, arſura tecta: deinde quod in illis proprie dixerat, figurate ad ſeipſum tranſtulit.

His ergo.) Emendandum eſt ex veteribus libris, His ego. ita enim recte cōtinuatur, & cohæret cum ſuperioribus, hoc modo, Si mecum ita reſp. loquatur; ego his ſanctiſſimis ipſius vocibus pauca reſpondebo. alioqui eſſet ἀνακόλουθον, non illud quidem vitioſum, neq; Ciceroni inuſitatum: ſed præſtat, veterum librorum auctoritam ſequi.

Qui idem ſentiunt.) Libri veteres, Qui hoc idē ſentiunt. & ita emendandum videtur. E

Ego, ſi hoc optimum.) Diſſolutio propoſitæ argumentationis: quæ quidem propoſitionibus duabus, earumq; rationibus continetur. prior propoſitio. Ego, ſi id è Rep. fore iudicaſſem, Catilinam, nulla interiecta mora, morte multaſſem. Ratio. non enim metuerem, ne vlla tam pulchrum facinus inuidia ſequeretur. quod ſi aliter caderet; tamen gloriam eam potius, quam inuidiam ducerem. Altera propoſitio. Sed ſatius eſſe duco, vt emittatur. Ratio. Quoniam, eo interfecto, video fore, vt hoc malum reprimatur tantum paulisper: eiecto autem, & profligato cum ſuis, vt in perpetuum comprimatur.

A *Inuidiam virtute partam*) Poteſtne virtus inuidiam parere? atqui ſi inuidia aut odium eſt, aut quoddam odium: virtutem autem etiam vitioſi amant: (qua de re à nobis alio in libro diſputatum eſt) quomodo è virtute poteſt inuidia exiſtere? Sed tamen & Pindarus alicubi queritur, & exempla docent, & communis omnium vox (quam ego quidem pro oraculo habendam eſſe duco) clamat, pulcherrimis factis inuidiam plerumque comitari. Demus igitur nos aliquantiſper huic cogitationi: eſt enim res digna cognitu. huiuſcemodi autem diſputationes qui non amant, prætereant. ego, quando hic, vt poëtæ loquuntur, menti calor incidit, ſequar eum, quocunq; ducet: & vel
B mihi, vt dicitur, canã, & Muſis, vel iis, quibus paulo φιλοσοφικώτερον ingenium eſt, ſeruiam: quæramq; quid ſit origo inuidiæ, quæ natura: qui, quibus, & quas ob res inuideant: tum quæ ſint ea, quæ quaſi curſum inuidiæ ſiſtant, atque hinc ordior. Omnes affectus ab ingenito cuiq; ſui ipſius amore proficiſcuntur. hic vnus quaſi fons cæterorum omnium eſt. quia enim amat ſe quiſq;, idcirco quæ ſibi bona eſſe, vel ſcit, vel putat, ea & abſentia deſiderat, & obiecta perſequitur, eorúmque tum adeptione, conſeruatione, amplificatione gaudet, tum contrariis rebus offenditur. Malorum autem contraria ratio eſt. Atq; hoc quidem principium diſputationis ponatur à nobis, ſumaturq; hoc
C loco, quaſi conceſſum. longiorem enim orationem requirit. Cum igitur ſibi quiſque cariſſimus ſit, fit, vt ſe omnibus bonis ornatum, ac florentem videre cupiat; ægreq; ferat, ſi quid eius generis in alio videat, quod in ſe deſideret. Hæc origo, quaſiq; radix inuidiæ eſt. Dolent autem, aut quod ipſi careant eo, quod alius habeat; aut quod alius habeat id, quo ipſi careant. intereſtq; inter hæc, nam qui dolet, quod ipſe careat, dolet malo ſuo: qui, ꝙ alius habeat, alieno bono. Itaq; ea demum inuidia eſt, non quod tu careas: ſed, quod alius habeat, dolere. Quod ſi progrediatur affectus hic etiam longius, vt doleas, id boni eſſe alij, quod tibi quoq; ſit; hæc iam non inuidia eſt, ſed
D illa, quam Græci ζηλοτυπίαν, Cicero obtrectationem vocat. Non igitur inuidus eſt, qui alium formoſum, valentem, opulentum, eruditũ, πολύφιλον videns, dolet, ſe quoq; talem non eſſe. hac enim ratione omnes inuidi eſſemus: ſed cui hoc ipſum per ſe ægre eſt, quod hæc in alio ſint, is demum eſt inuidere cenſendus. neq; vero proprie inuidia odium eſt: ſed eſt tamen quiddam odio affine. Nam & odiſſe homines ſceleratos dicimur, quibus non inuidemus: & odium vel ex iniuria accepta, opinata, expectata, vel ex opinione aliqua prauitatis, & ſceleris naſcitur: cum inuidia longe alios habeat fontes: & odium
E interdum laudabile eſt; inuidia nunquam: & qui odit, male eſſe vult: qui inuidet, non male omnino, ſed aliquanto minus bene: vt ſi domus in vicino poſita ædium tuarum luminibus officiat, non eam quidem funditus exciſam, ſed illam tantum partem, quæ tibi moleſta eſt, ſublatam velis. quanquam in hac ſimilitudine hoc diſſimile eſt: quod inuidus iis, quæ nihil ipſi officiunt, alienis proſperitatibus affligitur. inuidiam tamen odium quoddam plerumque comitatur. ideoq; ipſum inuidiæ nomẽ interdum pro odio ponitur. ac quoniam imminutio boni, malum quodammodo eſt, alienis malis gaudere inuidus dicitur: vnde illud poëtæ,

Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.

Elegan-

Digitized by Google

Eleganterq́; Bio, quendam, qui hoc morbo laborabat, ridentem con- A
ſpicatus, Huiccine, inquit, boni quid cõtigiſſe dicam, an alij cuipiam
aliquid mali? optimus tamen & dicendi, & ſentiendi magiſter Ari-
ſtoteles iſta diſtinguit, vt aliud φθόνον vocet, aliud ἐπιχαιρεκακίαν.
Cum autem inuidia dolor quidam ſit, & dolor omnis fodicet, atque
exedat eũ in quo eſt; merito dicitur, ipſam inuidiam eſſe ſupplicium
ſibi. Nunc qui, quibus, & propter quæ fere inuideant, ſtrictim expli-
cemus. Inuident igitur, non qui ſua ſorte contenti ſunt: (nam etiam
poëtæ, in quorum ſcriptis lõge veriſſima omnium affectuum expreſ-
ſio eſt, cum amoribus ſuis ſecure fruuntur, negant ſe vel Ioui inuide-
re) ſed qui ſemper maius aliquid requirunt, quales præcipue ſunt B
ambitioſi, atq; auari. illi enim, quicquid ad gloriam, hi quicquid ad
opes accedit alienas, ſibi quodammodo detrahi credunt. inuident
etiam fere inferiores ſuperioribus: vnde dictum eſt, Summa petit li-
uor. non tamen iis, qui longo interuallo ſuperiores ſunt: vt diis, aut
regibus. neq; procul remotis, vt Scythæ Perſis: ſed & eiuſdem artificij
homines inter ſe. vnde eſt apud Heſiodum, Figulus figulo: quod ta-
men ita intelligendum eſt, ſi gloriam ex eo ſtudio, aut pecuniam au-
cupentur. alioqui enim ſimilitudo ſtudiorum amoris potius cauſa
eſt. nonnunquam etiam ſuperiores inferioribus: vt Craſſus & cæteri
nobiles creſcenti adhuc Ciceronis gloriæ inuidebant. & nouis po- C
tius, quam nobilibus: iuuenibus potius, quã ætate prouectis. vt enim
ignis exoriens plurimum fumum, ita maximã inuidiam gloria exo-
riens excitat. quo pertinet Themiſtoclis dictum, qui adoleſcens di-
cebat, ex eo ſe intelligere, nihildum à ſe ſplendide geſtum, quod nõ-
dum inuidiæ dente peteretur. magnam etiam inuidiam facit oſten-
tatio ſui: vereq́; ſcripſit Euripides, τὸ σεμνὸν eſſe omnibus odioſum.
& æquales æqualibus, & nobiles nobilibus, omninoq́; pares paribus
ideo facile inuident, quia aut anteuertere ipſi aliis volunt, aut, ne a-
lij ſibi anteuertant, timent. & iis, qui tradita ſibi potentia immodice
vtuntur. cuiuſmodi inuidiam in Catilinæ cauſa Cicero metuebat. D
Omnino autem inuident aut felicitatem, aut partem aliquam felici-
tatis. quocirca ſapienter Pindarus, κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος. vereq́;
vulgo dici ſolet, tribus ex optimis rebus tres peſſimas oriri: è veritate
odium, è familiaritate contemptum, è felicitate inuidiam. inuident
autem non tam virtutem, quam præmia virtutis, vt opes, honores,
imperia. nemo enim ſuam fortitudinem inuidit Regulo, aut Deciis:
at Ciceronis conſulatus maximam inuidiam habuit. Ac tum maxi-
me accenditur inuidia, cum genere, aut eiuſmodi re aliqua ſuperiori
gloria ab inferiore præripitur. itaq; hæc interdum vel exitij cauſa eſt, E
vt Gobriæ filio contigit. non igitur ἀμίσως inuidiam parit virtus: ſed
virtus gloriam, inuidiam gloria. Vitatur autem inuidia, ſi te modeſte
& æquabiliter cum aliis geras, nunquam te illis, vt ait Comicus, an-
teponens. minuitur etiam, ſi non omnia tibi vno quaſi tenore proce-
dant. ægre ferunt enim homines, aut vnum præ cæteris excellere, aut
vni, quaſi fortunæ filio, omnia proſpere ſuccedere. Sæpeq́; ſapientes
viri in ſecundiſſimis rebus aliquid ſibi euenire incommodi optarũt.
hoc eſt enim, quod dicitur, inuidiæ ſanguinem mittere. Terminatur
autem ſine dubio quidem morte: vnde illa,

Paſcitur in viuis liuor: poſt fata quieſcit.

A *& -- diram qui contudit Hydram,*
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.

Sed & confirmata iam, & ad ſummum perducta gloria inuidiam extinguit. Sic enim & aucto iam igne fumus euaneſcit: & Sol ad ſummum cœli euectus minimam vmbram efficit. Quamlibet multa, aut innumera potius poſſem in hoc argumento dicere. ſed, hæc ipſa, vereor, ne nimium multa ſint. quæ tamen quoquo modo accipientur á lectoribus, iuuat, vt ait poëta, indulſiſſe furori. nunc ad Ciceronis verba redeamus.

Crudeliter, & regie.) Regum crudelitas, & ſuperbia apud Romanos B prope in prouerbium abierat. Cicero pro Rabirio Poſtumo: Regum autem ſunt hæc imperia, Animaduerte, & dicto pare: &, Præter rogitatum ſi querare: & illæ minæ,

Si te ſecundo lumine hic offendero,
Moriere.

qui verſus, vt hoc, quaſi præteriens, admoneam, ex Euripidis Medea conuerſus eſt: quod ante me nemo annotauit. Idem ſecunda in Rullum: Non priuatorum inſaniam, ſed intolerantiam regum eſſe dicetis. & in eadem: Hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam regium ſit, quem præterit?

C *Malorum omnium.*) Quidam libri veteres, Malorum hominum, quod etſi à nonnullis reiici video, mihi tamen non diſplicet.

Diu iam) Totum triennium.

Ex tanto latrocinio.) Vnus liber vetus, naufragio.

In venis atq. in viſceribus.) Allegoria, quam ſtatim adhibita pulcherrima ſimilitudine explicat, & exornat. qua quidem in ſimilitudine, Reſp corpori, coniuratio febri, Catilinæ ſupplicium potui aquæ gelidæ comparatur.

Quare P.C.) Concluſio eſt.

Prætoris urbani.) L. Valerij Flacci. erant autem hoc anno prætores, D hic ipſe, quem dixi, L. Valerius Flaccus, Q. Pompeius Rufus, Q. Cælius Metellus Celer, C. Pontinius, C. Sulpitius, C. Coſconius, P. Cornelius Lentulus Sura. Octaui nomen nondum reperi nam, quod Appianus Cethegum nominat, dixi antea, cur mihi minus veriſimile videatur.

Malleolos.) Vide Vegetium.

Cum ſumma Reip. ſalute.) Quidam veteres libri, Cum Reip. ſalute, quod multo melius videtur.

Tum tu.) Particula, tum, in comprecationibus vtebantur. Plautus,

Quid ſi falles? Tum Mercurius Soſia iratus fiet. Idem,
E *Id ego ſi fallo, tum te ſumme Iupiter*
Quæſo, Amphitruoni vt ſemper iratus ſies.

& in iureiurando, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe, arceque, &c. & in fœderibus, Tum tu Dieſpiter populum R. ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam.

M. TVL-

 A

M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM, AD QVIRITES, ORATIONIS SECVNDÆ EXPLICATIO, eodem Ant. Mureto Authore. B

ORATIO XX. C

T*Andem aliquando.*) Perterrefactus ſuperiori oratione Catilina, ex vrbe ſeſe, intempeſta nocte, cum paucis, vt ait Salluſtius; cum trecentis, vt ait Plutarchus, coniuratis eduxerat. poſtridie Cicero, cum ſenatum habiturus eſſet, interim dum ſenatores conuenirent, hanc orationem ad populum è Roſtris habuit.

Tandem aliquando) Et ad tarditatem, & ad difficultatem indicandam valet. Cur autem hinc potiſſimum Cicero exorſus eſt? primum, quia nullo pacto facilius poterat, ſtatim à principio, populi beneuolentiam ſibi adiungere, quam modeſta ſui, & præclari, & recentis beneficij commemoratione. D omnes enim, qui oppreſſi aliquo metu fuerunt, amant eos, quorum opera ſe metu ac periculo leuatos intelligunt. ac ſi ij, qui ſuauem aliquem nuncium afferunt, etiam ſi ipſi nihil ad ea, quæ nunciant, contulerunt, tamen ita grati ſolent eſſe, vt eos plerumq; Euangeliis proſequamur: quam accepta eius oratio eſſe debet, qui & ea nunciat, quæ maxime cupimus, & eis conficiendis ipſemet præfuit? primum igitur, vt dixi, hoc principio beneuolentiam quæſiuit ſibi. deinde fuit etiam alia cauſa, cur eo vteretur. nam cum eſſent, qui Catilinam non eiici, ſed interfici debuiſſe contenderent, ipſeq; conſilij ſui cauſas publice reddere pararet: merito, qua de E re in prima orationis parte diſputaturus erat, eam ſibi rem initio proponendam putauit.

Furentem audacia) Annota ordinem dicendi plane mirabilem. Audacia immoderata, & proiecta furioſos quodammodo eos, in quibus eſt, efficit. quibus autem quaſi conceptus viſceribus æſtuat furor, ij crebro ſpiritum ducere, atq; anhelare conſueuerunt. itaq; apud Virgilium, ſibyllæ ſacro furore correptæ non vultus, non color vnus,

Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument.

Qua-

A Quocirca præclare Cicero, cum dixiſſet, Catilinam furentem audacia; ſubiunxit, ſcelus anhelantem. Qui autem ad ſcelus tanta auiditate properat, vt anhelet: hunc nunquam cõquieſcere, ſed aliquid perpetuo machinari neceſſe eſt ergo addidit, Peſtem patriæ nefarie molientem. poſtremo, vt oſtenderet, Catilinam inibi fuiſſe, vt iam iamq; exequeretur ſua ſcelerata conſilia, addidit, Vobis, atq; huic vrbi ferrum, flammamq; minitantem.

Vel e[illegible]imus) Quia pro imperio, minis, conuicijs, obiurgationibus vſi ſumus.

Vel emiſimus) Quia non nolentem; imo ipſum ſuapte ſponte exire

B meditantem.

Vel ipſum egredientem) Eijcimur nolentes, emittimur volentes: ſed vtrumq; ab alio egredimur autem ipſi per nos. eiectus igitur Catilina nolebat enim exire. donec Ciceronem oppreſſiſſet. vel potius emiſſus. qui enim ſua omnia conſilia erui è tenebris, & è priuatæ domus parietibus in lucem erumpere videret, in vrbe tuto eſſe poſſe ſe non putabat. Vel potius neq; eiectus, neque emiſſus eſt, ſed per ſe egreſſus. nihil enim erat ei longius, quam vt eſſet in Manlij caſtris.

Proſecuti ſumus) Qua de conſuetudine à nobis ſuperius dictum

C eſt. non tamen ita hoc dicit, quaſi reuera Catilinam proſecutus fuerit: ſed tantum hoc genere loquendi ſignificat, nullam exeunti ei vim adhibitam fuiſſe.

Abijt, exceßit, euaſit, erupit) Non eſt congeries idem ſignificantium; ſed creſcit veluti per gradus oratio.

Exceßit) Plus eſt, quam abijt. vt,

Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra.

Euaſit) Tanquam eo ex loco, in quo iam ſine periculo verſari nequiret.

Erupit) Cum impetu quodam, & alacritate animi geſtientis per-

D uenire in Manlij caſtra:

Mœnibus ipſis intra mœnia) Quod periculum longe grauiſſimum eſt: vbi mali vis intus incluſa graſſatur. &, cum à muniendo mœnia dicta ſint; muniti eſſe mœnibus aduerſus eos, qui intra mœnia ſunt, non poſſumus.

Huius belli domeſtici) Vox, huius, & à quibuſdam alijs veteribus libris abeſt, & ab illo, quem ante dixi, optimo.

Sine controuerſia) Non eſt, vt quidam exponit, ne ipſo quidem Catilina repugnante. Sed idem valet, quod paulo poſt, ſine dubio: & in-

E fra: ſine dubitatione ἀτξεχίως.

Non enim iam inter latera) Dele illud, enim. nam neq; eſt in vetuſtis libris, & corrumpit orationis dignitatem.

Non iam inter latera) Vt magis intelligatur depulſi à ceruicibus ciuium periculi magnitudo; breuiter reuocat in memoriam aliquot audacia facinora Catilinæ.

Inter latera) Vt pridie Kal. Ian. Lepido & Tullo coſſ. cum ille in Comitio cum telo fuit.

Non in campo) Vt quo die ego mihi ab illo metuens, loricatus in campum deſcendi.

Non in foro, non in curia) Cum, illo præſente, neq; iudicia tuto exerceri, neq; ſenatus tuto haberi poſſet.

Non

Non deniq; intra domſticos parietes) Vt nuper, cum ille duos miſiſſet, A qui me in lecto meo interficerent.

Loco ille motus eſt) Id eſt, de ſtatu deiectus. quem enim locum ſibi quiſque ad dimicandum cepit, is & à Græcis στάσις, & à Latinis ſtatus dicitur. vnde Ciceroni in controuerſijs forenſibus ſtatus vocatur, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Quanta autem cum in omnibus rebus, tum præcipue in re militari vis ſit ordinis, nemo neſcit. ſæpe enim paruæ, ſed ordinaræ copiæ magnas, ſed confuſas, incompoſitaſq; vicerunt. at ordo in exercitu ſeruari non poteſt, niſi quiſque locum ſuum teneat, neque eo ſe moueri patiatur. iccirco olim capitis pœna conſtituta erat in λειποταξίας. B nam qui prior loco mouetur, magnam ſpem victoriæ aduerſario præbet. quemadmodum igitur, vbi loco motus eſt hoſtis, certa propemodum, & explorata victoria eſt: ita ait Cicero, Catilina ex vrbe depulſo, ciuibus iam non amplius de victoria eſſe dubitandum. libet autem recitare duos veterum ſcriptorum locos, quibus intelligatur, magno & intrepido milites animo mori malle, quam vt ſe loco moueri ſinant. eorum vnus eſt Salluſtij, ſub finem libri de coniurtione Catilinaria, his verbis: Sed confecto prælio, tum vero cerneres, quanta audacia, quantaq; vis animi fuiſſet in exercitu Catilinæ. C nam fere quem quiſq; viuus pugnandi locum ceperat, eum, amiſſa anima, corpore tegebat. Alter eſt Plauti ex Amphitruone.

Hoſtes crebri cadunt: noſtri contra ingruunt.
Vicimu' vi feroces.
Sed in fugam ſe nemo tamen conuertitur:
Neq; recedit loco, quin ſtatim rem gerat.
Animam amittunt prius, quam demigrent loco.
Iacet, vbi ſteterat, quiſq; atq; ordinem obtinet.

atque hi verſus aliquanto aliter leguntur in Plautinis libris: ſed ma- D le. expreſſum autem eſſe e Plauto Salluſtij locum, haud iniuria fortaſſe aliquis ſuſpicetur.

Bellum iuſtum) Quod vere, ac proprie belli nomine cenſeri poſſit.

Perdidimus) ἀπωλέσαμεν.

Quod vero non cruentum) Quod me non interfecit, interficiendumue curauit.

Viuis nobis) Me viuo.

Quod ei ferrum) Allegoria. ſignificat enim, Quod ei, ne cædem in vrbe faceret, reſtitimus.

E *Quod incolumes ciues*) Quorum ſanguinem cogitatione iam exorbuerat.

Quod ſtantem vrbem) De cuius euerſione, ac diſperditione cogitabat.

Afflictum) Quaſi ad humum deiectum.

Perculſum) Percellere eſt euertere, & ad terram deijcere. vnde prouerbium ruſticorum, quo plauſtrum perculiſſe dicuntur, qui negocium aliquod euerterunt, ac perturbarunt. meminit Donatus in Eunuchum. & eo vſus eſt Plautus in Epidico: perij, plauſtrum perculi. quo loco Eraſmus ineptiſſime legit, Auſtrum perculi.

Et retorquet oculos) Expreſſit geſtum eorum, qui inuiti aliquid relin-

Digitized by Google

A relinquunt. itaq; hominem auri minime cupidum ita expreſſit Horatius;

Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

Ex ſuis faucibus) Metaphora eſt ab immanibus feris.

Qua quidem lætari mihi videtur) Liber vetus, Quæ quidem lætari eminus videtur. eſt autem valde frequens Cicero in ea figura, vt ſenſum tribuat rebus inanimatis. Sic pro Marcello, Parietes ipſi. Sic pro Plancio: Quorum honoribus agri prope dicam, ipſi, monteſq; fauerunt & in agrarijs: Tecta atque agri.

B *Euomuerit*) Metaphora ab ægrotis, qui ſæpe vomitu recreari, ac releuari ſolent.

At ſi quis eſt talis) Nunc ingreditur ad declarandam rationem conſilij ſui: cur non interficiendum potius, quam emittendum, eſſe Catilinam duxerit. artificioſe autem facit, vt non modo non improbet, ſed magnopere etiam laudet eorum ſententiam, qui eum interfici debuiſſe dicebant; & tamen ab omni reprehenſione ſe liberet. Tale enim dilemma afferri aduerſus Ciceronem poterat. Aut coniurauit Catilina, aut non coniurauit. Si coniurauit, interficiendus fuit. ſi non coniurauit, ne eijciendus quidem. huic ita reſpondet, vt

C illum interfici debuiſſe fateatur. ſed oſtendat tamen, magis è repub. fuiſſe, vt emitteretur.

Quales eſſe omnes oportebat) Nam, ſi omnes tales eſſent, tum demum, Catilinam interficere, nihil periculi fuiſſet.

Exultat & triumphat) Oſtentat, iactatque ſe, & quodammodo magnifice ſe infert. Triumphat, autem; quaſi communi omnium hoſte deuicto.

Non comprehenderim) In vincula duci non iuſſerim.

Interemptum) Libri veteres, interfectum. aliquis nihil intereſſe dixerit. mihi hoc, quod eſt in veteribus, longe melius videtur.

D *Sed quam multos*) Tria hominum genera ponit, in quorum inuidiam incurſurus erat, ſi Catilinam interfeciſſet, vnum eorum, qui, ipſum Catilinæ inimicum eſſe, propterea quod eum in conſulatu acerbum competitorem habuerat, putabant. ideoq;, quæ ab ipſo deferrentur non credebant, quod ab odio proficiſci exiſtimarent. alterum eorum, qui ita ſtulti erant, vt non putarent, aut etiam vt defenderent. tertium deniq; improborum hominum, qui Catilinæ conatibus, & inceptionibus fauebant.

Ac ſi ſublato illo) Quamuis, inquit, videbam, quanta mihi impenderet inuidia, ſi Catilinam morte multaſſem: tamen ſi iudicaſſem

E fore, vt reſpubl. morte illius omni periculo defungeretur; facile contempſiſſem omne non inuidiæ modo, verumetiam vitæ periculum.

Iudicarem) Pro, iudicaſſem. enallage temporum.

Inuidia mea) Qua mihi inuideretur, non qua ego alijs inuiderem. Sic infra: Inuidiæ meæ leuandæ cauſa. Vtroq; autem modo dici inuidiam, ipſemet docuit quarto Tuſculanarum. ego vero video, multa quoq; alia nomina à veteribus eo modo vſurpata eſſe. Vtilitas enim mea ſæpe quidem eſt ea, quam ego percipio: ſed interdum ea quoq;, quæ ex me percipitur. Terentius Eunucho:

In ea re vtilitatem, ego faciam, vt cognoſcas meam.

Cicero

Cicero ad Tironem: Vtilitatibus tuis poſſum carere: te valere, tua A
cauſa primum volo:tum mea, mi Tiro. Sic negligentia tua, qua tu
negligeris: & odium tuum,quo te alius proſequitur. Terentius:

Nam neq; negligentia tua, neq; odio id fecit tuo.

Sic inſidiæ alicuius,non quas ipſe tendit,ſed quæ ipſi tenduntur.Cicero pro Cœlio: Quod in alicuius agreſtis periculo non prætermitteret, id, homo eruditus, in inſidijs doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret?multa his conſimilia reperiet, ſiquis accurate obſeruare voluerit.

Verumetiam vita) Conuenit cum eo, quod in ſenatu dixerat, patriam ſibi vita cariorem eſſe. B

Quam vehementer) E contrario intelligendum.

Tongilum) Omnes, quos ego quidem viderim,libri veteres,Tongilium.

Tongilium mihi eduxit) Illud, mihi, ad ſententiam nihil, ad ſermonis elegantiam, &, vt ita dixerim, vrbanitatem longe plurimum adiungit: Sic infra, Qui mihi accubantes in conuiuijs. & pro Murena, Apud exercitum mihi fueris,inquit,tot annos. Terentius Phormione,Qui mi,vbi ad vxores ventum eſt,tum fiunt ſenes.

In prætexta) Imberbem videlicet adoleſcentulum.prætextam enim ferebant vſque ad annum ætatis XVII. C

Calumnia) Ita reperio etiam in calamo exaratis libris:neq; tamen dubium eſt , quin ea vox aut omnino redundet, aut aliquo modo corrupta ſit. ego certi nihil pronunciare audeo.

Publicium , & Munatium) Iterum repetendum eſt verbum, eduxit.

Reliquit,quos viros) Ita emendandus eſt locus hic è veteribus libris Reliquit quos viros? quanto alieno ære? quam valentes? quam nobiles?illa autem duo verba,Vos videtis, neq; in vetuſtis exemplaribus leguntur,& ſine dubio,addita ſunt ab aliquo inepto, qui,deeſſe quippiam,errore ductus, opinaretur. D

Itaq; ego illum) Locum hunc deprauatum eſſe conſtat. ego autem partim veterum librorum auxilio , partim etiam coniectura nixus , confido fore,vt eum & corrigam,& declarem. Sententia igitur Ciceronis hæc eſt. Magnopere contemno eos omnes , qui cum Catilina exierunt, totumq; adeo Catilinæ exercitum: ſed, qui è ſocijs eius in hac vrbe manſerunt, eos demum metuendos eſſe duco. Cur exercitum contemnam, in cauſa ſunt primum legiones Gallicanæ, in quibus magnum eſt pop. Rom. præſidium conſtitutum. deinde hic delectus,quem habuit Metellus in agro Piceno,& Gallico.pręterea copiæ,quæ quotidie à nobis comparantur.magnos etiam mihi animos E
illud facit, quod totum Catilinæ exercitum video è teterrimorū hominum colluuione eſſe conflatum. Sed hos demum, qui manent in vrbe, cum tamen ſint nefaria illa ſocietate implicati,nobis eſſe arbitror pertimeſcendos. Hæc,niſi me vehementer fallit animus, Ciceronis ſententia eſt. quod magis patebit, vbi ſublata erunt aliquot menda,quæ adhuc huic loco tenebras offuderunt.

Ex Gallicanis legionibus) Emenda è libro vetere, Et Gallicanis legionibus. non enim dicit, exercitum Catilinæ eſſe ex Gallicanis legionibus ; ſed contemnere ſe Catilinæ copias , legionibus Gallicanis , id eſt, propter legiones Gallicanas, ſeu fretum auxilio legionum Gallica-

A Gallicanarum. Gallicanas autem dicit, vt opinor, quæ in Gallia, in hibernis diſpoſitæ eſſent.

Et cum hoc delectu) Dele particulam, cum, abeſt enim à veteribus libris, & ſenſum corrumpit.

Q. Metellus) Miſſi ſunt prætores, Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: hiſq; permiſſum, vti pro tempore, atque periculo exercitum compararent. Hæc Salluſtius. è quibus conſtat de delectu, quem habuit Metellus in Piceno de Gallico autem, è Dione cognoſcitur: qui narrat, cum ſenatus prouincias decreuiſſet conſulibus Macedoniam, & Galliam: Ciceroniq; Macedonia,
B quæ lucroſior erat, obtigiſſet: Ciceronem ſponte eam conceſſiſſe C. Antonio, vt hominem magno ære alieno, ob idque non alienum à ſuſpicione coniurationis, oblata lucri ſpe, ad bonas partes adduceret. ac ne ipſum quidem in Galliam iuiſſe, ſed, cum ſibi ſumpſiſſet vrbis cuſtodiam, eo Q. Metellum miſiſſe. Atque hoc eſt, quod Cicero iam ſæpe à ſe prouinciam reipubl. cauſſa prætermiſſam fuiſſe, iactat.

Ex his copijs) Ita etiam in veteribus legitur, neq; tamen dubito, quin legi debeat, Et his copijs.

Quæ à nobis) Decreuerat enim ſenatus, vti conſules delectum ha-
C berent. Salluſtius.

Ex agreſti luxuria) Id eſt, ex agreſtibus luxurioſis. metonymia.

Ex ruſticis mendiculis, & decoctoribus) Vocem, mendiculis, in nullo vetere libro reperio: quin omnes, quos mihi quidem videre contigerit, nihil habent hoc loco aliud, niſi.

Ex ruſticis decoctoribus.

Decoctoribus) De huius verbi vi copioſe diſſeruit Budæus in Pandectas.

Vadimonia deſerere καταλιπεῖν τὰς δίκας. Vadimonium deſerere,
D eſt, quem in diem tu alium, aliusue te vadatus fuerit, eum diem non obire. in deſertores autem vadimonij, pœna infamiæ conſtituta erat: & in eorum bona creditores à prætore mittebantur.

Edictum prætoris) Ex eo enim cognoſcent omnium fortunarum ſuarum ruinam, ob deſerta vadimonia. eſt autem argumentum à minori.

Qui fulgent purpura) Significat ſenatores eſſe. ſoli enim ſenatores purpuream tunicam lato clauo inſignem ferebant.

Video, cui Apulia) C. Iulium in Apuliam Catilina miſerat, vt eſt apud Salluſtium. Sed hic locus de eo intelligi non poteſt. conſtat e-
E nim, Ciceronem loqui de quibuſdam, qui adhuc in vrbe erant.

Attributa) à Catilina, tanquam imperatore, aſſignata.

Qui habeat Etruriam) Non Manlium dicit, (ille enim iampridem ab vrbe profectus fuerat) ſed alium quempiam nobis ignotum.

Qui agrum Picenum) Ne hic quidem Septimius Camers intelligi poteſt.

Qui ſibi has vrbanas) Cethegum, Statilium, Caſſium, Gabinium, ceteros.

Superioris noctis) Non intelligit eam noctem, quæ proxime anteceſſerat. neq; enim conueniret, quod ſtatim ſubiungit, Pateſeci in ſenatu, heſterno die.

Vno mehercule.) Complexio à minori. A

Quid enim mali.) Generalis propoſitio, quam poſtea enumeratione partium amplificat.

Teſtamentorum ſubiector.) Vt Græcis ὑποβάλλεσθαι, ita latinis, ſubijcere, eſt interdum, falſum, & adulterinum quippiam veri ac germani loco ſupponere. inde teſtamentorum ſubiectores, qui & teſtamentarij, dicuntur, quia quaſi artem quandam factitant ſupponendi falſa teſtamenta pro veris, ad quod exemplum, arbitror librarios iſtos, qui, lucelli ſui cauſa, vt lectorem inducant hiantem, ineptiſſimis libris veterum ſcriptorum nomina præponere non verentur, librorum ſubiectione eleganter vocari poſſe. B

Circumſcriptor.) Qui inducendi, ac circumueniendi homines, quaſi artificium quoddam tenet. hoc quoque à Græcis ſumptum, quibus περιγράφειν interdum valet, decipere.

Nepos.) Cur nepotes vocabant nequam & diſſolutos homines? opinor, quod qui pueri, patre mortuo, in aui tutelam veniunt tales euadere conſueuerint. nam & indulgentiores patribus fere ſunt aui: & ſi ſeueri eſſe velint, facile propter ætatis imbecillitatem à pueris patrio metu ſolutis contemnuntur.

Quæ cædes.) De cædibus, deque ſtupris à Catilina factis ſuperiore commentario diximus. exponuntur autem à Q. Cicerone in libello de petitione conſulatus, à Salluſtio, ab Aſconio. C

Alios ipſe amabat.) Q. Tullius, ait, eum tantum habuiſſe in libidine artis, & efficacitatis: vt parentum prope in gremijs prætextatos liberos conſtupraret.

Verumetiam ex agris.) Hoc eſt, quod ſupra, agreſtem luxuriam, & decoctores ruſticos dixit.

Atque vt eius diuerſa ſtudia.) Duo diſſimilia vitia in Catilina eſſe dicit, gladiatoriam in tractandis armis, obeundiſque facinoribus audaciam, & ſcenicam in omni libidine leuitatem, ac nequitiam. D quod admirabile videri queat. Mollitiam enim, & infractionem animi affert libido, qua nihil eſt armorum tractationis, & audaciæ magis alienum. ideoque Venerem admonet Homericus Iupiter, ne interponat ſe in res bellicas: ſed Marti, & Palladi earum procurationem relinquat.

> Οὔτοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήϊα ἔργα.
> Ἀλλὰ σύγ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο
> Ταῦτα δ᾽ Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.

Omnino tamen compertum eſt, homines bellicoſos, & armorum E ſtudio addictos in Venerem procliues eſſe: quod ſignificare voluerunt poëtæ, cum finxerunt, deditum eſſe Veneri Martem, & ſæpe ſe in illius gremium reijcere, æterno, vt ait Lucretius, deuictum vulnere amoris. qua de re ita Ariſtoteles libro ſecundo de Republ. ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος, οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην. ἢ γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν φαίνονται κατακώχιμοι πάντες οἱ τοιοῦτοι. atque ea fortaſſis cauſa fuit cur armatam Venerem Spartani colerent: quod Pauſanias lib. 3. prodidit. Herculem, quem vnum longe bellicoſiſſimum fuiſſe accepimus, eundem, traditum eſt, longe

A ſalaciſſimum fuiſſe, vt vna nocte quinquaginta virginum mellitam, vt Pindarus loquitur, herbam totonderit. iſque ad duodecim notos decimustertius additur illius labor,

Τὸ τρεισκαιδέκατον τοῖον λυγρὸν ἔχεν ἄεθλον.

Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούρας.

Eius autem rei cauſa facile reddi poteſt. nam quæ roboris efficientia ſunt integritas partium corporis, copia ſanguinis, ſpirituum, innati caloris; eadem omnia ad mouendam Veneris appetentiam valent. Porro quod hic Cicero de diuerſis Catilinæ ſtudijs dicit, id vel optime ex oratione pro Cœlio, quale ſit, intelligi poteſt.

B *Atque idem.*) Catilina, inquit, quamuis omnes ſcenicos leuitate, nequitiaque ſuperaret, fortis tamen habebatur à ſuis. propterea quod diuturna ſtuprorum ac ſcelerum exercitatione ad ferendos labores occalluerat. Sed immeritiſſimo laus illa ei tribuebatur: cum inſtrumenta virtutis in ſcelere ac nequitia conſumeret.

Aſſuefactus frigore, & fame) Vide, num rectius legatur, frigori, & fami.

Ab his iſtis ſuis ſocijs.) Macularunt hunc locum barbari illi, ac ſordidi magiſtri, qui, patrum memoria gloſſas in ſcholis ad C ſingula verba dictare ſoliti erant. In duobus veteribus libris legitur, Fortis ab iſtis prædicabatur: quomodo ſine dubitatione corrigendum eſt.

Induſtria ſubſidia, atque inſtrumenta virtutis.) Omnibus bonis male vti poſſumus, præterquam virtute: ait Ariſtoteles libro primo de arte dicendi. quod tamen adhibita aliqua moderatione intelligendum eſt. etenim felicitas neque virtus eſt, & eſt bonum: neque tamen quiſquam felicitate aut bene, aut male vti poteſt. vtimur enim non ipſo fine: ſed ijs, quæ ad finem dirigunt: id eſt, iis, quæ ὀργανικὰ nominantur. cuiuſmodi ſunt opes, diuitiæ, imD peria, integritas virium, forma, cæteraque Stoicorum προηγμένα eiuſmodi bona in Catilina erant firmitas corporis, patientia algoris, inediæ, ſitis, inſomniæ: quibus ille omnibus ad ſcelus, & ad libidinem abutebatur.

In libidine, audacia q.) Refert ad illam, quam ſupra dixerat, ſtuprorum, & ſcelerum exercitationem.

Conſumerentur.) Libri veteres, conſumeret. & ita emendandum eſt.

Hunc vero.) Sententia eſt. Si cæteri coniurati, ducem ſuum ſecuti, ex vrbe exierint, beati erimus, fortunata erit Reſp. præclara erit laus E conſulatus mei. Sed animaduerte, quam eleganter figurauerit hanc ſecundam partem: & quanto eam pulchriorem, repetitis exclamationibus, reddiderit.

Si ſui fuerint comites ſecuti.) Duo libri veteres, Si ſecuti erunt ſui comites. qui numerus mihi quidem magis probatur.

Niſi cædes, niſi incendia. Scribe, ijſdem libris auctoribus, Niſi cædem, niſi incendia. Cædes enim vnum eſt ex illis nominibus, quæ priore numero, multitudinis ſignificationem habent. ἀθροιστικὰ, vt meminiſſe videor, grammatici vocant. Sic igitur locutus eſt & alijs locis, & paulo infra: Eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque vrbis incendia.

Obligurierunt.) Vnus è veteribus libris, abligurierunt. idque fortaſſe verius eſt. nam obligurięndi verbum non memini alibi legere. A

In vino.) Peracto iam conuiuio,ſublatiſque epulis, pocula tamen relinquebantur, quibus mutuo inter ſe certantes conuiuæ,aut iocis hilarabant animum,aut aleam ludebant,aut aliquid faciebant eiuſmodi. id itaque tempus indicatur his loquendi generibus, in vino; in joco,atq; vino;in vino,atq; alea. Terentius,

---vel here in vino quam immodeſtus Fuiſti.

Catullus,

Marrucine Aſini,manu ſiniſtra B

Non belle vteris in ioco,atque vino.

Comeſſationes.) Vetus liber,comeſſatores.placet.

Eſſent illi quidem deſperandi.) Nihil enim ab aleatoribus,ſcortatoribus, comeſſatoribus neque priuatim, neq; publice vtile ſperari poteſt.

Sed tamen eſſent ferendi.) Domeſtica enim illa turpitudo & infamia ſaltem Remp.non attingeret.

Ebrioſos.) Omnes ad vnum libri veteres, Ebrios. quod valde probo,vt enim dormiens vigilanti,ita ebrius ſobrio opponitur.

Qui mihi accubantes.) Præclarum exemplum ὑποτυπώσεως, C ſiue ſubiectionis.

Vino languidi.) Nam,vt ait poëta. vt Venus eneruat vires, ſic copia vini.

Confecti cibo.) Placet omnino mihi hæc ſcriptura.ſed tamen in quodam libro vetere eſt,Conferti cibo.quod ne ipſum quidem diſplicet.

Sertis redemiti.) Coronatos, & vnguentis odoratis perfuſos cœnitaſſe olim eos, qui luxurioſius epulabantur, docuimus in commentario Catulliano.

Nulla eſt enim natio.) Sic ad finem primæ agrariæ. Nullum externum periculum eſt: non rex,non gens vlla, non natio pertimeſcenda eſt. incluſum malum,inteſtinum.ac domeſticum eſt. D

Inferre poſſit.) Libri veteres.Facere poſſit.

Vnius virtute.) Cn. Pompeium Magnum intelligit: de cuius virtute lege orationem pro lege Manilia.

Intus inſidiæ ſunt) Sic in defenſione Murenæ. Intus, intus eſt, inquam,equus Troianus: à quo nunquam, me conſule, dormientes opprimemini.

Quæ ſanari potuerunt.) Vnde allegoria ducta ſit, conſtat.huc autem pertinent verſus Naſonis: E

Cuncta prius tentanda.ſed immedicabile vulnus
Enſe reciaendum eſt: ne pars ſincera trahatur.

& ille locus ex octaua Philippica: In corpore ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat,vri,ſecariq; patiamur,vt aliquid membrorum potius,quam totum corpus intereat. ſic in Reip. corpore, vt totum ſaluum ſit,quicquid eſt peſtiferum,amputetur.

Ea quæ merentur) Vltimum ſupplicium.

At etiam.) Non deerant,qui inuidiam Ciceroni conflare cupientes,quererentur de nimia illius potentia, quod ciuem R,claris ortū

A maioribus, magnis in Rep. honoribus functum, vi & minis in exilium miſiſſet. eam nunc à ſe multis rationibus amouere conatur.

Paruit. quid quod heſterno die.) Iampridem animum meum tenuis quædam ſuſpicio pupugerat, vitij aliquid in his verbis ſubeſſe. vix enim ſatis diſpicere poteram, quorſus hæc interrogatio pertineret. ergo dum impreſſos libros cum manu ſcriptis accurate, atque attente confero; reperi in eo, quem iam antea dilaudaui, omnium, quorum ego quidem copiam habuerim, longe optimo libro eam ſcripturam, quæ omnem mihi ſcrupulum exemit, planeq; viſa eſt omni mendo vacare. Sic igitur in eo totus hic legitur locus: Simul
B atque ire in exilium iuſſus eſt, paruit, quieuit. Heſterno die, cum domi meæ pene interfectus eſſem, ſenatum in ædem Iouis Statoris conuocaui: rem omnem ad patres conſcriptos detuli. quo cum Catilina, & cætera. Iam opus eſſe non puto, vt eam vllis rationibus confirmem, ac conſtituam. Stat enim ipſa per ſe; neq; nõ probari cuilibet docto & intelligenti exiſtimatori poteſt. aliter fortaſſe iudicabit alius. ego, vt de meo ſenſu aperte atq; ingenue confitear, vel hoc vno emendato loco, videor mihi operam nauaſſe, quod in hac oratione purganda elaborarim.

Cum domi meæ.) Non, heſterno die pene interfectus: ſed, heſter-
C no die ſenatum conuocaui: cum domi meæ pene interfectus eſſem.

In ædem.) Senatum haberi non potuiſſe, niſi in templo, notius eſt, quam vt confirmari debeat.

Vehemens ille conſul.) Prædicatione iſtorum, qui Catilinam eiectum queruntur.

Homo audaciſſimus.) Vt admirabilius videatur eum reticuiſſe. & vt conſtet, id non metu, ſed conſcientia effectum. Sic in Oratore: A nobis, homo audaciſſimus, Catilina in ſenatu accuſatus obmutuit.

Vbi fuiſſet.) In optimo illo libro hæ duæ voces non leguntur. &
D ſane, eas ſi quis ſuſtulerit, nihil, vt opinor, neq; de ſententia, neque de orationis vehementia detraxerit.

Quid in proximam conſtituiſſet) Ita emendaui, iiſdem libris auctoribus: cum antea legeretur, In proxima. proximam autem dicit, non eam quæ antecelſerat, vt falſo credidit Siluius: ſed eam quæ proxime ſecutura erat, in quam conſtituerat Catilina ſe exiturum.

Deſcripta.) Diſtributa, diuiſa. vt V. in Antonium: Quorum ipſorum bona, quantacunq; erant, ſtatim ſuis comitibus, compotoribuſque deſcripſit.

E *Docui*) Libri veteres, Edocui.

Cum cunctaretur.) Iidem libri omnes ad vnum, Cum teneretur.

Cum ſecures, cum faſces.) Catilina enim ſibi & nomen, & ornamenta dignitatis conſularis, in caſtra Manlij proficiſcens, aſſumpſerat, vt ait Dio. Appianus autem idem enucleatius declarat. *ὁ μὲν δὴ* (de Catilina loquitur) *ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὥς τις ἀνθύπατος, κύφας μάλα αἴρων πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν.*

Cum aquilam illam.) De qua ſuperiore commentario diximus.

In exi-

In exilium ejiciebam.) Non eſt in exilium eijci dicendus, qui ſuapte ſponte in bellum ingreſſus eſt. in bellum autem iam ingreſſus erat Catilina. non igitur in exilium eiectus eſt. A

Manlius iſte Centurio.) Non dubium eſt, quin de Manlio loquatur. Sed tamen, quod in vno libro vetere ſcriptum video: Etenim, credo, iſte Centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit: adductus ſum in eam opinionem, vt putem, vocem, Manlius, gloſſema eſſe alicuius, qui declarare vellet, quinam ille centurio eſſet. eo magis, quia in Ciceronis ſcriptis ſæpe hoc modo peccatum eſſe animaduerti. paucos proferam locos, è quibus de cæteris coniectura capiatur. Cicero pro M. Cœlio Rufo: Idem, cum audiat, eſſe legem, quæ de ſeditioſis conſceleratiſque ciuibus, qui armati ſenatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, Remp. oppugnarint, quotidie quæri iubeat: legem non improbet, crimē, quod verſetur in iudicio, requirat. cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari: ſed adoleſcentem illuſtri ingenio, induſtria, gratia, accuſari ab eius filio, quem ipſe in iudicium & vocet, & vocarit: oppugnari autem hunc opibus meretricijs: Attatini illius pietatem non reprehēdat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laborioſos exiſtimet, quibus ocioſis ne in communi quidem ocio liceat eſſe. hunc locum qui cogitate leget, facile videbit, Attatini nomen delendum eſſe: & irrepſiſſe ex aliquo gloſſemate. item in eadem oratione: Nemo hunc M. Cœlium in illo ætatis flore vidit, niſi aut cum patre, aut mecum. expungendum eſt Cœlij nomen. & in Piſonem: Cum tamen ille, qualiſcunq; eſt, qui eſt ab vno te improbitate victus, Gabinius, collegit ipſe ſe. Gabinij nomen ex eodem fonte manauit, ex quo ſuperiora illa fluxerunt. B C

Maſſiliam.) Hunc enim rumorem Catilina, & qui ab eo erant diſſeminarant. Phocenſes, quod Cyro ſeruire nollent, vt ait Euſtathius Theſſalonicenſis, reliquerunt patrias ſedes, cumq; in Galliam veniſſent, ibi Maſſiliam condiderunt ea ciuitas à Cicerone, Liuio, Strabone, Valerio Maximo, Iuſtino, alijſque ſcriptoribus mirifice commendatur, tanquam quæ omnis virtutis, atque humanitatis domicilium fuerit. Athenæus tamen libro duodecimo narrat, Maſſilienſes impudicos, & maſculæ Veneri deditos fuiſſe. vnde & Plautus mores Maſſilienſes eo ſenſu in Caſina dixit. neq; id valde abſurdum videri debet. nam & apud Cretenſes, & apud Lacedæmonios, quorum vtriq; ſanctiſſimis, ac ſeueriſſimis legibus vſi parantur, puerorum tamen amores probro non ducebantur. Erant autem Maſſilienſes valde amici populo Rom. cui rei vel id indicio eſt, quod cum Annibal in Italiam exercitum duceret, petiiſſentque à Gallis Romani per legatos, ne ei per vrbes ſuas tranſitum darent, ſoli ex omnibus Maſſilienſes eam legationem benigne audierunt. his de cauſis ciues R. qui in exilium ibant, Maſſiliam ferè ſe conferebant. Sic L. Scipio Aſiaticus fecit: vt eſt in oratione pro P. Sextio: ſic T. Annius Milo, vt eſt apud Dionem libro quadrageſimo: ſic deniq; Catilinarij Catilinam facturum eſſe aiebant. D E

Non improbum, ſed timidum.) Non improbum, ſed miſerum. Et legit Priſcianus, Et habent omnes veteres libri: vt cogitare nequeam, quid ſecuti ſint, qui pro miſerum, timidum ſcribere maluerunt.

A *Eſt mihi tanti.*) Id eſt, ſi Siluium ſequare, tam parui facio, vt ſit ironia. ſed illa declaratio ineptiſſima & alieniſſima eſt. hoc enim dicit Cicero, ſe, ſi res ita ferat, inuidia ſua falſa atque iniqua velle emere Catilinæ diſceſſum de hoc loquendi genere etiam ſupra aliquid diximus.

Nunquam ego.) Qui nobis aſſeueranter aliquid mali prædicunt, eos fere nobis male cupere opinamur. cum igitur pro certo affirmaturus eſſet Cicero, Catilinam triduo in armis fore: aliquid ſibi præmuniendum, ac præfulciendum putauit, ne in hanc opinionem incideret. eo magis, quod, illum, inuidiæ metu, optare, vt id contingeret,

B poterat aliquis ſuſpicari. hanc figuram Græci rhetores προδιόρθωσιν vocant.

Multoq; magis illud timeo.) Non timeo, inquit, ne mihi inuidioſum ſit, quod Catilinam eiecerim: nam neque eieci: &, ſi eieciſſem, deſperatum, ac nefarium hominem eieciſſem ſed illud metuo, ne mihi inuidiæ ſit, quod eum emiſerim, quem ſummo ſupplicio afficere debueram.

Sed cum ſint homines.) Redit ad id, quod initio propoſuerat: cauſam fuiſſe, cur Catilinam non interficeret argumentaturque à minori, hoc modo: Cum Catilina ex vrbe profectus ſit, accuſor, quaſi

C cum eiecerim. ergo multo magis accuſarer, ſi eum interfeciſſem.

Quanquam iſti.) Significat, has querelas manare ab hominibus male affectis in rempub. & non alienis à coniuratione.

Verentur.) Cupiunt enim, eum quamprimum cum exercitu ad vrbem accedere. & metuunt, ne conſilium mutet.

Tam miſericors.) Fingebant enim ſe miſerari Catilinæ caſum, tanquam iniuria eiecti, & in falſam inuidiam vocati.

Ille autem.) Argumentum à minore.

Sed cur tam diu.) Tranſitio eſt. ſatis, inquit, ſuperque de Catilina

D locuti ſumus. dicendum iam de ijs, qui magis pertimeſcendi ſunt, qui, cum ſint nefario illo coniurationis fœdere implicati, tamen in vrbe manſerunt.

Exponam enim vobis.) Hac breui propoſitione, & beneuolentiam ſibi comparat, cum oſtendit, ſe ſanare malle, quam vlciſci: & docilem auditorem facit, exponens aperte, ac dilucide, quibus de rebus ingrediatur dicere attentum ipſa neceſſitas, & magnitudo periculi reddit.

Vnum genus.) Sex è generibus hominum Catilinæ copias conflatas eſſe dicit: de quibus ſingulis ordine videbimus. Primi ſunt, locu-

E pletes, obærati, amantes poſſeſſionum. his id cõſilij dat, vt, diuendita aliqua parte poſſeſſionum, diſſoluant ea, quæ debent. quod vt etiam cogantur facere, tabulas auctionarias propoſiturum ſe eſſe profitetur.

Diſſolui.) Liberari alieno ære.

Species.) Afferunt enim diuitiæ aliquid dignitatis. & cum omnibus, tum maxime locupletibus expedire videtur, nullos in republ. motus excitari. Cicero XIII. Philippica: Bonos ciues primum natura efficit: adiuuat deinde fortuna, omnibus enim bonis expedit, ſaluam eſſe rempub, ſed in ijs, qui fortunati ſunt, magis id apparet.

Acſi-

Ac fidem acquirere.) Vetus liber, Ad fidem acquirere. quod melius videtur: vt ſit, detrahere aliquid de poſſeſſione, & acquirere aliquid ad fidem. A

Sacroſanctas.) Vt eas nemo violare, aut etiam attingere audeat.

Tabulas nouas.) Eas enim Catilina, vt eſt apud Salluſtium, pollicebatur.

Tabulas nouas.) In tabulis argentariorum perſcribebatur, quid cuique quiſq; acceptum, expenſúmve ferret. Catilina igitur, qui videret magnum in ciuitate æs alienum eſſe, pollicebatur, ſe publice incenſurum omnes argentariorum tabulas, ita vt nemo, quod æris alieni antea cõtraxiſſet, perſoluere cogeretur. Tabulas nouas Græci vocant B σεισάχθειαν, id eſt, vt Plutarch. exponit, χρεῶν ἀποκοπὴν, vt Laertius, λύτρωσιν σωμάτων τε καὶ κτημάτων: quam primus Athenis inſtituit Solo.

Verum auctionaria.) τὰ δὲ προγραφικά. de tabulis autem auctionariis ſuperius dictum eſt. eas à ſe propoſitas eſſe, eamq; rem reip. ſaluti fuiſſe, Cicero lib. 2. de Offic. non obſcure indicat.

Certare cum vſuris fructibus prædiorum.) Conuenerant enim cum fœneratoribus, vt eorum prædiorum, quæ pignori pro ſorte & vſuris acceperant, fructus pro vſuris colligerent. Eueniebat autẽ, vt, quoniam C vſuræ, ſiue ſimplices, ſiue in ſortem redactæ, longe maiores eſſent, quam vt eas prædiorum fructus æquare poſſent, Catilinarij ſemper in annum elapſum debitores manerent: ob eamq; cauſam è ſequentis anni fructibus ſumẽdum eſſet: vnde fructus vſuris pares eſſe poſſent, quaſi q; cum iis comparari atq; contendere. quod ideo ſtultiſſimum eſſe affirmat, quoniam ad extremum omnes ſequentium fructus prioribus annis debebatur: itaq; proprietas ipſa, ære alieno onuſta, creditoribus addicebatur. Vendi igitur prædia & poſſeſſiones oportebat. quod tamen Catilinarij quoniam amore poſſeſſionum tenebantur, facere nolebant. Ita locum hunc declarat Fr. Hotomanus: D cuius ſententiam cum mirifice probarem, viſum eſt etiam mihi, vt ex eius libro de vſuris tantum ad verbum deſcriberem, quantum ad illuſtrandam Ciceronis ſententiam neceſſarium iudicarem.

Vteremur.) De hoc loquendi genere dixi lib. 1. commentariorum de finibus.

Deduci de ſententia.) Cum viderint, prolatis tabulis auctionariis, imponi ſibi ſoluendi neceſſitatem.

Quam arma laturi.) Quid ita? propterea quod diuites non facile opponunt ſe in diſcrimen vitæ: cum contra ij, quibus peculij nihil eſt, facile adducantur ad quodlibet periculum adeundum. cui rei confirmandæ aptiſſimum eſt illud, quod de quodam Luculli milite narrat E Horatius lib. 2. ſermonum, epiſt. 2.

Alterum genus.) In ſecunda quaſi cohorte Catilinariæ legionis ponit eos, qui cum ære alieno obruti eſſent, ad honores tamen, & imperia quoquo modo peruenire cupiebant. ideoq; ſtudebant nouis rebus, quod facile cernerent, ſe, quieta rep. nunquam ea, quæ optabant, conſecuturos.

Id, quod conantur.) Vt reip. facies immutetur.

Inuicto populo.) Sic pro Plancio, populum R. vocat principem populum, & omnium gentium dominum, atq; victorem: quibus etiam verbis vtitur, VI. in Antonium.

 Præſen-

A *Præſentis.*) Non eſt intelligendum, ſceleris præſentis: ſed deos ipſos præſentis. vt apud Terentium:

-- non tu hunc habeas plane præſentem Deum?

& apud Virgilium,

Nec tam præſentis alibi cognoſcere diuos,

quo etiam reſpexiſſe videtur Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores.

præſentis, autem pro, præſentes, antiqua ſcribendi ratio.

In cinere vrbis, atq; in ſanguine ciuium.) Quoniam ſupra ſæpe dixerat, eos de cæde tantum & incendiis cogitare.

B *Conſceleratâ.*) Idem erat, ſcelerata. ſed iuncta verba grandem efficiunt orationem.

Fugitiuo alicui, aut gladiatori) Seruorum enim, & gladiatorum magna in exercitu Catilinæ vis fuit, ergo ſi ille, quod optabat, conſecutus fuiſſet, ſine dubio tradidiſſet honores, mandaſſetq; imperia, non iis qui votis tantũ ipſi fauiſſent, ſpectatoresq; ſe ociolos præbuiſſent; ſed iis quorum in bello gerendo virtutẽ & induſtriam expertus eſſet.

Tertium genus.) Duo priora genera erant eorum, qui fauebant quidem coniurationi, ſed ita tamen vt arma non caperent, neq; ad exercitium proficiſcerentur hæc, quæ nunc enumerat, eorum ſunt, qui in

C exercitu erant.

Tertium genus eſt) Totum hunc locum, vt eſt in veteribus libris, proponã: multo enim magis mihi arridet, quod in eis legitur, quam quod in impreſſis. Tertium genus eſt ætate iam effœtum, ſed tamen exercitatione robuſtum: quo ex genere iſte eſt Manlius, cui nunc Catilina ſuccedit.

Ex iis coloniis, quas Feſulis Sylla conſtituit.) Sylla victoria potitus, milites, quorum erat auxilio vſus, magnis eſt & muneribus, & honoribus proſecutus. nam è gregariis etiam militibus alios ſenatores fecit, alios ita diuites, vt regio victu, quod ait Salluſtius, atq; cultu ætatem

D agerent. præterea in multa Italiæ oppida militum ſuorum colonias deduxit, interq; eos ciuium domos, agroſq; partitus eſt. De militum numero non conuenit. Is, qui ſcripſit epitomen Liuij, XLVII. Appianus XXIII. tantum legiones ponit: quodam etiam loco, non niſi centum viginti hominum millia. Deduxit autem nonnullos eorum Feſulas, vt ex his orationibus intelligitur: alios Capuam, vt è ſecunda agraria conſtat: alios in alia oppida. ſed quod de Capua dixi, admonet me, vt coniecturam quandam meam proferam de loco Plinij, vbi hoc ipſum, vt puto, dicitur; ſed deprauatio aliquot vocum impedimento eſt, ne intelligatur. eius verba ſunt, cap. 6. lib. 14. Falernus a-

E ger à ponte Campano læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam nuper Capuæ contributam incipit. Quæ quidem verba, puto, ad hunc modum corrigenda eſſe. Falernus ager à ponte Campano, læua petentibus vrbem à colonia per Syllam Capuæ conſtituta incipit. Ex illis igitur militibus multi, qui, largius ſuo vſi, in inopiam ex abundantia decidiſſent, veterum rapinarum memores, nihil aliud, quam bellum ciuile, cupiebant. ij nacti Manlium ducem, qui ipſe quoq; ſub Sylla ſtrenue militauerat, Catilinæ partes inſequebantur.

Quas Feſulis Sylla conſtituit) Puto vocem, Feſulis, delendam eſſe. non enim plures colonias Sylla Feſulis conſtituerat. ac ſuſpicor, errori occaſionem præbitam è ſimilitudine, quæ eſt inter hunc locum,

& alium

Digitized by Google

& alium quendam è ſequenti oratione, vbi Cicero de P. Furio loquens. Qui, inquit, eſt ex iis colonis quos Feſulas L. Sylla deduxit. imperiti enim, qui ibi Feſulas nominari viderent, hic quoq; nominandas putarunt. A

Inſperatu repentinis q. pecuniis.) Natura autem comperatum eſt, vt qui ſubito, & præter ſpem ad magnas pecunias peruenerunt, ij & iactent ſe ob eas inſolentius, & eis intemperantius abutantur.

Ædificant.) Familiam magnam alere, & multum ædificare, certiſſima eſt ad paupertatem via.

Dum prædiis, lecticis) Emenda è libro vetere: Dum prædiis lectis, familiis magnis, conuiuiis apparatis delectantur. B

Nonnullos agreſtes.) Quos ſupra vocauit ruſticos decoctores.

Homines tenues.) Ita eleganter vocantur pauperes. Cicero pro Roſcio Amerino: Quod ſi accedit eodem, vt tenuis antea fueris? & paulo poſt: Is, qui antea tenuis fuerit; an is, qui poſtea factus ſit egentiſſimus. & in eadem: Occiſo Sex. Roſcio, primus Ameriam nunciat Manlius Glaucia quidam homo tenuis.

Quartum genus.) Primum genus, obærati, amantes poſſeſſionum. Secundum, obærati, honorum cupidi. Tertium, Syllani milites. Quartum, vrbani decoctores. Quintum, ſcelerati, ſicarij, parricidæ. Sextum, impuri, & impudici. C

Vadimoniis, iudiciis, proſcriptionibus bonorum) Præclarus ordo. primum enim vadatur creditor debitorem. Si debitor vadimonium deſeruerit, iudicium aduerſus eum datur: mittiturq; creditor in poſſeſſionē. Si per triginta dies bona poſſeſſa fuerint, proſcribuntur.

Inficiatores) Ad negandum iis, quibus debent, exercitatos. mala nomina.

Primum, ſi ſtare non poſſunt.) Cum dixerit, primum, videbatur additurus, deinde eſt igitur ἀνακόλουθον.

Si ſtare non poſſunt, corruant.) Id eſt, ſi ita oppreſſi ſunt, vt retinere ſtatum & fortunas ſuas non queant; ſubeant infamiam, patiantur ſua bona proſcribi, exeant è ciuitate. ſed ita, vt nullum incommodum è ruina ipſorum, non modo ad ciuitatem, ſed ne ad vicinos quidem perueniat. D

Viuere honeſte.) Locum & ſtatum in ciuitate obtinere.

Perire turpiter) In bello contra patriam.

Poſtremum autem) Vox, poſtremus, duplicem habet ſenſum nam & id quod vltimo loco ponitur, poſtremum dicimus; & homines diſſolutos, abiectos, nequitiæ ac libidini deditos, non abſq; elegantia, poſtremos homines nominamus. Cicero: Vt poſtremi homines alienis pecuniis locupletarentur. Idem: Nihil ſcitote eſſe poſterius, nihil nequius. Hoc igitur eſt, quod hoc loco dicit, genus illud hominum, de quo agit, non tantum numero poſtremum eſſe, verum etiam genere ipſo, atq; vita. E

Immo vero de complexu.) Non obſcure innuit, eos libidinis cauſa amari.

Pexo capillo.) Mollitiem ſignificat. itaq; è contrario Horatius,

Hunc, & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Saua paupertas.

A *Aut imberbes.*) Vel ætate, vel artificio. Pathicos.

Aut bene barbatos.) Compta, & delibuta vnguentis barbula. Barbam aluerunt Romani vſq; ad annum ab V. C. quadringenteſimum quinquageſimum quartum, quo tempore primum è Sicilia tonſores in vrbem adduxit P. Licinius Menar vt eſt apud Plinium lib. 8 ideoq́; tam ſæpe Cicero veteres illos barbatos vocat. pro Murena: Apud illos barbatos. pro Cœlio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis. pro Sextio: vnum te aliquem ex barbatis illis Tunc radi cœperunt. itaq; multo ante Scipionis Africani ætatem, & ipſa Scipionis ætate, non ſenes modo, verumetiam adoleſcentes radebantur. B Ipſe autem Africanus (credo, propter mollitiem quandam) primus radi quotidie inſtituit: vt idem Plinius auctor eſt. quin etiam, cum reorum mos eſſet barbam promittere, ipſe tamen, die ſibi à tribuno pl. ad populum dicta, radi non deſiiit. Poſtea increbuit conſuetudo, vt barbam alerent iuuenes, raderent ſenes: vt cognoſcitur ex A. Gellio. Cicero igitur hoc loco, bene barbatos cum dicit, homines adoleſcentulos ſignificat. Sic ad Atticum: Concurſabant barbatuli iuuenes.

Manicatis & talaribus.) Quorum vtrumq; mulieribus permiſſum, viris vel maxime indecorum habebatur. Vide Gellium cap. 12. lib. 7.

C *Ac tritis.*) Hæ duæ voces abſunt à nonnullis veteribus libris: & delendæ videntur.

Velis.) Togarum laxitatem, & tenuitatem ſignificat.

Antelucanis.) A prima nocte ad auroram vſq; productis.

Cantare & pſallere) Idem eſt cantare & pſallere. Quocirca ne inepte bis idem dixerit, corrige, vt eſt in omnibus veteribus libris; Cantare & ſaltare.

Veruntamen quid ſibi.) σαρκασμός.

His præſertim iam noctibus.) Tam longis, tamq́; frigidis.

In conuiuiis nudi ſaltare.) Et ſaltare ipſum per ſe probro ducebatur D apud Romanos: & ſaltare in conuiuio nudum, ſummæ infamiæ vertebatur. Cicero pro Deiotaro: Quid deinde furcifer? quo progreditur? ait, hac lætitia Deiotarum elatum, vino ſe obruiſſe, in conuiuioq́; nudum ſaltauiſſe. quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicij afferre? Deiotarum ſaltantem quiſquam, aut ebrium vidit vnquam? & paulo poſt: Qui igitur adoleſcens, nondum tanta gloria præditus, nihil vnquam niſi ſeueriſſime & grauiſſime fecerit, is ea exiſtimatione, eaq́; ætate ſaltauit? imitari potius Caſtor aui tui mores diſciplinamq́; debebas, quam optimo & clariſſimo viro fugitiui ore maledicere. quod ſi ſaltatorem auum habuiſſes, neq; eum virum, vnde pudoris E pudicitiæq́; exempla peterentur: tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conueniret. fieri autem poteſt, vt hac in parte Cicero imitatus fuerit locum quendam Demoſthenis è ſecunda Olynthiaca; vbi cum vehementiſſimus ille, & tractandorum animorum peritiſſimus orator exponeret, cuiuſmodi homines in comitatu ſuo haberet Philippus: oſtendiſſetq́;, nullum illic eſſe bonis viris locum, addit: λοιποὺς δὴ περὶ αὐτὸν εἶναι λῃστὰς, καὶ κόλακας, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Δῆλον δὲ, ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ. καὶ γὰρ οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον, ὡς πολὺ τῶν θαυματοποιῶν ἀσελγεστέρους, ὄντας Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν

δημόσιον, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν A
ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόδους ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι, τούτους ἀγαπᾷ, καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει.

Scortatorum.) Omnes veteres libri, Scortorum. quod verius puto.

Cohortem prætoriam.) Quam ipſe prætor, id eſt, imperator, perpetuo circa ſe habeat.

Tam præclaras) Ironia.

Confecto, & ſaucio.) Apposite. hæc enim verba in gladiatoribus vſitata ſunt.

Naufragorum.) Euerſorum fortunis omnibus. ab omni & re, & ſpe B
derelictorum.

Eiectam) Hoc verbum proprie in naufragis dicitur.

Vrbes coloniarum, & municipiorum.) Nihil temere affirmare velim: ſed, quod ſuſpicer, id cōſiderandum aliis, iudicandumq; proponam. Vrbes coloniarum, aut vrbes municipiorum, latine dici non puto. neq;, vt arbitror, eius locutionis vllum aliud exemplum reperietur. idcircoq; pro, Vrbes, legendum cenſeo, Vites.

Tumulis.) Tumulus à tumendo eſt. vbi enim tumet terra, ibi tumulus dicitur. Sed in quibuſdam veteribus libris hoc loco legitur, Cumulis: quod fortaſſe verius ſit; vt cumulos ſilueſtres vocet illam ruſti- C
corum hominum temere coaceruatam, atq; accumulatam manum.

Si, inquam, his rebus.) Vox, inquam, abeſt à vetuſtis libris.

Contendere.) Conferre, comparare. Sic pro Roſcio Amerino: Quicquid in contra dixeris, id cum defenſione noſtra contendito.

Deniq; æquitas) Libri veteres, Hinc deniq; æquitas. atq; ita emendandum eſt.

Quemadmodum iam antea dixi.) Vbi hoc àntea dixit? Nuſquam. itaq; mihi quidē dubium non eſt, quin corrigendum ſit ita, vt eſt in libro vetere: Vos, quemadmodum iam ante, veſtra tecta cuſtodiis vigiliisq; defendite vt intelligatur, quemadmodum iam ante feciſtis. ſic ad fi- D
nem orationis ſequentis: In veſtra tecta diſcedite: & ea, quanquam iam periculum eſt depulſum, tamen æque, ac priori nocte feciſtis, cuſtodiis, vigiliisq; defendite.

Mihi, vt vrbi.) Mihi conſultum, ac prouiſum eſt, pro eo, quod eſt, ego conſului, ac prouidi, Græcum loquendi genus, quale illud è Diuinatione: Magno ſtudio mihi à pueritia eſt elaboratum.

Poteſtate tamen in veſtra.) Vobis obtemperabunt: nihil aduerſus veſtram voluntatem molientur, vigilantia, conſiliisq; noſtris circumcluſi, vt ſe contra Rempub. commouere non poſſint. In quodam vetere libro eſt: Poteſtate tamen noſtra continebuntur. quam ſcri- E
pturam reiicio. illo enim altero modo ſæpe locutus eſt Cicero: vt in Antonium: Ne prouinciam depopuletur, ne delectus habeat: ſit in S.P.Q.R. poteſtate. facile vero huic denunciationi parebat, vt in patrum conſcriptorum, atq; in veſtra poteſtate ſit, qui in ſua nunquam fuerit. & in eadem: Non in veſtra poteſtate, non in ſenatus eſſe Antonium.

Q. Metellus.) Dixi ſupra.

Aut opprimet) Primum eſt, hoſtem, ſi poſſis, opprimere. Si id non poſſis, τὸν δεύτερον, φασὶ, πλοῦν, conandum eſt, vt efficias, ne quid ille noceat. horum alterutrum dicit à Metello effectum iri.

Conſi-

A *Conſtituendis, maturandis, agendis*) Præclarus ordo. nam, vt ille ait, antequam incipias, conſulto; & vbi conſulueris, mature facto opus eſt.

Solutior) Seuerus, & ſolutus ſiue diſſolutus apud Ciceronem opponuntur.

Sentiet) Verbum vſitatum in comminando. Terentius: Sentiet, qui vir ſiem.

Eſſe carcerem, quem vindicem) Carcer igitur ad puniendos homines nefarios ædificatus eſt idem etiam in oratione pro Sylla: Quis de C. Cethego, atq; eius in Hiſpaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pij cogitat; cui non ad illius pœnam carcer ædificatus eſſe videatur? & multo apertius, poſtrema oratione in Catilinam his verbis: Vincula vero, & ea ſempiterna, certe ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris inuenta ſunt. Sed tamen Vlpianus affirmat, carcerem ad continendos, non ad puniendos homines haberi debere. quid igitur? dicendum eſt, aliam Ciceronis temporib. aliam ijs, quæ poſtea conſecuta ſunt, conſuetudinem hac in re obſeruatam fuiſſe.

B

Nullo tumultu) Quidam exponit ſine vllo militum delectu. quod manifeſto ineptum eſt. nullo igitur tumultu, nulla commotione populi, nulla concertatione, ἀπραγμόνως.

C *Me vno togato*) Hoc eſt, quod poſtea iactauit illo inuidioſo verſiculo, Cedant arma togæ. porro, vt hanc quaſi appendiculam adijciam, conſulares viri, etiam cum publice ibatur ad ſaga, togati tamen eſſe conſueuerant. Cicero in Antonium: Equidem P. C. quanquam hoc honore vſi, togati ſolent eſſe, cum eſt in ſagis ciuitas: ſtatui tamen, à vobis, cæteriſq; ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantaq; perturbatione pop. R. non differre veſtitu.

Vt ne quis bonus intereat) Liber vetus, vt neque bonus quiſquam intereat, atque ita corrigendum eſt.

Vos omnes iam ſalui) Dele particulam, Iam, eodem illo libro D auctore.

Deorum immortalium ſignificationibus) Tales videlicet quaſdam ſignificationes dicit, qualis eſt ea, quam ipſi dotam cõmemorat Dio: nempe cum in Ciceronis domo virgines Veſtales ſacra ſolennia ex more pro populi ſalute facerent, longiſſimam ex ara emicuiſſe flammam. Dionis verba ſunt: καί τινα παρὰ τοῦ δαιμονίου χρηστὴν ἐλπίδα ἅμα τῇ ἑω λαβών, ὅτι ἱερῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ὑπὲρ τοῦ δήμου ποιηθέντων, τὸ πῦρ ἐπὶ μακρότατον παρὰ τὸ εἰκὸς

E ἤρθη. idem etiam, & multo quidem copioſius, narrat Plutarchus: ſed vterque hoc contigiſſe ait, cum iam Lentulus abdicare ſe prætura coactus eſſet.

Non procul, vt quondam ſolebant) E vulgi opinione dixit. vulgares enim putant, cœleſtia numina ab alijs locis longius, ab alijs propius abeſſe. cum tamen neq; procul, neque prope recte dicatur in Deo ſiquidem vtraque harum vocum ſignificatur locus. in loco autem eſſe nihil, niſi corpus, poteſt. at diuina natura expers eſt corporis. alioqui (quod vel cogitare ſit nefas) eſſet aliquid ſimplicius Deo: cum omne corpus è materia, & forma ſiue effectione conſtet. præterea, ſi Deus corporatus eſſet, non eſſet infinite potens. haberet enim partes &

tes & earum partium, vel vniuſcuiuſque infinita eſſet potentia: ex quo efficeretur, vt & partium inter ſe, & cuiuslibet partis cum toto eadem potentia eſſet: quod abſurdiſſimum eſt: vel ſingularum partium potentia finita; quo poſito, conſequeretur, totius quoque potentiam eſſe finitam. nam è finitis infinitum conſtitui non poteſt: vt præclare diſputatur in libris de motu. Nō eſt igitur corporeus Deus: ideoq; neq; procul, neque prope eſſe dicendus eſt: ſed vt nullo tempore, ita nullo etiam loco circumſcriptus. At Cicero, vt orator, magis ad popularem ſententiam, quam ad elimatam philoſophorum diſputationibus veritatem, orationem ſuam accommodauit. quod idem facere omnes oportet, qui verba facere ad populum, & imperitæ multitudinis animos dicendo regere ac tractare meditantur. A B

Ab extero hoſte) Libri veteres, Externo.

Venerari) Venerari, eſt orare: quod & veniam petere dicitur. Plautus:

Eſt Deus, veneror, vt nos ærumna ex has miſeras eximat.

Virgilius:

Multa mouens animo, nymphas venerabar agreſtes,
Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis,
Rite ſecundarent viſus, omenque leuarent.

Idem etiam adorandi verbo indicatur. C

IN M. T. CICERONIS IN L. CATILINAM AD QVIRITES ORATIO. III. EXPLICATIO M. ANTONII MURETI. D

ORATIO XXI.

REMP. *Quirites)* Hanc orationem alij ſcripſerunt habitam eſſe non. Decemb. ipſis: qua in re, non magno negocio, manifeſti erroris conuinci queunt. Etenim ea, quæ proxime hanc ſequitur, habita eſt in ſenatu nonis Decemb. quod epiſtola prima libri ſecundi ad Atticum Cicero ipſe teſtatur. Hæc autem biduo ante habita fuerat, vt indicant verba illa è ſequenti: Is & nudius tertius in cuſtodiā ciues R. dedit, & ſupplicationem mihi decreuit; & indices heſterno die maximis præmijs affecit. Conſtat igitur hanc habitam eſſe III. non. Decemb. Continetur autem quatuor præcipuis partibus. primum enim breui exordio populum, & ſibi conciliat, & attentum ac docilem E

A docilem reddit. deinde narrat, quem in modum à ſe patefacta atque oppreſſa coniuratio fuerit, quidque ſuper ea re decretum à ſenatu. hanc narrationem ſequitur amplificatio, quæ conſtat commemoratione prodigiorum, quibus hæc coniuratio præſignificata fuerat; & comparatione illius cum cæteris ciuilibus inteſtinisq; bellis. Poſtremo breui peroratione commendat ſe liberoſque ſuos populo Ro. & ſe in ſuſcepta defenſione Reip. etiam depoſito magiſtratu, conſtantiſſimum fore pollicetur. Cætera, quæ ad argumentum pertinent, ſuis locis ſingillatim commemorabimus.

Remp. Quirites) Vno Reip. nomine cuncta quodammodo reliqua
B continentur. ſed eſt hæc ratio quædam amplificandi, quam ſupra quoq; tetigimus. vt cum totum aliquid propoſueris, partes etiam enucleatius perſequare.

Bona, fortunas) Bonorum nomine facultates, id eſt, τὰ ὑπάρχοντα, indicantur: neq; ſana alia vis ſubeſt nomini fortunarum. duo igitur idem valentia, augendi gratia poſuit.

Laboribus, conſilijs, periculiſque meis) Omnes libri veteres ἀσυνδέτως, laboribus, conſilijs, periculis meis. ſic & in ſuperiori oratione: Nunc ſi L. Catilina conſilijs, laboribus, periculis meis circumclu-
C ſus, &c.

Ex flamma, atq; ferro) E cæde atq; incendijs. hypallage.

Ex faucibus fati) Metaphoram à feris ductam eſſe conſtat. fatum autem vocat interitum. vt infra: Neque tanto ante exitij, ac fati diem Reip. denunciaſſet. idemq; Græcis in vſu eſt, qui μοῖραν, & πότμον, & κῆρα pro morte dicunt. etiamque πεπρωμένην. vt in illo verſiculo,

Ἄφυκτόν ἐστι τὸ τῆς πεπρωμένης κακόν.

Quæ harum vocum vſurpatio vnde mihi manaſſe videatur, aperiam.
D Fatum reuera ſignificat conſilium voluntatemque diuinam, qua omnia ex omni æternitate ita conſtituta ſunt, nihil vt accidere poſſit, quod non Deus infinito ante tempore præſciuerit: & quidem certo ac præfinito præſciuerit. nefariæ enim impietatis eſſet dicere, Dei ſcientiam aut non omnium eſſe, aut incertam eſſe, ac fluctuantem. Quod tamen non ita accipiendum eſt, vt, quod quidam ſcelerati faciunt, malorum cauſas referamus in Deum. nam vt medicus, qui certo prænoſcit, ægrotum ex hac aut illa infirmitate periturum, non tamen ægroto mortis cauſam afferre dicendus eſt: ita Deus, quamuis hunc aut illum flagitioſum fore præcognoſcit, minime tamen in
E cauſa eſt, vt ille flagitioſus euadat, cauendum eſt etiam diligentiſſime, ne Stoicorum væſaniam inſequamur, aut aliorum, qui ſpoliatas omni libertate hominum mentes ſeruitute deuincire conantur, tolluntq; è rebus omnibus caſum, & quicquid de rebus futuris affirmatur, negaturue, id definite verũ, aut definite falſum eſſe confirmant. quod longiſſime abeſt à vero. Etenim permulta ſunt, quæ antequam fiant, vel fieri, vel non fieri poſſunt: eſtque ita plane libera hominum voluntas; vt nemo inuitus bonus fiat, nemo inuitus malus. alioqui enim fruſtra virtutibus præmia, fruſtra vitijs ſupplicia conſtituerentur. Sed tamen & ea ipſa, quæ eam naturam habent, vt & hoc, & illo modo euenire poſſint, certo prænoſcuntur à Deo: &, quamuis liberũ

erat Ca-

erat Catilinæ, coniurare in patriam, vel non coniurare: Deus tamen, A coniuraturum illum, ex omni æternitate præſciuerat. Dei autē ſcientia nullam neceſſitatem rebus imponit. nam, vt vere, & ſapienter ab hominibus eruditiſſimis, iiſdemq; ſanctiſſimis dictū eſt, modus cognitionis non immutat naturam rei cognitæ. Ac Deus quidem vno prorſus modo prænoſcit omnia: neq; tamen omnia vno eodemq; modo eueniunt. nam, vt inſiſtamus in exēplo propoſito, non minus certo ſciebat Deus fore, vt Catilina bellum faceret patriæ; quam fore, vt aleretur, vt creſceret, vt ſomnum caperet, vt quotidie ad ſenium magis accederet. aliter tamen hæc contigerunt, & aliter illud. nam hæc, etiam ipſo Catilina inuito, allatura erat naturæ neceſſitas: illud in ipſius voluntate, atq; arbitrio poſitum fuit. Hunc igitur rerum ordinem in mente diuina conſtitutum, proprie accepto fati nomine ſignificari aio. Credebant autem veteres, quo temporis puncto quis naſceretur, eo ipſo fataliter conſtitui de morte atq; interitu ipſius: quod indicat hic verſiculus Manlij,

Naſcentes morimur: finiſque ab origine pendet.

& illud Senecæ: primuſq; dies Dedit extremum. atque hac potiſſimum in re vim fati elucere arbitrabantur. inde factum opinor, vt morti, atq; interitui, fati nomen tribuerint. Quod autem hic annotat Siluius. fati nomen non accipi pro morte naturali, ſed tantum C pro morte violenta, longe falſiſſimum eſt. imo vero violentam mortem qui oppetunt, præcipere, aut præoccupare fata, & præter fatum mori dicuntur. & ita accipiendus eſt locus ille è ſecunda Philippica: Multa autem impendere videntur præter naturam, præterq; fatum. & verſus ille Virgilij.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Et ſi non minus) Et ſi, poſitum videtur pro, quod ſi. vt apud Terentium Phormione: Et ſi tibi res ſit cum eo lænone. vbi Donatus, Et, inquit, modo non connexiua, ſed inceptiua particula eſt.

Et ſi non minus) Argumentum à pari. Paria ſunt condere vrbem, & D conditam ſeruare. Is qui vrbem condidit, in Deorum numerum relatus eſt. igitur & is, qui eandem ſeruauit, in honore & apud vos & apud poſteros eſſe debebit.

Iucundi atque illuſtres) Illuſtres dies ſunt ſancti, atque honorati, quoſque quotannis, ob memoriam alicuius rei, celebramus, ac colimus. eorum partim ſunt iucundi, vt ij quibus nati, aut à magno aliquo periculo liberati ſumus: quidam etiam acerbi, vt apud Virgilium:

Iamq; dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo. E

non fruſtra igitur hæc duo coniunxit.

Quibus conſeruamur) Natalem ſuum quiſque quotannis celebrare conſueuerat. etiamque natalem eorum, quos amabat. Tibullus.

Eſt qui te Cherinthe dies dedit, hic mihi ſanctus,
Atque inter feſtos ſemper habendus erit.
Horatius:
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem,
Iure ſolennis mihi, ſanctiorque

Tens

A *Pene natali proprio: quod ex hac*
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.

Sed & eos dies colebant, quibus è magno aliquo diſcrimine erepti forent. vt Horatius Kalendas Martias: quod eo die, caſu arboris, adductus quidem in periculum vitæ, ſed tamen liberatus fuiſſet: quod ipſe teſtatur his verſibus:

Voueram dulces epulas, & album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.
B *Hic dies anno redeunte feſtus,*
Corticem aſtrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.

Illum, qui hanc vrbem condidit) Romulum vrbis conditorem fuiſſe, confirmata multorum ſeculorum conſenſu opinio eſt. neque tamen defuerunt è vetuſtis ſcriptoribus, qui Romam multis fuiſſe ante Romulum ætatibus dicerent. qua de re vide Solinum capite 2. polyhiſtoris.

C *Romulum*) Abeſt Romuli nomen ab vno antiquo lib. quo fit, vt, peccatum eſſe hic in eodem genere arbitrer, quo multis in alijs locis, quos ſupra indicaui: ac plane cenſeam gloſſema eſſe.

Ad Deos immortales) Hiſtoria è Liuio, & alijs nota eſt. Ennius:

Romulus in cœlo cum diis genitalibus æuum
Degit. Horatius: *-. hac Quirinus*
Martis equis Acheronta fugit.
Idem:
Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti.

D Scipio apud Ciceronẽ: Deficere ſol hominibus, extinguiq; viſus eſt, cum Romuli animus hęc ipſa in templa penetrauit. ei flaminem adiecit Numa, quem Quirinalem vocauit. inſtituta etiam feſta, quæ Quirinalia dicta ſunt, aut alio nomine feſta ſtultorum. celebrabantur autem XIII. Kal. Mart. vt conſtat è ſecundo faſtorum Ouidij, & è vetere Kalendario, quod vir ſingulari quodam Dei opt. max. in ætatẽ noſtram beneficio ad illuſtrandam, & eruendam è veteribus monumentis antiquitatis memoriam natus, haud ita pridem in lucem edidit Paulus Manutius.

Debet dies is) Lege, vt eſt in veteribus libris: Eſſe apud vos, poſte-
E roſque veſtros in honore debebit is, qui eandem hanc vrbem, &c. non enim de die loquitur, ſed de ſeipſo: ac ſeipſum cum Romulo tacite confert.

Nam totius vrbis) Optimus liber: Nam toti vrbi placer.

Tectis omnibus) Omnes libri veteres hoc amplius, Templis, delubris, tectis omnibus, ac mœnibus

Reiecimus) Iidem omnes libri, Deiecimus.

Principio) Narratio eſt.

Paucis ante diebus) Hic viceſimusquartus à Catilinæ profectione erat dies.

Semper vigilaui) Narrationem credibilem fieri, rhetores docent, ſi non tantum quomodo quicque contigerit, verumetiam quibus de

cauſis

cauſis ita contigerit, explanetur. hoc igitur mirabiliter Cicero facit. A expoſiturus enim, quem in modum patefacta, & quaſi è tenebris ac latibulis eruta coniuratio eſſet; prius proponit cauſam, quæ id effecerit, nempe ſingularem quandam, ac perpetuam vigilantiam, ac prouidentiam in repub. ſuam. Simul autem hæc modeſta officij ſui prædicatio, ac commendatio, non dici poteſt, quantum ad conciliandos auditorum animos valeat.

Inſidijs.) Quidam libri veteres, Periculis.

Saluieſſe.) Annota, quod ſit officium eius, cui commiſſa reſp. eſt: nempe, vt, ſopitis, ac quieſcentibus cæteris, ipſe pro ſalute publica vigilet, quaſique excubias agat. Homerus: B

Οὐ χρὴ παννύχιον βουληφόρον ἄνδρα καθεύδειν,

Ὧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Quam in ſententiam multa præclara diligenter ab Eraſmo in prouerbijs collecta ſunt.

Quod viuus egreſſus eſt.) Omnes libri veteres, Quod viuus exierit.

Coniuratorum.) Vt iuratus, qui iurauit; iniuratus, qui non iurauit; ſic & coniuratus, qui coniurauit. ſimilia quædam indicaui in annotationibus Terentianis.

Remanſiſſent) Quidam veteres libri, Reſtitiſſent. C

Furore ac ſcelere eſſe inflammatos.) Sic locutus eſt libro quinto accuſationis: Ipſe inflammatus ſcelere ac furore, in forum venit.

Propter incredibilem magnitudinem ſceleris.) Magna enim ſcelera non temere credi, neque leui coniectura pendi ſolent: immo quo atrociora ſunt, eo ad faciendam fidem pluribus & certioribus notis coarguenda ſunt: vt præclare diſputatur in oratione pro Sex. Roſcio Amerino.

Oculis) Additum ad maiorem ἐνέργειαν. Sic infra: Vt eos pene oculis videre poſſemus. D

Itaque vt comperi legatos Allobrogum) Allobroges, gens Galliæ potētiſſima, ait Apollodorus. Polybius autem per ι. ſcribit Allobrigas. Charax vero per ο Allobrogas: quæ ſcriptura Latinis vſitatiſſima eſt: nam Græci quidem plerique omnes ſcribunt Allobrigas. Dicebatur eis ius ab ijs prætoribus, quibus Gallia Narbonenſis obtigerat: vt teſtatur Strabo lib. 4. Ij cum legatos Romam miſerant, queſturos de auaritia magiſtratuum ſuorum: quos Lentulus per P. Vmbrenum ad coniurationis ſocietatem pertrahere molitus eſt. ſed illi, cum ſimularent ſe ei conſilio fauere, totam rem tamen ad Q. Fabium Sangam detulerunt. vnde dictum eſt ab Horatio, E

Nouiſque rebus infidelis Allobrox.

Hiſtoriam fuſiſſime narrant Salluſtius, Plutarchus, Appianus: quorum ſcripta cum terantur omnium manibus; nullum eſſe operæ precium puto, integras paginas, quod alij fecerunt, ex eorum libris deſcribere.

Belli tranſalpini) Bellum in vlteriore, tumultum in citeriore Gallia dicit. inter hæc autem vocabula quid interſit, diſces è Cicerone VIII Philipp.

Ad ſuos ciues.) Animaduerte, totam regionem Allobrogum, ciuitatem vocari. Sic apud Salluſtium: Itaque Q. Fabio Sangæ,

A cuius patrocinio plurimum ciuitas vtebatur, rem omnem, vti cognouerant, aperiunt. ſic & omnes Heluetij, ciuitas vna. Cæſar: apud Heluetios longe nobiliſſimus, & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is, M. Meſſala, & M. Piſone coſ. regni cupiditate inductus, congregationem nobilitatis fecit, & ciuitati perſuaſit, vt de finibus ſuis cum omnibus copijs exirent.

Eodem itinere.) Redeuntes enim in Galliam, iter per Etruriam facturi erant.

B *Vulturcium.*) T. Vulturcium Crotonienſem.

Literas.) Quarum exemplum infra videbimus.

Heſterno die.) Sub noctem, opinor. ita enim in oratione pro Flacco: O nox illa, quæ pene æternas huic vrbi tenebras attuliſti: cum Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrum, & flammam vocabantur: cum ego te Flacce, cœlum noctemque conteſtās, flens flentem obteſtabar: cum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem vrbis & ciuium commendabam, tu, tu Flacce, prætor, communis exitij nuncios cepiſti: tu incluſam in literis reip. peſtem deprehendiſti: tu periculorum indicia, tua ſalutis auxilia ad me, & ad ſenatum attuliſti. quæ tibi tum gratiæ ſunt à me actæ? quæ à ſenatu? quæ à bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pontinio, fortiſſimo viro, C quenquam bonum putaret vnquam non ſalutem, verum honorem vllum denegaturum.

Et C. Pontinium.) Franciſci Capellij liber, Pomptinium: quomodo etiam in quibuſdam impreſſis ſcriptum eſſe video. Sed opinor, literam, p, ſine cauſa inculcatam à veteribus librarijs. nam illi eodem modo ſompnum pro ſomno, dampnum pro damno, dampnare pro damnare ſcribebant.

Fortiſſimos, atque amantiſſimos reipub.) Vtrunque neceſſarium erat: alterum, vt poſſent exequi ea, quibus opus erat pro rep. alterum, vt vellent.

D *Ad pontem Miluium.*) Is eſt haud procul ab vrbe in Etruriam tendentibus. Martialis:

A ponte rediit Miluio.

Ex præfectura Reatina.) Italiæ oppida partim coloniæ erant, partim municipia, partim præfecturæ. Sex. Pompeij de præfecturis verba ſunt. Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſpub. neque tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent. quarum genera fuere duo: alterum, in quas ſolebant ire præfecti * quatuor ſex virum pro populi E ſuffragio creati erant in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Puteolos, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: alterum quas prætor vrbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus: vt Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Alicas, Priuernum, Anagniam, Fruſilonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura: Hæc, vt dixi, Sex. Pompeij verba ſunt, ſed miſerandum in modum deprauata: neque mihi quidem appparet, quomodo corrigi debeant. Tuum profecto, tuum Paule Manuti excellens ingenium, ſpectatamq; illam, illam tuam in emendandis optimis quibuſque ſcriptoribus iudicij acrimoniam & locus hic. & totus prope Sex. Pompeius requirit.

Quo-

Quorum opera.) Emenda è veteribus libris: Quorum opera vtor aſſidue in rep præſidio cum gladijs miſeram.vt ſit,miſeram præſidio: non autem.in præſidio reip. A

Interim tertia fere vigilia exacta.) Vigiliarum.in quas nox à veteribus diſtribueretur,meminit & Iulius Pollux libro primo, ſed earum atio planius explicatur à Suida,qui ait,vigiliam, id eſt, φυλακὴν, eſſe quartam partem noctis. Tertia igitur vigilia fere exacta, eſt, quatuor fere horis antequam dilucеſceret.

Improbiſſimorum.) Omnes libri veteres. improbiſſimum.) idque melius videtur. B

Cimbrum Gabinium.) Hunc infra vocat P. Gabinium: & Salluſtius quoque P.Gabinium Capitonem, equitem R. Cimbrum autem, cognomen eſſe arbitror: neq; enim inuſitatum erat, vt vnus haberet plura cognomina. Nominatur autem & M. Tullius Cimber lib. 12. epiſtolarum, & ſecunda Philippica, inter Cæſaris interfectores. & Caninius quidam Cimber XI. Philippica.

Nihil dum ſuſpicantem.) Quidam libri veteres, Nihil dum tale ſuſpicantem.

Accerſitur.) Omnes veteres libri, Accerſitus eſt.

P.Statilius.) Lege, L. Statilius; nam & ita eſt in antiquis libris, & ita vocat Salluſtius, & ipſe Cicero paulò infra in hac ipſa oratione. C

Præter conſuetudinem.) Notat Lentulum, vt pigrum, & ſomnolentum. Sic infra: Non mihi eſſe P. Lentuli ſomnum, nec L. Caſſij adipem, &c. Dio quoq; ὁ Λεντοῦλος, inquit, ἥκιστα δραστήριος ἦν. itaq; Catilina apud Salluſtium ita loquitur: Scitis equidem milites, ſocordia atque ignauia Lentuli quantam ipſi uobiſque cladem attulerit.

Cum vero ſummis.) Dele particulam, vero. temere enim, & contra veterum librorum fidem inculcata eſt.

Referri.) Optimus liber, Referrem. D

Senatum frequentem.) In ædem Concordiæ.

C.Sulpicium.) Hac de re Plutarchus: Γαΐος δὲ Σουλπίκιος, εἷς τῶν στρατηγῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν πεμφθεὶς τοῦ Κεθήγου, πολλὰ μὲν ἐν αὐτῇ βέλη, καὶ ὅπλα, πλεῖστα δὲ ξίφη, καὶ μαχαίρας εὗρε νεοθήκτους ἁπάσας.

Sine Gallis.) Vt ſingulis ſeorſum interrogatis, cognoſceretur, ecquid eorum indicia inter ſe concinerent.

Iuſſu ſenatus.) Aliter enim conſuli fidem publicam dandi ius non erat, vt cognoſcitur è Rabiriana. E

Tum ille dixit) Optimus liber: Tum ille, cum vix ſe ex magno timore recepiſſet, dixit, à P. Lentulo, &c. melius ſine controuerſia, quam quomodo impreſſum eſt.

Vt ſeruorum.) Catilina enim, vt narrat Salluſtius, ſeruitia repudiabat id Lentulo diſplicebat. hunc autem locum Ciceronis, ne ſuſpicari quidem poſſum, cur quidam deprauatum eſſe exiſtimarint.

Omnib. ex partibus.) Duodecim opportunis vrbis locis incendium excitare conſtituerant: vt Salluſtius auctor eſt: at centum, ſi Plutarchũ ſequare. dederant etiam negocium nonnullis obſidendorum aquæductuum, & interficiendorum, ſi qui, vt fit, ad extinguenda incendia accurriſſent.

A *Cædemque infinitam.*) Nulli omnino ciui, præterquam Pompeij liberis, parcere decreuerat Lentulus. Plutarchus.

Præſto eſſe ille.) Catilina.

Exciperet.) à venatoribus ſumptum.

Equitatum.) Eo enim Galli etiam hodie plurimum valent, idque, vt veterum teſtimonia prætermittam, confirmauit is, quo olim domeſtico præceptore pater tuus Leonarde, vir clariſſimus, vſus eſt, decus Græciæ, Marcus Muſurus in elegia, quæ ante Platonem legitur,
B his verſibus :

Χαλκεοθωρήκων Κελτάων θοῦρον ἐνυώ.
Ἵππους κεντούντων ἡρώοσιν εἰδομένους.

Ex fatis Sibyllinis.) Quidam liber vetus, Ex libris ſibyllihis, ac infra quoque vbi legitur : Nihilne ſecum eſſet de fatis ſibyllinis locutus : idem ille liber habet, De libris ſibyllinis. atque ita plane legendum puto.

Ex libris Sibyllinis:) Hac de re Salluſtius : Eadem Galli fatentur : ac Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter literas, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat, ex libris ſibyllinis regnum Romæ tribus Cornelijs portendi : Cinnam, atque Syllam antea, ſe tertium
C eſſe, cui fatum (liber manu ſcriptus habet, fatatum) eſſet vrbis potiri. præterea ab incenſo Capitolio illum eſſe XX. annum, quem ſæpe ex prodigijs haruſpices reſpondiſſent bello ciuili cruentum fore. Plutarchus autem, de Lentulo loquens, τοῦτον, inquit, ὄντα τῇ φύσει τοιοῦτον, κεκινημένον ὑπὸ τοῦ Κατιλίνα προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις, καὶ γόητες, ἔπη πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ᾄδοντες. ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προδηλοῦντας, εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μονάρχους. ὧν δύο μὲν ἤδη πεπλη-
D ρωκέναι τὸ χρεών : Κίνναν καὶ Σύλλαν : τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίων ἐκείνῳ φέροντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα. Idem etiam apud Appianum legitur.

Fatalem.) Vt ipſe ab haruſpicibus acceperat.

Poſt virginum abſolutionem.) Aſconij Pediani in orationem in toga candida verba ſunt : Fabia, virgo Veſtalis, cauſam inceſti dixerat, cum ei Catilina obijceretur : eratque abſoluta. Hæc Fabia, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis ; ideo ſic dixit, Etiam ſi culpa nulla ſubeſſet. ita & ſuis pepercit, & nihilo leuius inimico ſummi opprobrij turpitudinem obiecit. Hæc Aſconius. ac libet oſtende-
E re, quanti publice interſit, in veterum ſcriptorum libris, vt nunc loquimur, imprimendis ſummam diligentiam adhiberi. hæc enim quę modo recitaui, Aſconij verba, quod in omnibus impreſſis libris perperam diſtincta ſunt, hunc errorem obiecerunt aliquot eruditis hominibus, vt traderent, hanc Fabiam, quod Terentiæ ſoror eſſet, ideo abſolutam fuiſſe. quo quid cogitari poterat ineptius ? ſed, vt eo, vnde digreſſi ſumus, reuertamur, locum hunc de virgiuum abſolutione ad illam Fabiæ abſolutionem referunt. de quo vt addubitem, facit, primum quod nullo argumento probari poteſt, hûc decimum ab abſoluta Fabia annum fuiſſe. deinde quod vix videtur virginum abſolutionem dicturus fuiſſe Cicero, ſi de vna tantum virgine abſoluta

luta ſermo eſſet. amplius igitur quærendum. nam nunc quidem nihil ſatis probabile occurrit. A

Poſt Capitolij autem incenſionem.) L. Scipione & C. Norbano coſ. cuſtodum negligentia Capitolium conflagrauit; quod à Q. Catulo poſtea Hortenſio & Metello coſ. reſtitutum eſt.

Saturnalibus.) Plutarchus: καὶ νὺξ μὲν ὥριστο πρὸς τὴν ἐπίθεσιν μία τῶν κρονιάδων. De Saturnalibus autem præſtat Macrobij verba ſubiicere. Apud maiores noſtros Saturnalia die vno finiebantur. qui erat A.D.XIIII.Kal.Ian. ſed poſtquam C. Cæſar huic menſi duos addidit dies ſextodecimo cœpta celebrari Ea re factum eſt, vt, cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullaque à C. B Cæſare inſerto die, & alij vetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur. licet & apud veteres opinio fuerit, ſeptem diebus peragi Saturnalia: ſi opinio vocanda eſt, quæ idoneis firmatur auctoribus. Nouius enim probatiſſimus Atrellanorum ſcriptor, ait,

-- Olim expectata veniunt ſeptem Saturnalia:

Mummius quoq; qui poſt Nouium, & Pomponium diu iacentem artem Attellaniam ſuſcitauit, Noſtri, inquit, maiores velut bene multa inſtituere, ita hoc optime: à frigore fecere ſummo dies ſeptẽ C Saturnalia. Sed Manlius ait, eos, qui ſe, vt ſupra diximus, Saturni nomine, & religione defenderant, per triduum feſtos inſtituiſſe dies, & Saturnalia vocauiſſe. vnde & Auguſtus huius, inquit, rei opinionem ſecutus, in legibus iudiciarijs triduo ferias ſeruari iuſſit. Maſurius, & alii, vno die, id eſt, XIIII. Kal. Ian. fuiſſe Saturnalia crediderunt. Quorum ſententiam Feneſtella confirmat, dicens, Æmiliam virginem XV. Kal. Ian. eſſe damnatam. quo die ſi Saturnalia agerentur, nec cauſam omnino dixiſſet. Deinde adiecit: Sequebantur eum diem Saturnalia. mox ait: Poſtero autem die, qui fuit XIII. Kalen. Ian. Liciniam virginem vt cauſam diceret, iuſſam: ex quo o- D ſtendit XIII. Kal. profeſtum eſſe. Hæc Macrobius. iccirco autem coniurati Saturnalia ad faciendam cædem conſtituerant: quoniam ciuitas tum tota vino, atq; hilaritati dedita facillime videbatur opprimi poſſe: ſecundum id quod à Virgilio dictum eſt:

Inuadunt vrbem ſomno vinoque ſepultam.

Nullus autem dies tanta hilaritate peragebatur, quanta dies Saturnaliorum. vnde lepidiſſimus poëta Saturnalia optimum dierum vocat.

Cethego nimium id longum.) Erat enim Cethegus præcipiti admodum, ac temerario ingenio, vnde & Cicero infra dicturus eſt, C. Ce- E thegi furioſam temeritatem. quod his verbis confirmat Salluſtius: Inter hæc parata, atq; decreta. Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum, illos, dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere. facto, non conſulto, in tali periculo opus eſſe, ſeque, ſi pauci adiuuarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat.

Tabellas.) In ceratis tabulis ſcriptitaſſe veteres notum eſt. eas tabulas. vbi ad aliquem ſcripturi erant, lino obligabant, deinde annulo ſuo obſignabant Plautus:

A *Phœnicium Calidero amatori ſuo*
Per ceram, & linum, litteraſque interpretes
Salutem mittit.

Signum cognouit.) Mos veterum erat vbi aliquem literis ab ipſo ſcriptis premere, ac conuincere volebant, antequam eas reſignarent, iubere, vt ſignum cognoſceret. cuius rei aliquot teſtimonia collegit Petrus Victorius in varijs lectionibus.

Quæ ſibi legati eorum præcepiſſent.) Ita eſt & in libris veteribus. ſed nihilo ſecius, legendum cenſeo, Recepiſſent. recipere autem hoc loco eſt, polliceri.

B *Qui paulo ante aliquid de gladijs.*) Omnes libri veteres, Qui paulo ante aliquid tamen de gladijs ac ſicis, &c. quæ ſcriptura ſine dubio præclara eſt Illud enim, tamen, eam vim habet, vt ſignificet, Cethegum, cum in manifeſto ſcelere teneretur, tamen primo dixiſſe aliquid, purgandi, excuſandiq; ſui gratia: at recitatis literis, fractum, ac debilitatum animo conticuiſſe.

Introductus Statilius.) Emenda, vt eſt in veteribus libris: Introductus eſt Statilius cognouit & ſignum, & manum ſuam. prius enim ſignum cognoſci oportebat, deinde manum, reſignatis iam literis, ſic etiam infra: Perturbatus Lentulus, tamen & ſignum, & manum

C ſuam cognouit.

Notum ſignum.) Veteres, vt nunc quoq; fit, in annulis ſignatorijs, quas cuiq; libitum erat, imagines exprimendas curabant. Sæpiſſime tamen imagine alicuius præſtantis viri in ſignando vtebantur, Sylla dictator traditione Iugurthæ ſemper ſignauit. Intercatienſis quidã, cuius patrem Scipio Æmilianus ex prouocatione interfecerat, cum hoc ipſum ſibi glorioſum duceret, quod pater ſuus cum tanto viro dimicans, interfectus fuiſſet, ſignaſſe poſtea dicitur eius pugnæ effigie: vulgato Stilonis Præconini ſale, quidnam fuiſſe facturum eum, ſi Scipio à patre eius interemptus eſſet. Scipio, ſuperioris Africani fi-

D lius imagine patris ſui. Diuus Auguſtus primo ſphinge, mox imagine Alexandri Magni, poſtremo ſua, quam expreſſerat Dioſcorides, atq; hac etiam inſecuti principes ſignare perſeuerauerunt. Mœcenas rana, noſtris temporibus, Viglius Zuichemus, præſtantiſſimus iuriſconſultus, Pallade ſignauit. vidi aliquot Eraſmi epiſtolas, quæ omnes ſignatæ erant Termino, additis duabus *nulli cedo*: non ſine ſuſpicione arrogantiæ, ſi hic P. Lentulus Sura imagine aui ſui, viri clariſſimi, in ſignando vtebatur.

Imago aui tui.) De hoc plura in ſequentis orationis explicatione dicemus.

E *Qui amauit vnice.*) ἐμφατικῶς. amauit vnice patriam, quam tu inflammare ac diripere cogitabas. amauit vnice ciues ſuos, quos tu crudeliſſime trucidatos in patriæ cinere ſepelire voluiſti.

Quæ quidem te.) Propter exempli domeſtici memoriam.

Atq; ille quidem primo negauit.) Se velle quicquã de his reb. dicere.

Surrexit.) Ad dicendum. ſtantes enim dicebant: vt alibi notauimus.

Per quem.) Nempe per P. Vmbrenum.

Quanta vis conſcientiæ eſſet.) Cicero pro Milone: Magna vis eſt conſcientiæ iudices: & magna in vtramq; partem; vt neq; timeant, qui nihil commiſerint: & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint.

Qui

Qui ſim, ex eo.) Apud Salluſtium, hoc literarum Lentuli exemplum A ita relatum eſt. Qui ſim, ex eo, quem ad te miſi, cognoſces. fac cogites, in quanta calamitate ſis: & memineris, te eſſe virum: conſideres, quid tuæ rationes poſtulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.

Cognoſces.) Omnes veteres libri, Ex eo, quem ad te miſi, ſcies.

Cura, vt vir ſis.) Vt conſtanter maneas in incepto: & factam tibi à ſenatu, qui te hoſtem iudicauit, iniuriam magno animo perſequare.

Quem in locum ſit progreſſus.) Iam enim tibi pedem referre integrum non eſt. B

Quid iam tibi ſit neceſſe.) Nempe, vt aut moriaris, aut vincas.

Etiam infimorum.) Seruos intelligit, quos Catilina, vt diximus, repudiabat.

Ac mihi quidem.) Difficile eſt, ait Ouidius, crimen non prodere vultu. hoc autem de genere argumentorum ita ipſe in Partitionibus: Eſt etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti veſtigiis ſumitur: vt telum, cruor, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconſtans, tremor, & eorum aliquid, quod ſenſu percipi poſſit.

Sed ipſi à ſe viderentur.) Emendandum à veteribus libris: Vt non iam C ab aliis indicari, ſed indicare ſe ipſi viderentur.

Indiciis expoſitis atq; editis.) Sic ſupra: Toto iam indicio expoſito, atq; edito.

De ſumma Reip.) Hoc loco omnes, quorum quidem ego copiam habui, libri veteres habent: De ſumma Reip. ſalute. inepte omnino. ſed hoc tamen viſum eſt teſtatum relinquere, vt magis intelligeretur non ſine cauſa factum eſſe à me, quod bis iam in hoc ipſo loquendi genere vocem *ſalute*, à librariis temere adiectam ſuſpicatus ſum.

De ſumma Reip.) Oportebat enim, eum qui ſenatum habebat, referre aut infinite de Repub. aut de ſingulis rebus finite. Auctor D Varro.

Dictæ ſunt à principibus.) Ab iis, qui primi ſententiam rogati ſunt, de ordine autem rogandi ſententias ita Varronem ſcripſiſſe, Gellius refert: Singulos debere conſuli gradatim: incipiq; à conſulari gradu: ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui princeps in ſenatum lectus eſſet. Tum autem cum hæc ſcriberet, nouum morem inſtitutum refert per ambitionem, gratiamq; vt is primus rogaretur, quem rogare vellet; qui haberet ſenatum: dum is tamen ex gradu conſulari eſſet. Iam qui princeps ſenatus legi ſoleret, diſcemus è Liuio, cuius è XXVII. hiſtoriarum libro E verba ſunt. Senatus lectionem contentio inter cenſores de principe legendo tenuit. Sempronij lectio erat. Cæterum Cornelius morem traditum à patribus ſequendum aiebat; vt qui primus cenſor ex iis, qui viuerent, fuiſſet, eum principem legerent. is T Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui dij ſortem legendi dediſſent, ei ius liberum eoſdem dediſſe deos. ſe id ſuo arbitrio facturum: lecturumq; Q Fabium Maximum: quem tum principem Romanæ ciuitatis eſſe, vel Annibale iudice victurus eſſet. Cum diu certatum eſſet verbis, concedente collega: lectus à Sempronio princeps in ſenatu Q. Fabius Maximus conſul. Hæc Liuius. Sed quod ait Varro, ſemper antea pri-

A mum rogari ſolitum, qui princeps ſenatus lectus eſſet: id non ſemper verum fuit. nam, vt alibi idem Gellius ſcribit, Alias primus rogabatur, qui à cenſ princeps in ſenatum lectus fuerat; alias qui deſignati conſules erant atq; hoc poſterius apud veteres in conſuetudine poſitum fuiſſe, multis teſtimoniis probari poteſt. Cicero V. in Antonium. Sed qui ordo in ſententiis rogandis ſeruari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur conſule deſignato, more maiorum, capiamus exordium: Idem VI. in eundem Antonium; de Bruto ipſo loquens: An ille non potuit, ſi Antonium conſulem, ſi Galliam Antonij prouinciam iudicaſſet, legiones An-
B tonio, & prouinciam tradere? domum redire? triumphare? primus in hoc ordine eſſe, quoad magiſtratum iniret? Salluſtius: Tunc D. Iunius Silanus, primus ſententiam rogatus, quod eo tempore conſul deſignatus erat, &c. Appianus autem non modo ita fieri ſolere confirmat, verum etiam cur fieri ſoleret, exponit eius verba ſunt. Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἐλέχθη, ὃς ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο ὑπατεύειν. ὧδε γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, πρῶτος εἰσφέρει γνώμην, ὡς αὐτὸς (οἶμαι) πολλὰ τῶν κυρουμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερός τε, καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου. Neq; tamen
C Silanus, ſed Q. Catulus tum princeps ſenatus erat.

A principibus.) Verſus hic eſt octonarius iambicus longe optimus.

Sine vlla varietate.) Nondum igitur conſtitutum erat de ſupplicij genere: qua de re poſtea variæ ſententiæ fuerunt.

Perſcriptum.) Perſcribebantur primum Senatuſconſulta: deinde ad ærarium deferebantur.

Collegæ meo, C. Antonio.) Multi libri veteres, Atq; etiam viro forti, collegæ meo, laus impertitur. vnde dubium non habeo, quin illud, *C. Antonio*, gloſſema ſit.

Quod eos, qui huius.) C. Antonius conſul, propter æris alieni magni-
D tudinem, & propter Catilinæ familiaritatem, non alienus putabatur à coniuratione. poſtea tamen aduerſus Catilinam miſſus eſt. Vnde cum poſtea damnatus eſſet, iuiſſetq; in exilium, Catilinariæ factionis homines, lætantes, male ei eueniſſe, qui Catilinæ fidem, vt ipſi putabant, fregerat, Catilinæ ſepulcrum ornarunt floribus, ac conuentu, epuliſq; celebrarunt. Narrat Cicero in oratione pro Flacco.

P. Lentulus, cum ſe pratura.) Quomodo prætor erat Lentulus, tam ſenex? intelligendum eſt, hanc ipſius ſecundam præturam fuiſſe. cum autem lege Cornelia eundem magiſtratum capere, niſi interie-
cto decennio, non liceret: veriſimile eſt, eum primam præturam geſ-
E ſiſſe L. Licinio Lucullo, & C. Aurelio Cotta Coſs. Eo magis, quod interiecto ex more biennio, conſul fuit vna cum Cn. Aufidio Oreſte. cum igitur iam conſularis, à cenſoribus Gellio & Lentulo, qui ſeueriſſimam cenſuram egerunt, probri gratia, ſenatu motus eſſet, exacto legitimo tempore, ad recuperandam ſenatoriam dignitatem, denuo præturam petierat, quam tum gerebat. id memoriæ prodidit Dio, cuius verba ſunt: Συνέπραττε δὲ αὐτῷ τὰ μάλιστα, τὰ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὅ, τε ὕπατος, καὶ ὁ Λέντουλος ὁ Πούπλιος, ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών, ἐστρατήγει γὰρ, ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ. Idem etiam teſtatum reliquit Plutarchus his verbis: Τὰς

δὲ ὑπο-

δὲ ὑπολειφθέντας ἐν τῇ πόλει, τῶν διεφθαρμένων ὑπὸ τοῦ Κατιλίνα, A συνῆγε, καὶ παρεθάρρυνε Κορνήλιος Λέντλος Σούρας ἐπίκλησιν, ἀνὴρ γένους μὲν ἐνδόξου, βεβιωκὼς δὲ φαύλως, καὶ δι' ἀσέλγειαν ἐξεληλαμένος τῆς βουλῆς πρότερον. τότε δὲ στρατηγῶν τὸ δεύτερον: ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐξ ὑπαρχῆς ἀνακτωμένοις τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα. atq; hinc intelligendum eſt, quod ait Salluſtius, eum Romæ conſulare impetium habuiſſe.

In cuſtodiam traderetur.) Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat; Cethegus Q. Cornificio; Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Cęparius, paulo ante ex fuga retractus, Cn. Terentio ſenatori B traditi ſunt. Salluſtius.

M. Cæparium.) In vulgatis Salluſtij codicibus hic Q. Cæparius vocatur. Ita enim ibi legitur: Igitur, confirmato animo, vocari ad ſeſe iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemq; Q. Cæparium Tarracinenſem, qui in Apuliam ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat. At enim in illo, quem mihi, vt ante dixi, Fr. Capellius, Bernardi F. probus ac ſtudioſus adoleſcens, dono dedit, ita legitur: Vocari ad ſeſe iubet Lentulum, Statilium, Gabinium, itemq; quendam Cæparium Tarracinenſem, &c. itaq; nulla in eo appellando inter Ciceronem & Salluſtium diſcrepantia eſt. C

In Q. Manlium Chilonem) Mihi vero minime diſplicet doctiſſimi hominis Siluij coniectura, qui hunc Magium, non Manlium vocatum putat.

Nouem hominum pœna.) Nouem illos intelligit, quos modo nominauit: Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Caſſium, Cæparium, Furium, Magium, & Vmbrenum. neq; tamen illi omnes poſtea interfecti ſunt: ſed tantum Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, Cæparius. cæteri, vt opinor, comprehendi nequiuerunt. Cicero pro Sylla: Sine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinque hominibus comprehenſis, atq; confoſſis, incenſione vrbem, internecione ciues, D vaſtitate Italiam, interitu Remp. liberaui. Et paulo poſt: Domicilium imperij, quinq; hominum amentium ac perditorum pœna redemi. Idem Salluſtius quoq; teſtatur.

Atq. etiam ſupplicatio.) De hac ſupplicatione ita ipſe loquitur Phil. 2. L. Cotta, vir ſummo ingenio, ſummaq; prudentia, rebus iis geſtis, quas tu reprehendis, ſupplicationem decreuit verbis ampliſſimis: eiq; illi ipſi, quos modo nominaui, conſulares, ſenatusq; cunctus aſſenſus eſt qui honos poſt conditam hanc vrbem habitus eſt togato ante me nemini. Idem in epiſtola ad Catonem: Tu idem mihi ſupplicationem decreuiſti togato, non, vt multis, rep. bene geſta, ſed, vt nemini, conſeruata. Idem multis aliis locis commemorat: fuit enim, E vt notum eſt, admodum φιλαυτόλογος. Quintilianus quoq; lib. 2. Num igitur, inquit, negabitur deformem Pyrrhi pacem Cæcus ille Appius dicendi viribus diremiſſe? aut non diuina M. Tullij eloquentia & cõtra leges agrarias popularis fuit, & Catilinæ fregit audaciam, & ſupplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Putabatur autem ſupplicatio eſſe prærogatiua triumphi, vt e Catonis epiſtola cognoſcitur.

Si cum cæteris conferatur.) Omnes libri veteres, Si cum cæteris ſupplicationibus conferatur, quod valde placet.

A *Vt quæ religio.*) Religio eſt, valet, vereor, non audeo, vito aliquid, tanquam in quo ſit quippiam mali ominis. Tetentius:

Tum quod dem ei, recte eſt. nam, nihil eſſe, mihi religio eſt dicere.

Vt quæ religio.) Commendat ſenatum, ex comparatione eius, quod à C. Mario factum fuerat. C Mario tantum commiſſa erat à ſenatu reſp. nihil nominatim de Glaucia decretum erat.

At ſenatus non tantum mihi remp. commiſit: ſed etiam nominatim decreuit, vt Lentulus in cuſtodiam traderetur, quo decreto, videtur eum condemnaſſe.

Glaucia prætor erat.

B Lentulus, patefactus indiciis, & confeſſionibus ſuis, non modo prætoris ius, verumetiam ciuis amiſerat.

C tamen Mario religio non fuit, Glauciam interficere.

Nos vt ea religione liberaremur, voluit ſenatus, Lentutum prætura ſe abdicare.

C. Glauciam.) De hoc, primo commentario dictum eſt.

Nunc quoniam Quirites.) Confirmat nunc, expoſita tota re, animos populi: oſtenditq;, quanti publice interfuerit, Catilinam ex vrbe pelli: nunquam enim futurum fuiſſe, vt hęc tam facile reprimerentur, ſi ille in vrbe remanſiſſet.

C *Sceleratiſſimi.*) Quoniam à ciuibus in patriam.

Periculoſiſſimiq;.) Quoniam domeſticum, ac inteſtinum.

Spes atq; opes.) Quidam libri veteres, Spes, opesq;.

P. Lentuli ſomnum.) De hoc, & de Cethegi temeritate iam diximus.

Nec L. Caßij adipem.) Stoliditatem ipſius, atq; inertiam ſignificat: qua de re Aſconius: Caſſium, inquit, qui iners, ac ſtolidus rum, magis quam improbus, videretur, poſt paucos menſes in coniuratione Catilinæ eſſe apparuit, ac cruentiſſimarum ſententiarum fuiſſe auctorem.

Iam ad cæteras res.) Iam ad certas res, omnes libri veteres. & ita emenda.

D

Neq; vero cum aliquid mandauerat.) Homines acres, atq; in agendis rebus exercitati, obire ipſi potius omnia, quam mãdare aliis, ſolent: quo nomine Philippum etiam alicubi commendat Demoſthenes, notus eſt apologus, qui eſt apud Gellium, de caſſira.

Exitium, ac fati diem.) Veteres libri, Exitij, ac fati diem. quod probo.

In remp.) Iidem omnes libri, In rep. quod placet. non enim pendet à nomine, Coniuratio: ſed reſpondet ei, quod paulo ante dictum eſt: In priuata domo.

E *Tanto ocio.*) Sic primo de officiis.: Neq; enim in republica periculum fuit grauius vnquam, nec maius ocium, ita enim recte emendauit hunc locum Petrus Victorius.

Quanquam hæc omnia.) Hæc πρὸς τὴν διόρθωσιν quædam eſt ad explicanda ea, quæ de prodigiis, ac ſignificationibus deorũ immortalium dicturus eſt. Harum ego, inquit, rerum omnium tantum miniſter fui: dii immortales ipſi duces, atq; auctores fuerunt. id probat duobus argumentis: primum, quod tantarum rerum gubernatio vix humani conſilij eſſe videatur: deinde, quod illi mulris, iisq; apertiſſimis ſignis voluntatem ſuam patefecerint.

Nam, vt illa omittam.) Cicerone conſule, multa prodigia facta ſunt, quibus

quibus periculũ reip. portẽderetur. Et ita exponit Iulius Obſequens. A M. Cicerone (in impreſſis libris inepte legitur, M. Geſone) C. Antonio Coſ. Fulmine pleraq; decuſſa. Sereno, * Vargunteius Pompeius de cœlo exanimatus. Trabs ardens ab occaſu ad cœlum extenta. Terræ motu Spoletum totum concuſſum, & quædam corruerunt. Inter alia relatum biennio ante in Capitolio lupam Remi & Romuli fulmine ictam. ſignum Iouis cum columna disiectum, haruſpicum reſponſo in foro repoſitum. tabulæ legum æneæ, literis liquefactis. ab his prodigiis Catilinæ nefaria conſpiratio cœpta. & paulo poſt. Lupi in vrbe viſi. nocturni vlulatus flebiles canum auditi. ſimulachrum Martis ſudauit. fulmen tota vrbe peruagatum B pleraq; deorum ſimulacra decuſſit, homines exanimauit. Et Dio; ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἔχαιρον οἱ Ῥωμαῖοι. τὰ δὲ δὴ τέρατα καὶ πάνυ αὐτοὺς ἐθορύβει. ἐν γὰρ τῷ Καπιτωλίῳ ἀνδριάντες τε πολλοὶ ὑπὸ κεραυνῶν συνεχωνεύθησαν, καὶ ἀγάλματα ἄλλα τε, καὶ Διὸς ἐπὶ κίονος ἱδρυμένον, εἰκών τέ τις λυκαίνης σύν τε τῷ Ῥώμῳ, καὶ σὺν τῷ Ῥωμύλῳ ἱδρυμένη ἔπεσε, τά τε γράμματα τῶν στηλῶν, ἐς ἃς οἱ νόμοι ἐσεγράφοντο, συνεχύθη, καὶ ἀμυδρὰ ἐγένετο. τά τε οὖν ἄλλα ἐξεθύοντο, τοῖς μάντεσι πειθόμενοι, καὶ τῷ Διὶ ἄγαλμα μεῖζον πρός τε τὰς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν C βλέπον, ὅπως αἱ συνωμοσίαι, ἐφ' ὧν ἐταράττοντο, ἐκφανεῖεν. ἱδρυθῆναι ἐψηφίσαντο. Sed ea omnia nemo melius, nemo copioſius perſecutus eſt, quam Cicero ipſe longe pulcherrimis verſibus, quos recitat Quintus lib. 1. de diuinat.

Vt terræmotus, cæteraq.) Omnium librorum veterum auctoritate permotus, ita locum hunc emendandum cenſeo: Vt terræmotus relinquam, vt omittam cætera, quæ tam multa, &c.

Canere.) Prædicere ductum à vatibus. ſic locutus eſt & in iis, quos ante dixi, verſibus:

Hæc fore, perpetuis ſignis, clariſq; frequentans, D
Ipſe deum genitor cælo terriſq; canebat.

Neq; prætermittendum, neq; relinquendum.) Prætermittimus ea, quæ ne attingimus quidem: relinquimus iam ſuſcepta. fieri etiam poteſt, vt duo idem valentia coniunxerit; vt Terentius:

Neq; boni, neq; liberalis functus officium 'ſt viri.

Cotta & Torquato Coſſ.) Teneri non poſſum, quin hoc loco verſus Ciceronis, quibus hæc continentur, propter mirificam ipſorum pulchritudinem aſcribam.

Nunc ea, Torquato quæ quondam & conſule Cotta,
Lydius ediderat Tyrrhena gentis haruſpex, E
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus,
Nam pater altitonans, ſtellanti nixus olympo,
Ipſe ſuos quondam tumulos, ac templa petiuit,
Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes,
Tum ſpecies ex ære vetus, generoſaq; Nattæ
Concidit, elapſaq; vetuſto numine leges:
Et diuum ſimulacra peremit fulminis ardor.
Hic ſilueſtris erat Romani nominis altrix
Martia, quæ paruos Mauortis ſemine natos
Vberibus grauidis vitali rore rigabat:

A *Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu*
Concidit, atque auulſa pedum veſtigia liquit.
Tum quis non, artis ſcripta & monimenta voluntans,
Voces triſtificas chartis promebat Etruſcis?
Omnes ciuili generoſa ſtirpe profectam
Vitare ingentem cladem, peſtemque monebant;
Vel legum exitium conſtanti voce ferebant:
Templa Deumq; adeo flammis, vrbemque iubebant
Eripere & ſtragem horribilem, cædemque vereri.

B *Haruſpices ex tota Etruria*) Cicero de diuinatione. Etruria autem de cœlo tacta ſcientiſſime animaduertit; eadem interpretatur, quid quibuſq; oſtendarur monſtris, atq; portentis. quocirca bene apud maiores noſtros ſenatus, tum cum florebat imperium, decreuit, vt de principum filijs ſex ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderētur: ne ars tanta, propter tenuitatem hominum, à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atq; quæſtum. & paulo poſt: Etruſci autem, quod, religione imburi, ſtudioſius, & crebrius hoſtias immolabant, extorum cognitioni ſe maxime dediderunt, quodque, propter aeris craſſitudinem, de cœlo apud eos multa fiebant, & quod, C ob eandem cauſam, multa inuſitata partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur; quædam etiam ex hominum, pecudumue conceptu, & ſatu; oſtentorum exercitatiſſimi interpretes extiterunt. Idem lib. 2. de legibus: Prodigia, portenta, ad Etruſcos, & haruſpices, ſi ſenatus iuſſit, deferunto. Etruriæq; principes diſciplinam doceto, vbi deleta particula, quæ coniungendi vim habet, legendum cenſeo, Ad Etruſcos haruſpices. Vide & Valerium Maximum cap. 1. lib. 1.

Fata ipſa flexiſſent) Virgilius tamen negat, fata flecti poſſe.

Deſine fata Deum flecti ſperare precando.

At Seruius è libris haruſpicinæ, quos compoſuiſſe dicitur Tages, D fata decem annis quadam ratione differri poſſe: immutari penitus non poſſe. De hoc argumento extat dialogus Luciani, qui inſcribitur, Ζεὺς ἐλεγχόμενος, non infeſtiuus ille quidem, ſed caute legendus. manifeſta enim ſemina impietatis continet.

Ludi per decem dies) Bella ratio placandi Deos. admirabilis profecto illorum temporum cæcitas fuit. quaſi vero Dij, itidem vt parui pueri, ſerias actiones oderint, & auerſentur, ludos & ſpectacula diligant.

Iidemq; iuſſerunt) Hac de re Ciceronis verſus hi ſunt:

E *Atque hæc fixa graui fato, ac fundata teneri,*
Ni poſt excelſum ad columen formata decore
Sancta Iouis ſpecies clares ſpectaret in ortus:
Tum fore, vt occultos populus ſanctuſq; ſenatus
Cernere conatus poſſet, ſi ſolis ad ortum
Conuerſa, inde patrum ſedes, populique videret.
Hæc tardata diu ſpecies multumque morata,
Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata,
Atque vna fixi ac ſignati temporis hora
Iuppiter è celſa clarabat ſceptra columna,
Ac clades patriæ ferro flammaque parata,
Vocibus Allobrogum, patribus, populoq; patebat.

Hic

Hic quis poteſt eſſe) Argumento à rebus effectis concludit totam hanc vniuerſitatem, deorum prouidentia gubernari: eoſque Romani imperij præcipuam curam agere huiuſmodi autem ſententiæ, vt docet Hermogenes, orationem ſplendidam, & illuſtrem efficiunt. A

Et eà à perditis ciuibus) Plures veteres libri, Et eà per ciues. quod probo.

Vt cum hodierno die) Errat igitur Dio, qui id contigiſſe ait, cum Cicero concionem haberet ita enim ſcribit: καὶ ταῦτα καὶ τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρεσε, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἔς τε τὸ Καπιτώλιον παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη, καὶ κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν μάντεων, πρός τε τὰς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον ἀνετέθη ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι συνωμοσίαν τινὰ ἐξελεγχθήσεσθαι ἐκ τῆς τοῦ ἀγάλματος πλάσεως εἰρήκεισαν, καὶ ἡ ἀνάθεσις αὐτοῦ τοῖς φωραθεῖσι συνέβαινε, τό τε θεῖον ἐμεγάλυνον, καὶ τοὺς τὴν αἰτίαν λαβόντας δι' ὀργῆς μᾶλλον ἐποιοῦντο. B

In ædem concordiæ) Vbi habiturus erat ſenatum. auctor Plutarchus, & ipſemet cum in alijs locis, tum in oratione pro Sextio, & in ſecunda Philippica. C

huic tanta audacia conſilium eſſet ereptum) Diuinitus, opinor, ad conſeruandam hominum inter ſe ſocietatem comparatum eſt, vt in quibus eſt audacia, eos mente ac conſilio carere, in quibus aſtutia & calliditas viget, eis fere ad obeunda facinora audaciam, præſentiamque animi deeſſe videamus. hæc enim vtraq; coniuncta ſi graſſarentur, nulla profecto eſſet tanta vis, quæ obſiſtere nefariorum hominũ conatibus poſſet. atq; huius rei cauſæ etiam naturales reddi queunt. nam in quibus magna admodum eſt ſanguinis copia, ij natura audaces ſunt, & ad excipienda vulnera proiecti, ſed ſimplices fere, & incauti: contra in quibus minus quidem ſanguinis eſt, ſed purioris ac ſubtilioris; ij timidiores quidem ſunt, ſed aſtutiores. itaque qui naſcuntur in regionibus frigidis, propter eam, quam dixi, cauſam, audacia valent, aſtu non valent: vt Scythæ, vt Germani, vt Heluetij. qui in calidis, timidi ſunt, ſed callidi. vt Afri vt Hiſpani, vt magna pars Græcorum. adde, quod roboris ac confidentiæ comes eſt audacia, debilitatis ac diffidentiæ aſtutia. ideo & in beſtijs non vulpes modo, ſed & araneus leone aut elephanto multo callidior eſt. & in hominum genere mulieres fere aſtutiores viris. D

Ad omnia puluinaria) Supplicationes interdum huic, aut illi Deo, interdum ad omnia puluinaria, id eſt, omnibus dijs, conſtituebantur. Ibant per vrbem coronati pueri, matronæ, virgines, nonnunquam etiam lauream manu tenentes, canebantq; hymnos compoſitos in laudem Deorum. ac decernebatur ſupplicatio vel ad auertendum aliquod malum, quod aut premeret, aut immineret: vel ob rem bene ac feliciter geſtam. E

Ad omnia puluinaria) Sic XIV. in Antonium. M. Cornutus, prætor vrbanus, ſupplicationes per dies L ad omnia puluinaria conſtituat. Liuius: Obſecratio; circa omnia puluinaria dij. Puluinaria autem erant lectl, qui ſternebantur in templis, cum conuiuium dijs apponebatur,

A batur, quod ſacrificij genus lectiſternium, aut epulum, vnde epulones, aut dapem vocabant. Suetonius in Cæſare: Ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia, & pro tribunali tenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra iuxta Deos, puluinar, flaminem, lupercos, &c. Cicero de eodem loquens, Quem is maiorem honorem conſecutus erat, quam vt haberet puluinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem? Domitianus, cum ſe Deum eſſe ſignificare vellet, vxorem poſt diuortium reductam, dicebat, vocatam in puluinar ſuum.

Supplicatio) Qua de ita loquitur ipſe, XIV. in Antonium: Mihi B conſuli ſupplicatio, nullis armis ſumptis, non ob cædem hoſtium, ſed ob conſeruationem ciuium, nouo & inaudito genere decreta eſt. Porro ſenatus, decernenda hac ſupplicatione, Catilinam cum ſuis, non in ciuium, ſed in hoſtium numero habendos iudicauit. nunquam enim in ciuili bello ſupplicatio decernebatur.

Illos dies) Multorum dierum fuiſſe hanc ſupplicationem ſignificat. quot autem fuerint, non conſtat.

Etenim recordamini) Contendit hanc coniurationem cum ijs, quæ anteceſſerant, diſſenſionibus ciuilibus: eamq; multo atrociorem ac periculoſiorem fuiſſe demonſtrat. Simulq; confirmat, quod modo C dixerat, nunquam iuſtiores honores dijs immortalib. habitos: nunquam enim Remp. è maiori periculo ereptam fuiſſe.

Eas, quas audiſtis) Vt ſeceſſiones plebis in Sacrum montem, in Auentinum.

Sed & eas, quas vosmetipſi) Vt quas ipſe mox commemoraturus eſt.

L. Sylla P. Sulpicium) Hæc hiſtoria cognoſci poteſt è libro 77. epitomes Liuianæ, è L. Floro, libri tertij cap. 21. ex Appiani libro primo de bellis ciuilibus, è Plutarcho in Sylla, & in Mario. ſed qui eam & diffuſe ſatis, & terſe imprimis atque eleganter explicatam videre a D uet, legat Velleium in poſteriori volumine.

Cuſtodem huius vrbis) Hoc dicit propter bellum Cimbricum. Vide librum LXVIII. epitomes Liuianæ.

Cn. Octauius Coſ) Vide eoſdem, quos paulo ſupra citaui.

Collegam ſuum) C. Cornelium Cinnam.

Omnis hic locus) Forum.

Clariſſimis viris interfectis) De quibus, præter eos, quos nominaui, vide etiam Ciceronem principio libri 3. de oratore.

Sylla) Vir, vt ait Paterculus, qui neque ad finem victoriæ ſatis laudari, neq; poſt victoriam abunde vituperari poteſt. & alibi, Sylla, in-E quit, adeo diſſimilis fuit bellator, ac victor, vt, dum vincit, iuſtiſſimo lenior, poſt victoriam, audito fuerit crudelior. Poſt victoriam, deſcendenti in forum Syllæ, vt auctor eſt Seneca, populus gladio ſummouebatur. de crudelitate ipſius vide Valerium Maximum libri noni capite ſecundo.

Quanta diminutione ciuium) Apud Sacriportum, apud Collinam LXX. amplius millia Sylla concidit. bellum erat. Quatuor millia deditorum ciuium in via publica interfici iuſſit. iſti tot in pace, nõ plures ſunt? Quis autem illos poteſt computare, quos in vrbe paſſim, quiſquis voluit, occidit? donec, admonente Fuffidio, viuere aliquos debere, vt eſſent, quibus imperaret; propoſita eſt ingens illa tabula

& ex

& ex ipſo equeſtris ordinis flore, ac ſenatu, duo millia electi, qui A
mori iuberentur. Hæc Florus: cuius verba vel ob id recitanda duxi,
vt recte diſtinguerem. nam quomodo in impreſſis libris leguntur,
intelligi non queunt. ſenatorum autem capita ad Seruilium lacum
appēdebantur. vnde Cicero pro Roſcio Ametino: Multos, inquit, cæ-
ſos, non ad Thraſimenum lacum, ſed ad Seruilium vidimus. quem
locum quia interpretum alij à ſe non intelligi fatentur, vt Siluius; a-
lij inepte exponunt, vt Latomus; alij, vt Saxonius, Hotomanus, nihil
aliud afferunt, niſi illud ex Feſto, lacum Seruilium Romæ à condito-
re Seruilio nominatum fuiſſe: operæpretium puto eſſe, aliquid ei B
lucis afferre. de hoc igitur lacu, Iulij Firmici è libro primo mathe-
ſeos verba ſunt: Viſne aliquid tibi, quia in Syllanis temporibus im-
moramur, de lacu Seruilio referam? in quo multorum ſenatorum
capita, ad oſtentationem immaniſſimi facinoris, ſectis ceruicibus
pependerunt. Seneca autem in libro ſingulari de diuina prouiden-
tia: Videant, inquit, largum in foro ſanguinem, & ſupra Seruilium
lacum (id enim proſcriptionis ſpoliarium eſt) ſenatorum capita, &
paſſim vagantes per vrbem percuſſorum greges, & multa millia ci-
uium Romanorum vno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem, truci-
data. Horum locorum collatione, quantopere Ciceronis verba illu- C
ſtrentur, nemo, vt opinor, non videt.

Diſſentit M. Lepidus) Cum impedire, ne Sylla in campo Martio ſe-
peliretur, (qui honos regibus tantum, ante Syllam, tributus fuerat)
& acta illius reſcindere conaretur Liuius lib. 90. Appianus lib. 1. de
bellis ciuilibus. Plutarchus in Pompeio. Florus lib. 3. cap. vlt.

Q. Catulo) Hic eſt Catulus ille, qui Ciceronem patrem patriæ no-
minauit: quiq; tum erat princeps ſenatus, atq; adeo ciuitatis.

Non tam ipſius interitus) An, quod ipſe ciuis ſeditioſus ac Reipubl.
inutilis foret? Apud Plutarchum quidem certe Sylla eum hominem
omnium nequiſſimum vocat ita enim alloquitur Pompeium, cuius D
ille opera conſul prior renunciatus erat. Πῶς γὰρ οὐχὶ ταῦτα γενναῖα,
καὶ καλὰ κατ' ἄλλους τοῦ πάντων ἀρίστου, Λέπιδον τὸν πάντων κάκιστον ἀπο-
δειχθῆναι πρότερον ὕπατον, σοῦ τὸν δῆμον οὕτω παρασκευάσαντος;
ac Plutarchus ait, cum, Sylla mortuo, ſtatim aperte cepiſſe inſinuare
ſe in eam ipſam potentiam, quam Sylla in ciuitate obtinuerat. ſed
verba, quibus hoc Plutarchus declarat, abſurdiſſime cōuerſa ſunt ab
illo neſcio quo, qui Pompeij vitam latine interpretari voluit. in, vt
Catulo gratificetur, ita loquitur? neq; enim eiuſdem hominis erat,
qui Catulum laudaſſet, dicere, Lepidi mortem Reip. luctū attuliſſe. E
atq; animaduerte, quam conſiderate loquatur. non enim prorſus ne-
gat, Lepidi mortem luctuoſam fuiſſe: agit enim ad populum: & Lepi-
dus tenuiorum ſe propugnatorem aduerſus Syllanos haberi volue-
rat: ſed negat eam tam luctuoſam fuiſſe, quam cæterorum.

Atq; illa diſſenſiones) Omnes veteres libri: Atq; illæ tamen omnes
diſſenſiones. quod perſpicue verum eſt, eadem autem verba paulo
infra repetit.

Commutandam) Quod alij penes ſenatum, alij penes populum eſſe
rerum ſummam volebant.

Atque illa tamen) Duplex hic comparatio eſt. Superiores illæ diſ-
ſenſiones ad commutandam tantum, hæc coniuratio ad extinguen-
dam

A dam Rempub. pertinebat. Illæ diiudicatæ ſunt non reconciliatione concordiæ,ſed internecione ciuium: hæc oppreſſa eſt ſalua vrbe, ſaluiſque omnibus bonis.

Quibus pro tantis rebus) Hæc peroratio eſt,qua ciues orat, ne huius beneficij memoriam ex animis ſuis effluere patiantur: nullum ſe aliud ab eis præmium poſtulare. deinde, quaſi iam tum proſpiciens eas calamitatum tempeſtates, quibus ipſe poſtea iactatus eſt, commendat eorum fidei ſalutem ſuam. ad extremum, confirmat ſe qualis fuerit conſul, talem etiam priuatum in tuenda Republica fore.

B *Eandemque diem intelligo*) Dies hic idem valet, quod tempus: vt in Diuinatione, Biduo breuiorem diem. quod autem hic dicit Cicero,tale eſt.intelligo,eandem diem, id eſt, idem tempus propagatum eſſe,& ad ſalutem vrbis,& ad memoriam conſulatus mei: quod quidem tempus ſpero æternum fore itaque quandiu ſtabit vrbs, tandiu recordabuntur homines, vno tempore duos in hac Rep. extitiſſe ciues,&c. Se autem,& Cn. Pompeium ſignificat.

Quo quidem mihi libeat aſcendere) Nam nullus eſt magiſtratus ſuperior conſulatu,præter dictaturam,hanc autem optare,boni ciuis non C eſſet.non enim fere dicebatur dictator, niſi periculoſiſſimis Reipub. temporibus.

Virtute non cauſa) Interdum enim etiam praui homines caſu aliquid præclarum & memorabile perficiunt: ſed poſtea redeunt ad ingenium:atque hoc ipſo indicant, id virtute geſtum non eſſe. vnde Cicero de L.Trebellio loquens,qui cum aliquando bonus ciuis fuiſſet,poſtea ſe ad Antonium contulerat;Quis,inquit,eſt,qui hunc non caſu exiſtimet recte feciſſe?

Quoniam iam nox eſt) Hanc orationem habitam eſſe ſub noctem, Plutarchus quoque teſtatur.

D

E

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM IN SENATV, ORATIONIS QVARTÆ EXPLICATIO eiuſdem Ant. Mureti. B

ORATIO XXII. C

Video P.C.) Hanc orationem qui dicunt habitam eſſe VII. id Decemb. eorum errorem Cicero ipſe coarguit, qui, eam nonis habitam eſſe, libro ſecundo ad Atticum ſcribit. eſt autem in deliberatiuo genere. ſuadet enim patribus, vt fortiter atque animoſe decernant. cumq; duæ contrariæ ſententiæ ſint,vna D Silani,qui coniuratos vltimo ſupplicio afficiendos eſſe cenſebat; altera C.Cæſaris,qui ab ei: mortem remouebat, cæterorum ſuppliciorum omnes acerbitates ſententia ſua complectebatur : non improbat ille quidem ſententiam Cæſaris, ſed tamen non obſcure ad illam alteram inclinat,eamq; ſenatui approbare conatur. Quoniam autem multi erant, qui Ciceroni ipſi metuentes, amplexabantur mitiorem ſententiam: iccirco ipſe ſtatim à principio, cum maxima ſignificatione caritatis erga patriam ſuæ, orat, obteſtaturque eos, vt,omni alia cogitatione omiſſa,nihil aliud, quam ſalutem dignitatemq; publicam,ſibi in decernendo proponant. D

Iucunda in malis.) Hoc ideo dicit; quoniam in magnis malis vix quicquam eſt,quod proprie iucundum dici queat.

Data.) Fataliter conceſſa. Terentius, E

--- eſt iſtuc datum
Profecto mihi,grata vt ſint,quæ facio,omnia.

Non ſolum fortiter,ſed etiam libenter.) Fortiter, vt Ariſtoteles docet, eſt,ſine moleſtia : libenter,cum voluptate.

In quo omnis æquitas.) Quoniam in foro iudicia exercebantur.

Conſularibus auſpicijs.) Comitia enim, niſi auſpicato, non habebantur.

Non curia.) Vbi habebatur ſenatus.

Non domus,commune perfugium.) Hac de re ita Caius Iuriſconſultus libro primo ad legem XII. tabularum. Plerîq; putarunt, nullum de domo ſua in ius vocari licere: quia domus tutiſſimum cuique refu-

A refugium, atq; receptaculum ſit. eumq; qui inde in ius vocaret, vim inferre videri. Vide & orationem pro domo ſua.

Hæc ſedes honoris, ſella curulis.) In optimo illo libro, omnibus literis aperte perſcriptum eſt: Hæc ſedes honoris, id eſt, ſella curulis: ex quo, non eſt obſcurum, quid ſuſpicari aliquis poſſit. ego tamen, hoc quidem loco, ἐπέχω.

Ego multa tacui.) Videtur de multis potentibus intelligere, qui in ſuſpicionem coniurationis vocabantur, Craſſo, Cæſare, alijs.

Etenim ſi P. Lentulus.) Contraria hic, tanquam paria, comparantur.

B *Omnes deos, qui huic vrbi præſident.*) Vnaquæq; vrbs ſuos quoſdam habere putabatur deos, quorum in tutela eſſet. ideoque Romani cum obſiderent aliquam vrbem, iamq; inibi eſſent, vt eam caperent, prius deos illos certo quodam carmine euocabant: quod aut aliter vrbem capi poſſe non crederent, aut, etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent deos habere captiuos. eademque de cauſa, & deum, in cuius tutela vrbs Roma eſſet, & ipſius vrbis latinum nomen ignotum eſſe voluerunt. Vide Macrobium libro tertio Saturnaliorum.

C *Relaturos gratiam.*) Popularites magis, & vſitate, quam vere, & proprie loquitur. primum enim, refertur gratia ei, qui aliquid fecit. at vero vrbem ab eo, quod imminebat, periculo, non Cicero, ſed Iupiter ipſe ſeruauerat. ita enim ſcriptum eſt in ſuperiori oratione. Quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, & non ſim ferendus. ille, ille Iupiter reſtitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc vrbem, ille vos omnes ſaluos eſſe voluit. deinde refert gratiam, qui beneficium accepit. non poteſt autem Deus beneficium ab homine accipere. quare ne gratiam quidem referre dicendus eſt.

Si quid obtigerit.) κατ' εὐφημισμὸν.

D *Neque enim turpis mors.*) Grauis mors, legiſſe videtur hoc loco Fabius cap. 4. libri 6. niſi forte, vt fit, memoria lapſus eſt: quod & puto.

Turpis mors forti viro.) Nam ea demum turpis eſt mors, quam qui oppetit, debilitatur, ac frangitur animo, ignaueque, & muliebriter ſe gerit. quod viuuenire viro forti non poteſt fortitudo enim in mortis deſpicientia vel maxime cernitur.

Neque immatura conſulari.) Nam immatura mors ea dici ſolet, quæ interrumpit inſtitutum ad gloriam curſum. at conſulatum qui adepti erant, ij, quem maiorem honorem optarent, non habebant.

E hanc autem huius ſententiæ partem repetit etiam ſecunda oratione in Antonium.

Neque miſera ſapienti.) Quia ſapiens perpetuo beatus eſt. videtur autem, ſi quis hanc orationem bene penitus introſpiciat, multo de ſe arrogantius loqui, quam oporteret. plane enim ſubeſt hic ſyllogiſmus:

Neque turpis mors viro forti poteſt accidere, nec immatura conſulari, nec miſera ſapienti.

Ego & fortis ſum, & conſularis, & ſapiens,

Mihi igitur neque turpis mors poteſt accidere, neque immatura, neque miſera,

Fratris

Fratris cariſſimi.) Q. tamen Cicero, ſi Plutarcho habenda eſt fides, A
fratrem exacuebat ad ſumendum de coniuratis ſupplicium.

Qui mihi videtur amplecti.) Omnes, quos mihi quidem videre licuerit, veteres libri ab impreſſis diſcrepant. ita enim in illis legitur, Quem mihi videtur amplecti reſpub. tanquam obſidem conſulatus mei. quam ego ſcripturam omnino veram eſſe arbitror. cur autem obſidem conſulatus ſui filium vocet, hæc cauſa eſt. Qui liberis carēt, eos veriſimile eſt de ſalute publica minus ſolicitos eſſe, quam quibus ſunt liberi. nam hi non minus liberorum cauſa, quam ſua, ſaluam rempublicam velle debent: niſi omnem exuerint humanitaris ſenſum, vt illam repudient στοργὴν φυσικὴν, quæ ingenerata eſt B
non hominibus modo, verumetiam feris, eaque de cauſa, vt alibi retulimus, Eunuchi apud Maſſilienſes non fiebant, niſi qui & vxorem, & liberos haberent. Paruulus igitur Ciceronis filius, qui patri maxime cordi erat, quaſi obſes erat reip. qui confirmaret, patrem nihil geſturum, niſi quod videretur ſaluti fore.

Gener.) C. Calpurnius Piſo hic enim tuam Tulliam in matrimonio habebat. quæ poſtea Craſſipedi, deinde Dolabellæ nupſit. Quod autem Cœlius Curio hunc, quo de hic agitur, Craſſipedem eſſe credit, aperte errat.

Nobiſcum.) Quidam libri veteres, Vobiſcum: quod vt probem, C
adducor ijs verbis, quæ ſtatim ſubijcit: Etiam ſi vis aliqua me oppreſſerit.

Non Ti. Gracchus.) Hæ Hiſtoriæ quibus ex locis peti poſſint, ſupra indicauimus.

C. Memmium.) Magna inter ſcriptores in hoc nominando varietas. alij Nonium, alij A Nonium, alij Nummium, alij Mummium vocant. quarum appellationum quæ veriſſima ſit, illi ſolicitius videant, qui, vel quod abundent ocio, vel quod aliud præſtare non queant, quaſi hac vnâ in re omnis eruditio ſita ſit, ita nihil aliud agendum putāt. mihi conſilium non eſt in talibus φλυαρίαις τε, καὶ λεπτολογίαις diutius immorari. D

Hac omnia.) Enumerat multa præiudicia facta iam aduerſus Catilinarios: & tamen ita refert, vt liberum eſſe velit ſenatoribus, tanquam re integra, ſententiam dicere.

Statuendum vobis ante noctem eſt.) Tum quia periculum erat, ne noctu aliquis tumulus excitaretur, vt per vim eriperentur ij, qui in cuſtodiam dati erant: tum quia ſenatum ante noctem dimitti oportebat. Varro enim apud Gellium, docet, ſenatuſconſultum ante exortum, aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe: opus etiam cenſorium feciſſe exiſtimatos, per quos eo tempore ſenatuſconſultum factum eſſe. Seneca autem lib. 1. de tranquillitate vitæ: Maiores, inquit, noſtri nouam relationem poſt horam decimam in ſenatu fieri vetabant. ideo Cicero alicubi nocturna Antonij ſenatuſconſulta exagitat. In hac tamen florentiſſima Venerorum rep ſenatus in multam noctem plerunque producitur. E

Video duas adhuc.) D. Iunius Silanus, primus ſententiam rogatus, quoniam, vt diximus, conſul deſignatus erat, in eos, qui in cuſtodiam traditi eſſent, & præterea in L. Caſſium, P. Furium, P. Vmbrenū,

A Q. Annium, ſi deprehenſi forent, vltimum ſupplicium decreuerat ei omnes aſſenſi ſunt, vſq; ad Ti. Neronem, qui, vt ait Salluſtius, de ſupplicio, præſidijs additis, referendum eſſe cenſuit: vt autem ait Appianus, cenſuit, eos in cuſtodijs habendos, donec Catilina bello profligatus foret: vt tum tota res accuratius cognoſceretur. Cæſar autem vbi ad eum ventum eſt, morte eos afficiendos negauit, ſed publicanda bona, ipſos per municipia diſpertiendos, & perpetuo in vinculis habendos cenſuit. addidit alia, quæ hic à Cicerone ponuntur: tantumq; valuit dicendo, vt nonnulli ex ijs, qui priore loco ſententiam dixerant, eam, ipſius oratione permoti, mutauerint: inter
B quos ipſe Silanus, ſi Salluſtio credas, pedibus ſe in ſententiam Neronis iturum eſſe dixit: ſin Plutarchum & Suetonium ſequare, profeſſus eſt, ſe vltimi ſuppl cij nomine, non mortem, ſed vincula intelligere. Cæſari aſſenſi ſunt omnes vſq; ad Catonem, qui grauiſſima oratione, ita diſſeruit, eos morte eſſe multandos, vt in eandem ſententiam reliquos omnes adduxerit. Cæſaris & Catonis orationes leguntur illæ quidem apud Salluſtium: ſed non iiſdem, vt puto, verbis, quibus ab illis habitæ ſunt. Vt autem illud, quaſi præteriens, admoneam, illius, qua vtitur Cato, principium ad verbum è Demoſthene expreſſum eſt. Salluſtij verba ſunt: Longe mihi alia mens eſt P. C cum res,
C atq; pericula conſidero, & cum ſententias nonnullorum ipſe mecũ reputo Illi mihi diſſeruiſſe videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris atq; focis ſuis bellum parauere. res autem monet, cauere ab illis magis, quam, quid in illos ſtatuamus, conſultare. Demoſthenis autem è principio tertiæ Olynthiacæ: Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γινώσκειν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον ὁρῶ γιγνομένους, τὰ δὲ πράγματα εἰς τοῦτο προήκοντα, ὥστε ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς,
D σκέψασθαι δέον.

Alteram C. Cæſaris.) Prætoris deſignati.

Qui mortis pœnam remouet.) Credebatur enim coniurationi affinis eſſe.

Non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam.) Ita illis temporibus credebatur. at nobis longe aliter perſuaſum eſt: qui è diuinis literis accepimus, primi hominis culpa, totum genus humanum, alioqui futurum immortale, morti obnoxium effectum eſſe.

Sed aut neceſſitatem naturæ.) Qua quicquid compoſitum eſt, id ali-
E quando diſſoluatur, neceſſe eſt.

Aut laborum ac miſeriarum quietem.) τὸ γὰρ θανεῖν.
Κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται: *ait Euripides.*

Sapientes nunquam inuiti.) Cum enim cauſas rerum intelligant, non inuiti naturæ parent.

Fortes etiam) Vt Codrus rex Athenienſium, vt Curtius, vt Decij.

Habere videtur iſta res.) Propter pœnam, quæ proponebatur: vt, ſi quis eorum vincula rupiſſet, totum municipium in hoſtium loco haberetur.

Eripit etiam ſpem.) Spes exules alit: ait Euripides in Phœniſſis. eandem Pindarus ſenij altricem vocat. circumfertur & verſiculus ἀδέσποτος,

Ἀνὴρ

Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεθ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος. A

Apud inferos.) Plerique veterum in ea ſententia fuerunt, vt crederent, ea, quæ de inferis dicerentur, nihil eſſe aliud, quam fabulas ad territandos imperitorum animos confictas. ipſumq; ita ſenſiſſe Ciceronem demonſtrauimus in annotationibus Horatianis, atque hac ipſa de se hæc Democriti verba referuntur: Ἔνιοι θνητῆς φύσεως διάλυσιν οὐκ εἰδότες ἄνθρωποι, συνειδήσει δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης, τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχαῖς καὶ φόβοις ταλαιπωροῦσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστέοντες χρόνου. B

Nunc P. C.) Contentio duarum ſententiarum inter ſe altera popularior, & tutior conſuli: altera conſuli periculoſior, ſed ſalutarior reip. Vincat igitur vtilitas publica.

Hanc is in repub. viam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt.) Ciceronis ex oratione pro Sextio verba ſunt: Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui verſari in repub. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi, & eſſe voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. Cæſarem autem popularem fuiſſe, perplurimis è Suetonio locis intelligi poteſt. C

Vtilitas reip. vendicat.) Libri veteres, partim vendicat. partim vindicat. mihi libere vt loquar, neutrum probatur: planeque legendum cenſeo, vincat vt reſpexerit ad illud dictum Ciceronis in cauſa tranſpadanorum, Vincat vtilitas.

Obſidem.) Quæ confirmet, eum ita popularem fore, vt tamen ſemper ſit bonarum in rep. partium. ſic pro Cœlio: Habet à M. Cœlio reſp. iudices duas accuſationes vel obſides periculi, vel pignora voluntatis. D

Concionatorum.) Eorum, qui omnes ventos concionum colligere conſueuerunt.

Video de iſtis.) Notat quempiam e ſenatoribus, qui, vt popularis haberetur, eo die venire in ſenatum noluerat: eiuſq; ſtultitiam oſtendit, qui vereatur iudicare de iis, quos multis iam præiudiciis condemnarit. ei autem ex contentione anteponit Cæſarem, quem reuera popularem eſſe dicit, id eſt, ſtudioſum ſalutis publicæ.

Ciues R. Cethegum & Lentulum.) Cethegi & Lentuli nomina in pleriſque veteribus libris non leguntur: & ſane delenda ſunt. non enim magis de his duobus loquitur, quam de cæteris, qui in cuſtodiam dati erant. E

Iam hoc nemini dubium eſt.) Argumentum ab antecedentibus.

Legem Sempr0niam.) Latam à C. Graccho, ne iniuſſu populi quiſquam ciuis Romanus morte multaretur. at ea lex nihil pertinet ad coniuratos. amiſerunt enim iura ciuium. cum eos hoſtes iudicarit ſenatus.

Qui autem reip.) Argumentum à repugnantibus.

Iuſſu populi.) Cauſæ ſeruiens, hoc dicit, neque enim populi iuſſu interfectus eſt Gracchus.

A *Ipſum largitorem Lentulum.*) Hoc vitium largitionis in Lentulo alicubi notat etiam Salluſtius.

Se iactare.) Popularem auram captare.

Quanquam P. C.) Quia lenitatis mentionem iniecerat, icci̇rco reprehendit ſeipſum: affirmans nullam in tanti ſceleris atrocitate vindicanda metuendam eſſe crudelitatis famam: ac tum demum ipſos in patriam crudeles fore, ſi in eis, q de illius incendio ac vaſtitate cõſilia inierũt, puniendis remiſſi ac miſericordes eſſe voluerint.

B *Videor enim mihi.*) ὑποτύπωσις aptiſſima ad ſenatorum animos inflammandos.

Purpuratum.) Prætorem, aut conſulem.

Etenim quæro.) Argumentum ab exemplo ficto.

Mihi vero importunus.) Non tantum, inquit, abeſſe mihi videbitur à crudelitate, ſi quis ab eiuſmodi ſeruo pœnas quam acerbiſſimas ſumpſerit: verumetiam ſi quis id non fecerit, is mihi demum importunus ac ferreus eſſe videbitur.

Niſi vero cuipiam L. Cæſar.) Hac ipſe de re ita commemorat ſecunda oratione in Antonium: L. Cæſar, auunculus tuus, qua oratione, qua conſtantia, qua grauitate ſententiam dixit in ſororis ſuæ virum, vitricum tuum?

C *Sororis ſuæ virum.*) P. Lentulum Suram.

Cuius aui iuſſu conſularem interfectum.) Locus hic, cum aliter antea legeretur, emendatione indigere viſus eſt Hieronymo Ferratio, homini erudito imprimis, ac diligenti; qui in eo libro, quo Ciceronis Philippicas emendauit, hunc quoq; locum pronunciauit ita ſcribendum eſſe, vt in hiſce libris legitur. ſed ego hanc ipſius correctionem (libere vt loquar) nullo modo probare poſſum. primum, quod valde recedit ab antiquorum codicum fide. deinde, quod M. Fuluius Flaccus, de quo hic agi conſtat, non P. Lentuli eius, qui princeps ſenatus fuit, ſed L. Opimij iuſſu interfectus eſt. quod ſi Remp. ſenatus Opi-

D mio commiſerat: tamen ſenatus iuſſu, non autem P. Lentuli iuſſu, interfectus hac ratione Fuluius diceretur. præterea vix mihi perſuadere poſſum, Ciceronem ita locutum eſſe, *cuius aui iuſſu conſularem interfectum.* dixiſſet potius, vt opinor, hominem conſularem. nõ quia conſularis aliquando etiam ſine adiectione dicatur: ſed quia hoc loco, neſcio quo modo, vix ſatis è Ciceronis conſuetudine dictum videtur. at hæc in coniectura poſita ſunt. illud vero ita firmum, vt conuelli non poſſit; quod quæ in omnibus antiquis libris, etiamq; in pleriſq; impreſſis ſcriptura eſt, ea ita præclaram ſententiam efficit, vt vel tacita coarguere poſſit temeritatẽ noſtrã, ſi quicquã mutandum,

E aut mouendum putemus. ita igitur in eis ſcriptum video; Niſi vero cuipiam L. Cæſar, vir fortiſſimus, & amantiſſim' Reip. crudelior nudiuſtertius eſt viſus cum ſororis ſuæ, fœminæ lectiſſimæ, virum præſentem, & audientem vita priuandum eſſe dixit; cum auum iuſſu cõſulis interfectum, filiumq; eius impuberem, legatum à patre miſſum, in carcere necatũ eſſe dixit. hic nihil eſt, cur quiſquã, mutando, aut corrigendo, ingenioſus videri velle debeat. Dixit n. Cæſar, P. Lẽtulum ſororis ſuæ virum vita priuandum eſſe; idq; confirmauit hoc argumento, quod auus quoq; ſuus, multo minus atroci ſcelere infectus, tamen iuſſu Opimij conſulis interfectus fuiſſet. auus a. maternus L. Cæſaris fuerat M. Fuluius Flaccus; nam eius filiam L. Cæſar, huius

huius Lucij pater, in matrimonio habuerat. quocirca, reiecta Fer- A
rarij opinione, cenſeo veterum librorum auctoritatem eſſe inſequendam.

Filiumq́, eius impuberem)Duodeuiginti annos natum,ſpecie excellentem alter autem maior natu,dimicans ceciderat.

Quorum quod ſimile fuit factum?) Elegantius, vt eſt in veteribus libris,detracto verbo: Quorum quod ſimile factum? vt ſimile ſit illi ex Adelphis: Nullum huius ſimile factum.

Largitionis voluntas.) Cum C.Gracchus agros diuidere, & frumentum plebi dare inſtitueret.

Et partium quædam contentio.) Quod alij populares eſſent, alij opti- B
mates.

Atq; illo tempore huius auus Lentuli.) Meminit Cicero VIII.Philip. & Valerius cap.3.lib.5.

Videamini.) Veteres libri,Videamur.

Sed ea quæ exaudio,)Erant,qui dicerent etiam ſi ſenatus fortiter decreuiſſet,vereri ſe tamen,ne aliquis è cæde coniuratorum in vrbe tumultus oriretur; ad quem comprimendum Cicero ſatis præſidij non haberet eam ſuſpicionem ipſe nunc eleuat: oſtenditq́; tantum omnium ætatum atq; ordinum in hac cauſa eſſe conſenſum,nihil vt tale
ſit extimeſcendum. C

Ordinis conſilijq́.) Libri veteres: Ordinis,auxilij,conſilijq́;.

Ex multorum annorum diſſenſione.) Propter Sempronias & Cornelias leges de iudiciis.lege Aſconium.

Euocatos) Lege Aurelij Cottæ.

Tribunos ærarios.) Non magiſtratus, ſed ordinis nomen eſt: vt ex Aſconio colligitur. eorum munus erat, attributam pecuniam militibus dare.

Scribas.) Horum munus erat,acta publica ſcribere,& apparere magiſtratibus. eſt autem hoc quoq; ordinis nomen. Cicero: Quæ pars operæ, aut opportunitatis in ſcriba eſt; cur ei non modo merces tan- D
ta detur;ſed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo eſt honeſtus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt vero honeſtus: quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaq́; magiſtratuum committuntur. Diſtributi erant in aliquot decurias. quarum in aliqua locum ſibi emere conſueuerant; qui ſcribæ fieri volebant. Æmilius Probus in vita Eumenis ait,ſcribæ munus multo eſſe apud Graios honorificentius,quam apud Romanos. nam apud nos, inquit, reuera, ſicut ſunt, mercenarij ſcribæ exiſtimantur.at apud illos contra,nemo ad id officium admittitur,niſi honeſto loco,& fide,
& induſtria cognita:quod neceſſe eſt,omnium conſiliorum eum eſſe E
participem.

Frequentaſſet.) Ad ſortiendas, vt opinor, inter ſe procurationis ſuæ partes.

Sua virtute fortunam ciuitatis.) Multi libri veteres: Qui fortuna ſua huius ciuitatis ius conſecuti: idq́; verum eſſe arbitror. nam,conſequi ius ciuitatis,probe & vſitate dicitur:conſequi fortunam ciuitatis,neſcio,an vſquam legatur.

Ciuitatis ius.) Qui enim iuſtam plenamq́; libertatem aſſequebantur,ſimul & liberi fiebant,& ciues Romani.vt qui manumittebantur vindicta.

A *Qui modo tolerabili conditione ſit.*) Seruorum quaſi gradus erant, & aliorum melior, aliorum deterior conditio: vt atrienſium, & ordinariorum melior, quam vicariorum & mediaſtinorum.

Ad communem ſalutis voluntatem) Quidam veteres libri: Ad communem ſalutem voluntatis.

Lenonem quendam Lentuli.) Salluſtius: Dum hæc in ſenatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Vulturcio, comprobato illorum indicio, præmia decernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diuerſis itineribus, opifices, atq; ſeruitia in vicis ad eum eripiendum ſolicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui precio

B Remp. vexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios, familiam atq; libertos ſuos lectos, & exercitatos orabat in audaciam: vt grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent. Appianus: Αὐτοῦ δὲ Λέντλου καὶ Κεθήγου θεράποντές τε καὶ ἐξελεύθεροι χειροτέχνας πολλοὺς προσλαβόντες, κατ᾽ ὀπισθίας ὁδοὺς περιῄεσαν ἐπὶ τὰς τῶν στρατηγῶν οἰκίας, ὡς τοὺς δεσπότας ἐξαρπασόμενοι. Idem etiam narrat Dio.

Occluſis tabernis.) Vt cum itur ad ſaga: cum tumultus eſt in ciuitate: in luctu publico.

Incenſis.) Erat autem futurum, vt incenderentur, ſi coniurati, quod

C moliebantur, efficere potuiſſent.

Obſeſſa facibus) Perſonæ fictio ad animos commouendos efficaciſſima.

Illum ignem Veſtæ.) De quo vide Ouidium in Faſtis, & Plutarchum in Numa.

Omnibus eſt parata.) Euripides.

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

Veſtris decretis.) Quid interſit ſenatus decretum, ac ſenatuſconſultum, è Sex. Pompeio cognoſces.

Sit Scipio.) Africanus ſuperior: de quo vide Liuium lib. 30.

D *In Africam redire, atq; ex Italia decedere.*) ὕστερον πρότερον.

Qui duas urbes.) Vide Florum lib. 2. de iis autem qui poſtea nominantur, vide Plutarchum in parallelis.

Anteponatur omnibus.) De eodem in oratione pro Deiotaro ad Cæſarem: Tanto ille ſuperiores vicerat gloria, quanto tu omnibus præſtitiſti.

Vt illi qui abſunt.) Huc pertinet dictum Pompeij, quod refertur lib. 1. de Offic.

E

SVMMA

A

SVMMA EXPLICAT. IO. CAM. IN ORAT. CIC. PRO L. MVRÆNA. B

IN PROLEGOMENIS.

QVATVOR Capita in explicandis auctoribus tractari ſolita
De Cic. imitatione, deq; vita eius. C
Narrationum virtutes quæ.
De oratione proſa.
Argumentum orationis.
De Stoica ſecta, quam M. Cato ſectatus eſt.
Coſulatus Romæ qualis: quando inibant. De Faſtis infra numero 65.
Comitiorum genera tria, Centuriata, curiata, & tributa.
In his Magiſtratus & Leges latæ.
Status huius orat & diuiſio, inf. n. 4. D
Exordium, & de Decoro.

IN NOTIS.

1. More maiorum.
2. Populus, quid à Plebe differat.
3. Auſpicato, quid geri. Augures.
4. Solemnis precatio Deorum, initio.
   Diuiſio capitum in Propoſitione, & Artificium: Vide & 14.
   De Schematis ac Tropis. E
5. Ad normam, Adagiale. In momento, in ictu oculi. Vide infra nu. 42.
6. Ambitus crimen. Prenſare. Leges de ambitu. Cicero earum an auctor? Vide & 13.
7. Repetere, in debitis vox. Res mancupi. Nexus quis, & Ceſſio.
8. *Præſtare*, Iuris vocabulum.
9. Portu ſoluere.
10. Tempeſtas, tranſlatè.
12. Partis alicuius, pro officio. Partes agere, tueri. Perſona.

A 13. Tranſitionis formulæ.
15. Familiaritas & neceſſitudo, differunt.
16. Sententia poetica. Chria ſeu Declamatio quomodo tractandæ ſententiæ. γνώμαι explicatæ.
17. Arbiter, quis. A, particulæ vſus.
18. Petere aliquem, pro impetere. Agnominatio elegans in eadem voce. Sector, duo ſignificat.
19. Capitis dimicatio & diminutio. Salus.
20. Magiſtratus Cicer.
22. Riuuli, tranſlate. Q Hortenſius. M. Craſſus.
B 23. Διαλλογή, diſiunctio.
24 Confeſſio obiecti criminis.
25. Mereri ſtipendia.
26. Prætextati quando.
27. Maledictum & Accuſatio differunt.
28. Scurræ. Saltare Romæ inhoneſtum.
29. Vitium, & vitioſa.
31. Bene habet formula.
32. Virtus, vera nobilitas.
33. Patres coſſ. & Patricij.
C 34. Annales & Hiſtoriæ, diſtant. Pontificibus Max. ea cura fuit. Q. Pompeius, orator.
35. Conſul primus è plebe quis, vide Seph. Pighij Faſtus.
36. P. Galba prenſat candidatus.
37. Iacere, pro fuſum eſſe, &c. Stare, contra. Cadere, inf. 161.
38. Clauſtrum, à claudo.
39. Videre, pro, conſiderare.
40. & 41. Quando quæſturam petijt Muræna.
42. Momentum, quid. Sup 5.
D 43. Titia Lex
44. Aquæ ſubſidere dictæ.
45. Campus, vt eloquentiæ.
46. Pax & Bellum.
47. Stomachus, pro ira: Bilis commota. Stomachum facere, & ſtomachari.
48. Exſorbere, pro exhaurire, tranſlate, & Deuorare, Vorare.
49. Contentio contrariorum. Videre item & audire ἀντίθετα varia, etiam ex Cic. & Demoſth.
E 50. Apud & Ad, varius vſus.
51. Habitandi vis & ſignificatio.
52. 53. In oculis eſſe & ferri: Sæpe etiam obeſſe.
54. De nocte vigilare.
55. De finibus regundis.
56. Laus militaria.
57. Laus fori, & Iuriſprudentiæ. Bellicæ res an vrbanæ anteponendæ, in contrariam partem Cic. diſputat.
58. Fores crepuere, digitis concrepuit. Tumulus quis, & vnde dictus.
59. *Filiolus*, ὑποκοριστικῶς tranſlate dictum.

60. Operam

60. Operam ludere, perdere. Adagialia. A
63. Interpunctiones ſeu diſtinctiones Iureconſultorum, vt Furtum, & Fur,tum. vide Alciat. Furtum eſſe factum. Ope conſilioq;.
64. Myſteria Eleuſinia.
65. Faſti, qui dicti. Lege agere, quid. Dies Religioſi.
66. Chaldæi & Genethliaci qui.
67. Cn Flauius ſcriba.
68. Cornicum oculos configere. Prouerb.
70. Formulæ Actionum. Cauere Iuriſconſ.vox. Iuris formulæ quales. vide Otman. & Briſſon. & infra 81. B
71. Manu conſertum, & manus conſerere, quid.
72. Tibicen Latinus. Tranſire quid.
73. Ironiæ de Iuriſprudentia.
74. Nullo vſui, & ſimilia.
75. Ire viam, & redire. vide And.Schott Nodorum Ciceran. lib.1. cap.1.
76. Barbati ſenes, qui dicti. Barbæ in ſtatuis. Radere barbam quando cœpit Alexan.Max. Fucus quid, & fucata.
77. Quando in iure te conſpicio &c. Iuris formula. C
78. Mulieres omnes olim ſub tutela, aut viro nupta.
79. Sacra quoq; familiaria perpetua. Coemptio, & coemptionales ſenes, apud Cælium Curium.
80. Caius, & Caia, in nuptiis adhibita vocabula. Titius, Seius, & Stichus, ſeruorum in Iure nomina.
81. Formulæ Iuris antiqui. Vide ſup. nu 70.
82. Opinio & fauor.
83. Licet conſulere.
84. Rebus prolatis, pro feriis, apud Iuriſconſ. Auctoritas *Iuriſconſ.* & Cicero an Iuriſconſ. Quomodo dixit: Triduo fiam Iuriſconſ. Iuris ciuilis vaſtum pelagus. Patronus & Aduocatus. Præſtantes hodie Iuriſconſulti. Aduocati mali & boni. D
85. De Iure ſcripto. IVS CIVILE quid.
86. Iuris caſus. τὸ κεχυόμενον quid.
88. Auloedus fit qui cith. eſſe non poteſt. Adag.
89. Salubria quæ dicantur.
92. Canere bellicum, & claſſicum &c. Claſſicum.
93. Ennius; ingenioſus poëta. Verſus etiam in proſa miſceri ſolent, in orat. in Epiſtolis. Græci etiam poëtæ à Platone laudati. E
94. Ars militaris. Hiſtoriæ Romanæ. De Curio, Paullo, Metello, Mummio, Scipione, Catone, &c.
95. De Mithridatico bello multa. & 96.
97. Non, particula aliis annexa per hyphen, etiam ex poëtis, Marone.
98. De Q. Sertorio.
99. Cyzicenorum mœnia.
100. Tigranes Armeniorum Rex.
101. Cn. Pompeij laudatio.

102. Pira-

A 102. Piratico bello Strategema,à loci ſitu & tempore.
103. Boſporus Thracia.
104. Mors Mithradatis.
105. Arbitror paſſiue Cic.& Adipiſcor,Plauto.
106. Mare commotum. Cic.è Demoſth.locus.
107. Syngrapha,& Syngraphum Plauto, quid.
108. Euripus rerum,Adag. Fretum,æſtus,iſthmus.
110. Signa cæli: Capellæ,Orion,Pleiades.
112. Munera,pro Ludis.
113. Περσωνικατάνλησις tropus quis.
B 114. Prærogatiuæ omen.
Prærogatiua quid.
116. Lex Roſcia Theatralis.vide Ant.Auguſt.
117. Argentea,ex C.Plinio.
118. Scena quæ.
119. Prætura.
120. Locus obſcurus. Scribæ qui Romæ.
121. Litis æſtimatio.
122. Bona gratia,& pars.
124. Tempori.
C 126. Declamatio.
Φωνασκεῖν quid.
127. Loco cedere. Serpit rumor. Res teſtata.
129. Curriculum à curru denominatum.
131. Lex Calpurniæ de ambitu.Vide Manut.de LL.& ſup.de ambitu num. 6.
132. Excuſatio morbi.Locus Cic.obſcurus.
133. Lex Manilia, ſiue priuilegium de Pompeio. vide Epit. Liuij lib 100.
D 134. Edititij qui & Tribus &c.
135. Plagam inijcere,Adagiale
138. Subſcriptores.
139. Alacris & lætus:iungit ſæpe M.Tullius.
140. C.Antonius qualis,Cic.in Conſulatu collega: Catilina coniurationis auctor.
141. Diſtinguere quid.
142. Percuſſus,pro læſo.
143. Domi condere,prouerbiale.
146. Hinc eſſe rei caput.
E 147. Incendium ruina reſtinguere. Salluſtius & Cicero diuerſe narrant.
149. Seruius Sulpicius.
152. Sequeſter & Diuiſor,quid differant.
153. Egreſſio,ſiue Excurſio.
156. Sodales,& ſodalitates.
158. Deſultorius quis,Græcis Κέλητες.
160. Scipio Aemilianus Carthag.& Numantiam euertit.
161. Cadere,quid. vide & Iacere.37.ſup.
162. L. Cotta.
164. Animi impotentia.

165. M. Catonis laus. A
166. Confirmatio, quid.
167. Senior magiſter quis Ciceroni.
169. M. Cato fuit Stoicus.
171. Zeno, princeps familiæ Stoicæ. Stoici vnde ſic dicti.
172. Paradoxa Stoicorum.
173. Cic. Philoſophiæ etiam operam dedit.
174. A Platone, Græca figura dictum.
175. Κατάληψις Stoica opinari ſolent.
176. De mediocritate ſuaſio: & nequid nimis ἄριστον τὸ μέτριον, B
Pythagoræ. Stoica ἀπάθεια.
177. Fines bonorum malorumque Stoicis.
178. φιλανθρωπία. Studia humanitatis & Liberalia.
179. Panætius Scipionis familiaris & comes.
181.182. De Senatuſ-conſulto.
183. Ecquis, eccui, interrogationis forma.
184. De nocte, pro per noctem.
185. Socij, & ſocietates. Equites quando Ro. iudices.
186. Natio candidatorum.
187. Sectatores. C
188. Baſilica quæ.
191. More, modoque.
192. Punctum, quid.
193. Tabernæ ſpectantium publicos ludos.
195. *Vulgus*, ſignat multitudinem.
196. Centuriæ Equitum.
197. Munia, quaſi λειτουργίας.
198. Auſterum, quid.
199. Horribilis vnde.
200. Laconum ſeuera diſciplina Συσσίτια conuiuia Spartanorum D
quæ. Plut. in Lycurgo Cretenſes à Laconibus prope orti.
201. Q. Tubero, quis.
202. Samia vaſa.
203. Diogenes Cynicus: vnde hoc illi nomen.
204. Supremus dies quis.
205. Romani publica commoda priuatis anteponebant.
206. Turpe eſt accuſare cuius ipſe ſis reus.
207. Nomenclatoris officium quale apud candidatos in prenſando. Meminit Horatius. E
208. Locus impeditus.
209. Epilogi quæ partes: & inf 229.
210. Equus Troianus, Prouerb.
211. Coniuratio Catilinæ nota ex Gall. & Orat. Cic.
214. Vicarius quis. 215 ἀποστροφή.
217. Deo accepta referenda bona.
220. Anio fluuius. 221. Sacrarium, pro curia.
222. Redundare, à fluminib. ductum.
226. Precandi Deos formula, etiam Græcis.
228. Perturbati animi motus. *Quo me vertam?*
230. Facere, pro Sacrificare.

IOAC. CAM.

EXPLICATIO ORATIONIS CICERONIS DICTÆ PRO L. MVRÆNA.

ORATIO XXIII.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

QVI ſcripta veterum autorũ explicanda ſuſcipiunt, huic operæ ſuæ quædam initio quaſi præfari ſolent, *De ipſo autore, De opere*, in quo genus ſcripti, & *argumentũ*, qualeq́; omnino illud & quantum ſit, commemorant. Tũ conſilium autoris quod fuerit exquirunt, de quibus & ipſis nos ſingulatim quæ ad rem potiſſimũ facere putauerimus, ea breuiter exponemus. Ac de autore quidem huius ſcripti quod explicandum in manus ſumſimus verba facere ſuperuacaneũ. Cuius nomen ita eſt apud eruditos nobile & illuſtre, vt (cum quidã parentem eum & vindicẽ linguæ Latinæ appellent) ſplendor ipſius facile aliorum omnium claritatem obſcuret ac retundat. Hoc igitur in præſentia tenebitis, cum autorẽ nũc vobis proponi, qui ſolus dux eſſe ad eloquentiam & poſſit & debeat, qui princeps & inuentor ſit eius copiæ quæ cogitata præclare eloqui poſſit. Cuius ſectam atque *a imitationẽ* ſtudioſos illius ſolam atq; vnicam ſequi ac colere oporteat, de quo nos alibi copioſius. De huius autem *vita* & morib. variaq́; fortuna, de conſilijs, actionib. deque indigno interitu, perſcripſit *b* Plutarchus græce quod ſolum ex multis, vt credibile eſt & certis coniecturis colligi poteſt de Cicerone græcorum & Latinorum ſcriptis temporũ nobis iniuria reliquum fecit. *c* Etſi autem continet expoſitionẽ eiuſmodi in qua nonihil requiri poſſe videatur, meliorũ tamen penuria eximiam illi bonitas & vtilitatis opinionẽ conciliat. Nos quoq; volente Deo aliquid de his conquiſitum ſtudio & elaboratum induſtria noſtra in lucem nos eſſe aliquando emiſſuros conſtituimus. Nunc de opere quod ſecũdo loco erat propoſitũ dicamus.

a *Imitatione Cic ſcripſit, Cam. poſt Comment. in lib 1. Tuſc. Quæſt.*
b *In vita Bruti Cæſaris & Ciceronis.* c *Gell lib. 15. cap. 28. ſignific. & Cornel. Nepotem plures libros ſcripſiſſe de vita Ciceronis.*

Eorum quæ oratione exponuntur, vnum genus eſt *Narrationũ*, alterum actionis, tertiũ ex ambobus commixtum. Narrantur ea, quib. facta, dicta, cogitata vel autoris vel aliena ſimpliciter referuntur, vt, *Marcus Gratidianus propinquus noſter C. Sergio Oratæ vendiderat ædes &c.* Et de Pythagora qui ſe eſſe Philoſophum reſpondiſſet Leonti Phliaſiorũ principi quærenti ex ipſo qua max. arte confideret, in proemio V. Tuſc. Huc ſermones diſputationum ſapientiæ referẽdæ de omnib. ijs, quæ ſciẽtiæ & cognitionis eſſe ſolent. *a Vt Reſtat, vt doceam atq; ali-*

quando

quãdo perorẽ, omnia quæ ſint in hoc mundo quibus vtantur homines, hominum A
cauſſa facta eſſe & parata. Actionis ſunt quę perſonas introducunt, qui-
bus omnis oratio inter ipſas attribuitur. Vt, Cic. V. Tuſc. ex Platonis
Gorgia. *Haud ſcio* inquit, *Nunquã enim cum eo locutus ſum. An tu aliter id
ſcire nõ potes? Nullo modo &c.* hoc genus dialogorum eſt in quib. perſonę
ipſæ plærumq; introducuntur, ne *inquit* & *inquã* ſæpius interponen-
dum ſit. Vt dicit ſe in Lęlio feciſſe Cicero, ſecutus quidẽ Platonicum
Theætetum. Sed huius generis eximia ſunt exẽpla Tragœdiæ & Co-
mœdiæ. In miſto vtrumq; reperitur, vt ſunt aliæ fere poeſes hiſtori-
cæ, Homerica, Virgiliana, & harum ſimiles, in quibus cum Poeta ali-
quid narrat, tum introducta perſona verba facit, quæ exẽpla aſſume- B
re in promtu eſt. Atq; in ſoluta oratione, & aliter, & in proſopopœis
vſurpatur. Vt pro Cælio. *Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis ac potiſſ.
cæcus ille, minimũ enim dolorem capiet, qui iſtã non videbit, qui profecto ſi ex-
titerit ſic aget, & ſic loquitur, Mulier quid tibi cũ Cælio? quid cũ homine ado-
leſcentulo?* &c. Itemq; orationi pro Plãcio inſerta oratio pop. R. *Ego ti-
bi Laterenſis Planciũ non antepoſui &c* Huiuſmodi ſunt hiſtorię, in quib.
orationes directæ inſertæ ſunt. Vt Thucydideæ & Liuianæ. &c. Hæc
Plato in Poeſi ita reperiri ſcribit, & primum genus vocat δι' ἀπαγγε-
λίας τοῦ ποιητοῦ. alterũ μίμησιν. Tertiũ δι' ἀμφοτέρων. Alii fere his C
nominib appellauerunt διηγηματικὸν. δραματικὸν μικτὸν & ἀφη-
γηματικόν. *b* Fuit autẽ quondam ſcriptionum & orationis elaboratę
vna forma, verſuum ac carminis. Poſtea & ſolutis hac lege verbis o-
ratio cõponi cœpta, quod aliqui referunt ad Cadmum quendã Mile-
ſium, aliqui Pherecydæ Syrio attribuunt. Itaq; & *proſa*, vt vocant, illa
erunt genera. Huius autẽ ſpecies duæ ſunt, vna ſermonis, altera con-
tentionis, vt ait Cic. lib. Off. 1. *Nam*, vt idem de Oratore ſcripſit, *philo-
ſophorũ oratio ſermo potius dicitur quàm oratio.* quanquã enim omnis lo-
cutio oratio eſt, tamen vnius oratoris elocutio hoc proprio ſignata
eſt nomine. Sed idem in Officijs *ſermonẽ* etiam producit in circulos, D
diſputationes, cõgreſſiones familiarium, vult etiã cõuiuia perſequi.
Hoc igitur ſcriptum in hãc ſpeciem incidit orationis ſolutæ & orato-
ris. Cõplectitur enim ea, quæ dicta fuere in iudicio pro capitẽ ciuis
&c. Hæc ſpecies cõtentionum, diſceptationum & dimicationum, ci-
uilium, actionis, & apud Græcos ὑποκρίσεως nomen habet. Non. n.
eſt pronunciatio ſimplex in his neq; ocioſa, ſed cum ſono atq; voce
eximia, tum motu ac geſtu corporis inſignis. Vt hæ veræ actiones pu-
tãdæ ſint, quas illæ aliæ imitentur, & quarum aliquẽ conẽtur referre
atq; exprimere ſimilitudinẽ. Atq; de his in præſentia hæc cõmemo- E
raſſe ſatis fuerit, de quib. & alibi à nobis dictum eſt. De cõſilio autem
autoris quod fuerit, nõ eſt cur ſeorſim verba facere velimus, cum de
argumento penitus cognoſci poſſit, quod nunc deinceps, id n. reſtat,
breuiter exponemus. Eſt autem *argumentũ* quę περιοχὴ ſeu ὑπόθεσις
à Græcis dicitur, Sũma quædã totius operis, vt de pictura Virg. *Argu-
mentũ* ingẽs, & quaſi circũſcriptio quædã illius, hæc ὑπόθεσις dicitur,
quo nomine & mathematici vtũtur, quaſi fundamẽtũ quoddã inuẽtio-
nis cui poſito omnis elaboratio inſiſtat. Hęc ſæpe fingũtur ẽt in cau-
ſis, vt cũ themata ſeu θέσεις ponũtur, quæ in declamatorio exercitio

a *l. 2. De nat. Deo.* b *Proſa Oratio Pl. l. 5. c. 25, l. 7. c. 56.*

dicendo

A dicendo explicentur. Sed oratorij operis veritas eſt, & res geritur, nõ
fingitur. a Ea eſt in hac cauſſa talis: L. Catilina petẽs conſulatũ cum
M. Cicerone repulſus, iterum petijt Cicerone & C. Antonio coſ. Sed
& tum deiectus ab honore & ſpe ſua, manifeſtum bellum moliri, &
coniuratis in vrbe relictis, diſtributisq; vicibus inflammandæ vrbis &
trucidandi Senatus, ipſe ad exercitum in Hetruriam proficiſcitur, &
in Caſtra quæ Manlius in agro Fœſulano poſuerat, ſeſe contulit. Pe-
tierant cum illo conſulatum de quibus conſtat Decimus Syllanus,
Seruius Sulpitius & L. Muræna, cumq; hic cum Syllano deſignatus
eſſet, quod tribubus largitione corrupris eum honorem obtinuiſſe
B diceretur, ambitus poſtulatus fuit, accuſantibus, vt fieri ſolebat, plu-
ribus, quemadmodum & de ipſa defenſione intelligi poteſt. In hoc
vno igitur crimine probãdo plurium induſtria elaborauit, alia enim
quæ obiecta huic fuerunt, ad infamiam Murenæ conquiſita ſunt, vt
illud de Aſia & ſaltatione, quo magis ipſe per ſe indignus ampliſſi-
mo honore ad corrumpenda ſuffragia confugiſſe crederetur. Sed ad-
uerſus omnia præclara opponitur defenſio. Quæ quidem cum ſit
arte ſumma ad reum conſeruandum, illiusq; non modo ſalutem, ſed
etiam dignitatem tuendam compoſita, in hoc tamen præcipue ad-
C mirabilis eſt, quod ſummos & viros & amicos ita refellit, vt non tam
cauſſæ in qua omnino vincere cuperet, quàm honoris illorum ratio
habita, neq; tam reus protectus quam illi placari eſſe videantur. Eſt
autem difficile non admodum offendere eum contra cuius volun-
tatem pro inimico ipſius vehementius pugnes, quo minus facile
fieri poſſe putandum, beneuolẽtiam etiam vt eorum, aduerſus quos
dicas retineas. Notauit hæc ſimili in conſideratione & Fabius lib.
II. his verbis, *Sed in ijs quidem in quibus vel iudici, vel etiam aſſiſtentibus
ratio noſtra moderationis probari debet, minor eſt labor, illic plus difficultatis,
vbi ipſos contra quos dicimus, veremur offendere. Duæ ſimul huiuſmodi per-
D ſonæ Ciceroni pro Murena dicenti obſtiterunt M. Catonis Seruijque Sulpitij.
Quam decenter tamen Sulpitio, cum omnes conceſſiſſet virtutes, ſcientiam pe-
tendi conſulatus ademit, quid enim aliud eſſet, quo ſe victum homo nobilis, &
iuris antiſtes magis ferret? vt vero rationem defenſionis ſuæ reddidit? cum ſe
ſtuduiſſe petitioni Sulpitij contra honorem Murenæ, non idem debere accuſa-
tioni contra caput diceret. Quam molli autem articulo tractauit Catonem?
Cuius naturam ſumme admiratus, non ipſius vitio, ſed b ſtoica ſecta, quibuſ-
dam rebus factam duriorem videri volebat, vt inter eos non forenſem conten-
tionem, ſed ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe.* Hactenus Quinti-
lianus, qui etiam præceptum texit de huius loci ſubiectione, quod
E ſit in talibus cauſſis ſequendum. Nam cum res ipſa & perſonarum
reſpectus Ciceronem & diligentem & circumſpectum reddiderit, &
vndiq; illius ingenium mentemque veluti prouocarit in hac cura &
attentione iſtæ præclaræ ſententiæ, & hoc Rhetorici artificij inſigne
opus expreſſum eſt. Quod vt fortuna ad nos integrum & illæſum
peruenire paſſa non eſt, ita, quamuis detritum & labefactatum, ſtu-
dio tamen & aſſiduitati cupidorum eloquentiæ eximium vel diui-
num potius videbitur. Abſolutum autem ſplendide fuiſſe Murenam
ſignificatur in oratione pro L. Flacco: *Defendi item cos. L. Murenã coſ.
deſignatum nemo illorum iudicum clariſſ. viris accuſantibus audiendum ſibi
de ambitu putauit cum bellum iam gerente Catilina omnes me autore duos*

a *Argumentum huius Orat.* b *Stoica ſecta.*

coſſ. Cal.

coſſ. cal. Ianuarijs ſcirent eſſe oportere. *a* Hoc loco quærendum nobis eſt A
de conſulatus Po. R. ratione atq; vſurpatione. Nam hunc honorem ampliſ. atq; ſummum fuiſſe, notum eſt, qui regibus pulſis inſtitutus, tribunis militum aliquoties cõmutatus, durauit ad illud vſq; tẽpus quo tota adminiſtratio ciuitatis Ro. in aliam formam redacta, reip. & priſtinæ libertatis nomen tantum retinuit, cum regnum iam eſſet introductum. Hoc tempus videtur ducendum à ſucceſſu Victoriæ Actiacæ, cum ſine dubitatione ſumma iam rerum ad vnum etiam legibus delata eſſet. Et ſi tum quoque Conſſ. quaſi quidam præfecti in Senatu, & Faſtorum *b iudices* nominabantur, poteſtas & autoritas, vt ſenatorij ordinis, ita magiſtratus illius nulla prope erat reli- B
qua. *c* Sed ſtante rep. hunc magiſtratũ inire ſolemne erat Cal. Ian. Cum quidem Liuius priſcis temporibus & iduum Maij & id. Decẽbris, ſolemnes fuiſſe dies ineundis magiſtratibus, & alibi conſulatũ Cal. quintilib. initum ſcripſerit. Quod tempus cum cõgruat ad principium anni Athenienſium, creatos tamen coſſ Cal Sextil. Vt nunc principium anni ageretur, conſulatum iniſſe apud eundem li 3. legitur. legũtur apud eundem & hæc li. 27. Iam æſtas in exitu erat comitiorumq; conſularium inſtabât tempus. Sed ſatis conſtat maximam fuiſſe confuſionem in ratione annorum apud antiquos, qua temporum notationem inuolui atque perturbari neceſſe eſſet, hæc igitur C
nunc relinquamus.

a *Conſulatus Rom.* b *Indices ex Auſonio.* c *Quando inibant. Lib. 3.*

Poſt initum magiſtratum habentibus comitia conſulibus in prox. annum coſſ. deſignabantur. *a Comitia* autem maxima & iuſta erant *centuriata*, ferente ſuffragia populo deſcripto cenſu, ordinib. ætatib. vt Cic ait li. 3. de Legibus. Alia erant *Tributa*, & *Curiata*, cum fuſe per tribus ſuffragia ferebantur. *Curiata* quidem ex omnibus generibus. *Tributa*, ex regionibus & locis. Etſi enim *b Curia* eæ putantur, quæ Tribus, *curiarum* tamen diſtinctio hominum, *c Tribuum* regionum initio fuiſſe facile intelligi de Liuio poteſt. Nam & Romulũ in tri- D
ginta curias populum diuiſiſſe, & Secu. Tullium vrbe quadrifariam diuiſa regionib. collibuſq; qui habitabãtur, partes eas Tribus appellaſſe Liuius ſcripſit. De conuentibus a. iuſtis pop. R. idem lib. 39. ita. *Maiores noſtri ne vos quidem niſi cum aut vexillo in arce poſito comitiorũ cauſa exercitus* d *edictus eſſet, aut plebi concilium Tribuni edixiſſent, aut aliqui ex magiſtratib ad concionem vocaſſent, forte temere coire noluerunt.* Certius autem hæc explicari poſſe his quidem temporib. vix ſperare auſim. In Varrone quæ de Tribub. leguntur, non ſatis clara ſunt. Sex. Pompeius Feſtus ſcribit eaſdẽ fuiſſe *Tribus & Curias*. Et auctas quidẽ xxx. *Curias* à Romulo inſtitutas additis V. quę certe Tribus appellatæ fue- E
re. Cicero de lege agraria ad pop in Rullum: *Curiata*, tantũ auſpiciorum cauſa remanſiſſe ait: atq; hæc ad rem militarem potiſſimũ pertinuiſſe reperitur Sic n. Liuius lib. 5. *Comitia Centuriata quæ rem militarem continent* & Cicero Ep. li. 1. legem *curiatam* Coſſ. ferre opus eſſe. Fuere qui *Tributa* comitia haberi tantum à Tribun. pleb. ſolita ſcripſerint, &c. Fecit & Comitiorũ mentionem Gellius, quæ *calata* vocat. li. 15 ca. 27. Sed hæc vt dixi explanari vix poſſe puto; hoc ſcire nos ſatis fuerit, *centuriata* fuiſſe comitia iuſti & maximi conuentus Po. Ro. In quo nõ magiſtratus tantũ, (de quibus & cognomenta illis indita

Comment. in Orat. Cic. 2. Tom. e E E Con-

a *Comitia trium generum. Inf de prærogatina.* b *Curia.* c *Trib.* d *Eductus.*

Digitized by Google

A Conſularia. Prætoria. Quæſtoria. Tribunitia creabantur, ſed Leges etiam rogabantur. Quod cum & de Liuio & Cicerone paſſim colligi poteſt, tum plane indicatur his verbis in oratione pro Seſtio: *Venio ad comitia ſiue Magiſtratuum ſiue legum placet.* Plutarchus *Tribus* interpretatur φυλάς, in Romulo, & *curias* φρατρίας, quas denas ſingulis Tribubus, attribuit. De Comitijs locus eſt inſignis in 37. libro Hiſtoriarum Dionis. de Rabirio ſcribentis, qui perduellionis reus, dānatus in iudicio, accuſante Labieno, prouocarit ad populum vbi hæc leguntur, quæ ſubiecimus. πάντως δὲ ἂν καὶ παρὰ τῷ δήμῳ ἐάλω, εἰ μὴ
B ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ οἰωνιστής τε ὢν καὶ στρατηγῶν ἐνεπόδισεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτ' ἄλλως ἐπείθοντό οἱ, οὔθ' ὅτι παρὰ τὰ νενομισμένα ἡ κρίσις ἐγεγόνει ἐνεθυμοῦντο, ἀνέδραμε εἰς τὸ ἰονικολόν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν, ὥστε μηδὲν ἔτ' αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι. τοῦτο δὲ κατὰ τὸ σημεῖον τοιόνδε τί ἐστι. πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μήποτε ἐκκλησιαζόντων κατὰ τοὺς λόχους ἐπιθῶνταί τινες τῇ πόλει τὸ ἰανίκολον προκαταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντας ἅμα ψηφίζεσθαι, ἀλλά τινας ἀεὶ
C ἐνόπλους, τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν. καὶ αὐτὸ ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν ἐφρούρουν, ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τό, τε σημεῖον καθῃρεῖτο καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου. οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίγνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον ἐς αὐτὰς συνιέναι. καὶ ἔτι τε καὶ νῦν ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται. οὕτω μὲν δὴ τότε ἥ τε ἐκκλησία, καθαιρεθέντος τοῦ σημείου διελύθη, καὶ ὁ Ῥαβίριος ἐσώθη.
D Horum ſenſus fermè hic eſt. *Omnino autem & à populo fuiſſet condemnatus, niſi impedimento fuiſſet Metellus celer augur & præturam gerens. Cum ne nulla ratione illi parerent, neq; contra leges iudicium factum eſſe cogitarent, cucurrit in Ianiculum antequam ſuffragia ferrentur, & vexillum militare detraxit, vi nihil decernere magis licet. Ad vexillū autem quod attinet, tale quiddā eſt. Priſcis temporibus cum hoſtib. cincta eſſet Roma, veriti nequando conuocato populo in comitijs centuriatis, vrbem aliqui inuaderent, ſtatuerunt non vniuerſos ad ſuffragia conuenire oportere, ſed aliquos armatos interea illum locum cuſtodire per vices. Itaq; donec conuentus durabat præſidium locum tuebatur, cum autem ſolueretur, & tollebatur vexillum & cuſtodes diſcedebant; neq; fas erat*
E *quicquam amplius, præſidio de loco remoto, agi. Hoc autem in ſolis centuriatis comitijs fiebat, quod & extra mœnia haberētur, & ad hæc omnes qui arma ferre poſſent conuenire oporteret. Atq; idem etiam nunc religionis cauſa fieri ſolet. Sic igitur tunc & comitia ſublata vexillo ſoluta, & Rabirius cōſeruatus fuit.)* Quæ quidem, & fortaſſe alia plura à diligentioribus & magis attentis, de ratione habendorum atq; gerendorum a *Comitiorum* vt ex ſcriptis veterum intelligi annotariq; poterunt; ita hoc etiam animaduertitur, Diem Comitiorum atq; tempus certum non fuiſſe, cum ſæpe negotijs maximis Reip. b interdum ſimultatibus, nonnunquā obnuntiatione c iuſta impedirentur, fieretque aliqua ratione, vt illa differ-

a *De Comitijs Nic. Grac. & Car. Sigonius.* b *Cic. orat. Pro Plancio & Lege Manilia.* c *Satur. lib. 1, cap.*

differrentur ac proferrentur. Et ſi legitur apud Macrobium *d* Romanos Comitia menſe Marrio auſpicaros fuiſſe. A

His breuirer commemoratis, aliquid lucis huic Orationi illatum eſſe confidimus, in qua his de rebus creberr. mentio haberur. Er nos etiam operam dabimus vt ad illam vbiq; quaſi reſiſtentes, explicemus pro noſtra intelligentia ea quæ non omnibus obuia eſſe credemus. Nunc igitur ad orationem ipſam aggrediemur.

a Cauſam hanc eſſe generis iudicialis quod Cræce δικανικὸν vocant, manifeſtius eſt, quam vt monendum eſſe videatur. *Quæſtio* autem eſt facti, vt ſtatus coniecturæ fiat. Accuſator enim corrupiſſe tribus & largirione ad conſulatum perueniſſe Murænam criminatur. B Hoc ille it inficias. Atq; ita defenditur à Cicerone, vt qui negando & refutando aduerſarij inſimulationem, crimen diluat. Cum autem à diuerſis accuſatus fuerit Muræna & varia illi obiecta, ad infamiam ipſius, etiam hæc remouet atq; refellit Cicero, vt vndiq; reus à ſe protegatur, quæ tamen omnia ad generalem quæſtionem coniecturæ *de facto* referenda ſunt. Cum neget non modo de ambitu teneri Murænam, ſed oſtendat etiam non adhæreſcere ea in hoc probra, quibus ab accuſatoribus aſperſus fuiſſet. Sed de his ſatis.

b Exordia orationis huius vel duo ſunt, vel vnius partes duæ, vel C poſt exordium excurſio. Nihil enim vel perparum intereſt. Prior igitur pars habet ipſius cauſæ & defenſionis commendarionem, ſecunda patrocinij. Non n. ſolum in hoc elaborandum fuit, vt à cauſa Iudices nō eſſent alieni, ſed ēt ne qua inuidia defenſoris nocere poſſet reo. Sed de vtraq; parte nunc deinceps aliquid dicamus. Prioris ergo capita ſunt *Religio & pietatis officium*, quæ implicantur inter ſe: quod etiã Demoſthenes facere ſolere cernitur, vt capita permiſceat atq; cõtexat. Orditur aurem amplirer & ſplendide, vt dicentis perſonæ dignitati atq; autoritati cõueniebat. Inprimis enim cum omnib: in orationis parribus tum maxime in principijs decoro ſeruiendum, D cum vix alia res ita ſoleat auertere animos atq; iudicia hominum, quam ſi id quod deceat negligatur. *c* De quo, i. e. περὶ τοῦ πρέποντος vt Græci appellant, Rhetores diligentiſſime præcepete, & Cicero in Oratore copioſe & magnifice notar his verbis. *Eſt autem quid deceat Oratori videndum, nen in ſententijs ſolum, ſed etiam in verbis. Non nnim omnis honos, non omnis autoritas, non omnis ætas. Nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum. Semperque in omni parte orationis, vt vitæ, quid deceat eſt conſiderandum, quod & in re de qua agitur poſitum eſt & in perſonis, & eorum qui dicũt, & eorum qui audiunt*, Hactenus Cicero. Atq; eſt hic locus perdifficilis E & late paret, & ſine prudentia ſingulari explicari non poteſt. Itaq; & à Philoſophis diligenter & copioſe in officijs tractatur. Eſt autem in hoc initio amplitudo eſt ſplendor inſignis cum verborum, tum ſenteanriarum in illa precatione, quam luculente à Deorum numine ad Iudicum poteſtatem deducit arq; transfert. Habet tamen & hanc virtutem atq; laudem. quod præſtanriſſimum oratorem Demoſthenem in illa grauiſſima cauſa περὶ στεφάνου idem feciſſe conſtat, & ad hæc Ciceronem reſpexiſſe credibile eſt. Hac forma, ſed aliter, vſus etiam eſt in oratione *ad Quirites poſt reditum ſuum.*

a *Status.* b *Exordium.* c *Decorum.*

A 1. *More maiorũ.*)Solebant n.magiſtratus prius quam ea exponerẽ
populo propter quæ cognoſcenda illa conuocatus eſſet,ad deorum
inuocationem quædã compoſita pronuntiare,quib.vt ex hoc ẽt loco
apparet,ſalus Po.R.illis cõmendaretur,& peteretur felicitas.De quo
Liuius ita li.xxxix.*Ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus,Coss.in roſtra aſcẽ-
derunt,& concione aduocata,cum ſolemne carmen precationis, quod fari prius
quam populum alloquantur magiſtratus ſolent, peregiſſet Coſ.ita cœpit.*

2. *Populo plebiq.*)a *Populus* intelligitur ciuium coniunctio &com-
munitas.Vt Ro.Vt Athenienſis Huius fuere apud Romanos tres or-
dines *Senatorum,equitum,plebis*,dignitate & cenſu differẽtes.Quia ta-
B men in magna multitudine,maior ſemper eſt pars leuium & malo-
rum quoq; ideo *populi* nomen turbam & multitudinẽ ciuium etiam
ſignificat.Vt S.P.Q R.Nihil hoc enim aliud quam *Senatus*, & reliqua
multitudo ciuium Ro.& *populare*,gratũ multitudini.Vt ꝓ Cluentio,
Popularis homo ac turbulentus. Quin & in nomiſmatis *equeſtris* ordinis
aſcriptum nomẽ reperitur.Hoc a. loco in *plebe* eſt ἔμφασις. Vt infi-
morum quoq;,Salus atq; proſperitas illa precatione cõprehendi in-
telligeretur, *b* Nã populum & plebẽ manifeſte Appius apud Liuium
diſtinguit, Qui Tribunos negat eſſe magiſtratum populi,ſed plebis,

a *Populus hic etiam Equites complectitur:Plebs non item.* b *lib.2.*

C 3 *Auſpicato*)De Diuin.li.1.ita Cicero : *Nihil fere quondã maiorũ res,
niſi auſpicato ne priuatim quidem gerebatur: quod etiam nuptiarum auſpicijs
declarant,qui re omiſſa nomen tamen tenent.Nam vt nunc extis,quãquam id-
ipſum aliquanto minus quam olim,ſic tum auib.magnæ res impertiri ſolebãt.*
Ex hoc ẽt illud manet, vt autores rerum & adminiſtratores *auſpices*,
& adminiſtrationẽ *auſpicium* vocemus.Fuit a hæc obſeruatio auium.
Et Romæ *augurũ c* publicæ collegium huic interpretationi præfectũ.
Multum & *aruſpicina* tribuebatur,quæ habet originem verbi ignotã,
vt *ariolor* quoq;,Sed complectebatur,*d* vt Cicero innuit, fulgurũ,ex-
torum,oſtentorumq; coniecturas, vt extiſpicium huius pars eſſe vi-
D deatur.Fuit & omnium perdiligens apud veteres notatio, quæ,ſunt
Græcis φῆμαι. Icc irco,*e* vt Cicero ait omnibus rebus agendis, *quod
bonum,fauſtum,felix,fortunatumque eſſet*,præfabantur,&c.

c *Augures.* d *Lib.2.de diuinat.* e *Lib.1.de Diu.*

4 *Me rogante.*) Ad ſolemnem precationẽ, iudicij fortunam accõ-
modat. Ea ita diuinã quandam poteſtatẽ mirabili cum moderatio-
ne, cum ſit hoc prorſus immodicum, Iudicib.tribuit.Et,alibi hanc
Pop.R.aſſignat in ea pro Rabirio: *Deinde vos, Quirites,quorũ poteſtas pro-
xime ad Deorum immortalium numen accedit,oro atque obſecro, &c.* & poſt
E Reditum ad Quir.*Qui apud me Deorũ immortalium vim & numẽ tenetis.*
Rogante autem,non ſimpliciter accipio ita vt ſe ſtuduiſſe petitioni
Murenæ ſignificet Cicero,ſed ad habita ab ipſo cos.comitia,& roga-
tionem ſuffragiorum refero.Et ſi nihil vetat de appellatione populi,
& ſupplicatione,quod dicitur,accipere,quæ, vt vel de oratione pro
Plancio apparet,in morib.fuit.Vbi Cicero & pro Plancio ſe Tribub.
ſubmiſiſſe ait,vltro etiam ſe offerentes vltro pollicentes rogauiſſe.
Sequitur altera exordij pars quæ cõmendationem continet patroci-
nij. In qua amolitur collatam in ſe inuidiam accuſatorum, primum
Catonis,deinde Sulpitij.Quibus antequã ad defenſionẽ cauſæ acce-
dat ſatisfacere & quaſi placare cupit. Itaq; argumenta contrarijs re-

futat

Digitized by Google

ſutat & defendit factum ſuum, vt forma plane ſit probationis. Sed A
quia in his hoc agitur atq; fit, quod in proœmio ſolet, vt ad cauſam aditus pateſiat & Iudices præparentur, ideo in exordium retulimus. Similiter & eum alijs ante iuſtum congreſſum, quaſi velitatur. Vt cũ Torquato in Syllana defenſione. Pro Plancio Laterẽſem, contra quẽ dicere cogebatur, cauet, ne lęderet Huius igitur partis rurſum partes duas faciemus, vnã reſponſionis ad obiecta Catonis, & alteram qua Sulpitium placare conatur. Hæc a. Catoniana pars diuiſa eſt in obiecta Catonis tria. Primum, *Ciceronem Coſ rep. bene geſta, peruerſe facere qui defenderet Murenam.* Secundũ, *Abſurdum eſſe ab autore legis de ambitu defendi reum ambitus.* Tertium *Ciceronẽ qui tam ſeuere Cõſulatum geſſiſſet, & improbis ſumma vi reſtitiſſet, Eum igitur improbum Coſ. defendere non debere.* Primum tractatur capitib. æqui & honeſti, i. e. officij. Alterum refutatione. *a.* Diſſimili, in quo pulcherr. ineſt prædicatio mãſuetudinis. In primo hæc fere ornamenta & loci inſunt, Ἀποςροφὴ, quæ eſt cõuerſio orationis ad alicuius cõpellationem, vt hoc loco Catonis, figurataq; ea eſt interrogatione. Poſtea cõparatio ducta de obligationib. cõtractuum ciuilium, Locus Cõparationis à minore. Mox exemplum moris & conſuetudinis aliarum ciuitatum, Locus ſimilitudinis. Rurſum παραβολὴ, copioſa & perelegans, periculorum nauigationis, Locus Cõparationis. Secundum obiectum Cicero nihil ad ſe C
pertinere oſtẽdit. Tertium explicat diuerſitate tẽporum. In quo & quædã ἀντίθεσις eſt. Si inſeruiui Reip. duris & aſperis temporib. cur nõ idem faciam placidis & quietis. Si illud feci inuitus, cur non faciam hoc, ad q natura ipſa me incitat. *a* Hoc loco de hac notatione artificij in ſcriptis veterum pauca dicere eſt viſum. Nã ita nos exiſtimamus, eorum q̃ oratione accuratius cõpoſita ſunt, & inprimis quæ grauitatem quandã & contentionẽ habent, (qualia ſcimus eſſe eius orationis, quæ proprie, vt Ciceronẽ quoq; docuiſſe oſtendimus, *oratio* appellatur) primum perſpecto & deprehẽſo argumento & Locis re- D
pertis, vnde omnis diſputatio ducitur, diſpoſitionẽ eſſe indicandam. Quã doctrinam vocamus diuiſionẽ vel partitionẽ. Græci διαίρεσιν nominãt. De hac n. perſpicue poteſt cognoſci autoris propoſitum ac cõſilium atq; tota ratio dicẽdi, cum totius orationis veluti extructio in partes diuiditur & locatur. Hæ partes ſunt iſtæ artificij notationes quarum in toto opere elaboratio quaſi obſcuratur. Vt, exemplo n. intelligi quod dico rectius poterit, In lectulo aut menſula fabricata arte exquiſita, Vt ſunt in beatorum & diuitum iſtorum ſupellectile, mirantur omnes pulcritudinem & venuſtatem operis, ſed fabricæ rationem ignorant, q̃, ſi priuſquam partes iungerentur atq; cõ- E
cinnarentur, has ipſas ſeorſim contemplati fuiſſent, cognoſcere aliquouſq; & tenere poſſent. In ſcholis quondam habebant pueri in manibus ludicra quædam plæraq; de cartis exciſa, quæ ad certas cõuerſiones diuerſarum rerum formas repręſentabant, Cuiuſmodi neminem eſſe quin viderit puto; Tales & apud antiquos fuere loculi q *Archimedei* dicerentur, In quibus ſi vel aliter verſatis, enſis, haſtæ, carinæ effigies appareret. Hæc igitur omnia qui non particulatim ſeparatimq; inſpexerit non poſſit penitus ſcire qualis illa cõpoſitio ſit, aut quo pacto illa quæ fieri videt, efficiantur. Similiter eloquentiæ

 admi-

a *Artifi. ium in vett. ſcriptis.* b *Diuiſio orationis.*

A admirabilia hæc opera & iſtæ maximarum rerum effectiones, niſi notatis conſideratiſq; partib. admirationē quidem habent cognitione vero & intelligentia carent. poſſem alia exempla, illuſtria quidē inprimis picturæ proponere, ſed nihil eſt neceſſe in his immorari. Hoc quidem certe cōſtat neminem artificioſe pictam imaginem aut fictā, ab alia abſq; arte expreſſā diſcernere poſſe, niſi animaduerſione partium & conuenientiæ illarū inter ſe. Sed in hoc attentione opus eſt, ne non diuidere atq; diſtinguere bene cōpoſita, ſed diffringere & cōminuere videamur. Neue, (qua ſimilitudine de imperitis diuiſorib. Platonē vſum ſcimus.) Tanquā à loco aliquo inſcito nō in
B ipſis nodis atq; artubus mēbra ſeparentur, ſed media aut quacunq; parte ſui diſſecentur. Non n. ſolum hec inutiliter, ſed detrimentoſe fieri cenſendū. Quin ēt tales minutiæ, atq; vt ſic vocē curioſitates à veritate plerunq; longius recedunt q̄ omnino ferendū eſſe videatur. a Heſiodus ait centena eſſe ligna plauſtri, nobis tamen præcipua ſuis appellationib. nota eſſe, q̄ erunt ad illum numerū pauca, ſatis eſſe poterit. Quemadmodum n. in p̄ſtantium virib. & exercitio perfectorum athletarū, pugnis atq; luctis, ſingulorum ictuum atque motuum animaduerſionē nō ſolum ſpectatores ſed ipſos ēt certatores effugere neceſſe eſt: præcipuas a. vincendi rationes & ipſi gnauiter vſurpant
C & ſpectatores notare ſolent, Ita autorū conſilia & illam quaſi eminentiam artis & cernere doctioribus facile eſt, & ſtudioſis Eloquētię obſeruare neceſſarium. Poſt partitionē ſeu diſtinctionem, vt dixim⁹, ſingulatim, & partes ipſæ igitur inſpiciendæ, quæq; illarū ſit elaboratio atq; perpolitio. In quod genus incidunt illæ figuræ q̄ dicuntur à Græcis b σχήματα, qui ſunt, vt Cicero ait, quaſi geſtus quidam orationis, cum videl. illa ſe quadā parte potiſſimum profert, vt cōſpicua ſit p̄ſtante quodam & inſigni habitu ſuo itemq; τρόποι. De quib. (nā eſt tractatus lōgior) alias copioſius diſputabimus. Nūc hoc monuiſſe ſatis fuerit, hæc verſari in verbis & ſententijs. Hoc diſcrimine, vt ver-
D borum ornatus ipſis mutatis non conſiſtat, ſententiarum a ornamēta etiam verbis mutatis permaneant, vt ait Cicero. Quæ quidem cū definitionib. & exemplis illuſtrātur tum demum plane perſpici poſſunt, Quod vt aiebam, alias fortaſſe faciemus. Nunc ad inſtitutum reuertamur.

a *Heſiodus.* b *Schemata & Tropi.*

5. *Ad certam rationis normam.*) c Tranſlatio inſignis prouerbialem figurā cōplectens quali & Græci vti ſolent, ſignificantes maximā curam & exquiſitionē. Plutarchus παραγγέλμασι πολιτικοῖς. καὶ περιόδοις πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμέναις. Id eſt, *Circū-*
E *ductionib. ad normam & circulum exactis.* d *Norma* n. eſt, quam veteres κανόνα dicere, quæ γνώμονα conſtituit, i. e. rectum angulū. Ariſtoph. Βατράχοις. καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν. Interpres κανόνα eſſe dicit examen trutinæ, atq; eam normalem eſſe oportet. *Momenta officiorum* autem, etiam minima officia dixit. Eſt autem *Momentum* à celeritate motus ita minutum vt vix animaduerti poſſit. Vt ῥιπὰς Græci e *momenta ſplendoris* dixere, & ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ad Corinthios Paulus 1, Corinth. 15. v. 52.

c *Ad normam Prouerb.* d *Norma.* e *In momento in ictu oculi. Vide & inf. 13. 42.*

6. *Ambitus*) a *Ambitus* (Græci interpretati fuere *δημοκοπίαν*) ab A
ambitione hoc differt, quod prior appellatio eſt criminis, poſterior cupiditatis. Ductum autem verbum de eo quod cupidi honorum facere ſolerent, vt circumeuntes per trib. benigne appellarent populum & ſuffragia corrogarent. Similiter b *prehenſare* candidati dicebantur cum profiterentur ſe iam petere honores, & vellēt intelligi ſeſe ſtudia voluntatesq́; hominum ſibi cupere conciliare. Sed hæc in morib. erãt. Verum cum profuſione & largitionib. corrumpebatur populus, & ſuffragia mercede comparabantur, crimen hoc *ambitus* dicebatur & legib. latis puniebatur. Tum autem c *Leges de ambitu* à Senatu ſe- B
uere ſancitæ fuerunt, vt dicitur in oratione pro Plancio: & d earum autorem Ciceronem fuiſſe hoc loco indicatur, & dicitur manifeſte in oratione cõtra Vatinium. Obſeruandum inprimis hoc exemplum bonæ & diſertæ, hoc eſt, Ciceronianæ orationis In qua nihil confuſum nihil abruptum, nihil quaſi adhæreſcens: deniq; nihil mancum aut mutilum reperiatur, ſed omnia ſint ordinata, plena, diſtincta, explicata tum integra, atq; vndiq; perfecta, & omnibus, (vt dicitur) numeris abſoluta. Nam cum propoſuiſſet primum *Coſ.* deinde *Legis de ambitu latorem*, tertio *ſeuerum Coſ.* hæc ſingula expedit atq; ita tractat, vt ad ſua capita oratio elegantiſſime in admirabili copia & vbertate C
optimorum verborum & illuſtrium ſententiarum refluat atq; conuertatur. Hæc & ſimilia ad imitandum proponenda ſunt, vt non ſolum optima verba, & pulcerrimas figuras illas orationis, ſed has etiam prudentes & diſpoſitas ratione atq; ordine conſentaneo cogitationes vſurpare diſcamus. In cuius ſtudij negligentia tota etiam vita perturbari ſolet. De hoc autem loco, vt res melius intelligeretur, nos expreſſa quædam expoſuimus in Progymnaſmatis noſtris, & Deo volente, in alijs etiam inſignioribus locis idem ſumus tentaturi.

a *Ambitus crimen.* b *Prenſare.* c *Leges de ambitu.* d *Cic. earũ auct.*

7. *Ius reb. repetendis*) e *Repetendi* verbum ſignificationem habet de- D
biti f *Mancipij* autem ſiue mancuplj & *συνωνύμως*, *Mancupi* (vt Millite, Plautus, *& illi ego me mancupi dabo*) dicebãtur *Res* quarum proprietas ab alienatione ad alterum peruenire poſſet iure Ciuili, ita in poteſtate eius qui alienare vellet eſſe intelligebantur. Eſt autem vocabulum factum *à manus capione*. Et *mancipatus*, qui in alterius poteſtate eſt. *Emancipatus* poteſtate illa ſolutus & liberatus: Græci *χειρόφετον* dixere. Sed abalienatio fiebat, g *Nexu & ceßione*, vt docuit Cicero in Topicis. *Nexus* autem ſeu nexi (vtraq; enim flexione verbum extulerunt) ſolemnitas iuris hæc fuit, vt adhibitis quinq; teſtibus & libripende, homo ſeu Res ei daretur mãcipio, hoc eſt, poteſtati illius tra- E
deretur, qui ſuum emtione coram ijs teſtib. feciſſet. Hoc priſcis temporib. cum vere fieret: poſtea imago ſolemnitatis tãtum retenta, eademq́; & in teſtamentis aliquando vſurpata fuit, Quorum vnum genus fieret per familiæ emancipationem cũ *ære & libra*, vt Gellius annotauit lib. XV. Cap. XXVII. & memoratur Inſt lib. II. Tit. X. Curius *κλῆσιν* interpretatur *mancipiũ*, ſcribens Ciceroni: quæ epiſtola eſt relata, li. VII. ad Fam. *Sum enim χρήσει μὲν tuus, κλήσει δὲ Attici noſtri*. Ergo *fructus* eſt tuus, *mãcipiũ* illius. Et Cicero ad hæc: *Cuius quãdo propriũ te eſſe ſcribis mãcipio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum.*

 8. *Tra-*

e *Repetere.* f *Mancupi res.* g *Nexus quomodo.*

A 8. *Præſtare.*) *a* Etiam hoc verbum Iuriſconſ. eſt, quo Cicero ſæpe multumq́; vtitur. Lib. IX. ep. *Nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpam.* Lib. I. *vt officium meum fidemq́ fratris mei præſtarem.* Lib. IV. *Ego tibi in hac præſertim imbecillitate magiſtratuum præſtare nihil poſſum.* Lib. I. de Oratore: *Cum enim Marius Gratidianus ædes Aurata vendidiſſet, neq́ ſeruire quandam ædium partem in mancipij lege dixiſſet defendebamus quicquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet neq́ declaraſſet, præſtare debere.* Itemq́; in III. Off. *Ius Craſſus vrgebat, quod vicia venditor non dixiſſet ſciens id oportere præſtare.* Et mox: *Quod enim ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat Edicto ædilium* Rurſum ep. lib. V. *Quamcunq́ ei fidem dederis*
B *præſtabo.* Qu fratri lib I. *Vt in hac cuſtodia prouinciæ non te vnum, ſed omnes miniſtros imperij tui ſociis & ciuibus & reip præſtare videaris.*

a Præſtare iuris vocabulum.

9. *Portu ſoluentibus*) Placuit quibuſdam *è portu*, & ita lib. V. Fabij Quintil. adductus hic locus legitur. ſed illa forma orationis elegans eſt. *b Alto* autem eſt pelago. κατ' ἔλλειψιν, Integrum enim *altum mare*, idq́; eſt, πέλαγος. Catul. *Super alta vectus Atys celeri rate maria.*

b *Altum.*

10. *Præcipere.*) ὑποδεῖξαι. id eſt, ſubiicere atq; oſtendere *c Tempeſta-*
C *tum* autem nomen præclare tranſtulit ad periculoſos motus & perturbationem Reip. c *Tempeſtas.*

11. *Quare, ſi eſt*) Concludit hanc partem defenſionis conſularis, qua debitum Reip. officium præſtitiſſet.

12. *Partes lenitatis.*) *d* Vt apud Teren. *Viciſſim tuas partes acturus eſt.* Cic. Q fratri lib. I. *Neq́ enim eiuſmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur.* Et mox: *Hunc vero ea pars Reipub. tibi commiſſa eſt.* In eadem: *Etſi mea pars nemini cedit, fac vt tua cæteros vincat* In Bruto: *priores tamen agere partes Hortenſium.* Et pro Cælio: *Sed iſtarum partium culpa eſt eorum qui te agere voluerunt.* Tranſlatio ab oneribus & muneribus, quo-
D rum alij alias partes ſufferunt, cum vnus ferre totum nequeat. Et in Fabularum actionibus hiſtrionum *e partes* ſunt, id eſt, munera & curationes, *prima, ſecunda, poſtrema* Prouerbiali igitur figura *pars* in lingua Latina dicitur impoſitum & ſuſceptum munus. Eſt & perſona, id eſt, πρόσωπον tranſlatum de ſcena, Perſonati enim hiſtriones fabulas agebant; repræſentata ſimilitudine eorum, in quos argumentum à poëta collatum & ſparſum eſſet. Itaq; in lingua Latina omnis expreſſio & quaſi conformatio in vita, moribus, negociis, in loco, in tempore, *f perſona* dicitur. De Off. lib. I. *Intelligendum eſt etiam duabus quaſi nos à Natura indutos eſſe perſonis.* Et mox: *Ac duabus hic perſonis quas*
E *ſupra dixi tertia adiungitur, quam caſus aliquis, vel tempus imponit, quarta etiam, quam nobismetipſis iudicio noſtro accommodabimus.* Et apud eundem alibi *pacificatoria perſona, & perſona Africani* &c Eadem autem ſententia poſita eſt & in Syllana defenſione, his verbis: *Quamobrem quid eſt quod mirere, ſi cum iiſdem me in hac cauſa vides adeſſe, cum quibus in cæteris intelligis abfuiſſe? Niſi vero me vnum vis ferum præter cæteros, me aſperum, me inhumanum exiſtimari, me ſingulari immanitate & crudelitate præditum. Hanc mihi tu ſi propter res meas geſtas imponis in omni vita mea perſonam, Torquate vehementer erras, me natura miſericordem, patria ſeuerum, crudelem nec patria nec natura eſſe voluit: deniq́ iſtam perſonam vehementem & acrem*

que

d *Partes. In Eunuch. Act. I Sc. 2.* e *Partes agere, tueri. Prou.* f *Perſo...*

quam mihi tum tempus & reſp. impoſuit, iam voluntas & natura ipſa detraxit, illa enim ad breue tempus ſeueritatem poſtulauit, hac in omni vita miſericordiam lenitatemq́; deſiderat. A

13. *Ac de officio.*) a Tranſit à Catone dehinc ad Sulpitium, Fit autem eleganter & multum perſpicuitatis affert, cum ordine quodam expoſitio procedit, vt & meminerit auditor quid audierit, & vt ſciat de alio ſibi deinceps audiendum. Cum autem res eſt ſimplex Tranſitionibus breuibus vti licet. *Habes de Vatinio, cognoſce de Craſſo.* Vt tantummodo notetur, aliud nunc deinde dicturos nos eſſe. In cauſa autem ampliore cum contentio fuit longior, interponuntur concluſiones ſingulares, quæ dicuntur à Græcis ἀνακεφαλαιώσεις & ἐπίλογοι B
μερικοὶ, vt pro lege Manilia: *Satis mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum; reſtat vt de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus præficiendo dicendum eſſe videatur.* Pro Cælio: *In crimine ipſo nulla ſuſpicio, in re nihil eſt argumenti &c.* Sed hęc quibus Sulpitio ſatisfacere ſtudet, quę, vt diximus, omnia in Exordij ratione ponimus, quamuis quæſtiones ſint quædam & argumentationes, quia in his tamen fit, quod in exordio ſolet, ideo his ipſis abſolui & confici exordium dicimus. Hæc igitur ita placuit diſtinguere. Primum docere vult ſe omni culpa læſæ amicitiæ carere, quod nihil Seruio ſubtraxerit ſtudij ſui. Mox ſoluit quod ille videtur C
obieciſſe: *At contra amici honorem alienum defendere non debebas.* Et eſt ſolutio abſoluta. Vtrumq; enim refellit. Et hoc fieri debet, & non eſt alienus Murena. a *Tranſitio.*

14. Poſthæc *argumentum* quo probat factum ſuum, ducitur à diſſimili; & ratio illius à neceſſitate, quam ipſe ſibi impoſuerit, in deligendo eo vitæ genere, in quo omnia ſumma à populo R. ſe conſecuturum eſſe ſperaret. Vbi & ὑπόθεσιν remouet commemoratione incommodorum, id eſt, turpitudinis & improbitatis, & hanc cauſam præ reliquis ſibi defendendam dicit. Sequitur exemplum Seruij, quo D
vtitur contra ipſum. Id cum ad factum Ciceronis probandum potentiſſ. fuit, tum admodum valuit in reprimenda Seruij indignatione. Cur enim ob id ipſum quod ipſe facere ſoleret, amico iraſceretur. Poſtrema argumentatio ducta eſt de abſurditate & indignitate facinoris, quod fieret, ſi deſereretur Murena à Cicerone.

15. *Familiaritatis neceſſitudinisq́.*) *Familiaritas* quendam cotidianæ conſuetudinis: *neceſſitudo* ob merita amicitiæ magis vſum & voluntatum coniunctionem videtur notare, vt ſint Græcis *familiares* οἰκεῖοι. *Neceſſarij* ἐπιτήδειοι. Atq; hæc prope talem ad modum diſtingui videmus in orat. pro Rege Deiotaro: *Familiaritatē conſuetudo attulit, ſummā vero neceſſitudinem magna eius officia in me & in exercitum meum effecerunt.* E

16. *Nam cum graue eſt.*) Humaniſſimæ voluntatis ſuæ honeſtiſſ. cauſam reddit ſubiecta b γνώμῃ, id eſt, *ſententia generali.* Quam qui volet, (velle autem omnes ſtudioſi bonarum literarum debebunt) explicabit copioſius, & ſeparatim differet plenius: quod genus inter oratoria exercitia & ipſum proponi ſolet, de quo nos alias. c Sed etiam hoc loco, & in hac *ſententia* experiamur. CVM omnia ſapientiæ & eloquentiæ decora ita in Ciceronis ſcriptis emineant, vt ſingulis neque melius neq; perfectius quicquam fieri potuiſſe videatur, in compa-

b *Sententiarũ tractationis elegans Chria ſeu Declamatio.* c γνώμη *explicata.*

A ratione tamen illorum inter ipſa, alia aliis pręferre interdū ſolemus: vt nunc mihi in mentem venit præcipue admirari & ſupra alia ſuſpicere illius diuini ingenij vim in excogitandis optimis & præclariſſ. *a* ſententiis, quib. animi legentium ad honeſtatem & laudem virtutisq́; cultum incitarentur, inq́; his enunciandis non modo copiam ac ſplendorem orationis inimitabilem, ſed etiam illuſtrem *b* breuitatē in elegantia atq; proprietate verborum inſigni. Sic quædam vt explanata & extructa proponat ab omni parte cognoſcenda & ſpectanda; quædam etiam conſideranda & augenda vniuſcuiuſq; intelligentiæ relinquat. Ex quo mihi videtur genere in primis egregia ſententia ea
B quam in Mureniana defenſione ille poſuit. *Nam cum graue eſt vere accuſari in amicitia, tum ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum.* Quæ quamobrem & maximi fieri debere, & veriſſime dicta eſſe videantur, ſi placet, paucis videamus. *c* Neq; ego nunc nimis alte hanc diſputationem ordiar, vt à laudibus etiam eam primis quibuſdam *d Amicitiæ* repetam. Nemini n. ſunt vel inaudita vel parum probata pulcerrima encomia illius Nemo non hanc inter homines & in terris optimā & maxime ſalutarē, ſine qua vita noſtra beluarum ritu degenda fuerit, omnes & iucundiſſimam & fructuoſiſſimam, & quod caput eſt, laudatiſſimam eſſe cōfitentur. *e* Quod ſi tenemus, facile iam ſub cogitationem atq;
C intelligētiam reliqua ſubibunt. Nam in tali coniunctione plane cœleſti, infidelem aliquem ac fluxum reperiri, *f* quam graue, quam non ferēdum, quam nefarium fuerit? Semper eſt & erga quoſuis ſcelerata perfidia, Maxime igitur erga eos quibus arctiſſimo illam vinculo obligaueris, quos hac fretos eſſe, quos te ſpectare & ex te pēdere volueris. Quin etiam alienos decepiſſe nonnunquam veniam reperit, aut nō admodum vituperatur; inimicos fefelliſſe etiam laudatur (cauere n. potuerunt & memores optimorum præceptorum ſapientum veterum debuerunt) In amicitia vero, id eſt, voluntate mutua & cōmuni, vel eadem potius ſententia ac ratione, ipſa etiam cautio reprehendi
D ſolet, & omnis dubitatio improba ducitur. Euertit igitur hanc atq; peſſundat is, qui fidem fallit, qui nihil metuentem, nihil ſuſpicātem mali, ſecurum amoris ac beneuolentiæ, prodit, circumuenit, impellit in fraudem, *g* violato non modo humano ſed diuino quodam iure, quod eſt cuiuſdam perpetuæ & inuariabilis conſtantiæ & æqualitatis, quæ *ἰσότητος*, quaſi numinis cuiuſdam apud Græcos, nomē habet. *h Quod*, vt Euripides ait, *Menſuras, Pondera, Numeros definiunt in terris*, τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον. Quam multa in hanc ſententiā dici poſſent, quis non videt? *i* cum appareat hæc omnia ad præſtantem bonitatem & excellentem
E dignitatem *Amicitiæ* ſummæ virtutis referri, quam à nobis prædicari in præſentia oportere nō putauimus. Quis igitur tali tantoq́; crimini prorſus impietatis cuiuſdam obnoxius eſt? *k* Is profecto qui vere in amicitia accuſari poteſt. Nā accuſatio eſt infinita & calumniæ quoq;. Vera accuſatio ad culpam quaſi deuincitur, & commiſſi perpetratiq́; tantum facinoris eſt. *l* Quoties accuſatum Catonem exemplum Innocentiæ, accepimus? quoties Ariſtophontem? Sed quis ideo minus probos

a *Sententiæ plena & copioſa.* b *Sententia breues & ſuccinctæ: per digreſſionem tractata.* c παρέκβασις. d *Amicitia bona.* e *Prioris gnomes partis explicatio.* f *Comparatio.* g αὔξησις. h *Eurip. in Phoeniſſis.* i μετάβασις. k ἐξήγησις. l Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος.

ibos illos eſſe iudicauit? At Catilinas & Critias non ſui ciues, non im ſæculum, ſed oẽs gentes & ætates accuſant & execrantur. *a* Eſt ur hoc demum graue vere accuſari in Amicitia, id eſt, ea cõmiſſa propter quæ iuſta accuſatio ſuſcipiatur. Nihil vero curandum, ſi o fiat, non enim pręſtare nos, ꝙ alij loquantur aut ſentiant, poſſu-s, & quanta ſit vanitas vulgi, quis ignorat? Imo maxime. *b* Neq; .n. ſi vulnera quædã infligi exiſtimationi noſtræ pati debemus, quã-illa calumnię ſit ſecuris. Nam huius cicatrices quoq; etiamſi vul-a ſanata fuerint (vt Macedo paraſitus dicere ſolebat) turpes eſſe ſueuere. Neq; non occurrendũ graſſanti ignominiæ in rem oĩum eciosiſſimã ita tenerrimam, famã nominis noſtri. Neq; omnino B ro animo ferendum Amicitiæ coniunctionẽ eam quam diximus, tra diſſimulatione ac negligẽtia labefactari. Incidunt.n. certe q̃dã r amicos interdũ ſimultates, ſæpe maleuolẽtia & inuidia aliena, r illos ſemina odiorũ ſpargit. Irę interueniunt. ſtatim igitur ſanã unt hæc mala, vel auertẽda potius, vt cum reuentum ſit in gratiã.

anſitie ad alteram gnemes partem. b *Fama curanda.*

c Bis tante amici ſint inter ſe quam prius,

ndum Plautum. Quod niſi ita ſe haberet, non probaretur tanto-: dictum apud eundem ſenis, grauis & prudentis, *d Amicum caſti-facinus eſſe in ætate vtile & conducibile.* Quid eſt ergo falſo accuſari? r conatus ſunt quidam calumniæ, quibus obuiam eundum; Aut icionis error, qui amouendus eſt. *f* Non modo autẽ propter ami- C e ſanctitatem & mutuam animorum deuinctionem minime ne-enda eſt vel falſa in hac accuſatio, ſed propter noſtrã etiam infa-m. Nã falſã quoq; tactitat multitudo, neq; quid probari, ſed quid poſſit, cogitat. Præclare igitur & hoc, vt oĩa, *g* Iſocrates præcepit: *perationes & accuſationes extimeſcẽdas eſſe, tametſi falſæ ſint ac ficta*, red-irmiſſimam rationem. *Vulgus enim*, inquit, *non veritate, ſed opinione ur.* Sed quid in his immoratur? aut cui non plurima in mentem unt, cur optime & præclariſſime hoc dictum eſſe videatur. Hoc i- D r potius agamus, & huc incumbamus, vt præſtantiſſimi autoris ta ſtudioſe & aſſidue legendo, *nocturna diurnaq; verſemus manu*, ſe-lum Horatium, Et ex illis excerpamus atq; comprehendamus lligentia noſtra, ea quibus & animus ſcientia inſtrui & oratio co-ugeri poſſit, vt non ſolum in bonos diſertosq; locutores, ſed et-ſapientes inuentores, & honeſti ac laudis cultores euadamus.

ut. Amphytrione. d *& in Trinumme.* e ἐξήγησις. f αἰτιολογία & *ργεία.* g *Iſocrat. ad Demonicum.*

Arbitros.) Egregie facit arbitros, Iudices eius rei, quæ extra cau-eſſet. *h Arbitros* enim iudices honorarios quoſdam dixere, vt no. E eſt. Mox:

bitri.

udia atq; officia.) *Studium* eſt cupiditatis & propenſionis: *officium* ntatis & conſilij. In altero igitur hominis, in altero rei eſt ſuſpe-habetq; *ſtudium* gratificationem; *officium* rationem. Infra:

ne defuit.) i Vt, *deſperare ab aliquo. Spem eſſe à Conſulibus.* Item, *habe-à Cæſare ſententiam.* Catilin. iv. Et pro Archia: *Ergo ille corporis motu m amorem ſibi conciliarat à nobis omnibus.* Et pro Cluentio: *legat gran-ecuniam à filio, ab ſecundo haredi nihil legat.*

articula.

18. *Ipſum*

A ratione tamen illorum inter ipſa, alia aliis præferre interdū ſolemus: vt nunc mihi in mentem venit præcipue admirari & ſupra alia ſuſpicere illius diuini ingenij vim in excogitandis optimis & præclariſſ. *a* ſententiis, quib. animi legentium ad honeſtatem & laudem virtutisq; cultum incitarentur, inq; his enunciandis non modo copiam ac ſplendorem orationis inimitabilem, ſed etiam illuſtrem *b* breuitatē in elegantia atq; proprietate verborum inſigni. Sic quædam vt explanata & extructa proponat ab omni parte cognoſcenda & ſpectanda; quædam etiam conſideranda & augenda vniuſcuiuſq; intelligentiæ relinquat. Ex quo mihi videtur genere in primis egregia ſententia ea

B quam in Mureniana defenſione ille poſuit. *Nam cum graue eſt vere accuſari in amicitia, tum ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum.* Quæ quamobrem & maximi fieri debere, & veriſſime dicta eſſe videantur, ſi placet, paucis videamus. *c* Neq; ego nunc nimis alte hanc diſputationem ordiar, vt à laudibus etiam eam primis quibuſdam *d Amicitiæ* repetam. Nemini n. ſunt vel inaudita vel parum probata pulcerrima encomia illius Nemo non hanc inter homines & in terris optimā & maxime ſalutarē, ſine qua vita noſtra beluarum ritu degenda fuerit, omnes & iucundiſſimam & fructuoſiſſimam, & quod caput eſt, laudatiſſimam eſſe cōfitentur. *e* Quod ſi tenemus, facile iam ſub cogitationem atq;

C intelligētiam reliqua ſubibunt. Nam in tali coniunctione plane cœleſti, infidelem aliquem ac fluxum reperiri, *f* quam graue, quam non ferēdum, quam nefarium fuerit? Semper eſt & erga quoſuis ſcelerata perfidia, Maxime igitur erga eos quibus arctiſſimo illam vinculo obligaueris, quos hac fretos eſſe, quos te ſpectare & ex te pēdere volueris. Quin etiam alienos decepiſſe nonnunquam veniam reperit, aut nō admodum vituperatur; inimicos fefelliſſe etiam laudatur (cauere n. potuerunt & memores optimorum præceptorum ſapientum veterum debuerunt) In amicitia vero, id eſt, voluntate mutua & cōmuni, vel eadem potius ſententia ac ratione, ipſa etiam cautio reprehendi

D ſolet, & omnis dubitatio improba ducitur. Euertit igitur hanc atq; peſſundat is, qui fidem fallit, qui nihil metuentem, nihil ſuſpicātem mali, ſecurum amoris ac beneuolentiæ, prodit, circumuenit, impellit in fraudem, *g* violato non modo humano ſed diuino quodam iure, quæ eſt cuiuſdam perpetuæ & inuariabilis conſtantiæ & æqualitatis, quæ ἰσότητος, quaſi numinis cuiuſdam apud Græcos, nomē habet. *h Quod*, vt Euripides ait, *Menſuras, Pondera, Numeros definiunt in terris*, τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον. Quam multa in hanc ſententiā dici poſſent, quis non videt? *i* cum appareat hæc omnia ad præſtantem bonitatem & excellentem

E dignitatem *Amicitiæ* ſummæ virtutis referri, quam à nobis prædicari in præſentia oportere nō putauimus. Quis igitur tali tantoq; crimini prorſus impietatis cuiuſdam obnoxius eſt? *k* Is profecto qui vere in amicitia accuſari poteſt. Nā accuſatio eſt infinita & calumniæ quoq; Vera accuſatio ad culpam quaſi deuincitur. & commiſſi perpetratiq; tantum facinoris eſt. *l* Quoties accuſatum Catonem exemplum Innocentiæ, accepimus? quoties Ariſtophontem? Sed quis ideo minus

probos

a *Sententia plena & copioſa.* b *Sententia breues & ſuccincta: per digreſſionem tractata.* c παρέκβασις. d *Amicitia bona.* e *Prioris gnomes partis explicatio.* f *Comparatio.* g αὔξησις. h *Eurip. in Phoeniſſis.* i μετάβασις. k ἐξήγησις. l αἰσχίνης κατὰ κτησιφῶντος.

probos illos eſſe iudicauit? At Catilinas & Critias non ſui ciues, non A
ſuum ſæculum, ſed oẽs gentes & ætates accuſant & execrantur. *a* Eſt
igitur hoc demum graue vere accuſari in Amicitia, id eſt, ea cõmiſſa
eſſe propter quæ iuſta accuſatio ſuſcipiatur. Nihil vero curandum, ſi
falſo fiat, non enim pręſtare nos, ꝙ alij loquantur aut ſentiant, poſſumus,
& quanta ſit vanitas vulgi, quis ignorat? Imo maxime. *b* Neq;.n.
quaſi vulnera quædã infligi exiſtimationi noſtræ pati debemus, quamuis
illa calumnię ſit ſecuris. Nam huius cicatrices quoq; etiamſi vulnera
ſanata fuerint (vt Macedo paraſitus dicere ſolebat) turpes eſſe
conſueuere. Neq; non occurrendũ graſſanti ignominiæ in rem oĩum
vt precioſiſſimã ita tenerrimam, famã nominis noſtri. Neq; omnino B
æquo animo ferendum Amicitiæ coniunctionẽ eam quam diximus,
noſtra diſſimulatione ac negligẽtia labefactari. Incidunt.n. certe qdã
inter amicos interdũ ſimultates, ſæpe maleuolẽtia & inuidia aliena,
inter illos ſemina odiorũ ſpargit. Irę interueniunt. ſtatim igitur ſanãda
ſunt hæc mala, vel auertẽda potius, vt cum reuentum ſit in gratiã,

a *Tranſitio ad alteram gnomes partem.* b *Fama curanda.*

c Bis tanto amici ſint inter ſe quam prius,

ſecundum Plautum. Quod niſi ita ſe haberet, non probaretur tantopere
dictum apud eundem ſenis, grauis & prudentis, *d Amicum caſtigare, facinus eſſe in ætate vtile & conducibile.* Quid eſt ergo falſo accuſari? C
e Aut conatus ſunt quidam calumniæ, quibus obuiam eundum; Aut
ſuſpicionis error, qui amouendus eſt. *f* Non modo autẽ propter amicitiæ
ſanctitatem & mutuam animorum deuinctionem minime negligenda
eſt vel falſa in hac accuſatio, ſed propter noſtrã etiam infamiam.
Nã falſã quoq; iactitat multitudo, neq; quid probari, ſed quid
dici poſſit, cogitat. Præclare igitur & hoc, vt oĩa, *g* Iſocrates præcepit:
Vituperationes & accuſationes extimeſcẽdas eſſe, tametſi falſa ſint ac ficta, reddit
firmiſſimam rationem. *Vulgus enim*, inquit, *non veritate, ſed opinione
ducitur.* Sed quid in his immoratur? aut cui non plurima in mentem
veniunt, cur optime & præclariſſime hoc dictum eſſe videatur. Hoc igitur
potius agamus, & huc incumbamus, vt præſtantiſſimi autoris D
ſcripta ſtudioſe & aſſidue legendo, *nocturna diurnaq; verſemus manu*, ſecundum
Horatium, Et ex illis excerpamus atq; comprehendamus
intelligentia noſtra, ea quibus & animus ſcientia inſtrui & oratio copia
augeri poſſit, vt non ſolum in bonos diſertosq; locutores, ſed etiam
ſapientes inuentores, & honeſti ac laudis cultores euadamus.

c *Plaut. Amphytrione.* d *& in Trinumme.* e ἐξήγησις. f αἰτιολογία & μαρτυρία. g *Iſocrat. ad Demonicum.*

17. *Arbitros.*) Egregie facit arbitros, Iudices eius rei, quæ extra cauſam
eſſet. *h Arbitros* enim iudices honorarios quoſdam dixere, vt notum
eſt. Mox: E

h *Arbitri.*

Studia atq; officia.) *Studium* eſt cupiditatis & propenſionis: *officium*
voluntatis & conſilij. In altero igitur hominis, in altero rei eſt ſuſpectus,
habetq; *ſtudium* gratificationem; *officium* rationem. Infra:

A me defuit.) *i* Vt, *deſperare ab aliquo. Spem eſſe à Conſulibus.* Item, *habemus à Cæſare ſententiam.* Catilin. iv. Et pro Archia: *Ergo ille corporis motu tantum amorem ſibi conciliarat à nobis omnibus.* Et pro Cluentio: *legat grandem pecuniam à filio, ab ſecundo hærede nihil legat.*

i *A, particula.*

18. *Ipſum*

A 18. *Ipſum petat*) Id eſt, *impetat*. Pro Ligatio; *Cuius latus mucro petebat*. Virg. *Solumq́; per omnes Volſcentem petit*. a Eſt autem elegans eiuſdem verbi in alia ſignificatione repetitio; quam παρονομασίαν Græci, & aliqui πλοκὴν, & ἀντανάκλασιν vocant, Latini *Agnominationē* interpretati ſunt, in qua pæne immodici priſci fuere, vt Plautus Epidico; *Is amicus eſt, qui in re dubia, re iuuat, vbi re eſt opus*, id eſt, πράγματι, ἔργῳ, χρήμασι. Hæc autem figura verborum affert aliquid ſenſus acrioris. b Vt Terent. *Vir ego tuus ſum? tu virum me aut hominem deputas adeo eſſe?* ideoq́ue & inter figuras τῆς δεινότητος
B Græci ponunt. Vt apud Demoſthenem περὶ παραπρεσβ. ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο δέδοικα εἰ Φίλιππος ζῇ ἢ τέθνηκεν, ἀλλ' εἰ τῆς πόλεως τέθνηκε τὸ τοὺς ἀδικοῦντας μισεῖν, καὶ τιμωρεῖσθαι. Et de reb. Cherſoneſſ. ὑμῖν δὲ οἴκοι μενόντων, χολὴν ἀγόντων, ὑγιαινόντων, εἰ δεῖ τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ὑγιαίνειν φῆσαι. Quin etiam eodem in verbo, in quo duo atq; ea diuerſa intelligantur hæc figura videtur eſſe, vt pro Roſcio Amerino: *Quid poſtea? neſcimus per iſta tempora eoſdem fere c ſectores fuiſſe collorum & bonorum?* Eſt autem genus ambiguitatis, quā
C Græci ἀμφιβολίαν vocant in his omnibus, quæ & in iocis frequentari ſolet. Nam in quibus hæc diuerſitas ſignificationis non repetitur, neq; manifeſta eſt, ea per traductionem figurari malunt. Græci etiam aliqui διαφορὰν vocarunt.

a *Agnominatio elegans in vocibus repetitis notione diuerſa.*
b *in Hecyra, Act. 4 ſc. 1. v. 9.* c *Sector, duo ſignat.*

19. *Capitis dimicatione*) Certamine, de *ſalute*, & eſt ad pœnam Legis referendum, quam grauiſſ. fuiſſe in hac oratione ipſa ſignificatur. Exilium certe fuiſſet ſubeundum Murenæ damnato, quo omnis illi dignitas fuiſſet erepta; Immo ipſe euerſus perdito ſtatu ſuo
D in ciuitate. d Ita vt de exilio ſuo Cicero ad Lentulum: *Nam etſi minore in re violatur tua dignitas, quàm mea ſalus afflicta ſit*; etſi à quibuſdam hæc aliter legi ſcio. In inſtitutionibus Iuris ciuilis exponitur triplex *diminutio capitis*, quarum media ſit, cum ciuitas quidem amittitur, ſed libertas retinetur; quod accidat ei cui aqua & igni interdictum fuerit. De quo Cicero multo aliter, & in Cæciniana & pro domo ſua, neq; inuito ciuitatem adimi, neque libertatem amiſſa ciuitate retineri poſſe; ſed hæc exquirere huius loci ac temporis eſſe non videtur.

d *Lib. 1. ad Famil. vide Manut.*

E 20. *Præmia mihi tanta*) De hac re Cicero cum alibi tum vero contra Piſonē glorioſe dixit his verbis: *Me cum quæſtorem inprimis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis ſuffragijs Pop. Rom. faciebat homini illi honorem, non generi, moribus non maioribus meis, Virtuti perſpectæ non auditæ nobilitati deferebat. Nam quid ego de conſulatu loquar? Partó vis anne geſto?* & paulo poſt: *Me cuncta Italia, me omnes ordines me vniuerſa ciuitas nō prius tabella quàm voce priorem conſ. declarauit.* Item contra Rullum ſecunda ad populum; quæ quia longius commemorando producuntur, non eſt viſum aſcribere.

21. *Aſtuti & ingrati*) Qui & ſpe atq; expectatione ſua fruſtrari populum Rom. & callide ſuorum commodorum cauſſa ad tempus illi inſerui-

inſeruire, & obliuiſci beneficiorum quæ in ſe collata eſſent maxi- A
ma, non dubitaret. Poſt non longe:

Nulla inertia) Viſum eſt aliquid deeſſe hoc loco eruditis quibuſdã,
vt, *nota*, aut *macula*: Credo vt cum ſequentibus quaſi per diſiunctio-
nem commaticam prolatis & hæc conſentirent, idque nobis quo-
que probatur. Mox:

Sin autem) ἐναντιώσις ὑποθετικὴ: Sed hunc locum melius & ele-
gantius ita reperio in Veneta exemplorum editione: *Sin autem fuga
laboru deſidiam, repud. &c.*

22. *Noſtros riuulos*). a Hæc vera eſt ſcriptura. Eleganti autem i-
ronia ſuam partem in Rep eleuauit verbis, & Seruianam extulit, In B
quibus eſſet ſignificatio copiæ atq; exilitatis. iiſdem Tranſlationi-
bus eſt vſus in Cæliana: *Tum quæram denique ex quo iſte fonte Senator e-
manet. Nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe fortaſſe vt ſoleo commouebor.
Sin autem vt riuulus accerſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtra,
&c.* Statim.

a *Riuulus tralate.*

Q. Hortenſio M. Craſſo) b Hos defenſores fuiſſe & ipſos Murenæ
veriſimile fit, quos generaliter ſignificat poſtea, vbi dicit: *Nunc mihi
tertius ille locus eſt orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui an-
te me dixerunt, à me, quoniam ita Murena voluit, retractandus.* Vnam au- C
tem cauſſam defendi à pluribus & alias agi ab aliis partes ſolitas; o-
ſtendit Cicero in Bruto, vbi & Hortenſium partientem cauſſas, per-
orandi ſibi locum ſemper reliquiſſe; & hunc morem improbans ita
ait: *Neque tam multa quàm noſtrâ ætate iudicia fiebant, neque hoc quod nunc
fit, vt cauſa ſingula defenderentur à pluribus, quo nihil eſt vitioſius.*

b *Q. Hortenſius.*

Ego vero) Egregia diſiunctio commatum, qua fit oratio & illuſtris
& ſplendida & aucta atque ornata, In quo genere & ipſo & creber
& admirabilis eſt inprimis Cicero, quod habet explanationem qua D
congregantur ea quæ in re inſunt, & ſignificantibus verbis aptiſque
ac propriis adiectis enunciantur.

Quare quoq;) Concluſio blanda, cum eleganti contentione, poſito
ſtudio contra periculum.

Intelligo Iud.) Partitio eſt confutationis de accuſatione, id eſt,
ἀνασκευὴ defenſionis ſuæ. Hanc laudat atque commendat no-
minatim Fabius, vt qua cauſſam lucidiſſime oſtendat & in qua nihil
fecerit altero ſuperuacuum.

Atq; harum) Reſpondet criminationi accuſatorum qui infamiam
imponere Murenæ conati eſſent tanquam ob vitam libininoſe & fla- E
gitioſe actam, cum & Aſiaticum luxum & diſſolutionem vitæ obii-
cerent.. Ac de Aſia eſt defenſio ſplendida, qua & Aſiaticam profe-
ctionem commendat ac ornat ductis argumentis ab honeſto, & vi-
tuperationem Aſiæ, à Murena non modo auertit, ſed ad laudem et-
iam ipſius conuertit. E conuiciis aſſumit vnum præcipuum & ad re-
futandum maxime illuſtre, ſaltationis. quo repellendo integritatem
& probitatem eximiam conſtituit Rei, & hanc ſecuturæ defenſioni
quaſi ſupponit. Eſt autem argumentatio tota ducta à magnitudine
dedecoris & honeſtate Murenæ; quæ repugnantia ſunt. Subiicit:

Lex quadam acc.) Id eſt, mos & conſuetudo ſeu ratio, vt paulo ſu-
pra: *Nam*

A pra: *Nam quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, vt eam quam mihimetipſi iam pridem tulerim non abrogarem.* Et in Oratore, *hanc ad legem nobis formanda oratio eſt.*

23. *Qua ab hoc non*) Hanc proprie dici volunt διαλλαγὴν, id eſt quemadmodum, interpreratur autor Rhetoricæ ad Herennium, *diſiunctionem,* cum ea quæ dicuntur certis verbis, concluduntur & definiuntur, vt paulo poſt: *Non Aſiam nunquam vidiſſe ſed in Aſia continenter vixiſſe; laudandum eſt* Eſtq; in his contrarium ſeu ἐναντίωσις.

24. *Hic vero Iud.*)Glorioſa cõfeſſio obiecti eriminis, vt & in Milo-
B niana illa præclara: *Quamobrem ſi cruentum tenens gladium clamaret T. Annius, adeſte quaſe atq; audita ciues P. Clodium interfeci &c.* Eſt autem defenſio egregia cum accuſario ad hanc conuertitur, vt & in Verrem Act. II. de producto pupillo Iunio.

25. *Qui ſi adol.*)Omnia inhoneſta, quæ militia ſua & ſtipendijs ſub patre Murena ſcilicet vitauit. An non autem adiuuaret ille patrem in triumpho promerendo & ſua virtute amplitudinem paternam illuſtraret, cum pueri in currum triumphalem imponi, & participes fieri ornamentorum paternorum ſolerẽt. Locus in his *à minore.* a *Mereri* autem *ſtipendia,* id eſt, militare, plenum eſt, vt in Cæliana; *ſi ſtatim*
C *mereri ſtipendia cæperamus,* & mox, *meruiſſe autem ſtipendia &c.* Quod tempus erat ſumtæ togæ puræ, vt ex eadem oratione colligi poteſt. b *Prætextati* autem quos græci περιπορφύρους dixere, pueri dicebantur ante adoleſcentiæ annos à toga prætexta, id eſt, circundata purpura. Triumphaſſe autem Murenam patrem poſt Sullam de Mithridate, etiam in Maniliana dicitur.

a *Mereri ſtipendia.* b *Prætextati.*

26. *Meruiſſe vero ſtip.*)Concluſio in qua ad illud caput honeſtatis, quod in fortitudinis & pietatis laudem diſtribuit, etiam fortunæ commendationem adiunxit.

D 27. *Maledictum eſt*)c Cicro *Maledictum & accuſationem* in Cæliana diſcernit his verbis. *Sed aliud eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet: Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur conuicium, ſi facetius vrbanitas nominatur.*

c *Maledictum & Accuſatio diſtant*

28. d *Scurrarum*) Moriones & βωμολόχοι à Græcis *ſcurra* dicuntur leue hominum genus & ridiculum, & verbum *ſcurror* apud Horatium. Fuit autẽ e ſaltatio apud Romanos inter turpiſſima Itaqs
E & prouerbio de extremo dedecore *ſaltationem* dixere, ideoq; hoc vt è triuio petitum, id eſt, vulgare dictum Cicero reprehendit De Offic. lib. III. *At ſi dares hanc vim M. Craſſo, vt digitorum percuſſione hæres poſſet ſcriptus eſſe, qui reuera non eſſet hæres, in foro, crede mihi, ſaltaret.* Et mox: *Quid ſi ſapiens rogatus ſit ab eo qui eum hæredem faciat, cum ei teſtamento ſeſtertium milies relinquatur, vt antequam hæreditatem adeat luce palam in foro ſaltet &c.* f Apud Xenophontem tamen Socrates vt exercitationem inprimis cõmodam & vtilem laudat τὴν ὄρχησιν. Cum autem ſignis & cõiecturis res ageretur, neq; firmi aut perſpicui quicquã proferretur, concluſit Cicero cõuicium illud eſſe ficti criminis, Similis defenſio & Sex. Roſcij eſt. Vbi & hoc dicitur; *vt non omnem frugem neq; arborem*

d *Scurra:* e *Saltare: vide Adagia.* f *An honeſtam.*

arborem in omni agro reperire poſſis, ſic non omne facinus in omni vita naſcatur. A
Itemq; Syllana, vbi hoc: *Omnibus in rebus iudices quæ grauiores maioresq́; ſunt, quid quiſq; voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine ſed ex moribus eius qui arguitur eſt ponderandum.*

29. *Quæq; vitioſa ſunt*) a *Vitioſa* ſunt quæ αἰσχρὰ dixere. i. turpia. etiam κακὰ græci, vnde κακίαν Cicero *vitiũ* interpretatur hæc ſunt contraria honeſtati ac laudi Vitio enim certe illa quæ commemorauit omnia dari ſolent, atque hæc alias intelligi vult, *deformitates ſequi quaſi corpus vmbram.*

a *Vitium & vitioſa.*

30. *Confeſſione*) Quod quidem mollit, cum addidit, prope. *Non enim certe bonitatem illi & integritatem inimici prædicarant*, ſed nihil obijciendo veri & probabilis flagitij aut ſceleris tacite hos vtramq; in Murena conſtituere Cicero innuit. Vt illud: *Tacent, ſatis laudant*, & pro Seſtio. *Tacendo loqui, non inficiando confiteri videbantur.* B

31. b *Bene habet*) Id quod Græci ἔστιν, cum rem propoſitam cõfeciſſe gaudent, & iam pergunt ad ea quæ reſtant forma concluſionis. dicunt & εὖ ἔχει. *Concluſionem* autem nunc voco, quam Græci ἀπόθεσιν λόγου. Apud Liuium εἰρωνικῶς lib. VI. *Bene habent, inquit Seſtius.* Intelligitur autem *res.* C

b *Bene habet.*

31. *Quo conſtituto*) Accedit ad ſecundam partem propoſitam & dignitatẽ Murenæ tuetur contra obtrectationem aduerſariorum, Sulpitium in primis qui ſibi prælatum fuiſſe Murenã grauiter indigneq́; ferret. Facit autem primum vtriuſq; patrem dignitatẽ & vt Græci vocãt ἀξίωμα deinde, etſi cõcedit antiquius & nobilius eſſe Seruij genus, tamen & Murænam bono honeſtoq́; loco ortum aſſerit. c Tandẽ, Ne ſpectandam quidẽ vetuſtatem nobilitatemq́; generis docet, neq; aliquid præcipui momẽti habere in honorib. adipiſcendis oportere, ſed Virtutẽ. In quo vtitur cum aliorum exemplis, tum etiam ſuo, atq; ita deinceps ad vitæ & ſtudiorum comparationem progreditur. D

33. *Quo loco*) *d Patres*, inquit Liuius ab honore, e *patricijq;* eorum progenies appellati. Vbi mirabiliter eſt callida defenſio, cum Cicero ſignificet ne Sulpicium quidẽ *patritiũ* eſſe, quippe Equite progenitum, qui ordo infra Senatorium certe fuit. Sed *patricios* maiores habuerat, huic antiquæ & in vulgus ignotæ claritati, præſentem & celebratum ſplendorem Murenæ opponit Eſt autẽ iocus in mentione ſeceſſionis in Auentinum, quẽ plebs R. quõdam grauiſſ. & intolerabilib. iniurijs à Decẽuiris affecta occupauit, cum hi creati legum cõſcribendarum cauſſa dominationem plusquã Regiam in pleb R exercerent. Commouerat autem primum legiones in Algido Virginius, cuius filiam Appius ad libidinem concupiuerat, quib. exercitus mox è Sabinis acceſſit, vt expoſuit copioſe Liuius lib. III. Etſi nihil prohibet de illa ſeceſſione, quæ & à Liuio ita nominatur, hoc accipi, cum leges ſacratæ latæ & Tribuni plebis primum creati fuere. Hanc enim Piſo, vt ait Liuius, autor eſt, in Auentino factam eſſe. Eſt autem Ironia qua illam iactationem nobilitatis Sulpitianam eludit atque deridet. E

34. *f Ex Annalium*) Ab *anno* factum verbum ſatis apparet, atq; hæc initia fuere hiſtoriæ cuius copioſior expoſitio, nõ ſolum rerum geſtarum ac

c *Virtus vera nobilitas.* d *Patres.* e *Patricij.* f *Annales, & Hiſtoria.*

Google

A rum ac temporum ſeriem quandam complecteretur, ſed etiam explicationem, vt quo conſilio, modo, apparatu, occaſione, fortuna, euentu quicque geſtum eſſet cognoſci poſſet. Referunt igitur Annales quid quoque anno geſtum ſit: Hiſtoriæ enarrant copioſius & cõmemorationem illam nudam oratione prudente ac ornata veſtiunt. Annalium autem conficiendatum cura Pontificum Maximorum erat, vt intelligi poteſt de libro I. De Legib. & oſtenditur in II de Oratore, his verbis, *Erat enim hiſtoria nihil aliud niſi annalium confectio, cuius rei memoriaq́, publica retinenda cauſſa, ab initio rerum Romanarum vſque ad P. Mutium Pontif. Max.* a *res omnes ſingulorum annorum mandabat, literis Pent. Max efferebatque in album & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, ij qui etiam nunc* Annales maximi *nominantur. Hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt, qui ſine vllis ornamentis monimenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Græcos Pherecides, Hellanicus, Acuſilaus fuit, aliique permulti, talis noſter Cato & Victor & Piſo, qui neque tenent, quibus rebus ornetur oratio, modo enim huc iſta ſunt importata, & dum intelligatur quid dicant, vnam dicendi laudem putant eſſe breuitatem. Paululum ſe erexit & addidit hiſtoriæ maiorem ſonum vocis, vir opt. Craſſi familiaris Antipater. Cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.* Eſt igitur quod dicitur tale, ac ſi nunc de Cicerone, Liuio, & alijs, Sulpitios nobiles antiquorum temporum colligere velimus, b vt illum qui cum M. Tullio annos X. poſt exactos reges conſ. fuerit. Et C Sulpitium qui max. omni nobilium Græcis literis ſtuduerit, & C. ac L. Sulpicios & Seruium Sulpitium trib. mil. &c.

a *Pontificum Max. ea cura fuit.* b *Cicero in Bruto.*

Q. Pomp.) In Bruto c *Q. Pompeius* non contemtus orator temporibus illis fuir, qui ſummos honores homo per ſe cognitus ſine vlla commendatione maiorum eſt adeptus. d *Scaurum* autem accipio eum quo accuſante Rutilius, vt ibidem dicit Cicero, innocentiſſimus vir damnatus fuit Repetundarum, vt in Epitoma Liuiana ſcribitur libri LXX. Sed quicunque fuerit, Cicero *nobilitatem renouaſſe* dicit M Aemilium Scaurum. Plutarchus autem primum in familiam ſuam intuliſſe in libello *de Fortuna Romanorum* his verbis αἰμύλιος δὲ σκαῦρος ἐκ ταπεινοῦ βίου καὶ ταπεινοτέρου γένους καινὸς ἄνθρωπος ἀρθεὶς ὑπ' αὐτῆς προγράφεται, τοῦ μεγάλου συνεδρίου. Illum *Scaurum* ait, qui humili vita genere etiam humiliore, homo nouus eſſet, à fortuna elatum quaſi ducem fuiſſe illius magni cætus qui comitaretur fortunam. Cicero pro Rege Deiot. M. *Scaurum* principem ciuitatis appellat. Sed rem explicat Aſconius apud quem huiuſmodi quædam leguntur. *M. Scaurus ita fuit patricius, vt tribus ſupra ætatibus iacuerit domus eius fortuna, nam neque pater, neque auus, neque etiam proauus, vt puto propter tenues opes & nullam vitæ induſtriam, honores adepti ſunt.* Itaque M. Scauro æque ac nouo homini laborandum fuit. Vocarunt autem certe e *homines nouos* non modo ignobiles ipſos, ſed nullis etiam maiorum imaginibus commendatos. Eos Græci interpretantes Latinam vocem καινοὺς dixere, Plur. in Catone Cenſorio. εἰωθότων δὲ ῥωμαίων τοὺς ἀπὸ γένους

c *Q. Pompeius.* d *M. Scaurus.* e *Noui homines qui.*

δόξαν

δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι' αὐτῶν, καινοὺς προσ-αγορεύειν ἀνθρώπους, ὥσπερ καὶ τὸν Κάτωνα προσηγόρευον, αὐτὸς ἔλεγε, καινὸς εἶναι πρὸς ἀρχὴν καὶ δόξαν ἔργοις δὲ προγόνων, καὶ ἀρεταῖς παμπάλαιος. *Id eſt. Cum autem Romani eos quibus generis laus deeſſet, quique ipſi per ſe inciperent celebrari, nouos homines ſolerent appellare, quemadmodum & Catonem appellabant, dicebat ipſe eſſe nouum ſe quod ad honores & exiſtimationem attineret, rebus autem geſtis maiorum & virtute perantiquum.* A

35. *Sicut apud maiores.*) a Conſulatus communicatus cum plebe An. ab V. C. circiter CCC. XC. Primus Conſul ex plebe *L. Seſtius*, cuius rei hiſtoria extat apud T. Liuium lib. VI. B

a *Conſul 1. ex plebe.*

36. *Gratia Galbam.*) Cicero ad Att. epiſt. 1. *Prehenſat vnus P. Galba, ſine fuco & fallacijs more maiorum, negatur, vt opinio hominum non videatur aliena rationi noſtræ*, Et in eadem. *Hoc tempore Catilinam competitorem noſtrum defendere cogitabamus.*

37. *Iacebant.*) Quaſi proſtrati & fuſi. *Vt Praterea* b *iacet exanimum tibi corpus amici.* Et κεῖται Πάτροκλος, & κεῖτο ταθεὶς, & ἐνθαυθοῖ νῦν κεῖτο. Et, *Iſtic nunc metuende iacet*, & mox, *Iacet, diffidit.* Att. lib. XI. *Tanto me dolore affecit vt poſtea iacuerim.* Pro Flacc. *qui tamen, vt opinor iacent victi.* Contra c *ſtare*, firmum eſſe notat & rectum. Att. lib. VI. *Stante Pompeio vel etiam ſedente, & ſtat hac vrbi.* Vel neglectio ſignificatur. Vt Verr. III. *Sed etiam iacent in tenebris*, & κεῖται παρ' νήεσσι νέκυς ἄκλαυστος ἄθαπτος, ιλ.χ. & οδ.ρ. δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος. de cane Vliſſis. C

b *Iacere.* c Stare.

38. d *Clauſtra nobil.*) A *claudo* eſt *clauſtrum*, vt à *rodo roſtrum, plaudo plauſtrum.* Penes ſe autem quaſi incluſum, conſulatum habuiſſe nobiles ſignificat, vt manifeſte dicit contra Rul. *Et eum locum quem nobilitas firmatum præſidijs atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.* D

d *Clauſtrum.*

39. *Videamus.*) Conſideremus, expendamus, vt in diſputando fieri ſolet. De offi. li. III. *Sed prima videamus.*

40. *Quæſturam vna petijt.*) Pergit ad vtriuſque vitæ comparationem, quam per pares honores eandemque dignitatem & æqualis laudis ſtudia ad petitionem Cos. deducit, Sed ita, vt quamuis hoc Seruio de non inferiorem modo ipſi Murænam videri, ſuperiorem tamen re ipſa vbique & priorem faciat. Eſt autem prima comparatio *Quæſtura*, Secunda incidens ἀντιθετικῶς præſentiæ & abſentiæ. Tertia illa copioſa & ſplendida ac luculenta ſtudiorum belli & pacis interſe collatio. Quarta *pratura.* Quinta petitionis *Conſulatus*, de quibus ſingulatim ſuo quoque loca plura dicemus. E

41. *Factus prior.*) Diſſimulanter Cicero in huius reſponſionis cura verſatur, quod & rem eleuat. Alibi tamen de his, quæ nunc extenuat vel tollit potius, ipſe gloriatur, vt in Piſonem, & pro lege Manilia. *Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor dilationem comitiorum ter Prator primus centurijs cunctis renunciatus ſum.*

A 42. *Pari momento.*) Vt ſupra *a momenta officiorum omnium*, ſed ad ſuperiora & hoc nunc addere libuit. id videri *momentum* dixiſſe Latinos, quod Græcis eſſet *b* ῥοπὴ, vt Demoſt. ad epiſtolam Philippi. ὅλως μὲν γὰρ ἡ μακεδονικὴ δύναμις ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστὶν ὧν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν. *Omnino copia Macedonica in acceßionis parte momentum aliquod habet & vſum.* Et mox, μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον, ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. *Magnum enim momentum rerum humanarum vel potius omnia in fortuna conſiſtunt.*

B a *Mememen*tum. b ῥοπὴ: *vide ſup. 5.*

43. *Lege* c *Titia.*) De hac lege quærendum amplius. *Hoſtienſem* autem prouinciam quæ maritima eſſet negotioſam fuiſſe, cum ob alias cauſas oporter, tum propter ſalinas, quę circa illam vrbem conditam ab Anco rege factæ fuerunt, vt ſcribit Liuius lib. I. Itaque *acclamari huic ſolere* ita accipio, vt ſors huius clamore populi exagitetur, quemadmodum eodem verbo cum alibi tum in Piſoniana, vſus eſt. *Da te populo, committe ludis, ſibilum metuis? Vbi ſunt veſtra ſchola? ne acclametur? ne id quidem eſt curare philoſophi.* Et in Bruto. *Sed tamen non* C *metuo ne mihi acclametis.*

c *Vide Ant. Auguſtinum de legib.*

44. *Conſedit vtriuſque.*) Conſtitit, vt de aquis dicitur quæ aliquem in locum confluxere. Ita & *d ſubſidere.* In Saluſt. *Sicut in fretis ſubſederant*, id eſt, collecti fuerant.

d *Subſidere aqua.*

45. *Campum dedit.*) In Phil. XIIII. *Magnus eſt in rep.* e *campus, vt ſapienter dicere ſolebat Craſſus, multis apertus curſus ad laudem* generaliter translatum à patentibus & ſpacioſis atque apertis locis D πεδία ſunt Græcis loca apta equis, vt οδ. δ'. σὺ μὲν πεδίοιο ἀνάσσεις εὐρέος, &c. Vel de *Martio Campo*, in quo Iuuentus Romana exercebatur, vt offi. I. *Suppeditant autem campus noſter & ſtudia venandi honeſta exempla ludendi.*

e *Campus.*

46. *Reliqui temporis.*) Diuerſa iam ſtudia & diſſimilis ſe vitæ ratio offert, ſiquidem contraria ſunt *pax & bellum.* Pacis autem artibus operam dedit Seruius, Murena belli. Vtriuſque in repugnante vitæ genere dignitatem parem proponit.

47. *f Stomachi.*) Id eſt, moleſtiæ, offenſionis, etiam commotionis. E Nam in pectore hæc vis iraſcendi & indignationis collocata putatur, id eſt, τὸ θυμικὸν, vbi eſt *g* ſtomachus, id eſt, καρδία, quemadmodum veteres locuti fuerunt. Itaque qui animis commoti ſunt ibi ſentiunt intus trepidare aliquid & quaſi ebullire. Secundum hæc ita Horatius li. I. Carm.

f *Stomachus.* g *Bilis commota.*

Fertur Prometheus addere principi
Limo, coactus particulam vndique
Deſectam, & inſani Leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.

Et ſto-

Et a *ſtomachum facere, mouere,* vt mox. item *perdidiſſe ſtomachum & occalluiſſe & hebetare & callum obductum ſtomacho* dixerunt. Cicer. Lent. li. I. *Non illi quidem vt mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi.* Att. lib. II. *De Statio & alijs rebus angor equidem, ſed iam prorſus occallui.* Eidem lib. 4. locus: *ille animi noſtri ſtomachus vbi hebetabat olim, concaluit, vt digerat multa cruda facilius.* Item verbum *ſtomachor* Att. lib. X. *Sed aliquando ſtomachari deſinamus,* & εὐστομάχως *ferre.* Att. lib. IX. Putatur autem huc bilis exundare & ira atque indignatio ita excitari. Vnde & *bilem commoueri.* Att. lib. II. *Et ſi bilem id commouet,* ſecundum Homer. Ιλ. σ. A B

ὡς ἔρις ἐκ τε θεῶν ἐκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο
καὶ χόλος ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι
ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠΰτε καπνός.

Sed hæc aliena hoc loco fortaſſe videantur.

a *Stomachum facere, & Stomachari.*

48. *Exſorbuit.*) Exhauſit, translatum de liquoribus. Qu. fratri lib. III. *Vt eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.* Sorbere enim attractionem ſpiritus ſignificat, vt fit cum liquida deglutimus. Ita Plaut. Moſtel. *Simul flare ſorbereque haud facile factu eſt.* Simili ſenſu aliunde, id eſt, à Libis, translatum eſt verbum in lingua Latina *b vorandi.* vt *tadium deuorare,* & *viam vorare* apud Catullum. C

b *Deuorare & Vorare.*

29. *Summa in vtroque.*) προκατασκευὴ ſequentis contentionis. Vbi excurrit in locũ copioſum illũ & illuſtrem collationis *rei laudiſque bellicæ* ac ſtudiorũ *pacis,* præſentiæ prius remouens ἀντιπίπτουσαν obiectionem. Et quia, vt apparet, Seruius ſic de ſcientia Iuris ciuilis verba feciſſet, vt vellet excellere hanc in pace reliquis ornamentis, Ideo Cicero non modo infra bellicam gloriam illam deprimit, qua obruerentur & ſuperarentur omnes virtutes atque artes pacis, ſed inter has etiam ipſas docet nequaquam principem locum tenere & mirifice verbis eleuat atque extenuat. Peruenuſtus hic locus eſt, ipſiſque cum rebus tum verbis ſplendidus atque copioſus. Nam & vtriuſq; ſtudij quaſi opera & effectiones inter ſe opponuntur, & conſentaneis verbis exponuntur, & eiuſmodi explicantur adiunctis, quæ ad ſingula eorum quæ inter ſe comparantur aptiſſime quadrent. Quo neceſſario fit, vt quod præferri alteri vult in communi cogitatione magis videatur. Receditque hæc pars à forma Controuerſiarum & forenſis orationis, præſertim vbi contra Iuriſconſ. expatiatur, habetque magis ἐπιδεικτικὸν quoddam εἶδος quam δικανικόν, quemadmodum & illa diſputatio *de Stoicorum dogmatis,* in qua etiam παραδειγματείᾳ vtitur, vt indicabimus. Et quoniam hoc inſigne eſt exemplum eorum quæ ἀντίθετα vocantur de hoc toto genere quædam in medium afferenda putauimus. *c* Dicemus autem non de ijs quæ expoſitionis atque etiam inuentionis & ſententiarum ſunt, quale hoc eſt ex plurimis (nam his bona & cum cura facta oratio abundat) Epiſt. lib. IIII. Marcello: D E

c *Contentio contrariorum*

Quod ſi nullum haberes ſenſum niſi a oculorum, prorſus tibi ignoſcerem, ſi quoſdam nolles videre. Sed cum leuiora non multo eſſent quæ audirentur, quam quæ viderentur, ſuſpicarer autem multum inter eſſe rei familiaris tuæ te quam primum venire idque in omnes partes valere, putaui ea de re te eſſe admonendum. Ita enim cogitata duplicantur expoſitione in quadam aduerſante priori ſententia, quo pacto oratio pleno quodam intellectu quaſi profluit & ſæpe exundat, vt inter periodos non contineantur, vt paulo ante, *Quod ſi licet deſinere, &c.* De his igitur antithetis nunc non dicemus. *b* Sed de ijs quibus oratio fit grandior, ve-
B hementior, elatior, etiam numeroſior. Quæ ſiue *ἀντίθετα* ſeu *ἀντιθέσεις*, Reperiuntur aut in perſonis atque rebus totis, quod genus eſt in amplificationibus præcipuum & huius exempla plurima in Demoſthene ac Cicerone. Habet enim incredibilem vim ad extollendum ac deprimendum quæ volueris, & conſpicua omnia reddit quaſi in exaggeratione & elatione quadam illorum, quæ dicitur à Græcis *δείνωσις*. Sed inſigne eſt exemplum *c Demoſthenicum* Mulieris Olynthiæ contumelia qua eſſet in conuiuio affecta ab Æſchine, & deprecatio pro hoſpite Satyri hiſtrionis. In quo mirifica eſt omnium inter ſe rerum ac perſonarum temporis, loci, contentio.
C Afflictio liberæ & pudicæ mulieris. Deprecatio pro hoſpite qui grauiſſime Philippum offendiſſet. Æſchinis legati populi Athenienſis. Satyri hiſtrionis. Soliciti & triſtis, Hilaris & læti temporis. conuiuiuij ſolemnis & intempeſtiut ac turpis. Quibus ipſis anthitetis ſe admodum territum eũ quidem *κακοήθη* appellet, Æſchines ait, & veritum eſſe ne qui illis deciperentur vt alienam de ſe opinionem cõciperent. Sic enim in defenſione dicit. *ἐφοβήθην μὲν τὲ καὶ ἔτι νῦν τεθορύβημαι, μή τινες ὑμῶν ἀγνοήσωσί με, ψυχαγωγηθέντες τοῖς ἐπιβεβουλευμένοις καὶ κακοηθέσι τούτοις ἀντιθέτοις.*

D a *Videre audire.* b *Ἀντίθετα.* c *In Demoſt.*

Apud *Ciceronem* illa de Mileſia, quæ accepta pecunia partum ſibi abegiſſet, & Opianico qui matrem & fœtum in huius vtero necaſſet, quanta indignitatem rei contentione amplificat? Item in oratione pro Seſtio, vbi *cauſam & exilium ſuum conferens cum Metelli cauſa & exilio* ſplendidiſſime exornat. Aut reperiuntur *ἀντιθέσεις* in commutatione partium, cum diuerſa diuerſis inferuntur. Vt hoc de ar. reſponſ. *P. Valerio pro max. in rem. benefi ijs data domus eſt in villa publica, At mihi in Palatio reſtituta. Illi locus, at mihi parietes atque tectum. Illi quam ipſe priuato iure tueretur, mihi quam publice magiſtratus omnes*
E *defenderent* & hoc loco crebra. d quodque ipſe notat vt adhuc immaturum in Oratore, de oratione pro Roſcio Am. *Quid enim tam commune quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus littus eiectis? Ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant. Ita moriuntur, vt eorum oſſa terram non tangant. Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. Ita poſtremo eijciuntur vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant.* Verboſiſſime autem & copióſiſſime in L. Piſonem. Tertia ſpecies *ἀντιθέτων* eſt verborum quibus res ſimiliter perſonæque nõ ſubſunt, ſed ipſa ad ſe referuntur, interq; ſe opponuntur & vt ita dicam reſultant. Quomodo numeroſa fit oratio natura nõ induſtria, vt

d *Pro Cluentio.*

vt Cicero ait in Oratore. Cuius generis illa ſua de Miloniana ipſe A adducit: *Eſt enim iudices hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus.* Et, *Id quod ſcis prodeſt nihil, quod neſcis obeſt.* Tale Terentianum hoc, *Quod dictum indictum eſt, quod modo erat ratum, irritum eſt.* Item, *vt inimicus neque deeſſe nocenti poſſit neque obeſſe innocenti.* Hæc frequentia in Iſocrate ſunt, in quibus ipſe quoque fatetur ſe elaboraſſe *in oratione Panathenaica.*

50. *Apud exercitum.*) Obiectio in perſona expreſſa. habet autem interrogationis figura hoc loco indignationem. Vt, *Quis tu es, quis mihi es, cur meam tibi?* Eſt autem in pronomine elegans idiotiſmus, B qualis & in alijs linguis animaduertitur. Phormione, *Qui mihi vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.* Hæc à Fabio lib. V. de refutatione referuntur hoc modo. *Vt nunquam committendum eſt, vt aduerſariorum dicta cum ſua confirmatione referamus, aut etiam loci alicuius executione adiuuemus, niſi cum eludenda.* Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annis forum non attigeris, abfueris tamdiu, & cum tam longo interuallo veneris cum ijs qui in foro habitarunt, de dignitate contendas.

51. *In foro habit.*) Vel dicit hoc ſimpliciter vt & illud in Bruto accipi poſſe video: *& ij quidem a habitabant in roſtris.* nam quoſdam quo C facilior eſſet aditus indigentibus opera ſua, in forum commigraſſe legimus. Sed & translatum *habitandi* eſſe verbum intelligi poteſt, vt frequentiam & aſſiduitatem & veluti ſedes quaſdam proprias ſtudij & occupationis ſignificet, vt de or. lib. I. *qualis eſſe poſſet is qui habitaret in ſubſellijs,* id eſt, qui in Iudicijs tantum verſaretur. Et alibi, *habitare in ſuis bonis.* Et pro Plancio *habitaui in oculis, preſſi forum.* Ita & Plautus Pœnulo: *Comitiales ſunt meri, ibi habent.* dicit enim ſemper in comitio illos verſari atque conſpici.

a *Habitandi notio, & vis.*

52. *Poſitam eſſe* b *in oculis.*) Id eſt, ante oculos & in conſpectu, D πρὸ ὀφθαλμῶν. vt Att. lib. IIII. *Sed volui meam poteſtatem eſſe, vel petendi, vel ineunte æſtate exeundi, & interea me eſſe in oculis ciuium de me opt. meritorum, non alienum putaui.* Alibi admirationis habet hæc forma ſignificationem. vt Att. lib. VI. *Itaque Publicanis in oculis ſumus.*

b *In oculis eſſe.*

53. *Iſta noſtra aſſiduitas.*) Hoc loco Cicero *præſentem eſſe & ante oculos ciuium verſari* plus interdum c obeſſe quam prodeſſe ad honores conſequendos ponit, non enim ſunt hæc ἔξω γαστρὸς. Contra vero pro Cn. Plancio mirum in modum prodeſſe præſentiam, E ita illa ſcilicet cauſa poſtulante, vult oſtendere. *Deſiderarunt te,* inquit, *oculi mei cum eſſes Cyrenis, me enim quam ſocios tua frui virtute malebam, &c.* & poſtea idem agit copioſius etiam ſuo exemplo. Diſſeritq; omnia accuratius, vt intelligi poſſit, aſſiduitatem hanc quam nunc reſpuit, tum Plancio inprimis fuiſſe ſuffragatam.

c *Ciceroni contraria.*

54. *Vigilas* d *de nocte.*) Id eſt, per noctem ſeu multa nocte, vt *de die apparare conuiuium* Q. frat. li. II. *Ego vero ardenti quidem ſtudio hoc fortaſſe*

 efficiam

d *De nocte vigilare.*

A *efficiam, quod ſape viatoribus cum properant euenit, vt ſi ſerius quam valuerint forte ſurrexerint, properando etiam citius, quam ſi de multa nocte vigilaſſent, perueniant quo velint, ſic ego, &c.*

55. *Aqua pluuia.*) *Aquas pluuias arceri & a fines regi in agris* dicebant. Res enim tota agrorum erat, vt ſignificatur & in Topicis, *Si in vrbe fines non reguntur, neque aqua in vrbe arceatur.* De cuius cognitione arbitri adibantur, dati ad eas lites decidendas à magiſtratibus Off. lib. I. *Nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt, Q. Fabium labeonem, ſiue quem alium, nihil enim prater auditum habeo, arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à Senatu datum.*

B a *Fines regi.*

56. *Ac nimirum.*) αὐξήσει, omnibus rebus quæ laudabiles & præclare dicuntur, *b Militarem* prætulit. Eſt autem in parentheſi παραμυθία, vt vocant Græci ne quis moleſte ferat ſuum aliquod ſtudium eleuari cum laus bellica tanta & tam præſtans conſtituatur. Verum enim, id eſt quod quiſque ſentit dicendum videtur, in quamcunque partem hic aut ille accepturus eſſe videatur.

b *Militiæ laus.*

57. *Forenſis laus.*) Reip. in pace ſtudia ſignificat, quæ ſunt diſceptationum ciuilium, id eſt, in iudicijs verſantur. Dixit autem hæc
C mollius non in ſolam Seruij profeſſionem, ſed in ſuam quoque. Sed mox deinceps quaſi de nouo exordio *c* Iuris ſcientiam inuadit, illique & dignitatem & gratiam & vtilitatem, denique omnem exiſtimationem detrahere nititur. Et ne videretur ſaltem in pace excellere iuris ſcientia, ideo & omnium ornamentorum atque virtutum ciuilium hanc poſtremam eſſe conatur oſtendere, quia vero Iuris ſcientia & eloquentia in pace dignitatem maximam viderentur habere, harum etiam comparatione quadam vtitur ad Seruianæ profeſſionis extenuationem. Atq; nunc quidẽ ita res & cauſa tuli *d bel-*
D *lica res vt vrbanis praponenda eſſent.* Aliter vero ex animi ſui ſententia Cicero de his diſputauit in primo lib. Off. & ſubtiliter in Bruto, præſtare ſapientiam & eloquentiam dignitate ſua bellicis vtilitatibus. Non enim quantum quiſq; proſit, ſed quanti quiſq; ſit, ponderãdum eſſe ait. Hæ diuerſæ & diſſimiles explicationes & contrariæ diſputationes earundem rerum diligentet ſunt à Studioſis bonarum literarum animaduertendæ & conſiderandæ.

c *Iuriſprudentia.* d *Bellica res an vrbanis anteponenda, in contrariam partem Cicero.*

58. *e Increpuit.*) Sonitus ſignificatur, vt *fores crepuere* & *digitis con-*
E *crepuerit* Off. III. Vir. cum accuſatiuo poſuit verbum [illegible] li. I. Æneid.

e *Increpuit.*

Ac tuba terribilem ſonitum procul are canoro
Increpuit.

Et Ouid. Briſeide.

Threciam digitis increpuiſſe lyram.

f *Tumultus* autem deſcribitur à Cicerone in octaua Philippica. *perturbatio tanta vt maior timor oriatur.* Vnde etiam nomen ductum eſſe vult, vt ſit ſcilicet quaſi *timor multus*, omnino vox trepidationem notat, id eſt, θόρυβον, vt πεποιημένην eſſe videri poſſit. Ita legitur *in caſtris tumultuatum.* Et apud Terentium. *Nihil*

f *Tumultus, quis.*

ornati nihil tumulti (nam & hac flexione veteres vſi fuere.) *Conticeſcere* A autem *forenſes artes* præclare dixit. Nam tumultu nunciato ac decreto iuſticium indici, claudi tabernæ & ſaga ſumi ſolebant.

59. *Tanquam filiol*) Tranſlatum de adulatione & blandimentis paruulorum, quibus nihil parentibus fieri gratius poſſit. In quo tamen etiam ipſo fœminius ſexus delectabilior eſt, vt ait Eurip. *ἱκέτισι*.

——— πατρὶ δ' οὐδὲν ἥδιον
γέροντι θυγατρός, ἀρσένων δὲ μείζονες
ψυχαὶ, γλυκεῖαι δ' ἧσσον εἰς θωπεύματα.

60. *Operam perd.*) a Prouerbiali figura dixit, id eſt, *fruſtra laboraſti*, B & transfertur idem ad lucubrationes, cum dicitur, *Oleum & operam periiſſe.*

a *Adagiale, Operam perdere.*

61. *Omnes enim artes*) Ratiocinatio ſequitur, De ſtudiis quibus gratia & fauor hominum tribui ſoleat. Quæ qualia eſſe debeant, proponit. Et quæ ſint talia, docet, & non eſſe tale *Iuris*, concludit.

62. *Larg reſiſt*) Vt ipſe fecit, cum Agrariam legem eripuit Rullo, & maximarum largitionum metu Senatum liberauit.

63. *Interpunctionibus verb*) Id eſt, diſtinctionibus. In verbis autem C hærere ſolent Iuriſconſſ. & vrgere τὸ ῥητὸν, & *dicta* interpretari, cum enarrando, tum diſtinguendo. Vnde & interdum controuerſia illa naſcitur ῥητοῦ καὶ διανοίας. Vt exempli gratia, ſi ita ſcriptum ſit, *Furtum*, impune arripiatur cum manifeſto deprehendetur. Diſtingui enim poſſit, vt ſit, *fur, tum*, huiuſmodi verſantibus in Iuriſconſultorum ſcriptis multa occurrunt. Tale erit, Actio quam Cicero memorat lib. III. De Nat. Deor. *Ope conſilioq́ tuo furtum aio factum eſſe.* Interpungi enim illa fortaſſe poſſint, vt ſi cuius conſilio modo *furtum eſſe factum* dicatur, quæri poſſit an aduerſus illum hac actione vti liceat. D Nam vt ait L. Sæpe. Dig. De verb. & rer ſignif. dubitatum eſt, illa verba, *Ope conſilioq́*, quemadmodum accipienda ſint, vtrum ex ſententia coniungentium, an ſeparantium. Atq; in his exquiſitionibus ſæpe grauiſſimæ & capitales cauſæ verſantur. Quin & literis mutatis rem mutari volunt, vt non *deieci*, ſed *eieci*: quos *laqueos verborum & anguſtias*, & *literarum angulos* Cicero vocat, & copioſe refutat in oratione pro Cæcina.

b *Iuriſconſult. interpunctiones.*

64. *Myſteriis.*) c Prouerbium tranſlatum de arcanis ſacris Græcorum in quibus *Eleuſinia* fuere præcipua, quæ *enunciare*, id eſt, profanis prodere capitale fuit: lib. Tuſc. IV. *Et quidem illam ipſam Iram Centurio habeat aut ſignifer, vel cæteri, de quibus dici non neceſſe eſt, ne Rhetorum aperiamus myſteria.* Et μυστικὰ *celanda* & *obſcura*. Att. lib. VI. *Illud præterea* μυστικώτερον *ad te ſcribam, tu ſagacius adorabere.* E

c *Myſteria Eleuſinia.*

65. *Faſtos enim vulgo.*) *Faſti* nihil aliud ſunt quam diſtinctio quædam anni & menſium & dierum deſcriptio, feſtorumq́; & profeſtorũ notatio, & ſacrorum publicorum quaſi indicatio. *Dierũ* autem ratio eſt ex-

d *Faſti qui.*

A eſt explicata copioſe apud Macrob. qui locus extat Saturn lib.I. cap. XVI. & multum afferre lucis poterit lectioni Latinarum literarum. *a* Sed *lege agere* dicebant, & priuato iudicio diſceptare, nam etiam aliter fuerant vſi hac forma ſermonis, vt cum lictorem iuſſerunt *Lege agere*, id eſt, ſecundum leges in ſontem animaduertere. Iudicia autem priuata exercere non licebat diebus iis qui profeſti non eſſent. Nam *feriu* etiam publica facta, vt intelligitur de Cœliana. Liuius ſcribit lib.I *faſtos nefaſtosq́; dies* à Numa inſtitutos. *b Atri* quoq; *dies* infauſta appellatione dicebantur, quos veteres cauendos tanquam infœlices ad omnes præcipuarum rerum incœptiones cenſebant, vt o-
B mnes poſtridianos & alios quoſdam, quos Gellius enumerat lib. V. cap XVII. & vulgo *nefaſtos* dici ait. *c* Et *religioſi* etiam dicti, quibus religio eſſet ea, vt rebus diuinis ſuperſederetur, ſecundum Liuium lib. VI. Ouidius autem ita Faſt. lib. I.

a *Lege agere* b. *Atri dies.* c *Religioſi dies.*

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,
Faſtus erit, per quem lege licebat agi.

De quibus ſatis apparet ſolitum *lege agi* apud Prætorem, cuius adminiſtratio eſſet Iuris ciuilis, id eſt, priuatorum iudiciorum, *diebus faſtis: quibus*, vt idem ait Poëta, *licet omnia fari*
C *Verba, honoratus libera prætor habet.*
Flecti autem *Faſtus*, *faſti*; & *faſtus*, *us*. Priſcianus annotauit lib VI. Grammat.

66. A Chaldæis.) *d* Chaldæi gentili appellatione ſunt, qui *genethliaci* à re dicuntur. Quod die notato quo quiſq; in lucem prodierit, de vitæ fortuna & exitu prædicere ſoleant. Idem & ad omnes inchoationes quod tempus felix aut contrarium ſit, demonſtrant.

d *Chaldæi & Genethliaci.*

67. *Inuentus eſt ſcriba.*) *e* De *Flauio* Liuius lib. IX. & hoc dicit in penetralib. illum Pontificum repoſitum Ius ciuile euulgaſſe. De quo ad
D Att. lib. VI Cicero ita: *E quibus vnum ἱστορικὸν requiris de Cn. Flauio Annij F.* Ille vero ante Decemuiros non fuit, quippe qui Ædilis curulis fuerit; qui magiſtratus multis annis poſt Decemuiros inſtitutus eſt. Quid ergo profecit, quod protulit *faſtos?* occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam vt dies agendi peterentur à paucis. Nec vero pauci ſunt autores Cn. Flauium ſcribam Faſtos protuliſſe actionesq́; compoſuiſſe. Hoc idem dicit lib. I. de Oratore. *Veteres illi qui huic ſcientiæ præfuerunt, obtinendæ atq; augendæ potentiæ ſuæ cauſa peruulgari artem ſuam noluerunt. Deinde poſteaquam eſt editum, expoſitis à Cn. Flauio primum actionibus* &c. Id igitur hoc loco aliter retulit.
E e *Cn. Flauius ſcriba. Apud Liuium eſt Cn. F.*

68. *Cornicum oculos*) *f* Prouerbium eſt de iis, qui callidos & prudentes & circumſpectos, qui cauere & ſcirent & deberent, fallunt ac circumueniunt. Nam cornix cum aliorum animalium oculos potiſſ. appetat ipſam ſcilicet ſuis maxime proſpicere oportet. Vnde & Teutonici dicunt, *vnam cornicem alterius oculos non cōfigere*. Ita accipiendum Prouerbium declaratur in orat. pro Flacco. *Hic hercle cornici oculum, vt dicitur.* Nam hunc Hermippum hominem eruditum ciuem ſuum, cui debebat eſſe notiſſ. percuſſit. Et hoc etiam loco ab ipſis cautis Iuriſc.

f *Adagium, cornicum oculos conf.*

69. Perual-

69. *Peruulgata*) Id eſt, in vulgus edita. Sed Venetis in libris legitur *premulgata*, id eſt, propoſita, quod verum puto. A

70. *Notas.*) *a Formulas Actionum* ſignificat, quas qui non tenniſſet, id eſt, non quemadmodum oporteret, egiſſet, cauſa caderet, vt docet Cicero Rhetor. lib. II. & ſignificat de Oratore lib. I. Excludebatur igitur actione & litem perdebat, is qui cauſa cadebat. Fam. lib V. Ergo quæ neq; negari neq; transferri poſſunt vtiq; defendenda ſunt, qualiacunq; ſint, aut cauſa cadendum. Etſi, id quod in veteribus exemplis reperio, *cauſa cedendum* mihi magis probatur. Hæc plerunq; vt Cicero ait Rhet. II. in iure verſantur. Ibi enim & exceptiones poſtulanrur, & quodammodo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio B priuatorum iudiciorum conſtituitur. In ipſis autem iudiciis rarius incidunt. Itaq; cum de iure quondam reſponderent ij, qui ex eo Iuriſconſulti nominabantur, iis quorum aduocati eſſent in demonſtrandis Iuris formulis inprimis *b cauere* ſolebant. Vnde iocatur Trebatio ſcribens Cicero *Si ſcribere*, inquit, *oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent*. De quibus pro Roſc. comœdo ita: *Sunt iura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ aut ratione actionis errare poſſit, expreſſæ*. ſunt enim ex vniuſcuiuſq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à Prætore *c* formulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Atq; in his quondam explicandis & C præfiniendis Iuriſconſultorum ſtudium & ſcientia Iuris ciuilis verſabatur, In legibus ac iure interpretando & actionibus demonſtrandis. Quæ poſtea ſublatæ ab Imperatoribus fuere. Itaq; Conſtantinus: Sic lib. I. in C. de Iur. form. & Impe act. ſubl *Iuris formulæ aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur*. Cicero lib. III. de Nat Deor. *Iudicium de dolo malo Aquilium*, & idem eundem in III. offic formulam *de dolo malo* protuliſſe dicit, cum aliud eſſet ſimulatum, aliud actum. Secundum enim actionum formulas Iudicia dabantur. Transfertur igitur hoc verbum ad omnia, quorum certam præſcriptamq; eſſe rationem ſignificare volumus. Vt Offic. III. *formula rerum conſtituenda eſt; quam ſi ſequemur, à comparatione rerum nunquam aberrabimus*. Et alibi ſæpiſſime. Pomponius lib II. Dig. de Orig. Iuris ab Appio Claudio legis actiones (quas interpretandi omnis ſcientia apud collegium Pont. ante. fuiſſet) in certam formam redactas eſſe ſcribit, & harum librum ſurreptum euulgaſſe Flauium, vnde *iuri Flauiano* nomen eſſe factum. D

a *Formulæ actionum*. b *Cauere Iuriſconſ. vocabulum*. c *Formulæ Iuris*.

71. *Manu conſertum.*) Gell. lib. XX. cap IX. expoſuit veterum morem in diſceptandis vindiciis, cum peteretur res, quæ *fundi* eſſet, id eſt, vt nunc loquimur, *immobilis*. Nos poſſumus etiam, vt opinor, ſimpliciter accipere, *ex iure manu conſertum* vocari, qui ad iudicium accipiendum, id eſt, in ius vocetur. *Conſerere* enim *manus*, & *conferre manus*, contendere eſt, & pugnare. vt autem intelligatur non belli neq; armorum pugna ſed ciuilis diſceptatio additur *ex iure*. Hæc autem à priſcis ſine dubio, vt & alia quædam ad talem modum facta & vſurpata fuere, non excogitata à Iuriſconſultis, quemadmodum Cicero ait, Sed quia vere fieri deſiiſſent & ſpecies tantummodo quædam illorum remaneret, ideo *fictas res* & *commentitias* Cicero appellauit. E

72. *Tibicin Latini.*) *d* A Latinis enim, vt puto, hunc ritum acceped *Tibicen Latinus*.

re ſacrorum, vt hæc fierent præcinente *tibicine*. Adhibebant & *tibias*
A cum priuatim rem diuinam faciebant. *a Tranſit* autem eſt ſpaciatur, ſiue in diuerſum locum abit. Nunc enim alteram partem etiam Iuriſconſult. inſtituit, Tranſit igitur iam ad eum vnde petitur. Sic Fab. lib. VII. *Tranſeat nunc ille idem qui cogitauit, vt Cicero ait, Tibicinis Latini, modo ad diſertum*, id eſt, *Diſerti agat cauſam*, &c.

a *Tranſire.*

73. *Prætor interea.*) Hoc dicit Prætori etiam ipſi Iuriſconſultos non pepercisſe, quin cogerent ſapere illum non per ſe ſed à Iuriſcõſultis, vt facile intelligere prætor poſſet ſe etiam nihili eſſe & futilem qui ea quibus opus eſſet eloqui ſuo quaſi Marte neſciret. Sunt autem hæc
B *b εἰρωνεία*, cum exilitatem & vanitatem iſtius *c* ſcientiæ derideat. Quam mox tamen accuſat grauius fraudis & ſtultitiæ criminibus, vt iam non modo contemptu, ſed odio etiam digna videri debeat. *Pulcrum* autem & *beatum* idiotiſmo quodam dixit, id eſt, ſecundum cõmunem vſum cotidiani ſermonis, pro *egregio* & *excellente*. *Carmen* vero, propter illam formam vetuſtatis, quæ in his verbis apparet, & compoſitionem peculiarem vt grande quiddam & non vulgare.

b *Ironia.* c *Iuruprudentia.*

74. *Nullo vſui.*) *d* Quidam emendarunt ſic vt fieret, *nullo vſu*, ita ſeptimi caſus fuerint, & intelligetur, ad nullum vſum, ſiue in nullo vſu,
C Sin vera eſt lectio *Nullo vſui*, vt puto, tale erit quale, *eſſe bono, malo, voluptati*. Et Terentius: *Qui alicui rei eſt*. Et Liuius lib. III. *Simul peritos legum peregrinarum ad condenda noua iura vſui fore credebant*. Sed *nullo*, ita factum iam erit flexione antiqua & ſimilitudine nominum adiectiuorum in *us*. Cum poſteriores illa nota nomina VIII. vt pronomina per caſus declinarint.

d *Nullo vſui, & ſimilia.*

75. *Inite viam*) *e* Ita in omnibus editionibus reperio. Sed Priſcianus legit lib. XVIII. *Ite viam* & apud Virgil. lib. 4. *Ire viam*. Totum au-
D tem hunc, vt impeditum, locum explicat And. Schottus lib. I. Nodorum Ciceron. cap. X. e *Ite viam.*

76. *Barbatos.*) *f* Id eſt, priſcos, Nam ſenes barbam alere moris Romani, & in ſtatuis illa expreſſa fuit. Cicero pro Cælio: *g Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis & imaginibus videmus*. Ante ſeneſtam ætatem radere *barbam* ſolitos Gellius docet lib. III. cap IV. Habet autem antiquitas neſcio quam ſemper ſimplicitatis opinionem, & Græc. ἀρχαῖον τ̃ εὐήθη vocant. Athenæus lib. XIV. ex Chryſippo docet, *radendi barbam* morem temporibus primum Alexãdri vſurpatum
E eſſe: vt in Hadriano Imp. Xephilinus ex Dione, primum hunc barbam alere cœpiſſe. Mox:

f *Barbati.* g *Barba in ſtatuis.*

Fucata ſunt) *h Fucata* dicuntur, quæ alieno colore picta ſunt. Plinius fucum marinum, id eſt, φῦκος tinctorum officinis notum eſſe ſcribit li. XXVI. ca. X. Et formę lenocinio feruiiſſe credibile eſt. Etſi generaliter omnis adulterinus color hac appellatione notatur, vt apud Theocrit. ἁδωνιάζοισαις νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκαφᾶς ἀγρεῦσα δόν. Et *impoſtura* eodem verbo ſignificatur, vt hoc loco & Terent. *fucum factum mulieri*, in Eunuch. 3. 5. ꝟ. 40.

h *Fucus, quid.*

77. *Quan-*

77. *Quando te in.*) Actio eſt in autorem præſentem, vt ait Cicero pro Cæcina. Hæc formula ita exponitur à Valerio Probo Q.I.I.T.C.P.A.F.A. *Quando in iure te conſpicio poſtulo an ſuas autor.* Vindiciarum autem,id eſt,poſtulationum &aſſertionum eius quod ſuum quiſq; eſſe perhiberet,formula quærenda eſt apud Iuriſconſult. Hotm.& Briſſonium. A

78. *Mulieres omnes.*) Mulieres antiquo iure omnes perpetua tutela continebantur, neq; ratum habebatur quicquam, quod à muliere ſine autoritate tutoris geſtum eſſet. Cicero pro Cæcina: *Iudica, quod mulier ſine tutore autore promiſerit deberi,non eſt aditus ad huiuſmodi res* &c. Idq; de legibus Athenienſium & ipſum tranſlatum fuit, Quibus cum muliere vltra medimnum vnum hordei contractum nullum valere, conſtitutum eſſet. & ἄκυρα πάντα εἶναι, ὅσα τις πιθόμενος γυναικὶ πράττῃ. vt eſt in Oratione Demoſth. κατὰ Ὀλυμπιοδ. Quæ autem huic iuri fraus, vt Cicero innuit, à Iuriſconſ. allata fuerit, quæramus amplius apud Iuriſconſultos eoſdem. B

a *Mulieres olim ſub tutela perpetua.*

79. *Sacra interire.*) Veteres Romani priuata etiam, id eſt, familiarum & gentium *b* ſacra perpetua eſſe voluerunt. Hoc eſt ita conſeruari, ne morte vllius occiderent. Itaq; ad quos peruenire quaſi ſucceſſionis iure deberent,diligenter conſtitutum fuit,inprimis vt ſacra iis eſſent adiuncta, ad quos patrisfa. pecunia perueniſſet. Sed in hoc excogitatum à Iuriſconſ. fuerat,quo pacto pecuniam,qui Sacris liberarentur retinere tamen poſſent. Quod fiebat ſolutione hæredis *per as & libram*. Quæ memoratur in lib. II. de Legib.& hoc loco innuitur, *c Coemptionis* verbo, vnde, vt puto, *coemptionales ſenes*, in Epiſt. Curij. Qualis autem ea res & ſolemnitas fuerit, cum ignoretur à nobis, & ille totus locus in lib. II. de Legib. præterq̃ quod mendis plenus per etiam obſcurus ſit,nos de re tantũ intelligere ſatis habere debemus. C

b *Sacra quęq; perpetua familiarum.* c *Coemptio.* D

80. *Qua coemptionem fac.*) *Coemptio* quæ à mulieribus fieret,certam ſpeciem vxorum conſtituebat. Quæ fuerunt tres. *Vſu, farre,* &,quam dixi, *coemptione.* Vſu intelligebantur quæ farre & coemptione vxores nõ eſſent. *Confarreatio* autem erat ſolummodo Pontificum *Coemptione* Materfa. efficiebatur, quæ in manum viri conueniſſet certa quadam ſolemnitate iuris,quam expoſuiſſe dicit Boëtius Vlpianum in ſuis Inſtitut. Ad ius autem ciuile duæ ſpecies pertinent, *Vſus* & *Coemptionis.* Vt Cicero in Top. Genus eſt enim *vxor*,eius duæ formæ;vna matrum familiarum: hæ ſunt,quæ in manum conuenerunt;altera earum quæ tantummodo vxores habentur. Pro Flacco videntur poni Matrumfa. duæ ſpecies *vſu & coemptione.* Sic enim ibi dicitur: *In manum,* inquit, *conuenerat. Nunc audio, ſed quæro vtrum vſu an coemptione. Vſu non potuit, nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum autoritate diminui. Coemptione? omnibus ergo autoribus? Caias*, autem matresfamiliarum nominarunt. Vel quod, vt Cicero hoc loco ait, ea appellatio introducta fuerit de exemplo quopiam, *d* vt ſi litigatores omnes aliquis aut legatarios *Titios & Seios*, aut ſeruos *Stichos* vocet. Quia cum rem Iuriſconſul. in iure ponunt, horum nominibus vti plerunq; ſoleant. E

a Vel

d *Si ego decem ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuler à Seio. L.Si ego. Dig. Si certe petatur.*

A *a* Vel quod in verbo ſignificatio aliqua fuerit gubernandæ domus &
familiæ. Itaq; ſolemne erat, vt Plutarchus ſcripſit *κεφαλαίοις ῥω-*
μαικοῖς, pronuntiare nouam nuptam cum domum mariti ingrede-
retur hæc verba: *Vbi tu Caius, ego Caia.* Alijs placuit bono nomine vti
voluiſſe. Quòd *Caia* quædam Opt. & lectiſſima fœmina fuerit nupta
cum vno de filijs Tarquinij, cuius ſtatua poſita eſſet olim ænea ſin
fano Dei Sancti, cum ſandalijs & colu; ex quibus illa cuſtodiam & aſ-
ſiduitatem in re domeſtica, hæc operas & laborem ſignificarent. Fe-
ſtus dicit fuiſſe eam, vxorem Tarquinij Priſci nomine *Caiam Caeci-*
liam, quæ etiam *Tanaquil* vocaretur. Vide & Plut.
B a *Titio & Seio hominem Stichum do lego.* Inſtit. *Et Titio & Seio Stichum*
Legaui L. Titio Dig. ad Leg. Aquil.

81. *Iam illud*) Hæc Cicerro irridens formulas Iuriſc. collegit. Quæ
à Probo tales quædam annotantur. I. D T. S P. Id eſt, *In diem tertium*
ſiue perendinum. Et, T. I. A. V. P. V. D. Id eſt, *Tempore Iudicem arbitrumue*
pete vt des. Varro ait, *Quibus res erat in controuerſia ea vocabatur lis.* Ideo
in actionibus videmus dici, Q. R. S. L. D. O. Id eſt, *Quam rem ſiue litem*
dicere oportet.

82. *Itaq; vt dixi*) Remota dignitate, nunc & illam quam dixit ſu-
C pra, pergratam vtilitatem remouet à Iuriſſcientia: hæc enim vt audi-
tum eſt, propoſuerat. *b Fauorem* autem ea omnia habent quæ Cice-
ro hoc loco Iuriſſcientiæ detrahit, *Opinio* ſingularis cuiuſdam ſapiē-
tiæ. *Peritia* quæ eſt potiſſimum attentionis in vſu rerum, de quibus
non omnes ſimiliter cogitant & exquirunt, & in quibus ſtudium ac
intelligentia alicuius excellit, vt peritia Rei militaris. Itaq; varietas
quædam rerum hoc verbo ſignificatur. Præterea eſt in fauore labor
& induſtria, hæc autem ſuſcipiuntur in ijs, quæ non expoſita neque
obuia ſunt ſtatim omnibus, vt in ipſa difficultate aliqua laus re-
periatur.
D *b Fauor.*

83. *Licet conſulere*) Vel conceſſio conſulti ſignificatur, vel timiditas
& iracundia eorum qui operam peterent Iuriſconſultorum. Vt ille
Seruulus *ἐσωτερῳ*. *Here, licetne? Loquere. At tuto? loquere.*

84. *Rebus prolatis*) c *Prolatis* vt opinor, in forum & iudicium. Nam
illo non proſequitur rem Iuriſconſ. ſed eſt oratoris tum adminiſtra-
tio. Vel prolatas dicit res iam patefactas & proditas, publicatis fe-
ſtis & iam notis actionibus. Etſi, vt verum fatear, peculiaris mihi hæc
forma eſſe ſermonis videtur, qua ſignificentur tempora quædam
veluti feriarum, cùm ruri homines verſarentur, atq; ita vſus eſt Plau-
E tus Capt. *Vbi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt.* d Quod autem Ci-
cero hoc loco Iuris ciuilis ſcientiam vehementer eleuare & labefa-
cere autoritatem Iuriſconſultorum videtur, comparatione maxime
efficitur, qua præclariores multo artes huic anteponens, ipſum per
ſe nequaquam contemnendam, videri paruam & exilem facit. Atq;
in hoc cauſſæ ſcilicet inſeruijt. Alibi vero magnifice Iuriſconſultos
laudat, cum etiam dicit eſſe eos qui præſtare poſſint, quod Apollo
glorietur apud Ennium, vt qui cum dubitatione aduenerint *certos ex*
incertis dimittant compoteſq; conſilij. Quin etiam quibus hic ad de-
trahendum de iſta ſcientia argumentis vtitur, ea illic aſſumit quaſi
c *Rebus prolatis, pro ferijs.* d *Iuriſconſ. auctoritas.*

ad con-

ad conſtituendam artem quandam huius: Atq; eſſe hanc neceſſariam oratori idem affirmat. Nam in Partitionibus ſic ait : *Quarum cauſſarum genus eſt poſitum in iure ciuili, quod eſt in priuatarum ac publicarum rerum lege aut more poſitum, Cuius ſcientia neglecta ab Oratoribus pleriſq́, nobis neceſſaria videtur.* In orat.quoq; pro Aulo Cæcinna hoc ſtudium magnifice collaudauit. Et quanquam ſane nolit credi difficilem eſſe cognitionem Iuris, fueritq; illis temporib. omnino alia lōgeq́; diuerſa profeſſio ab ea quæ nobis nota eſt & nunc vſurpatur à doctis, tamen haud ſcio, an non tam alijs quam ſibi facilia in illa eſſe omnia ſenſerit, vel etiam de ingenio ſuo ſuaque facultate rem ipſam æſtimauerit. a Conſtat enim Cic. Iuriſciuilis fuiſſe peritiſſ.& à primo tempore ætatis iuri ſtuduiſſe neque ita ſe dediſſe ad dicendum, vt ius ciuile contemneret, vt etiam hoc videatur Craſſum introducere enuntiantem alienum, id eſt Cic. propoſitum reſpondendi de Iure. Ita enim ille lib I. de Oratore. *Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui, non ſolum ad cauſſarum vſum forenſem ſed etiam ad decus atq́, ornamentum ſenectutis. Vt cum me vires, quod fere iam tempus aduentat, deficere cœpiſſent, ab ſolitudine domum meam vindicarem.* b Iſtum triduanum igitur Iuriſconſultum nemo admiratus fuerit neque deriſerit. Facile enim certe eſt promere celeriter, quod diu cum magna cura& ſingulari ſtudio collectum ſit, præſertim cum ipſe hoc Cicero nōn cogniturum ſe ius dicat triduo, ſed hoc tempore profeſſurum eſſe Iuriſconſultum, iampridem nimirum Iure cognito & percepto. Sed ſiue facilis tum res fuerit, ſeu difficilis, his tamen temporibus multis de cauſſis difficillima eſſe reperitur. Primum enim, vt opinor, multo maior eſt rerum earum de quib Iuriſconſ. reſpondere oportet varietas & copia quam quondam, confuſo nunc *priuato, publico, ciuili atque Pontificio iure.* c Deinde externa Iuris Romani conſtitutio apud gentes & nationes diuerſas non ſimiliter neq; eodem intellectu accipi potuit. Ex quo & innumerabiles interpretes qui iam pro autoribus ſunt, extitere, Et non in ſingulis prouincijs modo, ſed oppidis etiam & pagis peculiaria Iura condita fuerunt. Adde huc quod oratoriam totam, quæcunq; tandē illa fuit aut temporib. talibus eſſe potuit, cum Iuris tractatione commiſtam fuiſſe ſcimus, vt non alius de iure reſpōderet, alius cauſſam diceret, ſed vnus eſſet atq; idem *d patronus & aduocatus.* Etſi autem neceſſe eſt hæc in neglectu ac ignoratione bonarum artium & ſtudiorum humanitatis, & fuiſſe & eſſe quodammodo obſcuriora, tamen qui in tali Iuris conſtitutione vnquam excelluit, atq; hoc eſt conſecutus non ſolum vt vulgo aliquis haberetur, id quod multi inaniſſima oſtentatione ſcientiæ & audacia, (non enim dicam impudentia ſua, cum in huius tum aliarum artium profeſſiōne, multi leuiſſimis quibuſdam reb vt malitia & calliditate, aut loquacitate, aut etiam fraudulentia obtinuerunt) Sed qui etiam doctis boniſq; viris probauit vnquam in ea profeſſione & in hac facultate operam ſuam; Is igitur merito ſummam dignitatem adeptus, maximis honorib. atq; ampliſſimis præmijs ſemper digniſſimus eſt habitus. Nec immerito, quippe quem & ingenio diuino, & mente quadam cœleſti præditum eſſe oportuerit, vt & *prudentia, & ſapientia* & vi quadam intelligendi, tum elo-

a *Cicero fuit Iuriſconſultus.* b *Quomodo triduanus I.C. Cicero.*
c *Iuris vaſtitas* d *Patronus & Aduocatus.*

A tum eloquendi copia, facile mortalib. cæteris præſtaret. *a* Cuiuſmodi ſi qui ſunt, vt ſunt, noſtris temporib. multo quaſi auguſtiores apparent, in ſummo ſplẽdore, & illuſtri ſpecie optimarum artiũ & literarum, atq; doctrinæ. Et tales quidẽ non plurimi adhuc reperti ſunt, Sunt enim omnia præclara rara, vt ait Cicero. Quo magis bonis adoleſcentib. annitendum & in hoc incumbendũ eſt, vt ſeſe diligentia & ſtudio ſuo turbę ac multitudini eximere poſſint, *b* neu inter tabulas & quoſdã arrogantię ac vanitatis conſultos non Iuris, circũforaneos cauſidicos quoſdam numerentur. Non autem eſt incõpertum quoduis genus & quamlibet conditionem hominum, vitio male & perperam vſurpantium ſæpe grauiſſime laborare conſueuiſſe, & interdum ferre põdus illud diutius recuſare. itaq; iſtæ cateruæ temerariæ & nimis audaces in profeſſionibus artium Reip. depreſſæ ipſæ à ſeſe magnam interdum & in exiſtimatione & fortunis ſuis ruinam facere ſolent. Quæ vt paſſim in vitiorum accumulatione vrgeri propemodum credi poſſit, ita omnibus bonis & amantibus patriæ à noſtris temporibus deprecanda & abominanda eſt. Nam quicquid huius accidet, id erit horribile, & non opprimet vnum aliquem tantummodo ordinem, ſed Reſp. & regna quoq; concutiet. Quæ mala, vt benigne auertat, & Patriæ vt quietem ac pacem largiatur, Deum miſericordem patrem ſedulo & ardenter per *CHRISTVM* orare debemus. Sed nos vnde diſceſſimus eo reuertamur.

a *Iuriſconſulti hodie præſtantes.* b *Aduocati mali, & boni.*

85. *Qua e de ſcripto*) Bipartitam *d* enim facit profeſſionem Iuriſconſul Cicero, vt aut *Actiones* & formulas iudiciorum tradant, quæ omnia ſunt perſcripta ipſa & verſantur in tractatione aperti & vſitati Iuris Legum & edictorum. Aut vt *de iure reſpondeant*, quod eſt opus prudentiæ & intelligentiæ ipſorum, cum de voluntate & ſententia legis, aut omnino Iuris ratione dubitatur ac quæritur. *e* Cuius exẽplũ eſſe poteſt, quod Cicero memorat, ſcribens Trebatio libro ſeptimo: *Illuſeras heri inter ſcyphos, quod dixeram controuerſiam eſſe, poſſetne hæres quod furtum antea factum eſſet recte furti agere. Itaq; etſi domum bene potus ſeroq́; redieram, tamen id caput, vbi hæc controuerſia eſt, notaui & deſcriptum tibi miſi, vt ſcires id, quod tu neminem ſenſiſſe dicebas, Sextum Aelium M. Manilium. M. Brutum ſenſiſſe. Ego tamen Scæuola & Teſtæ aſſentior.* Tales nunc multæ ſunt Iuriſconſ. deciſiones, Quas quidem non numero ſed ratione valere conueniebat, quod tamen aliter fit. Et quoniam *f Iuris ciuilis* ſæpe mentio facta eſt, venit mihi in mentem quæri ab aliquo poſſe quidnam hoc vocabulo ſignificetur. Recte igitur in Inſtitut. dicitur *Ius ciuile* ex vnaquaq; ciuitate dici. Nam diuerſarum ciuitatum diuerſis inſtitutis, legibus, obſeruatione, Ius diſtinguitur. Sic igitur & Ius quo Romanus populus vtitur, *Ius ciuile Romanorum* appellamus vel *Ius Quiritum.* Cum autem nomen non additur, tum ſignificari, ibidem dicitur, *noſtrum*, id eſt, *Romulus* κατ᾽ ἐξοχήν. Hoc ius quas ſpecies habeat ibidem exponitur. *Inſtituta & morem maiorũ, Leges, Plebiſcita, Senatuſconſ. Principum placita, magiſtratuum edicta, reſpõſa prudentum.* Hæc itaq; præclare ad hunc modum in Inſtit. Pomponius autem *de origine iuris* diſputans cum confuſe atq; indiſerte plæraq; retulit, tum hoc falſo, proprie eſſe *Ius ciuile*, quod in ſola prudẽtium

c *Ius ſcriptum.* d *Iuriſprudentia duplex.* e *Lib. VII. Epiſt. ad Famil.* f *IVS CIVILE quid.*

ſium interpretatione ſine ſcripto conſiſtat. Quale ius neq; fuit neq; A
debet neq; omnino poteſt conſiſtere. Sed hæc alieniora fortaſſe videantur. *contrnerſum Ius* dicit dubium & indeciſum. vt exemplū ſupra retulimus. Et in Digg. alia paſſim occurrunt. Vt L. Quod ſi. Digg. de Dolo Malo. *Quod ſi deferente me iuraueris & abſolutus ſis, poſtea periurium fuerit approbatum, Labeo ait de dolo actionem in eum dandā. Pomponius autem per iusiurandum tranſactum videri.* Quam ſententiam & Marcellus lib ſeptimo Digg. probat. ſtari enim religioni debet. Inde *in Iure controuerſia, a* aut Offic. lib. III. *Hæ ſunt quaſi controuerſia in iure Stoicorum.* Quem locum in libris tamen Venetæ editionis ita reperimus: *Hæc ſunt quaſi controuerſa iura Stoicorum.* B

a *Cic. I I I. lib. Offic.*

86. *Qua de re*) *Caſus* nunc vocant Hæc eſt veluti cauſſa quædam in Iure, id eſt, rerum perſonarumq; accommodatio ad legum & Iuris præſcripta ac deciſiones Qualis eſt ſiue Iudicatio ſeu contentio è ſtatu Cauſſæ effecta, ſeu diſceptatio illa in qua tota controuerſia hæret atq; vertitur. Sic enim Cicero in Partitionibus interpretatur, id quod Græci c κρινόμενον vocarunt. In Topicis quidē, quod ad Trebatium ſcriberet Iuriſconſultum, *Qua de re agitur*, appellauit. & hoc dicit. In Bruto, multis in locis Iuriſconſultorū includi formulis. Neq; vt vult Fab. lib I I I. Cicero in his à ſe diſſentit. Vt ſi probatum ſit ab C
Oreſte ea fuiſſe ſcelera materna propter quæ interfici illam oportuerit, cum ſe vltorem eſſe debuiſſe dicat, tota in hoc cauſſa vertitur, Vtrum ita ſceleratam matrem recte filius interemerit. Item, cum profanam rem eſſe è templo, à Tirio ſublatam conſtet, isq; ſacrilegij accuſetur. Vltima diſceptatio in hoc conſiſtit Sacrilegus ne etiam is dici poſſit, qui rei ſacræ furtum non fecerit Et pro Cæcina. *Sponſio facta eſt, hac de ſponſione vobis iudicandum.* Ad formulæ enim ſponſionis præſcriptum cauſſa Cæcinæ adiungitur.

b *Caſus Iuris.* c τὸ κρινόμενον *quid.* D

87. *Quapropter*) Concludit ἐπιλογικῶς diſputationem præſtantiæ Rei militaris, & eleuationem Scientiæ Seruianæ. In qua laudatio eloquentiæ ἐν περιβολῇ, id eſt, copioſius & plenius repetitur.

88. *Aulœdos*) d In Naugeriana editione, *auletas*, ſuntq; hi tibicines & fidicines. Græcis autem eſt verbis vſus in prouerbio Græco, in quo ſimilitudinem iſtius comparationis conſtituit.

d *Prouerb. Alœdes fit. &c.*

89. *Salubritas*) *Salubria* ea dicuntur quæ ſanitatem conſeruant aut afferunt. *Salus* vero ipſa eſt vita ſine qua nihil ſalubre eſſe poſſit. Quanto igitur maius, *Largiri ſalutem ciuib.* quam quaſi valetudinem E
illorum curare. Quorum alterum ab Oratore, alterum à Iuriſconſulto effici dicit.

90. *In qua*) ἦθος moderationis atq; etiam veritatis Vt illud in Orat. *dicerem perfectum ſi ita iudicarem, neq; in veritate crimen arrogantiæ extimeſcerem.*

91. *Cætera tamen*) Has ſolas in oratione pro Plancio in Candidato requiri dicit, ita enim tum commodum fuit. *Populus Romanus diligit magiſtratus quaſi Reipublica villicos in quibus ſi qua præterea eſt ars facile patitur. Sin minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt.*

92. Belli-

A 92. *Bellicum canere.*) *a* Vocare ad arma. Thucydides de rebus bellicis canit quodammodo bellicum. Canit enim tuba & lituus: ſignum belli & claſſicum canitur. Horat. *Et lituo tuba permiſtus ſonitus, & Claſſica iamq; ſonant.* Virg. VII. & VIII.

a *Canore bellicum, & claſſicum.*

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit & rauce ſonuerunt cornua cantu.

Et apud Martialem ex Epigrammate Auguſti, *Signa canant* Tibul.

Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

B *b* Videtur autem *claſſicum* ſignum bellicum dictum, quod claſſes ita deſcriptæ eſſent, vt non ſolum pacis ſed etiam belli munera & functiones præfinitas ac ordinatas haberent, vt oſtendit Liuius lib. 1. Nā quod aliqui tradidere *claſſicum* ſignificare tubam à ſonitu, nondum mihi quidem probatur.

b *Claſſicum.*

93. *Ingenioſus poeta.*) *c* Ennium ſignificat, cuius hi verſus & à Gellio referuntur lib. XX. cap. IX. quem *ſummum* vocat *poetam* de Orat. lib. I. Huiuſmodi autem verſuum quaſi implexio in oratione ſoluta, amœniorem illam facit & ſuauiorem. Qua *d* veteres & Oratores & Philo-
C ſophi, inq; primis Plato, vſi fuere elegantiſſ. Poſteriores autem modum interdum etiam exceſſiſſe putantur. Quos Cicero & hac in parte ſecutus ipſe quoq; in omni genere ſcriptorum iſtam παρέμπλοκὴν (ſic enim à Græcis nominatur) vſurpauit. Nunc autem de eo genere loquor, in quo eſt verſuum talis inſertio, vt cum ſoluta hi oratione continuentur. Nam ſi quaſi ſeparatim recitentur grauitatem etiam teſtimonij habent, & fidem facere ſolent. Viſum autem fuit paulo plura exempla colligere, quo melius hæc elegantis & floridæ orationis pulcherrima & gratiſſima forma perſpici poſſet. Cicero de Orat.
D lib. I. *Quid eſt enim præclarius? quam honoribus & Reip. muneribus perfunctum ſenem, poſſe ſuo iure dicere id quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo Se eſſe eum vnde ſibi ſi non populi & reges, at omnes ſui ciues conſilium expetant.*

c *Ennius ingenioſus poeta.* d *Verſus etiam in proſa miſti.*

Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certos compoteſq; conſilij.
Dimitto vt ne res temere tractent turbidas.

De opt. gen. or. *A me autem, vt cum maximis minima conferam, gladiatorum par nobiliſſ. inducitur. Æſchines tanquam Æſerninus*, vt ait Lu-
E cilius,

Non ſpurcus homo, ſed doctus & acer.
Cum Pacidiano hic componitur optumus longe,
Poſt homines natos.

De legib. lib. I. *Quare glandifera illa quercus ex qua olim euolauit.*

Nuncia fulua Iouis miranda viſa figura,
Nunc ſit hæc.

Off. lib. I. *Itaq; in probris max. in promptu eſt, Si quid tale dici poteſt:*

Vos etenim Iuuenes animos geritis muliebres,
Illaq; virgo viri. Et ſi quid eiuſmodi,
Salmacida ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

Et pau-

Et paulo ante, paulo etiam ἀφειδέστερον hoc genere vſus eſt: *Pyrrhi* A
quidem de captiuis reddendis illa præclara ſententia eſt:

Nec mi aurum poſco nec mi precium dederitis.
Nec cauponantes bellum ſed belligerantes,
Ferro non auro vitam cernamus vtrique
Vos ne velit an me regnare hera, quidue ferat ſors,
Virtute experiamur, & hoc ſimul accipe dictum,
Quorum virtuti belli fortuna pepercit
Eorundem me libertati parcere certum eſt.
Dono ducite doque volentibus Cum magnis Dis.

Regalis ſanè & digna Æacidarum genere ſententia.) De a epiſtolis, B
præſertim ad Atticum, crebra etiam exempla colligi poterunt, nec
inter præcipua eſt hoc epiſtolarum ornamenta Nos quædam & de
illis referemus. Trebatio: *Hæc tibi tam ignoſcemus nos amici quam igno-
uerunt Medeæ,* quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ o-
pulentæ optimates, quibus illa manibus gypſatiſſ. *perſuaſit ne ſibi
illa vitio verterent, quod abeſſet à patria. Nam multi ſuam rem bene geſſere
& publicam patria precul. Multi qui domi ætatem agerent propterea ſunt
improbati.* Et paulo poſt. Et *quando Medeam agere cœpi illud ſemper me-
mento;* Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit nequicquam ſapit. C

a *In Epiſtolis miſti verſus.*

Epiſtola ad Cæſarem, vt ipſe Cicero fatetur, nouo quodammodo
in hoc gennere tota belliſſime pertexta eſt. Volumnio: *Vt etiam ſi
quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus ingemiſcamus, quod hæc pen-
nifero non armifero in corpore exerceantur, vt ait Philoctetes apud Accium,
abiecta gloria.* Papirio Pæto lib. *X. In eo igitur* inquis *conuiuio Cicero ille?*
Quem ſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua. Ad Att.
lib. IIII. *Ita ſunt res noſtræ, vt in ſecundis fluxæ, vt in aduerſis bonæ* Lib.
XII. *Chreme tantum ne ab re tua eſt otij tibi vt etiam Oratorem legas?*
Et Att. lib II. *Bibulus in cœlo eſt, nec quare ſcio. Sed ita laudatur quaſi* D
Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. b Sed Græca plura in
his inferuntur Pro Plancio. *Hæc illis ſoleo præcipere, quamquam ad præcep-
ta ætas non eſt gnatis, quæ ille à Ioue ortus ſuis præcipit filijs,* Vigilandum
eſt ſemper multæ inſidiæ ſunt bonis, *noſtis cætera.* Pro Cælio: *Redeo
nunc ad te Cæli vicißim ac mihi autoritatem patriam ſeueritatemque ſuſ-
cipio, ſed dubito quem patrem potiſſ. ſumam. Cæcilianum ne aliquem vehe-
mentem ac durũ* Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum
cor cumulatur ira. *Aut illum,* ô Infelix, ô ſceleſte, ferrei ſunt iſti pa-
tres Egone quid dicam egone quid velim, egone? quæ tu omnia tuis
fœdis factis facis, vt nequicquam velim, &c. E

b *Græci verſus inſerti orationibus.*

In Piſonem: *Quanquam quod me attinet,* Nunquam iſtam immi-
nuam curam inficiando tibi. In eundem: *vt ſcriba ad ærarium, qui eas
retulit perſcriptã rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra perfricans commurmu-
ratus ſit:* Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. Græca
exempla c de Platone excerpere viſum eſt, qui hoc genere, vt & ante
dixi, elegantiſſ. vſus fuit. Ex Phædro. καὶ περὶ ἰδυσωπήματα κατ' Ἴβυκον,
μήτι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.

c *Ex Platone citante poetas Ibycus.*

A Et rurſum ἐάν τε τινα ἄλλον ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰς ἓν ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον ὥστε θεοῖο. Πολιτεί. β. τὸ δὲ τοῦ a αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἄδικον ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον, ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.
B νόμων. α. παραστησώμεθα γοῦν b τυρταῖον τὸν φύσει μὲν ἀθηναῖον, τῶνδε πολίτην γενόμενον. ὃς. δὴ μάλιστα ἀνθρώπων περὶ ταῦτα ἐσπούδακεν εἰπών, ὅτι οὔτ' ἂν μνησαίμην οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην οὔτ' εἴ τις πλουσιώτατος εἴη φησίν, οὔτε εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος. In Epiſtola Dionis. καὶ τὸ τοῦ c ἀελπίδου καλὰ καιρὸν ἔστιν εἰπεῖν ἐκ τοιούτων πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων, εὔξῃ τοιοῦτον ἄνδρα σοὶ παρεστάναι. Plato Epiſtola ad neceſſarios & amicos Dionis. ἐδόκει δὴ χαλεπαίνειν μὲν οὐ δεῖν ἐμὲ διονυσίῳ μᾶλλον. ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν σκύλλαν, ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι χάρυβδιν.. In Sympoſio qui-
C dem hic καλὰ κόρην. Hoc genus, nec non Xenophon in ſuo perquam ſcite vſurpauit. Sed hæc retuliſſe ſatis fuerit.

a *Æſchylus.* b *Tyrtæus.* c *Euripid.*

94. *Verum hæc Cato.*) Si igitur *d* eſt res militaris tanta, magni faciendam quidem omnes fatebuntur, ſed quibus huius laus debebitur? Nimirum ijs qui in bello magnas res virtute ſua geſſere. Obſtat igitur nunc hoc Ciceroni, quod Cato obiecerat, Non eiuſmodi cum hoſtibus bellum geſſiſſe Murænam, vt virtus ipſius prædicari mereretur. Sit enim res ſane militaris præclariſſima, Ille tamen non
D magnus imperator, qui armatis copijs nudos & fugaces ceciderit. Vt quamuis diuina ars ſit oratoria, non tamen excellens orator habeatur, qui de ſtillicidijs aut tigno immiſſo forte vicerit dicendo. Remouet igitur extenuationem belli Mithridatici Cicero & docet ingens illud fuiſſe. In quo tamen breuem ſe futurum ait, quod in eo cauſa non contineatur, quæ potiſſ. im ambitus crimine verſaretur. *e* Hiſtoriæ autem quæ notantur hoc loco, ſunt apud Liuium. Ac *f Curij* quidem victoria, qua ſuperatum Pyrrhum Italia expulit, indicatur in Epitoma lib. XIIII. De *g Flaminio* lib. XXXIIII. Triumphus M. Fuluij de Ætolis libro XXXIX. Triumphus *h L. Pauli* annotatur Epitoma lib XLV & commemoratur luculente in vita Pauli à Plutarcho.
E Victoria *i Q. Metelli* de Andriſco Pſeudo Philippo epitoma libri L. Triumphus LII. vnde ille *Macedonicus* cognominatus. *k Mummij* Victoria & Triumphus ibidem. Cuius res geſtæ & à Pauſania in Achaicis referuntur. Bellum autem geſtum cum Antiocho, à Liuio eſt narratum lib. XXXVII. Neque tamen hoc ibi dicitur Senatum cum P. *l* Scipione egiſſe, vt legatus fratri proficiſceretur, ſed res ita memoratur. *P. Scipio Africanus* ait, Si L. Scipioni fratri ſuo prouinciam Græciam decreuiſſent, ſe Legatum iturum. Item *m* Catonem egre-

d *Militaris ars.* e *Hiſtoria Romana.* f *M. Curius.* g *Flaminius.* h *L. Paullus.* i *Q. Metellus.* k *Mummius.* l *P. Corn. Scipio.* m *M. Cato.*

egregiam operam bello Antiochi nauaſſe ad Thermopylas deiectis A
de iugo Callidromi Ætolis, conſule Manio Atilio, ſcribitur & in XXXVI.libro Liuij & vita Catonis à Plutarcho. Non fit mentio profectionis illius cum Scipione,cui & ipſo & fratri inimicum fuiſſe ſcimus. *Græcas* autem etiam Aſiaticas gentes,non ſolum Macedonas vocat,vt & pro Flacco, Vbi & hæc leguntur: *Atque hæc cuncta Græcia, quæ fama,quæ gloria,quæ doctrina,quæ plurimis artibus quæ etiam imperio & bellica laude floruit,paruum quendam locum vt ſcitis Europæ tenet, ſemperque tenuit. Aſia maritimam oram bello ſuperatam cinxit vrbibus,non vt munitam colonijs illam gentem,ſed vt obſeſſam teneret,&c.*

95. *Atqui ſi.*) Magnum fuiſſe & difficile *a Mithridaticum bellum* B docet, Quod neq; cum natione contemnenda vt exemplis veterum bellorum oſtendit,neq; cum rege imbelli geſtum fuerit, Quod apparet vtrumq; ab aduerſarijs exprobatum Murænæ fuiſſe. Sunt autem amplificationes huius belli ductæ à longitudine temporis,crebritate & magnitudine præliorum, Inſtauratione & reparatione vitium regiarum,Imperatorum multitudine. Huius hiſtoriam & in Maniliana perſtringit.

a *Mithridaticum bellum.*

96. *Quem L.Sylla.*) Hæc in Naugetiana editione ita leguntur: C *Quem L.Sylla max.*& fortaſſe *exercitu cum acerbaſſet,pugna non rudis Imperator,vt aliud nihil dicam, eum bello inuectam totam in Aſiam cum pace dimiſit*; quæ ſenſum certe habent quaſi liquidiorem. Hæc autem Cicero de hiſtoria belli *b* Mithridatici ita refert vt cauſam adiuuent. Nam non tam illius regis potentia, quam inimicorum oppugnatio Syllam reduxerant in Italiam, vt & in Maniliana dicitur, Syllam ab eo bello in Italiam à Rep fuiſſe reuocatum. Fecit autem pacem Sylla cum Mithridate his conditionibus, Vt Aſia atque Paphlagonia tota cederet. Et relinqueret Bithyniam Nicomedi, Cappadociam Aribarzani. Vtque numeraret Romanis talentorum D duo millia,& æratas atq; omnibus copijs inſtructas naues mitteret ſeptuaginta. Ita & Syllam ſtabiliturum illius reliquum regnum & curaturum vt *ſocius populi Romani* appellaretur.autor Plutarchus.

b *Bellum Mithridaticum.*

97. *Non c Rudis.*) Negationis vſus cum *quaſi pro* affirmatione ponitur,triplex reperitur. Nam interdum idem valet quod affirmatio. Interdum minus. Interdum plus. Idem pletunque in copia elocutionis alijs verbis eandem ſententiam eloqui ſtudemus. Vt Virg. libr.X. (Nam Poeticis exemplis vti viſum, cum vbique ſuppetant plurima.) E

c *Non particula.*

Nunc viuo, neque adhuc homines lucemque relinquo. Talia ſunt quæ contrariam ſignificationem inducunt. *Innocens*,id eſt probus. *Inermis*, nudus, *Imbellis*, timidus. Minus cum aliqua de cauſa aut dubitantes, aut inuidentes, aut moderatione aliqua aſſeuerationem cohibemus. Terent. *Hic Geta præterea,vt captus eſt ſeruulorum,non malus neque iners.* Eunucho *Quid videtur hoc tibi mancipium? Non malum hercle.* Virg.lib.VII, *Non erimus regno indecores.* Terent. *Vbi moleſtum non erit.* Plus,cum ex perſona ex re ex tempore,atq; ſimiliter ſenſus intenditur. Virg.lib.XI.

A *--- Quem non virtutis egentem*
Abſtulit atra dies. ---

Et IIII.

Non illum nobis genetrix pulcherr. talem
Promiſit. - -

Et lib. XII.

Nuncius hac Idmon Phrygia mea dicta Tyranno
Haud placitura refer. ---

B Lib. VI.

Nec vero Alcidem me ſum latatus euntem.
Accepiſſe lacu.

Hanc & ἀντίφρασιν aliqui figuram dixere. Ita & hoc loco *Non rudem Imperatorem*, exercitatum & peritum Syllam fuiſſe ſignificat. De magnitudine autem huius belli quod durauerit ann. X L V. deq; præſtantia Mithridatis à multis multa tradita ſunt.

98. *Sertorij copias.*) *Q. Sertorius* qui circa Syllanæ dominationis tẽpora proſcriptus fuiſſet, ingens bellum in vlteriore Hiſpania excitauit. Quod tandem finitum accepimus non tam Romanorum virtute, quam fraude qui illum interficiendum curaſſent. Alter autem Conſul, quem ad Bithyniam defendẽdam illo in bello miſerant, fuit C M. Aurelius Cotta, quem Rex prælio ad Chalcedoniam vicit, vt eſt in Epitoma Liuiani Libri XCIII Plutarchus in Lucullo, naues captas ſexaginta vna cum viris, cæſa autem quatuor millia peditum ipſum Cottam Chalcedone incluſum obſeſſumque fuiſſe ſcripſit.

99. *Cyzicenorũ mœnia.*) Hæc in Lucullo Plutarchi, vbi & hoc dicitur captum *Marium* vnoculum ducem Sertorian. Sed & res luculente in Maniliana exponitur: *Dico eius aduentu max. Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque inſtructas vrbemque Aſia clariſſ. nobiſque amiciſſ. Cyzicenorum obſeſſam eſſe ab ipſo Rege max. multitudine & oppugnatam vehementiſſ. quam L. Lucul. Virtute aſſiduitate, conſilio, ſummis obſidio-* D *nis periculis liberauit. Ab eodem imperatore claſſem magnam & ornatam, qua ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam, magnas hoſtium praterea copias multis pralijs eſſe deletas.* Plutarchus ad hanc pugnam naualem ſomnio excitatum & confirmatum Lucullum ſcribit, eum viſus eſſet videre Venerem Ilienſem ad ſe venire & his verbis alloqui.

τί κνώσσεις μεγάθυμε λέων νεβροὶ δέ τοι ἔγγυς
Aſſunt hinnuloi, Leo quid fortiſſ. dormis.

100. *Rege Armeniorum.*) a *Tigranem* ſignificat generum Mithridatis nam habuiſſe huius illum in matrimonio filiam Cleopatram E traditur. Non autem voluerat eum Mithridate ſocietatem iungere rebus ipſius proſperis, ne ſuis viribus auctus nimium creſceret. Afflictum vero adiuuit, vt & in Maniliana. *Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemque rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditumque recreauit. Cuius in regnum poſteaquam L. Lucullus cum exercitu venit plures etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitata ſunt.*

a *Tigranes.*

101.102. *Ad Cn. Pomp.*) Intexitur hoc loco b laus Pompeij quem diligenter Cicero ornare ſolet, quoties res fert. Pugna autem cuius mentio

b *Pompeij laus.*

mentio hic fit deſcribitur à Plutarcho in vita Pompei, noctu quidem pugnata hoc modo. Pompeius aſſecutus Mithridatem iuxta Euphratem, veritus ne traiecto fluuio ille effugeret circa noctem mediam copias aduerſus eum duxit. Illo tempore ferunt per quietem viſum oblatum Mithridati, quo ſignificata fuerunt ea quæ mox acciderunt. Videri enim ſibi vento ſecundo ferri per mare Ponticum & iam Boſporum habere in conſpectu, Ac ſubito ſolum ſe relinqui, fluctuantem in patua tabula fractæ nauis. Hoc illum adhuc viſo perturbante, aſſuerunt amici qui de ſomno excitarent & nuntiarent aduentare Pomp. Neceſſario igitur pro vallo depugnandum erat, & productum exercitum duces iam inſtruxerant. At Pompeius quod ſibi cum piratis rem fore intelligeret, in tenebris periculum adeundum non putauit, Sed obducere copias & fugam intercludere & quia viribus præſtabat, interdiu prælium committendum eſſe ſtatuit. Ibi grandiores natu ex Tribunis & Centurionibus orando hortandoque impulerunt vt pergeret. Neq; etiam profundæ tenebræ erant, Sed luna decedens adhuc corpora liquido conſpicienda præbebat. Hocque ipſum maxime læſit Regios. Habebant enim Romani à tergo Lunam, depreſſo igitur ad occaſum lumine, vmbræ longe ante corpora progreſſæ, prope regios apparebant. Qui cum non poſſent certo metiri oculis ſpacium quo hoſtes abeſſent, quaſi conſerturi manus haſtas coniecerunt temere. Quo cognito Romani cum clamore ſeſe inferunt, neque reſiſtere auſos iamque fugientes ac perterritos cædunt. Fuerunt eo prælio hominum interfecta X. M. & plures, ac caſtra capta. Ipſe Mithridates, initio cum equitibus Octingentis perruperat Romanos, & euectus, cum alij diſpergerentur, tribus tantum comitatus Inora tandem peruenit, &c.

103. *Boſphorum* a *confugiſſet.*) Boſporus etiam vrbis nomen eſt in Thracio littore vbi mare fertur non excedere latitudine ſua ſpacium quingentorum paſſuum. Sed Cicero ipſa loca & gentem ſignificare videtur. Sicut alibi. vt ille Cretæ, cum Clinia & cum Lacedæmonio Megillo diſputans. Has fauces Ponti Euxini excipit *Propontis* à poſitu vocata, quod ante Pontum ſit, latitudine Paſſ ad M. circiter L X V I. vt Herodotus refert μελπομένη. Hāc excipiunt aliæ fauces *Helleſponti*, vbi maris eſſe idem autor ſcripſit latitudinem paſſ. M. Vnde iam mare mediterraneum aperitur, & illo loco *Ægeum* nominatur. Æſchylus dictum Boſphorum ait in Prometheo ab Inachi filia verſa in bouem, qua illa tranauerit, gentile eſt *Boſporani* in Maniliana. Sunt & βοσποριανοὶ & βοσπορῖται & βοσπόριοι etiam βοσπόρειοι.

a *Boſporus.*

104. *Etiam in extrema.*) Traditum eſt pertæſum vitæ b Mithridatem, cum filium etiam ſuſpectum quaſi inſidiaretur vitæ ſuæ haberet, mori decreuiſſe. Cum autem venenis nullis læderetur, ita randem ad ferri opem confugiſſe. Incredibili autem lætitia exercitum Pompei fuiſſe affectum nuntiata morte illius ſcripſit Plutarchus ὡς ἐν τῷ σώματι μιθριδάτου μυρίων τεθνηκότων πολεμίων,

 105. Hunc

b *Mithradatis mort.*

A 105. *Hunc tu hoſtem.*) ἐπίλογος μερικός. reſpõſionis de bellõ Mithridatico & dignitate Murænæ, & poſuit *a arbitraretur* in ſignificatione paſſiua, vt *adipiſcitur* Plautus. *Non ætate verum ingenio adipiſcitur ſapientia.*

a *Arbitror paſsiue. Adipiſcor. Plauto.*

106. *At enim in*) Supra idem obiectum aduerſariorum de Quæſtura, breuiter modo perſtrinxit. Sed vrgentibus illis ac rurſum de Prætura inculcantibus reſpondet nunc verboſius. Ac primum contra Murænæ dignitatem, tanquam teſtimonium, vt ipſi videri
B vellent, populi, Cicero refutat argumentis leuitatis & inconſtantiæ. Deinde etiam quibus de cauſis Muræna in Præturæ petitione inferior fuiſſe videretur, eiſdem poſtea in Conſulatu eum adiutum, docet Vtitur auem ſimilitudine *b commoti maris*, quemadmodum pari in cauſa pro Plancio quoq;. *Sin hoc perſæpe accidit vt & factos aliquos & non factos miremur. Si campus atque illæ vndæ comitiorum vt mare profundum & immenſum ſic efferueſcunt quodam quaſi æſtu, vt ad alios accedant, ab alijs autem recedant, in tanto nos impetu ſtudiorum & motu temeritatis, modum aliquem & conſilium & rationem requiremus?* Hæc autem ſunt ex oratione, vt videntur, *c* translata Demoſthenis contra Æſchilem
C παραπρεσβείας, id eſt, *falſæ legationis.* ὡς ὁ μὲν δῆμος ἐστιν ὄχλος ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων καὶ ἀσυνθετώτατον, ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πνεῦμα ἀκατάστατον ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον, ὁ μὲν ἦλθεν, ὁ δ᾽ ἀπῆλθε· μέλει δὲ οὐδενὶ τῶν κοινῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ μέμνηται. Virg. contra de commoto mari & ſæuitia fluctuum ſimilitudine concitatæ multitudinis vſus eſt. *Ac veluti in magno populo cum ſæpe coorta eſt | Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus.*

b *Marc. commotum.* c *Cic. locus ex Demoſt.*

Iamque faces & ſaxa volant furor arma miniſtrat.

D 107. *Tanquam ex ſyngrapha.* d) Prouerbiali figura obligationem indicat certæ & definitæ voluntatis, quam à populo candidatis deberi negat. Sic Trebatio: *Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem non epiſtolam attuliſſes, ſic pecunia ablata domum redire properabas.* Eſt autem *ſyngrapha* proprie debitæ pecuniæ perſcriptio, & ſoluendi illam conditiones continet. Eſt & obligationis, promiſſi, pacti, confirmatio. Aſinaria & Captiuis, Plautus *ſyngraphum* dixit. *Agedum iſtum oſtende quem conſcripſiſti ſyngraphum.* Et, *eadem opera à prætore ſumas ſyngraphum. Agere* autem *ex ſyngrapha*, petere ſignificat quod debeatur,
E vt Philip. II. *qua ex ſyngrapha quid ſis acturus meditere cenſeo.*

d *Syngrapha, quid & Syngraphus.*

108. *Euripum.*) *Euripos* dixere freta tenuia & longiora, vt Euboæ, Helleſponti, Taurominij in Sicilia. Hæc multo crebrius quam reliqua maria exæſtuant atque reſidunt: vt de Euboico, qui & Chalcidicus, accepimus, *e* ſepties illud reſtagnare ſpacio horarum XXIIII. Hinc de hominum rerumque inconſtantia & inſtabilitate. *Euripus* prouerbiali figura dicitur. Liuius tamen lib. XXVIII. ita ſcribit fretum ipſum Euripi, non ſepties die ſicuti fama fert temporib. ſtatutis reciprocat, ſed temere in modum venti, nũc huc nũc

illuc

e *Euripus. Adag.*

illuc verſo mari velut monte præcipiti deuolutus torrens rapitur. A
a Fretum aũt eſt πορθμὸς, id eſt, mare coactum intra terras, vt *b* ἰσθμὸς anguſta terra intra maria, ſuntq; fauces illæ maris, hæ terræ. *c Æſtus* vero feruorem ſignificat, qui & de ventis concitato mari, & quaſi ebulliente dicitur. Vt, *feruere Leucaten*. Et, *furit æſtus arenis*. Et rurſum: *Exultantq́, vada atq; æſtu miſcentur arena.*

a *Fretum.* b *Iſthmos.* c *Æſtus.*

109. *Quaſi vero.*) Mirabile populum mirari quod ipſe fecerit, vt fiat ab hoc, quod idem ille ſe feciſſe neſciat: quantam igitur varietatem quam nihil certi in re ineſſe neceſſe eſt? Sed *Scauri, Catuli, Philippi* mentio fit in Bruto inter Oratores. B

110. *Nam vt temp.*) Sequitur elegans comparatio ſignificationum cæleſtium. *d Signa* autem dicuntur ſidera, id eſt, ſtellæ ita diſpoſitæ vt effigiem quandam exprimere videantur, vt Arcturi, qui & Arctophylax & Bootæ. Vel quod ortu occaſuve ſuo ſtellæ ſignificationes dent tempeſtatum, vt ait Plautus Rudente: *Nam arcturus ſignum ſum omnium acerr. Vehemens ſum exoriens, cum occido vehementior*. Item *e* Capellæ ſidus pluuias ciet, vnde hoc *pluuiale* ſignum ab Ouidio dicitur: *Olenta ſignum pluuiale Capella* Et *f* Orionis ortus hiemat, ſecundum hoc: *Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion. In vada cæca tulit.* Hiemat & occaſus *g* Pleiadum. Sed & extra hæc quaſi ſtata & ſignata tempora, ſæpe aër commouetur & tempeſtates oriuntur. quarum tamen & ipſarum aſtrologi cauſas reddere ſolent. Vt ſi de quinq; ſtellis errantibus certæ coniunctæ ſint. Aut ſi de Marte recedens luna ad Venerem accedat, vel contra ab hac ad illum feratur. Sæpiſſime tamen cauſæ tempeſtatum latent. C

d *Signa cæli.* e *Capella.* f *Orion.* g *Pleiades.*

111. *Sed tamen.*) Hactenus hoc totum quod quaſi teſtimonij loco contra dignitatẽ Murenæ afferretur, eleuando refutauit, Nunc idem vt maxime valere videatur, ad eiuſmodi tamen cauſas refert, vt dignitati Murenæ officere non poſſit. D

112. *Expectatio muneris.*) *h Munus* populo magiſtratus ſolebant & promittere & oſtendere ſe daturos eſſe. Intelliguntur autem hac appellatione, ludi ſcenici & apparatus illorum magnificentia, ſpectacula gladiatorum, epulæ etiam publicæ. Sed à Murena fruſtra expectatum fuiſſe munus ſignificat, atq; hanc ipſam expectationem competitores ad eius inuidiam ſermonibus auxiſſe.

h *Munera pro ludis.*

113. *Horum vtrumq.*) Poſterius ante poſitum nunc priore loco explicat. Græci προσυναπάντησιν vocant, vt: E

Interea biiugis infert ſe Lucagus albis
In medios, faterq́, Liger, ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.

& ante:

Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis
Daucia Laride Timberq́, ſimillima proles,
Indiſcreta ſuis gratusq́, parentibus error.
At nunc dura dedit vobis diſcrimina Pallas.
Nam tibi Timbre caput Euandrius abſtulit enſis,
Te deciſa ſuum Laride dextera quærit.

A 114. *Quare grauis*) Elegans inſerta hoc loco eſt ἠθοποιΐα militaris fauoris. *a Omen* autem prærogatiuum in 2. de Diuinat. lib. legitur *omen prærogatiuæ*. Erat autem omnium iuſtorum comitiorum *centuria* prærogatiua, id eſt, quæ antequam ordine ſuffragia ferrentur, rogari ſolebat. Cuius omen in vtramq; partem quia ſemper Cicero valuiſſe dicit, *b prærogatiua* etiam quaſi *præiudicij* ſignificationem habet. Et quia hoc veluti eximium tribuebatur candidatis, vt quemadmodum diximus, de ipſorum honore prærogaretur. poſtea in ſignificatione etiam præcipui muneris & ſingularis rationis vocabulo ſunt vſi. Vt in epiſtola Catonis lib. xv. *Supplicatio prærogatiua triumphi.* Et apud B Liuium lib XXVIII. *Adieciſſe equitum prærogatiuæ autoritatem conſ.* & apud Iuriſc. *Prærogatiua veteranorum.* Rem autem indicat atq; oſtendit Cicero pro Plancio his verbis: *An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet autoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renunciatus ſit? aut his ipſis comitiis conſularibus, aut certe in illum annum ædilem tu Plancium factum miraris, in quo non vnius tribus pars ſed comitia tota comitiis fuerint prærogata?* Fit & in Piſonem mentio *tabulæ prærogatiuæ*, & Diuin. II. dicitur quendam *in prærogatiua referenda concidiſſe*, & eſſe mortuum. Faciunt planiorem rem quæ leguntur in lib. IX. Liuij: *Papirius D. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit, atq; ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, Quod ſancia curia fuit principium duabus inſignis cladibus, captæ vrbis & caudinæ pacis, quod vtroq; anno eiuſdem curiæ fuerat principium,* &c Et vero quæ lib XXIV. *Inde Romam Comitiorum cauſa veniens in eum quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit, atq; ex itinere præter vrbem in campum deſcendit. Eo die cum ſors prærogatiuæ ante Iuniorem exiiſſet, eaq; T. Octacilium & M. Æmylium Regulum conſules diceret* &c. Et aliquanto poſt: *Prærogatiua Iuniorum in ſuffragium reuocata,* &c. Fuit autem hæc *ſortis*, vt ex hoc loco & Philip. II. intelligi poteſt.

D a *Omen prærogatiua.* b *Prærogatiua, quid.*

115. *Sed ſi hæc.*) Docet nunc valde adiutum fuiſſe Murenam ſtudio multitudinis in conſulatu obtinendo, propter factos ludos, quorum magnificentiam aduerſarios deriſiſſe innuitur. In quo vtitur & comparatione & exemplis, vt neque mirandum ſit capi illa delectatione populum, & facile, quanto quaſi procuratores huius ſtudio vulgus proſequi ſoleat, intelligi poſſit.

116. *L. Otho.*) *c* L. Roſcius Otho, vt apud Aſconium & in Epitoma Liuiani libri XCIX. legitur Trib. pl. Legem tulit, vt Equitibus Romanis in Theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur. In vita E Ciceronis edita à Plutarcho, Marcum Othonem prætorem Equites à plebe diſtinxiſſe, traditur minus exquiſite. Ibidem & odium hoc facto multitudinis in illum concitatum, reſtinxiſſe Ciceronem habita concione ad ædem Bellonæ, memoratur. In Dionis lib. XXXVII. hæc leguntur. εἰσήνεγκεν ὁ ῥώσκιος νόμον ὥστε τὰς τῶν ἱππέων ἐν τῷ θεάτρῳ ἕδρας ἀκριβῶς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀφώρισε. Hæc igitur *lex Roſcia* fuit *Theatralis* dicta, & relata mox ad cenſum equeſtrem Seſtertiorum quadringentorum: quam abolitam reſtituit longo poſt tempore Cenſor Domitianus, vt Martialis indicat lib. v.

c *Lex Roſcia Theatralis.*

Herba-

Herbarum fuerat indutus Baſſe colores, A
Iura Theatralis dum ſiluere fori.
Quæ poſtquam placidi cenſoris cura renaſci,
Iuſſit &c. Fuit & *lege Roſcia* decoctoribus certus locus conſtitutus in Theatro,vt dicitur in Philip.11.

117. *Argenteam.*) a Plin.lib.XXXIII.cap.III.ita: *Cæſar qui poſtea dictator fuit primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arena argenteo vſus eſt, feraſq; argenteis vaſis inceſſere tum primum viſum.* Mox t quod *etiam in municipiis æmulantur. C. Antonius ludos ſcena argentea fecit. Item L. Murena & C. princeps in circo pegma duxit, in quo fuere, argenti pondo C. XXIV.* B

a *Argentea.*

118. *Scenam compet.*) Significat competitoribus ſuis non defuiſſe fauorem & ſtudium populi, quod obtinuiſſent ludorum apparatu. Poſuit enim ſcenam κατ' ὑπαλλαγὴν cum ſignificentur ludi ſcenici & ſpectaculorum magnificentia,totaq; locutio murata eſt.Nam non petiit cum Cicerone ſcena res ſenſu carens, ſed ij petiere,qui munere & ludis, quæ, vt diximus ſcenæ appellatione norantur, populum deleniuiſſent.b *Scena* autem in Theatro erat hiſtrionum & actorum. Vnde & προσκήνιον patens ante ſcenam ad actionem locus. C

b *Scena quid.*

119. *Sed hæc ſane.*) Tranſit ad comparationem c Præturæ,eamq; ita tractat, vt ſi forte priora non eiuſmodi eſſe videantur, quæ tantum honorem præ Sulpitio Murenæ conciliare deberent, ipſa tamen Prætura facile eum ad hoc faſtigium extulerit. Eſtq; in hoc conceſſio quædam de illis omnibus quæ valde probare ſtuduit. Hæc autem locum tunc habet, cum & quæ reſtant firmitate præſtant reliquis, & quæ largimur aduerſario vel non admodum prodeſſe poſſunt, vel ita probata demonſtrataq; ſunt, vt illius etiam iudicio valeant atq; conſiſtant. D

c *Prætura.*

120. *Quid tua ſors*) Hæc non poſſumus in hiſtoria ignoratione perſpicue explicare. Intelligere tamen,vt opinor,hoc licet,quod noſtro etiam ſtudio interea dum certiora comperta fuerint, ſatis eſſe debet, poſt Syllanum motum & perturbationem ſtatus præſentis, cum Reſp.ſeſe quaſi recuperare inciperet, iudicia ſeuere facta eſſe,& hanc prouinciam Seruio datam.d *Scriba* autem *damnato totum ordinem alienatum quod dicit*, videtur accipiendum de equeſtri ordine, in quo tũ plerique eſſent *publicani* & *negociatores*,qui ſcribis carere non poſſent. Niſi magis placet *ſcribarum ordinem* ſignificati, cum & *publicanorum* & *aratorum ordinem* dixiſſe Ciceronem ſciamus. E

d *Scriba.*

121. *Lites æſtimata*) Æſtimatio litis eſt quantum ſoluere aut quid ſufferre damnatum oporteat: id quod Græci τίμημα dixere.

Cui placet.) Inſignes ἀντίθετα. *placet, delet: obliuiſcitur, meminit.* Cũ autem ſui emolumenti gratia magiſtratus cupide in prouincias proficiſcerentur, Cicero etiam alibi *de neglectu prouinciæ* gloriari ſolet.

122. *Bonas gratias.*) e Et in Maniliana,*tantumq; abeſt,vt aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videatur*,honeſtandæ ſignificationis cauſa hæc dictio ad

e *Bona gratia & pars.*

ctio ad alias addi ſolet, quemadmodum contraria ad infamiam; *fides bona, ſalus bona*; *dolus malus, peſtis mala*, quamuis in *dolo* & *veneno* malo diſtinctionis eſſe Iuriſc. placeat. Terentius etiam dixit, *cum bona gratia* potius quam cum mala. Eſt & in hoc verbo ſignificatio copiæ & magnitudinis, vt: *Namq́ hic bonam magnamq́ partem ad te attulit.* Et, *bona pars non vngues ponere curat.*

123. *Et quoniam.*) Tranſit ad ea quibus manifeſte iam adiutum Murenam, & repulſum ab honore Seruium docere atq; oſtendere conatur; vt omni crimine reus liberetur, qui iam non ſolum virtute ſua, ſed vitio etiam competitorum, factus eſſe videatur. Apparet au-
B tem Seruium virum bonum & amantem iuſticiæ dediſſe operam, vt illegitimæ cupiditates petitorum coercerentur, eaſq; cum animaduertiſſet ſingulares in competitoribus ſuis, accuſationem aduerſus illos inſtituiſſe, cum adhuc peteret inprimis autẽ contra Catilinam. Etſi Cicero innuit vel hoc dicit cauſæ ſeruiens ſuas iniurias illa accuſatione vindicatum iuiſſe.

124. *Tempore.*) a Id eſt, Occaſione, vt: *per tempus aduenis*, ꝗ Græcis καιρῦ nomen habet. Soph. Aiace. καιρὸν δ'ἐ φήκεις. *Re integra*, Cum non fruſtra monerem, prętcrito tempore. Integrum eſt enim, *ſaluum,*
C *illæſum* Vnde & *integrum præſtari*, & *in integrum reſtitui* Iuriſcon dicunt, Cicero pro Flacco: *Mutabunt ſententiam qui potuerint, conſtituent quid agant quibus integrum eſt*, id eſt, quibus nihil obſtat.

a *Tempori.*

125. *Quid ergo.*) ἀντίθεσις, quæ habet λύσιν μεταστατικὴν, vt Græci vocant. Obiectum enim ſoluit non refutatione ſed tranſlatione temporis: *placet*, inquit, *perſequi iniuriam*, *ſed hoc tempore hæc res fuit contraria.*

126. *Declamatio*) b Hoc verbum cæptum vſurpari Ciceronis temporibus ipſe ſignificat in Bruto: *Commentabor declamitans, ſic enim nunc*
D *loquuntur.* Et Philip. v. *vt digeſtio potius quam declamatio videretur.* Et Seneca hoc ſcripſit. Significatur autem exercitatio dicendi & præparatio ad cauſas agendas. Græcis eſt μελέτη poſterioribus etiam λαλιά. Nam c Φωνασκεῖν quamuis ad clamandi ſignificationem alludat, tamen vocis eſſe magis quam dictionis exercitatio videtur.

b *Declamatio.* c Φωνασκεῖν.

127. *Vides tu illum*) Bella μίμησις ſiue ἠθοποιία multitudinis ſuffragatricis. *Abiecit* autem *haſtas*, id eſt, deſperauit de victoria, vt videtur, à gladiatorum certamine ducta tranſlatione, vel *d* ceſſit loco, vt
E ſit quod Græci aiunt λείπειν τὴν τάξιν. nam veteres compoſito verbo λειποτακτεῖν vſi eſſe non putantur. Mox *Serpit rumor*, id eſt creſcit, & procedit & ſpargitur fama. Et, *Rem teſtatam*, notam ac manifeſtam.

d *Loco cedere.*

128. *Accedit eodem.*) Aliud impedimentum commemorat, quod in petitione Seruius ſibi ſtruxiſſet. Diſtractionem animi in diuerſas res, quibus nemo vtriſq; ſatisfacere poſſit; præ illa igitur, quam Seruius vrgeret, altera negligenda fuit. Cum inſtaret igitur accuſationi, non potuit etiam petitioni ſatisfacere. Seccundum hoc;

Tectora noſtra duas non admittentia curas.

129. *Tu cum te*) a *Curriculum* ſignificat ſpacium in quo decurritur; A
eſt & à *curru* diminutiuum. Eſt & à currendo. Nunc vt alibi ſpacium
certaminis *currulis* notat. Vt mox, *in quadrigarum curriculum incurrere.*
deflexiſſes te. plena elocutio. De amicit. aliter. *Deflexit enim iam de ſpacio*
curriculoq́; mos maiorum.

a *Curriculum.*

130. *Quis enim*) Exaggerat negocium & ſtudium accuſationis Ser-
uianæ, vt hoc illum minus petitioni vacare potuiſſe intelligatur.

131. *Calpurnia.*) b Hanc legem latoris nomine appellatam, vt mos
erat, apparet minus ſeuere perſcriptam Seruio viſam fuiſſe, itaq; po-
ſtulaſſe vt noua de ambitu lex ferretur, atq; huius, c vt ante diximus, B
lator Cicero fuit. Atq; nunc quantopere ipſius etiam accuſationis
acerbitate, omnium animos offenderit pergit oſtendere Cicero, vt
nihil minus mirandum ſit, quam hunc Conſulem non eſſe factum.

b *Lex Calpurnia de ambitu, vide Ant. Auguſtin. de legibus.* c *Sup. 6.*

132. *Morbi excuſationi.*) d Excuſabantur morbo & Senatores, quo
minus in Senatum venire; excuſabantur & Rei ne iudicio ſiſti coge-
rentur. Sed quæ pœna & cuiuſmodi morbi excuſationi addita fuerit
hac lege, de eo nihil adhuc quidem, quod placeret, reperire potui.
Ita fit, vt mihi quidem totus locus obſcurior ſit. Venit autem ſenſus
duplex in mentem. Vnus, Dici *offenſam voluntatem multorum*, qui aut C
negligere reſpectum & curam valetudinis ſuæ in neceſſariis labori-
bus, aut poſtea lapſi in morbum omnem vitæ iucunditatem relin-
quere cogerentur. Alter, eorum, qui aut laboribus neceſſariis valetu-
dinem ſuam lędere, aut in morbi moleſtia iam alia etiam incommo-
da pœnæ additæ legi præferre cogerentur.

d *Morbi excuſatio.*

133. *Confuſionem ſuffragiorum.*) Quam dicat hanc nondum ſatis mi-
hi liquet. e *Manilia* autem lege latum fuiſſe & hoc accepimus, vt im-
peria & honores mandarentur, neq; nobilibus neq; iis qui magiſtra-
tus ante geſſiſſent tantum, ſed etiam inhonoratis & nouis ciuibus, D
vt hæc eſſent virtutis non generis aut conditionis præmia. Quod, vt
coniicere licet, Iugurthini belli tempore acceptum fuit, cum nobili-
tas odio plebis premeretur, & rempublicam aliquoties afflixiſſet.
Traditur & hanc ille legem tuliſſe vt libertinis in omnibus tribubus
ſuffragium eſſet, vt Aſcon. in Milonianam. Tulit & *C. Manlius* Tri-
bunus plebis, haud ſcio an alius poſterior, Nam & illius ſuperioris,
vt arbitror, prænomen *Cnei* inuenio. Hic igitur tulit legem vt omnis
adminiſtratio belli Mithridatici Pompeio demandaretur. Id erat re
vera ad Pompeium ſummam rerum deferre, de qua & ipſa hęc, vt pu-
to, recte accipi poſſent, Eſſe penes Pompeium omnes exercitus & to- E
tam rem militarem, vt quaſi hic terror aliis opponeretur.

e *Manilia lex.* f *De lege ſeu potius priuilegio Maniliano Epitome Liuij li-*
bro C.

134. *Edititios.*) Intelligendi ſunt ij quos accuſator *ederet*, id eſt, ſu-
meret. In qua re quæ fuerit voluntas Senatus docetur in oratione
pro Plancio. nempe vt cum ederentur ex maxime Tribus quæ corru-
ptæ dicerentur, non ſolum iudices ſed etiam teſtes quidam in reum
darentur. Sed nunc hac conceſſione accuſatores abuſos fuiſſe ait,
cum reorum inimicos aut ſuos amicos atq; neceſſarios ad oppreſſio-
nem aduerſariorum ederent.

Digitized by Google

135. *Atq; ex omnibus*) Mirifico artificio nunc ea commemorat qui-
A bus Seruius à Conſulatu plane reiectus eſſe videatur, neq; tamen his ille offendi grauiſſima in mentione publici beneficij poſſit & rem eiuſmodi videmus eſſe, vt vel vna etiam non prorſus innocentē Murenam in conſulatu retinere debeat non tam hominis quàm reipub. cauſſa. a *Plagam & ſecurim inijcere*, prouerbiali poſuit figura, qua & *vulnus infligi* dicitur, id eſt, cauſſa aut res vehementer lædi. In Vatinium: *Sed quæro ſi ad cætera vulnera quibus putaſti rempublicam deleri, hanc quoq; mortiferam plagam inflixiſſes auguratus tui.* Pro Plancio: *Quam enim illi iudices, ſi iudices & non parricidæ patriæ nominandi ſunt, grauiorem potuerunt reip. infligere ſecurim, cum illum è ciuitate eiecerunt, qui prætor fi-*
B *nitimo, conſul domeſtico bello remp. liberarat?* In Catil. *Et quos ferro trucidari oportebat eos nondum voce* b *vulnero.* De quo loco tranſlatio manifeſta eſt. Et Herod. κλειοῖ. τρώματα μεγάλα διφάσια μιλησίων ἐγένετο.

a *Plagam inijcere Prou.* b *Vulneraue.*

136. *De qua*) In quadam elaboratione eorum quæ prius dicta eſſent verſari ſe Cicero ait, vt illa copioſius & ſplendidius tractaret, quæ eſt Græcis ἐξεργασία. Itaq; inſeruit ἦθος moderationis, & ſu-
C ſpicioni arrogantiæ cuiuſdam occurrit.

137. *Occurro ſapientiæ*) Id eſt, anteuerto expectationem quantum poſſum eorum quæ mihi dicenda eſſe intelligitis. Quintil. lib. V. *contradictionibus occurrens.*

138. *Subſcriptorum*) c Subſcribebant accuſationi ij, qui profitebantur ſe auxilio accuſatori & adiumento futuros ad reum peragendum. Aſcon. in Diuinationem dicit *ſubſcriptores* eſſe cauſidicos qui adiuuent accuſatorem, quos oporteat agere ſummiſſius. Cælius ſcribit Ciceroni Sempronium quendam ſine *ſubſcriptore* Tuccium accuſaſſe. Itaq; ego intelligo amicorum quoddam hoc fuiſſe officium,
D quamuis aliqui temere facerent, vt ſignificat Cicer in diuinatione: *Quartum quem ſit habiturus neſcio, niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunq; vos delationem dediſſetis.* Habet autem verbum teſtimonij ſignificationem. Nam & alterius ſententiæ ſubſcribimus; & in eos quos notari volunt ſubſcribunt cenſores; & accuſationi, vt auditum eſt, ſubſcribitur.

c *Subſcriptores.*

139. *Alacrem atque lætum* d Id eſt in lætitia alacrem. Eſt enim in vocabulo ſignificatio exultationis geſtientis & trepidationis, id eſt perturbati animi in geſtu ſignificatio. Quid ex Aſconij interpreta-
E tione afferatur non ignoro. Etiam hoc relinquo Donati, mutatam eſſe literam d. in L. Sed illa recte dici poſſe de hoc verbo putauimus. Ita Cicero de exultante & geſtiente lætitia hoc loco, & alibi ſimiliter poſuit, ſic etiam libro. IV. Tuſc. definit, inanem alacritatem, lætitiam geſtientem. Etiam de non vitioſo motu idem vſurpauit ſed omnino in verbo ſignificatio concitationis ineſt. Epiſt. lib. V. Luceio. *Illa nos cupiditas incendit de qua initio ſcripſi feſtinationis, quod alacres animo ſumus, vt & cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi viui gloriola noſtra perfruamur.* Teren. Eunucho. *Quid tu es triſtis? Quidue es alacris?*

d *Alacris & lætus.*

es alacris? vnde is? nam de vultu & geſtu adoleſcentis intellexerat ani- A
mo illius aliquid accidiſſe noui. Virgilius IX.

Tum Niſus & vna
Euryalus confeſtim alacres admittier orant:
Rem magnam preciumq́; mora fore. primus Iulus
Accepit trepidos.

140. *Quemadmodum ipſe)* Suſpicionis *a* ab C. Antonio auertendæ
gratia hæc interpoſuit. Quem conſcium fuiſſe coniurationis, ideo-
q́ue & prælio quaſi ægrotaret abfuiſſe pro certo creditum fuit. Sed
Cicero tamen eum non voluit lædere. vt ne poſtea quidem vnquam
accuſare hoc nomine. Itaq; & pro Seſtio ſic ait: *Atq; ego de Antonio* B
nihil dico præter vnum. nunquam illum in illo ſummo timore ac periculo ciui-
tatis, neq; communem metum omnium neq; propriam nonnullorum de ipſo ſu-
ſpitionem, aut infitiando tollere, aut diſſimulando ſedare voluiſſe. Et pro Cæ-
lio: *Accuſauit C. Antonium collegam meum, cui miſero præclari in Rempub.*
beneficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. Sunt in his
ὑποτυπώσεις. Vna Seruij apparantis accuſationem, altera *b* Catili-
næ petitoris, hominis audacis. ſeditioſi, improbi, turbulenti &c.

a *C. Antonius collega Cic. in Conſulatu.* b *Catilina.*

141. *Diſtinguebant)* *c* Verbum ſignificat & *diſiungere & exornare* in C
varietate. Ita hic Catilinæ diſtinctum cœtum fuiſſe dicere videtur,
hoc eſt, inſignem ijs, qui ſpe commodorum ſuorum ſalute Reipubl.
& ſua neglecta, nouis rebus ſtuderent cum bona libertatemq́; perdi-
diſſent Syllæ victoria. De prou. conſſ. *Sed etiam caſtris Thraciis diſtincta*
& notata. Hi de Hetruria potiſſi congregabantur, egeſtate ſimul & do-
lore iniuriæ procliues ad res nouandas, quod Syllæ dominatione a-
gros bonaque omnia amiſerant, Vt ait Sal. Vel dic. r fuiſſe in ſumma
confuſione omnium ordinum & conditionum, quod & ipſum ex-
poſuit Saluſtius, hos ſeparatos ab alijs, qui Syllæ victoria afflicti
fuiſſent.

c *Diſtinguere quid.* D

142. *Percuſſi)* Tacti, læſi, vt hoc: *Percuſſit illico animum.* Et pro Flac-
co, *Hermippum percuſſit.* Translatio ab enſibus & ferro, & mox *ſaucios*
dicit ſimili translatione.

143. *Domi conditus)* *d* Prouerbiali figura quod & dicitur in ma-
nu ac poteſtate. Cum tenere iam ſe Conſulatum crederet, cum ſuũ
eſſe proprium putaret. Atq; hoc loco callide à Cicerone animi iu-
dicum ab optimi viri Seruij fauore ad metum max. abducuntur, quo
in metu alieni à Murena illi eſſe non poſſint. Quis enim non potius
hunc etiam ambitioſum & largitorem retinere cons. quam illum E
ſeditioſum & peſtem patriæ factum eſſe velit? Videre enim licet quo
pacto omnis à Seruio ſpes & omne præſidium eripiatur Reipubl. &
quantus à Catilina terror atque formido incutiatur. ita ſcilicet iam
neceſſario animi iudicum ad Murenam inclinantur.

d *Domi condere.*

144. *Nolite à me)* παράλειψις, quæ ad diſſimulationem pertinet.
ſunt qui *occupationem* dixere. Figura eſt orationis, cum quod præte-
rituros nos eſſe dicimus, neque à nobis volumus expectari, tamen
dicimus.

145. *Fert promiſſ.)* ἀντίθετον Dux & ſignifer, quem alij ſeque-
rentur

rentur & quem ſpectarent, vt milites ducem & eos, qui ſigna portant
A in acie. Ita alibi, *Dux & autor nobis opus eſt.*

146. *Duo corpora*) ἀλληγορικῶς ſignificat ſenatum & plebem. Vel diuites atq; opulentos, & egentes atque inopes. *Caput* autem notat principatum, vt, *Te huic eſſe rei caput.* Quid eſt enim totum corpus reliquum ſine capite? Sed de his alibi diximus.

147. *Ruina*) a Et hac figura obſcurioris ſermonis, ſi quid contra ſe tentatum fuiſſet, vltima ſe omnia experturum oſtendit. Vbi enim aqua reſtingui ignis vi flamma ſuperante non poteſt, tum dirui ædificia, & hoc agi ſolet, vt incendium quod extingui nequiuerat, opprimatur. b Sed hoc loco narratio Ciceroniana à Saluſtiana nonnihil
B diſſentit.

a *Incendium ruina opprimere.* b *Salluſt. à Cic. diuerſis.*

148. *Non latus*) ἀλληγορικῶς rurſum. Intelligendum enim Catilinam non conſumſiſſe vim improbitatis ſuæ in infimis, aut vt vulnera infligeret Reipub. communia, ſed ſummos petere & eximie hanc lædere ſolitum.

149. *Itaq; cum te Serui*) Epilogus huius partis, in quo ea quæ dicta ſunt ad cauſam & ſalutem atque etiam laudem L. Murenæ breuiter accõmodantur, & eſt hic ἐκ τῶν μειζόνων, vnus eximius ἐπίλογος.
C Clauſulam habet figuratam interrogatione ironica. Non enim poteſt mirum videri talem, qualem deſcripſit Cicero adiutum etiam improbitate & ſcelere competitoris fuiſſe, præſertim tam difficili reip. tempore.

150 *Nunc tertius*) Ordinem diuiſionis ſeruat, ita ad id quod poſtremo loco propoſitum fuerat nunc tandem executus alia peruenit. Negat autem teneri ambitus crimine Murenam. Sed defenſionis multum, vt videtis, deſideratur. Nos tamen vt dolere hæc amiſſa eſſe, ita quæ relicta ſunt cupide amplecti debemus.

151. *Perpurgatus*) Id eſt, defenſione explicatus, vt Terent. *Nam te il-*
D *lis coram purgare placabilius eſt.* Et Eunucho; *Purgon ego me de iſthac Thaidi?*

152. *De diuiſorum*) Eos dicit qui ad deuincienda ſuffragia largitione comparati à Murena fuiſſent. Nam per decurias in Tribus pecunia diuidi ab ambitioſis iſtis ſolebat, ea deponebatur apud aliquem vt ſcirent omnes vnde pecunia accipienda eſſet, atq; is c *ſequeſter* appellabatur, ſimiliter ad iudicia corrumpenda *ſequeſter & diuiſor* comparabatur. Pro Plancio: *Per quem ſequeſtrem quo diuiſore corrupta ſit.* Et paulo ante. *decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diuiſiſſe.* Et pro Cluentio: *ſequeſter & confirmator pecuniæ deſidera-*
E *batur.*

c *Sequeſter & Diuiſor quid differant.*

153. *Sed pauca*) Excurſio ſiue Egreſſio eſt ad animos iudicum commouendos vt faueant Murenæ, qui ob virtutem & laudis cupiditatem inuidia laboraret. Communicat autem hæc querela fortunas Murenæ cum aliorum fortunis qui Reip. ſeruire, & in hac gerenda ac adminiſtranda, voluptates & vitam ocioſam ſibi prætermittendam eſſe decreuiſſent. Atque ita fit λόγος ἐμπαθέστερος ad permouendos animos Iudicum, & ad beneuolentiam ac fauorem inuidia minime iuſta laborantium, conuertendos.

154. Ve-

A

154. *Supra ſortuna*) Vel hoc dicit de priſtina dignitate nunc peculiarem Murænam, qui illam augere cupiat. Vel intelligetur aliquam, neſcio quam inuidiam Syllanorum temporum renouatam ab accuſatoribus fuiſſe.

155. *Tum illud ac*) De indignitate & peruerſitate, querimonia conficit. Contrarium enim fieri oportebat, vt odium accuſatores excitarei, non accuſandi ſtudium pareret odium. Atq; hæc capita indignitatis & peruerſitatis tractat deinceps copioſius.

156. *Sodalis filij*) Seruium hunc adoleſcentem, Iuriſconſulti (aduerſus quem ſupra egit Cicero) filium fuiſſe plæriq; putant. *a Sodales* autem ſunt aliquo in ordine aut collegio coniuncti. Vnde & *b ſodalitates & ſodalitia*, Vt *Quæſtores, Luperci*. Ex de Sen. *Sodalitates autẽ me quæſtore conſtitutæ ſunt ſacris Idæis magnæ matris acceptis* &c. & familiaritatis coniunctio ſingularis hoc verbo ſignificatur. B

a *Sodales*. b *Sodalitates*.

157. *Vix cuiquam*) Deeſt hoc loco aliquid. Quærendum igitur an vera lectio talis quædam videri poſſit, *Ipſe vix cuiquam*.

158. *Deſultorius*) *c* μεταφοραὶ ſunt inſignes, de agitatione equorum & curulibus certaminibus ductæ. Hoc autem dicitur illum Poſthumium audacius ſe de minore certamine in maius conijcere. Quadrigarum enim certamina, id eſt, τῶν τεθρίππων erant magni apparatus & in his præclariſſ victoriæ. His igitur Conſulatus petitio ſignificatur. *Deſultorij* vero, id eſt κέλητες, multo leuior res habebatur. Quam deſcripſit Homerus, Ιλ. ό. C

c *Deſultorius*.

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς
ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους
σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκει
λαοφόρον καθ' ὁδὸν, πολέες τε ἐθηήσαντο
ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες. ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
θρώσκει ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται.

D

Fit & in certaminibus mentio τῶν κελήτων qui μόνιπποι eſſent, de quibus *deſultorij* verbo vſus Cicero hoc loco videtur.

159. *Venio nunc*) In hoc procœmio reſponſionis ad accuſationem Catonis, id Cicero, quo arbitraretur maxime lædi Murenam, remouere conatur. Ea erat autoritas ſumma Catonis. Atque excurrit in quendam locum communem, de autoritate & potentia, quam in iudicijs valere ac reis nocere nequaquam debere ait. E

160. *Bis conſul*. Exemplo illuſtri vtitur Scipionis, contra potentiam accuſatorum. *d* De *Scipione* autem poſteriore ſeu minore, id eſt, Aemiliano loquitur, quem filius ſuperioris à patre Paulo Aemilio adoptauiſſet. Hic & Carthaginem in Africa euertit ac diruit, & Numãtiam in Hiſpania cepit cum Numantini max. cladibus populum Romanum affeciſſent, quam & ipſam vrbem deleuit, poſt deletam Carthaginem anno XIV. vt in Epitoma dicitur Liuiani libri LIX.

d *Scipio Aemilianus*.

161. *Cadere*) Id eſt, Peruerti, vt epiſtolarum lib. VI. ad Cæcinnam: *Qui illam cadere poſſe ſtante me non putarunt*.

162. L.

162. *L. Cotta*) Huius accuſationis fit mentio in Bruto *Nam Q.*
A *Metellus, is cuius quatuor filij conſulares fuerunt, inprimis eſt habitus eloquẽs. qui pro L. Cotta dixit accuſante Africano.* Ibidem & eloquentiam Scipionis magnifice prædicat. De *Galba* & in Bruto & in primo de Oratore hiſtoria verboſe recitatur *Seruij* quidẽ nomine recte non *Sergij.* Vbi quidem ereptum flammæ illum ait propter pueros productos miſericordia populi commota; vt Cato etiam ſcriptum in Originibus retulerit, niſi pueris & lacrymis vſus eſſet pœnas eum daturum fuiſſe. Sed hoc loco ita res exponitur, vt maxime cauſſæ conuenit & aptum eſt; potentiæ cuidam tum accuſatoriæ Galbam ereptum fuiſſe.

B 163. *Semper in*) ἐπιφωνηματικῶς hoc addidit in recuſatione iniquitatis, ſi non cauſſa ſed perſonæ in iudicio reſpiceretur.

164. *Impotentum*) Id eſt, humilium & inopum, vt Terent. *Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Ita & impotentes, & impotentia animi,* a vt dicitur, de ijs qui ex poteſtate exire ſolent, neq; ijs viribus præditi ſunt vt valeant cohercere animum ſuum.

a *Animi impotentia Trou.*

Nam ſi quis) ἀντίθεσις. Cuius breuis eſt λύσις & habet commemorationem iniquitatis. *b* Quantopere autem cauit ne offenderet defenſione ſua accuſatorem? & hic ille *mollis articulus* eſt, quo
C tractatum eſſe Catonem Fab. ait, vt ſupra retulimus.

b *M. Catonis laudatio.*

166. *Conformare.*) Vt pro Archia: *c* *Quod ſi hæc vox huius hortatu præceptiſq; conformata*, id eſt, ad formam quandam redacta & compoſita. Eſt enim translatio ab operibus nondum abſolutis compoſitione ſua, aut labefactatis atq; diſſolutis, quæ vel in formam quandam ſuam, vel in aliam meliorem redigi ſoleut.

c *Conformatus.*

167. *Non multa*) Apparet Ciceronem de fabula quapiam hæc in-
D ſeruiſſe, in quibus Fabius ἀντωνομασίαν eſſe notat. Accipio autem, (cum quidem præter coniecturas nihil habeam,) *ſeniorem magiſtrum* dici Phœnicem & fortiſſ. virum Achillem, Talis eſt enim hic *d* apud Homerum, & huius magiſter apud eundem Phœnix, datus illi à patre διδασκέμεναι τάδε πάντα μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Niſi forte *ſeniorem magiſtrum* hunc Chironem eſſe accipere aliquis maluerit.

d *Homer.*

168. *Finxit*) Id eſt, perfecit & elaborauit, ab operibus quibus rebus rerum ſimilitudo exprimitur, cuius ex ijs *effigies* nomen, vt ſta-
E tuariorum & ſimilium. Nam coloribus expreſſa imago *pictura* nomen habet. Sic Plautus, *Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.*

169. *Acceſſit hu.*) Hoc loco Cicero etiam eleuare quodammodo perquam callide conatur autoritatem *e* Catonis, quam paulo ante ſummam conſtituiſſet, cum non ſolum doctrinæ externæ, ſed etiam abſurdæ cuiuſdam doctrinæ opinionem illi conciliare ſtuder, vt videatur, non tantum à grauitate populi Romani deflectere, ſed etiam mirificam quandam & abhorrentem ſapientiã vſurpare. Hoc Cicero etiam in quarto libro de finibus ita innuit: *Non ego tecum iam ita loquar*

e *Cato Stoicus fuit.*

ita loquar vt ijſdem his de rebus, cum L. Murænam te accuſante defenderem, A
apud imperitos tum illa dicta ſunt, aliquid etiam coronæ datum: Nunc agendum eſt ſubtilius.

170. *Et quoniam.*) *Hæc* προθεραπεία eſt eorum quæ ſequuntur quæ contra iudiciorum conſuetudinem exponenda eſſent. itaq; prætermittendum nouo & inuſitato orationis generi fuit quiddam, quo illud quaſi molliretur.

171. *Zeno.*) *a* Hic Citticus patria ex inſula Cypro, Athenas negotiandi gratia cum veniſſet, mercibus in mari peſſundatis Philoſophiæ operam dedit, & audiuit Cynicũ Crateta, & mox Polemonem Academicum. Itaq; durior huius diſciplina fuit, ipſe quidem priores Peripateticos & Academicos corrigere videri voluit. diſputabat autem in porticu quæ primum πεισιανάκτειος, poſtea picturis ex ornata prælij Marathonij ποικίλη dicta fuit. Ex eo ſectatoribus ipſius nomen factum *b* vt *Stoici* appellarentur, cum antea eſſent Ζηνώνειοι. Fuit & hoc multo antiquior *Zeno Eleates* dialecticus, & alius poſterior Epicureus. De Stoico autem propter ſummam continentiam Prouerbium vſurpatum fuit Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Hunc dicere ſolitum refert Atheneus libro XIII. præuidere ſe quod multi qui dicerent ſe ſectam Zenonis ſequi, male intellecta doctrina ſua euaſuri eſſent in ſordidos & illiberales; ſicut peruerſi diſcipuli Ariſtippi reddi ſolerent molles & impudentes. B C

a *Zeno Stoicorum princeps.* b *Stoici vnde.*

172. *Huius ſententiæ.*) *c* παράδοξα dicuntur admirabilia illa ſtoicorum dogmata, à communi captu & ſenſu hominum abhorrentia, quæ vix in ſuis ipſi ſcholis probarent. Ea hoc loco ad exquiſitum quendam abſurditatis modum Cicero expoſuit, quo magis læderet opinionem grauitatis & auctoritatem diminueret Catonis. Itaque mirificis hæc & ridiculis exemplis explicat, atque hoc traditur à Plutarcho, Catonem tum dixiſſe ad præſentes vultu hilari, ὦ ἄνδρες, ὡς γελοῖον ὕπατον ἔχομεν. id eſt, *Quam noſter Conſul ridiculus eſt?* Totus a. hic locus per eſt eruditus & elegans & varijs ornamentis excultus, potiſſ. προσωποποιιῶν & μιμήσεων. *Verum iſta* παράδοξα ſemper à pluribus irriſa fuerunt, vt & ab Horatio Satyra III. libri. I. & epiſtola prima, vbi & Stoicum ſapientem dicit *vno eſſe Ioue minorem, Præcipue ſanum, niſi cum pituita moleſta eſt.* De quibus pleriſque Cicero ad Brutum ſic tamen diſſeruit, vt appareat oratione bona & copioſa quidlibet poſſe effici. Sic enim ibi hæc illo diſputante conformantur, atque ita fiunt venuſta, ita ſplendida, vt non magis abſurda neque horrida neque obſcura, ſed plane conſentanea rationi cuiuſque tum vero luculenta & ſpecioſa eſſe videantur. De ijſdem autem preſſius etiam ægit & ſubtilius in Tuſcul. D E

c *Paradoxa Stoicorum.*

173. *Fatebor enim.*) Non poteſt negare Cicero ſe quoque philoſophiæ operam dediſſe, atq; huius facti inuidiæ occurrit hac parentheſi. Hæc autem ſua illis Catonianis opponit, quo in ſumma horum lenitate & moderatione illa multo aſperiora atque duriora videantur.

A 174. *A Platone.*) Græca figura οἱ ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος, οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς. id eſt, *Peripatetici & Stoici*, Lucia: λαπίθαις οἱ δ' ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, id eſt, *Philoſophi & eruditi.* Dicit igitur Cicero Philoſophos *Platonicos & Ariſtotelicos*, id eſt, æmulatores doctrinæ & præceptorum illorum.

175. *Opinari.*) a Stoici qui κατάληψιν, quam ita à ſimilitudine earum rerum, quæ manibus comprehenduntur, vocarunt, introducerent, ἀκαταληψίαν ſuſtulerūt, neq; aſſentiri neq; opinari ſapientē placuit: non enim capi neq; falli poſſe. Quod prioribus ſecus viſum, Qui

B & quærere & repertis aſſentiri, & hæc mutare poſſe, imò neceſſe eſſe docuere. Itaq; & ἀκαταληψίαν & quæ huic ſubijcitur δόξαν reliquerūt. ſecundum hæc, illam ſententiam Cicero poſuit Epiſt. lib. I. ad Lent. *Nunquam præſtantibus in Repub. gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio. Sed in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiam ſi portum tenere non queas, cum vero id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum quem cœperis potius quam eo commutato, quo velis tandem peruenire, ſic cum omnibus nobis in administranda republica propoſitum eſſe debeat, id quod à me ſæpiſſime dictum eſt, cum dignitate otium, non idem ſemper dicere ſed idem ſemper ſpectare debemus.*

C a κατάληψις Stoica.

176. *Mediocritate quadam.*) Hanc omnium veterum ſapientum communem quandam ſententiam Peripatetici ſumſerunt explicandam in diſputatione de virtute morali & actionibus virtutis. Quæ quidem ipſe Ariſtoteles fatetur Minerua craſſiore quadem, id eſt, παχυλῶς καὶ τύπῳ τινὶ differenda eſſe Cum enim exquiri & quaſi enucleari incipiuntur, neq; magis voluptatē in cognoſcendo retinēt, neq; in exponēdō vtilitatē vllā habent. Quinſet in ſubtiliate diſputationum multæ ἐνστάσεις exiſtunt, quas diſſoluere operoſum eſt, qui-

D bus dum explicandis tempus teritur, interea fieri aliquid præclare & laudabiliter potuiſſet. Sed hæc exquirere huius loci non eſt. Putatur autem huius ſententiæ autor Homerus fuiſſe, apud quem ita Vlyſſes, Ιλ. κ'.

Τυδείδη μήτ' ἄρμε μάλ' αἴνεε μήτε τι νείκει.

Et toties laudantur τὰ αἴσιμα, quæ certe ſunt vera ratione & proportione ſua *exæquata*, vt & nimium & parum abſit. Secundum hæc illud natum μηδὲν ἄγαν id eſt, *ne quid nimis*, vt ait Terent. vt Cicero de Fin. III. b *Nihil nimis*, quod celebres ſapientia veteres il-

E los ſeptem Plato ait in Protagora, commune inuentum quaſi primitias ſapientiæ ſuæ conſecraſſe Apollini & perſcribi curaſſe pro foribus templi ipſius Delphici. Eodem dicto præclare & Eurip. vſus eſt in Hippolyto οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι. Eodem pertinet Cleobuli ἀπόφθεγμα, ἄριστον τὸ μέτρον (lege τὸ μέτριον ita enim ipſius ſermonis natura exigit) quod & Pythagorici poſtea vſurparūt. Itaq; in illis Pythagoricis verſibus & hoc hemiſtichium legitur c μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον Græci μεσότητα dixere quam Cicero *mediocritatem* & alibi *modum*. Etiam

b *Nihil nimis.* c *Mediocre optimum, ſiue moderatum.*

Etiam *μετριοπαθείας* poſuerunt contra illas *a ἀπαθείας* quæ ſim- A
pliciter quidam introducerent. Sed de his in Tuſc. explicatione non-
nihil etiam diſſeruimus. *a ἀπάθεια Stoica.*

177. *c Fines offi.*) Id eſt, extremum & vltimum quod eſt τέλος. Hæc et Cicero & alibi *Finium* verbo indicauit; præclare translatio à terminis agrorũ aut regionum, quibus illorum ſpacia & territoria definiuntur. Hæc nunc protuliſſe longius quã natura rerum pateretur, Stoicos *b* ait, i. e. in vltimo & extremo quodã bono cõſtituendo exceſſiſſe modũ conditionis & vſus vitæ humanæ. Quando n. ad illud rectũ, quod ipſi *κατόρθωμα*, peruenietur, aut q̃ huius erit vſurpatio B
in conuictu & conſuetudine hominum? Fuiſſe igitur hoc cõſilium illorum Cicero putat, non quod perueniri ad tantã perfectionẽ poſſe crederent, ſed vt annitentes procederẽt longius, vt qui curuũ bacillũ cupiunt rectum facere reflectunt atq; incuruant in alterã partẽ, vt ita tandẽ rectum fiat. Officium a. placet pleriſq; eſſe qua ſi efficium mutata vna litera, aut neſcio vnde. Nã videri poſſit eſſe opificium, vnde & *officina* quæ eſſet *opificina*. Significatur autem opus laudabile, i. e. id quod fieri & rectũ eſt & debet & oportet, pro tẽpore, locõ, perſona.

178. *Humanitatis.*) *c* I. e. *φιλανθρωπίας* quam ſignificationem hu-
ius nominis cum Gellius, neſcio quo pacto, non admittit, miror, q́d C
illi in mente fuerit. *d* Nã quin & *humanitas* & *humanitatis ſtudium* ſignificare eruditos, & *doctrinam*, i. e. quam non, *παιδείαν*, ſed potius *φιλοσοφίαν* Græci dixere, non eſt dubium, & paulo ante Cicero, & in oratione pro Archia ſæpius ita vſus eſt, Quemadmodum n. *ingenua & liberalia ſtudia* eadem, quod homine libero digniſſima, ita *humanitatis*, quod generis humani omnino propria ſint, fuere appellata.

b *Fines Stoicis.* c *φιλανθρωπία.* d *Humanitatis ſtudia, & Liberalia.*

169. *Scipio ille.*) De *Æmiliano* accipiendum. Nam & Gellius Panæ-
tium negat ſuperioris Africani tempore fuiſſe libro XXI. Cap. XVII. D
Et Cicero de Finibus. *Itaque homo inprimis ingenuus & grauis, dignus illa familiaritate Scipionis & Lælij Panætius, cum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo ſcriberet.* Et in Bruto Fannium generum Lælij & Rutilium Panætium audiuiſſe ſcripſit. e *Panætius Scipionis familiaris.*

180. *L. Phil.*) Hunc Græcis doctrinis inſtitutũ fuiſſe dicit in Bruto. Ibidem mentio inter temporis illius oratores fit & *C. Aquilij Galli.* Nam Sulpitius Gallus, quem maxime omnium nobilium Græcis literis ſtuduiſſe Cicero ait antiquior fuit.

181. *Ambitum accuſas.*) Secunda reſponſionis pars de Senatuſcõſ.
Ita enim ſupra propoſuerat. Sunt autem elegantes obiectiones, &, vt E
vocarunt Græci *ἀνθυποφορά*. Quale hoc:

Verum anceps pugnæ fuerat fortuna, fuiſſet.
Quem metui moritura?

Et lib. XI.

Nulla ſalus bello? capiti cane talia demens
Dardanio;---

182. *Ergo ita Senatus iudicat.*) Huius loci ſententia mihi videtur eſſe talis. Non ſolum ad rem Senatus iudicium, ſed etiam ad perſonas accomodandum. Satis enim conſtare *ambitum* legib. cohercere.

Google

A Hoc igitur decerni & iudicari à Senatu quorſum pertinet? Quare iudicium Senatus, hoc eſt, ipſum *Senatuſconſultum*, de ijs qui ambitus conuicti eſſent accipi opprtere.

183. *Eccui.*) Interrogationis forma. Vt,

Ecquis erit mecum iuuenes qui primus in hoſtem?

Et in epiſt. Cœlij lib. VIII. *Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pomp. vidiſti?*

184. *Rogatos eſſe multos.*) Splendida defenſio, cum accuſationem prius augeat. ſunt autem elegantes ἀντιθέσεις. *Infimorum hominum filios, & tales viri. Prope de nocte, & hora tertia. Ex vltima vrbe, & in campum* B *Martium. De nocte* autem eſt per noctem, id eſt, ante lucem. Vt Adelphis *rus hinc cum filio cum prima luce ibo.* Immo de nocte cenſeo.

185. *Societates.*) a *Socij* ſunt in negocijs qui communiter illa exercent. Inde *ſocietates* appellatæ. Negotiabantur autem in prouincijs *b* Equites Romani, qui tum & ipſi iudicabant. Nam cum lege Sempronia iudicia eſſent penes Equites Rom. cumque iudicaſſent annos, vt eſt in Verrina II. prope *quinquaginta* (in Aſconia explicatione diuinationis, numerus extat *XX*) ſine infamia, Sylla oſor ordinis Equeſtris ad Senatum iudicia tranſtulit qui his præfuit annis X. cum vituperatione omnium. Tunc Aurelius Cotta legem tulit, vt Sena- C tores, equites. & Tribuni ærarij ſimul iudicarent. Hæc ſumſimus de Aſconiana explicatione Diuinationis. In Plutarchi Graecis legitur, Tiberium Graccum conſtituiſſe *iudices*, *ſenatores & equites* pares numero.

a *Socij & ſocietates.* b *Equites & Iudices.*

186. *Tota natio Cand.*) ὑπερβολικῶς vniuerſos candidatos, id eſt, omnes omnium honorum petitores, quaſi gentem quandam prodijſſe Murænæ obuiam dicit, in hoc genere maxime officioſam, id eſt, gratificandi alijs cupidam.

D 187. *At ſectabantur.*) c Alia ἀντίθεσις, de ſectatoribus, id eſt, comitatu Murænæ, λύσις à conſuetudine, ſed largitionis & corruptionis inficiationem vbiq; inſerit.

c *Sectatoris.*

188. *Baſilicæ ſpacio.*) d *Baſilica* foro adiuncta fuit, ampliata à Catone ſtudioſiſſime, & *Porcia* cognominata. Vocabulum ſignificationem habet regiæ domus. *ſubbaſilicanos* Plautus dxit in Captiuis. Spacium autem baſilicæ dixit, tam longum quam Baſilica eſſet, extenuans officia Senatoria & equeſtria in hoc genere.

d *Baſilica qua.*

E 189. *Celebrantur.*) Id eſt, frequentantur, vt cum alibi tum in Cœliana: *Ideo viam muniui vt eam tu alienis viris comitata celebrares.*

190. *Aſpect.*) Alia ἀντίθεσις, de ſpectaculis & prandijs vbi & factum à Muræna, ſed in primis tamen crimen remouet.

191. *More & modo.*) Id eſt, non repugnante conſuetudine, neque immoderate factum eſt. quod Plautus coniunctim dixit Bachidibus, *more modeſto.*

192. *Punctorum.*) Apta eſt ἀποστροφὴ ad Seruium, cuius ſeueritate multitudo facta eſſet alienior. *d Puncta* autem ſuffragia dicit, quæ in tabella notarentur. Ita Tuſc. II. *Quid de noſtris ambitionibus, quid*

d *Tunctum.*

quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint hi qui hæc olim punctu ſingulis colligebant. Qua translatione & Horatius vſus ita fecit: A

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.

193. *Tabernas.* a) Dicere nunc videtur, quæ à Plutarcho in Græcis *θεωρητήρια* vocantur, extructa in circo ad commoditatem ſpectandi ludos gladiatorios, & elocari ſolita, quæ vna nocte omnia C. Graccum deſtruxiſſe ſcribit.

a *Taberna ſpectantium ludos publicos.*

194. *Crimina à multitudine.*) Hoc videtur dicere, crimina à multitudine collecta à Seruio, nimia quadam diligentia & immodico accuſandi ſtudio. B

195. *Quid enim Senatus.*) Diſtinguit conceſſam liberalitatem ab ambitu, & Senatuſconſultum interpretatur. *b Vulgus* autem multitudinis ſignificationem habet. Vt Terentio, *Vulgo faciunt*, id eſt, omnes.

b *Vulgus.*

196. *Centurijs.*) c *Centuria* (ita enim appellatæ fuere, vt apparet de numero, *ἑκατοντάδες*) *Equitum* inſtitutæ à Romulo Quæ appellatio aucto numero poſtea à Tarquinio Priſco retenta fuit. Sic enim Liuius lib. 1 *Neque tum Tarquinius de Equitum centurijs quicquam mutauit, numero tantum alterum adiecit*, vt M. & CCC. Equites in tribus centurijs eſſent. Poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt, quas nunc quia geminatæ ſunt, *Sex* vocant *Centurias.* C

c *Centuria Equitum.*

196. *Munia.* d) Quaſi *λειτουργίας* quaſdam dicit & curationes candidatorum Propria enim cuiuſque & publice priuatimue debita *munera* hoc nomine vocata fuerunt. Vnde & *communitas & municipes & immunitas.*

d *Munia.* D

198. *At enim.*) e *Auſtere*, Græci *αὐστηρὸν* in vino & fructibus acerbum vocant, atque hoc vocabulum tranſtulerunt ad morum *ἀγροικίαν*. Aſpere igitur ſecum agere dicit Catonem Cicero. & eſt ſane vehemens & graue obiectum, quod quidem Cicero magis eluſit quam refutauit. *Lenocinij* etiam hic verbo translato vtitur. Hoc enim quærit Cato, an ille ſibi delicatam iuuentutem lenocinari, id eſt, inſeruire cupiditatibus ſuis, voluerit in petendo, cum cogitare debuerit, *Imperium orbis terrarum ſe petere.* Niſi fortaſſe comparatione dixit, Vtrum putabas hoc agi, vt te Iuuentus delicata quendam procuratorem conſtitueret libidinis ſuæ, neque videbas orbis terrarum imperium peti? Quod verius puto, ita enim leuitas petitionis grauiſſime reprehenditur. E

e *Auſterum.*

199. *Horribilis.*) f *εἰρωνικῶς* nunc, vt libro primo de Oratore: *Illud vero fuit horribile, quod me hercule vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum.* Voluiſti enim in ſuo genere, vnumquemque noſtrum quaſi quendam eſſe Roſcium. Simpliciter autem ad Att. lib. XIIII. *Horribile eſt, quæ loquantur, quæ minitentur.*

f *Horribilis vnde.*

Google

A *Abhorrere* autem, quæ eſt φρίκη factum eſt vocabulum. horrent enim qui terrentur, Virg. *Horreſco referens.* De Orat. II. *Quæ me hercle, Craſſe, cum à te tractantur in cauſis, horrere ſoleo.*

200. *Iſtius vitæ.*) Duræ & aſperæ. De Lacedæmoniorum *a* diſciplina multa tradita ſunt, quorũ & illa fuere, quæ φιδίτια ac φιλίτια commutatis literis appellarunt, *b* συσσίτια quædam, id eſt, *publica epula*, quarum & in V Tuſc. mentio fit. Nihil ibi ſubſternebatur epu-
B lantibus, ſed reclinati in cubitos robore aut ſaxo ſubiecto accumbebant. Similiter apud Cretenſes *communes epulæ* fuere ἀνδρεῖα. *c* Putatur autem & hæc in parte vitæ ſeueritas & reliqua diſciplina Cretenſium Laconica eſſe, nam Lyctij in Creta fuere coloni Lacedæmoniorum, vt Ariſtoteles quoq; ſcripſit lib. II πολιτικῶν. Nec non traditur, vt & ſcripſit Plutarchus, è Creta primum Lycurgum quaſdam leges ad ſuos attuliſſe.

a *Laconum diſciplina.* b *Συσσίτια, conuiuia quæ Plutar. in Lycurgo.*
c *Cretenſes à Laconib. an orti.*

201. *Q. Tubero*) Exemplo Tuberonis confirmat populo Ro. nunquam probatam fuiſſe hanc intempeſtiuam parſimoniam. Ita *libera-*
C *litatis* honeſta appellatione, quædam etiam fortaſſe profuſior benignitas Murænæ defenditur. Apparet enim certe aliquid in hoc genere ab illo fuiſſe vſurpatum. De *Tuberone* etiam in Bruto dicitur fuiſſe nepotem illum L. Pauli, fuit autem Scipio Affricanus minor, filius Pauli Æmilij, huius nepos Maximus hic habuit patruum Scipionem, id eſt, fratrem patris ſui Pauli.

202. *Lectulos Pun.*) Non precioſos intelligimus & materiæ vilioris, qui de Africa vel Carthagine afferrentur. *d* Vt *vaſa Samia* fictilia, quæ in Samo inſula plurima fierent. Vnde & hoc apud Plautum *Metuis credo ne fores Samiæ fient*, id eſt, fictiles.

D d *Samia vaſa.*

203. *Diogenes Cynicus.* e) Patria hic Sinopenſis fuit auditor Antiſthenis, qui Socratem audierat. captus autem à piratis venijt cuidam opulento Corinthio, ita Corinthum peruenit: vbi poſtea in dolio habitauit in *Cranio*, id loci nomen erat. Antiſthenes autem arripuit de Socratis ſermonibus duriora & inhumaniora, quaſi minus operoſa & magis ſecundum naturam illa eſſent. Itaq; quod impudentius non ſolum omnia diſſereret, ſed vitam etiam ſimiliter degeret, appellatus fuit *f Cynicus*, mutato priore Peripatetici nomine. Sunt tamen qui *Cynici* appellationem ex eo factam illi perhibent, quod
E ſcholas haberet in gymnaſio Athenis, cui nomen eſſet κυνόσαργες. Diogenes aliquanto durior, & non κυνικὸς modo. ſed κύων etiam id eſt, *canis* dictus fuit, ab omni cura vitæ, dignitatis, rerum liber & ſolutus. Itaq; vt leuis & contemti hominis mentionem hoc loco Cicero facit, cum tamen hoc traditum ſit, Alexandrum clariſſimum regem hoc dixiſſe, *Se neminem malle potius quam Diogenem eſſe, niſi eſſet Alexander.*

e *Diogenes Cynicus.* f *Cynicus vnde dictus.*

204. *Supremo eius.*) *g* Supremus dies vltimus eſt, id eſt, mortis, vt de ſen. *Quæ Socrates ſupremo vitæ die de immortalitate animorum diſſeruiſſet;* id eſt,

g *Supremus dies.*

id eſt, vltimo die vitæ ſuæ. Nunc etiam ſimiliter mortuum Africanum dicit laudatum *Supremo die* ipſius, id eſt, cum vita exceſſiſſet. Ita apud Virg. *Suprema munera* dicuntur inferiarum in xi. Æneid. A

Ite ait egregias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis
Muneribus.

Hoc dictum Plutarchus in libello de Amore fraterno retulit ad Metellum: ὥσπερ ἐν Μέτελλ@ ᾤετο δεῖν ῥωμαίους τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν ὅτι Σκιπίων ἐν ἑτέρᾳ πόλει τοιοῦτ@ ὢν οὐκ ἐγένηθη.

205. *Odit Pop. Rom.*) Similis pæne ſententia eſt in oratione pro Flacco; *Hac enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus noſtris fuit, vt cum in priuatis rebus, ſuiſq; ſumptibus minimo contenti tenuiſſimo cultu viuerent, in imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremq; reuocarent.* Quæritur enim in re domeſtica continentiæ laus; in publica dignitatis. B

206. *Nam quod ais.*) Obiecta Catonis ipſius Catonis exemplo producto refellit, docetq; ſi in gratificando & inſeruiendo atq; obſequendo multitudini crimen ſit, eo ipſum etiam Catonem accuſatorem teneri.a Quam autem hoc turpe eſt accuſare alterum eius quod tu committere ſoleas. Vt, *ſi fur diſpliceat Verri, homicida Miloni. Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum.* C

a *Turpe accuſare cuius ipſe ſis reus.*

Iſtuc me rogari.) Hoc & Plato probare vult verum eſſe, rogari magiſtratus vel etiam cogi vt præſint aliis. Et hæc illius eſt ſententia πολιτεί. ζ. ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρχειν ταύτην ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι. τὴν δὲ ἐναντίως ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως. b Nomenclatorem autem Græci dixere ὀνοματολόγον, qui ſubiiceret nomina Ciuium ignotorum appellaturis, quem tamen Catonem habuiſſe Plutarchus negat, cum etiam lege vetitum fuiſſet, ne petitores haberent nomenclatores. Præclara autem eſt hoc loco confutatio, Si Cato id ipſum committit quod in alio accuſat. Nam in omnibus ineſt ſimulatio, & circumuentio quædam, quæ ſunt turpia. Et mos geritur conſuetudini ac voluntati hominum prauæ, Quod in Murena maxime ille reprehenderat. Atq; ita concluditur hic ambitionis locus. D

b *Nomenclator. Hic de eius officio, & Horat. mercemur ſeruum qui dictet nomina. Vbi Torrent. & Lamb.*

208. *Sin etiam noris.*) Obſcurius hæc dicuntur, neq; ſane abeſt mendi ſuſpicio, videriq; cogitanti poſſit, deeſſe negationem, vt fiat tale, *Sin etiam vt non noris, tamen per mon.* ſic enim ſenſus eſſet ſatis liquidus: Lamb. *Sin etiam ſi noris. Diſciplina* autem *præcepta,* diſputationes de officio ac recto dicit philoſophicas. E

209. *At enim te ad acc.*) Suum ordinē proſequitur Cicero. Ita enim ſupra ipſe propoſuerat: *M. Catoni homni in omni virtute excellenti, de ipſius accuſatione, de Senatusconſ. de Rep reſpondebo.* c Atq; hanc partem totam in Epilogum coniecit. Qui eſt magnificus & grandis. Fortunam enim & caſus Reipub. & ciuitatis manifeſtum diſcrimen complectitur.

 Hiſq;

c *Epilogi partes.*

A Hiſq; ipſis priuata Murenæ pericula implicantur, vt nihil ad iudicum animos, dolore, indignitate, miſericordia commouendos, grauius neq; vehementius fieri potuiſſe videatur. Qua autem iam vi ac copia obruit Catonis accuſationem, cum in cogitatione de Rep. errare illum dicit imprudentia, id eſt, plane eſſe incog tantiorem. Suam autem de hac curam tantopere exaggerat. Errorem vero hunc quo pacto Catoni demonſtrat? Ita profecto vt talis ciuis iam debeat gaudere ſe vinci in certamine & contentione de ſalute Reipubl. Rapit igitur Cicero iam iudices, alio, & vel inuitos à conſideratione criminis, ad reſpectum Reip conuertit, idq; efficit, quod ipſe, quemadmodum B ſupra retulimus, memorat, nemo ſibi vt audiendum putaret de ambitu. Deniq; quæ in concluſionibus, quia maxime tum vtiliter fiunt, ideo efficienda eſſe præcipitur, eorum nihil præteritum eſſe apparet, cum & miſericordiam & inuidiam & odium & fauorem, ſuo quidem quicq; loco, expreſſerit. Sed de his ſatis.

210. *Equus Troia.*) a Δουράτεος eſt equus apud Hom. ὀδ. θ'. & ἵππος ξεστὸς. ὀδ. δ'. In Troiadib. Eurip. δούρειος ἵππος χρυπτὸν ἀμπιχὼν δόρυ. Sed hiſtoria notior eſt, quam vt in hac referenda immorandum eſſe videatur.

C a *Equus Troianus.*

211. *Quaru quid.*) Periculum Reip. ἐν ἀντυποφορᾷ copioſe indicat. omnia autem de hiſtoria *b* Catilinariæ coniurationis nota vniuerſis, facile intelligi poterunt. ad quam orationes in hunc dictæ à Cicerone aſſumentur.

b *Catilinæ coniuratio.*

212. *Natura & fortuna.*) *Natura*, ob probitatem & bonitatem ingenij: *fortuna*; quod ipſi etiam expediret ſaluam & incolumem eſſe Remp. vt paulo poſt: *fortuna conſtitutum ad ocium amplexandum.*

213. *Auditum aliquando*) Magis hæc lectio placet, *vt aliquando.* D oſtendere enim Cicero vult inaudita illa eſſe, & nunquam ante vſurpata ſcelera, & nouos atq; incomparabiles nefariæ audaciæ conatus.

214 *Vicarium.*) *c* Qui ſuccedat mihi in Rep gerenda cum diligentia & fide. Horat. lib. III. *defunctumq́ laborib. Æquali recreat ſorte vicarius.* Dicitur & proprie *vicarius ſerui* ſeruus, qui in peculio eſſe intelligitur. Verr. III. *Homines poſtquam reus factus eſt, alij reddidi, alij etiam nunc retinentur, peculia omnium vicarijq́ retinentur.*

c *Vicarius.*

215. *Te te Cato.*) *d* ἀποστροφὴ παθητική. Quanta autem bonitas cauſæ huius putanda, ad quam aduerſarij ſententiam & iudicium E non dubitet aduocare. Dicuntur autem omnia grauibus & illuſtribus verbis tranſlatis à ventorum & procellarum turbulentia. *Deſignatum* vero *Tribunum* accipi hoc loco video à pleriſq; Metellum, de quo in vita Catonis; mihi magis de Clodio dictum videtur. qui cum Catone Tribunus pl. eo anno fuit, quo Cicero in exilium actus eſt.

d *Apoſtrophe.*

216. *Quæ per hoc biennium.*) Hiſtoria à Saluſtio memoratur, & in Syllana defenſione etiam mentio fit duarum coniurationum.

217. *Diuino conſ.*) Vt & in orat. pro Sylla: *O Dij immortales, nobis enim tribuam quæ veſtra ſunt, nec vero poſſum meo tantum ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas, in illa turbulentiſſ. tẽpeſtate Reip. mea ſponte diſpexerim.*

218. Quan-

218. *Quanquam huiuſce.*) A Catone ad Iudices oratio conuertitur, A
vt etiam contra autoritatem illius, quam quidem placatam habere & propitiam vellet, Murenam tamen abſolui poſſe intelligeretur. Non enim penes inimicum & aduerſarium euentus iudicij, ſed liberæ ſententiæ iudicum eſſe debent. In his eſt illa ὑπόθεσις, quam & Fab. notat lib. v.

219. *Idem ne igitur.*) Ab indignitate argumentum ductum. Et nunc deinceps grauiſſ. periculi metum & diſcriminis in quod vniuerſi vocarentur, iudicibus incutit Cicero oratione ſua, vt hoc non mouere ſed plane cogere eſſe videatur. Quis enim ſolet, immo quis poteſt propriæ ſalutis curam abiicere? B

220. *Anienem.*) a Hiſtoria eſt expoſita à Liu. lib. xxvi. Annibalem ſubito cepiſſe conſilium adducendi exercitus ad vrbem, ita caſtra locaſſe ad Anienem fluuium tribus M.P. ab vrbe. Quod ſit autem *Anio Anienis*, notum eſt.

a *Anio fl.*

221. *Sacrario.*) b Ipſe interpretatur de curia. Quam quidem conſecrato loco habere ſolebant. Et propter ſanctitatem ſecretorum conſiliorum ſic dictum eſſe, accipi poſſit.

b *Sacrarium pro Curia.*

222. *Redundarint.*) A fluctibus vt apparet, tranſlato verbo, quod C
idem in proœmio lib. 1. de Orat. vſurpauit, expreſſa ſimilitudine. *Et hoc tempus omne poſt conſulatum obiecimus iis fluctibus, qui per nos à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundarunt.*

223. *Qui imp.*) Hunc locum eſſe mutilum, & in exemplis fideliter editis notatur, & ſatis per ſe manifeſtum eſt. Vide Lamb.

224. *Quæ cum ita ſint.*) De repub. locus concluditur. Cui ſubiiciuntur alij affectus à perſona & reſpectu Murenæ ducti.

225. *Recenter gratul.*) Quem non miſereat tanti viri in hac fortunæ commutatione, & quis non ſaluum eſſe potius quam perditum velit? præſertim in conſideratione inſtabilitatis & celeris conuerſionis D
rerum humanarum. quæ omnium niſi aut ſtultiſſ. aut ferociſſimorum animos admodum commouere ſolet.

226. *Atque ita,*) c Hæc in fiducia cauſæ dicuntur, & ſunt vſitatæ ὑποθέσεις in precibus & in petendo. Vt illud:

c *Precandi formula.*

εἴποτε τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
εἰ ἤδη ποτε τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα,
ζωέρων ἠδ' αἰγῶν. E

Virg. *Et ſi pietate meremur, Da deinde auxilium.* Et Dido apud eundem: *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum.* Nam & benefacta ac obſequium merentur gratiam, & innocentiæ ac virtuti præmia debentur, non pœna.

227. *Miſericordiam.*) Argumentum & à magnitudine calamitatis & à tempore ducitur. quorum altero miſericordiam commouere, altero inuidiam repellere ſtuduit. Et eſt ἀντίθεσις quædam diſcriminis Iudicij, Nihil eſſe boni in abſolutione niſi mali vitationem, in damnatione vero extremam calamitatem.

A 228. *Quo ſe miſer vertet.*) διαπόρησις perturbati animi, vt Aiacis apud Sophoclem, καὶ νῦν τί χρὴ δρᾶν, &c. Ita & Dido Virgiliana:

En quid ago? rurſus ne procos irriſa priores
Experiar, Numadumq́; petam connubia ſupplex
Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, &c.

Hæc autem tum cogitari diciq́; ſolent, quæ ſunt triſtiſſima, vt vndiq; miſeria & infelicitate circumuentos eſſe qui vſurpant, appareat. Quare miſerabiliter dici neceſſe eſt. Figurauit autem inſuper ora-
B tionem hoc loco & διαλογισμῷ καθ' ὑποφοράν. Vt pro Milone; *Quid reſpondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? Quid tibi Qu. frater, qui nunc abes, conſorti mecum temporum illorum? Me non potuiſſe Milonis ſalutem tueri per eoſdem, per quos noſtram ille ſeruaſſet. At in qua cauſa non potuiſſe? qua eſt grata gentibus,* &c. Illius autem quam dixmus διαπορήσεως, exemplum hoc eſt & inſigne, & copioſum.

229. *Quaſi*) ὑποθετικὴ deprecatio, quæ in defenſionibus *a* Epilogos claudere plerunq; appoſitiſſime ſolet, vt & alibi reperitur apud Ciceronem. pro L. Cornelio: *Sed quoniam Cæſar abeſt longiſſime, atq; in*
C *his eſt nunc locis qua regiones orbes terrarum illius geſtis imperium Pop. Romani definiunt, nolite per Deos immortales Iud.* &c. pro Cluentio: *Quare Iud. Si ſcelus odiſtis prohibete aditum matris à filij ſanguine* &c. Alibi aliter vſus eſt, & pro Milone initio Epilogi: *Sed iam ſatis multa de cauſa, extra cauſam etiam nimis fortaſſe multa. Quid reſtat niſi vt orem obteſterq́; vos Iud. vt eam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat, ego vero repugnante hoc imploro & expoſco. Nolite, ſi in veſtro omnium fletu* &c.

a Epilogi.

230. *Facere.*) Repetendum eſt *ſacra*, quod compoſite ſacrificare dixerunt. Nam *facere* & Græcis ἔρδειν ac ῥέζειν, cum accuſatiuo vel ge-
D neralis vel etiam peculiaris ſignificationis indicat cultum diuinum, ac Græca nota ſunt, ἔρδειν ἱερὰς ἑκατόμβας σεῖο χάριν βοῦν ἥτις ἀρίστη ῥέζειν ἐν μεγάροισι Latini autem dixere, *rem diuinam facere*, & Virgil. *Vitulam facere*, quod Macrobius ſine cauſa emendauit. Ita & hoc loco *ſacra Iunoni facere*, verbo conuenienter repetito.

Habetis explicationem noſtram Ciceronianæ orationis quam ego inter optimas me recte ponere atq; numerare exiſtimo. Quam mediocri, vt ſpero, ſucceſſu, ſumma quidem diligentia ac fide abſoluimus; neq; futurum exiſtimo, vt eos qui aſſiduitatem & curam in me audiendo adhibuerunt, pœniteat collocatæ operæ. In reliqua
E etiam doctrina par ſtudium & ſimilem induſtriam nos præſtitutos eſſe pollicemur.

AONII

 A

AONII PALEARII VERVLANI ORATIO IN L. MVRÆNAM AD IVDICES, SCRIPTA AD EXERcitationem. B

NVnquam ego putaui, Iudices, cum vel fortiſſimus vir
ciuitatis C. Piſo legem de ambitu ferret, vel M Tul- C
lius reſtituendam curaret ſumma contentione, ludi-
brio læſum iri dignitatem populi Romani: quæ ſi iis
tam chara eſſet, quam ſolent prædicare, qui primo
quoq; verbo Patres patriæ, cuſtodes libertatis, conſeruatores fortuna-
rum noſtrarum appellari volunt, nũquam profecto L. Muræna con-
ſul niſi ſaluis legibus renunciatus, ac defenſus fuiſſet. Quod ſi comi-
tiis & auſpiciis conſularibus conſecrati hominis tanta habenda ra-
tio eſt, vt in eum lege agi non liceat: quid opus fuit pro Calpurnia ſu- D
perioribus annis tumultuoſis concionibus ad Bellonæ vocari popu-
lum Romanum? quid proximis menſibus Senatum haberi frequen-
tem, & iuratos etiam adhiberi, vt ſententiam fortiter & grauiter
dicerent de pœna augenda? In quem obſecro? ſi quis per ambitum con-
ſulatum eſt adeptus, antequam ineat, his artibus ſe eripit, & tegit
inuolucro religionis? Quaſi vero in ea ciuitate non ſimus, in qua
ſæpe alij ſe conſulatu vltro ſanctiſſime abdicarunt, alij legibus coa-
cti turpiſſime ſunt deiecti Nulla enim bona auſpicia ſunt contra pa- E
triam, & commune bonum: nulla firma comitia ſine legibus: nullo
modo conſecrari poteſt is, qui primum ſanctiones violat, vt ſit ſacro-
ſanctus. Dij enim immortales, quorum puræ ſimplicesq;, omnia
perſpiciunt, ac vident: neq; eos admittunt, neq; cum iis communi-
cant, quorum animi cupiditatibus infecti, & falli, & alios fallere
conſueuerunt. Quod ſi ſolennis precatio tantam haberet vim, vt ratũ
firmumq; ſit, quod hoc ritu petitur: meminiſſe Iudices debetis, Tri-
bunos & Conſules conſecratos religione ſigillatim in lege iſta ferenda,
quod

A quod fauſtum, felix, fortunatumq́; ſit Senatui, Populoq́; Romano, fuiſſe deprecatos. Quod ſi omen prærogatiuum tantum ſemper valuit, quantum ex Hetruſcorum diſciplina didicimus, & à patribus eſt obſeruatum: nolite contemnere, iiſdem omnibus prius fuiſſe ſancitam legem, quàm conſulem declaratum Muranam. Sed per Deos, Iudices, quid hoc eſt? quid inſinuatio? quid commendatio præ ſe fert conſularis, niſi ambitum admiſſum? Quare ad huiuſmodi artes neceſſe fuit conuerti oratorem: qui ſi aperte cōcederet, ac deprecaretur, B & veniam peteret, eſſet fortaſſe ferendus: nunc cum tam audacter neget, & temere inuehatur in M Catonem, & Ser. Sulpitium, grauiſſimos & ſapientiſſimos viros: non dubito, Iudices, me bonis omnibus gratum eſſe facturum, ſi eorum cauſam ſuſcipiam, qui non tam accuſari Muranam, quam comitia & legem ſanctiſſimam de ambitu defendi volunt. Quod primum abs te M Tulli ſi Cato deſiderauit, non eſt mirandum. Tunc cum homo nouus, ob opinionem integritatis ad conſulatum fuiſſes prouectus: cumq́; principem iuuen-C tutis & nobilitatis L. Catilinam, vt de conſulatu deturbares, legem Calpurniam aucta pœna reſtituiſſes: auſus es eius cauſam ſuſcipere, qui de ambitu poſt eam legem primus ab integerrimis viris eſt accuſatus? Iſtuc factum M. Tulli (ita me Dij ament) nunquam non modo nobis, ſed ne tibi quidem probabis. puto enim te, nos putare tua virtute in hunc locum perueniſſe, non arte prenſandi, ac ſalutandi, & comparandi ſuffragatores: quam quia neſciret Sulpitius, eum à conſulatu decidiſſe perbelle arguis. in quo non poſſum non mirari ve-D hementer, hominem in cauſis agendis exercitatum, imprudenter propè fuiſſe confeſſum, iis rationibus, quibus naſcitur ambitus, in comitiis fuiſſe ſuperiorem Muranam: in quibus ſuperari ſe facilè paſſus eſt Sulpitius. Quod ſi his artibus viciſſet, neq́; Catoni, neque bonis cæteris amicus eſſe, neq́; abs te defendi ſe in animum poterat inducere. Nam quod conſul eſſes, magis te legibus putabat obſtrictū, maiorem habiturum fuiſſe rationem æquitatis, minus daturū amicitiæ: nanquam commiſſurum, vt qui per ambitum, & largitio-E nem factus eſſet conſul, defendi ſe à laudato conſule ſperaret. An ſi L. Catilina Cos. deſignatus fuiſſet, verſareturq́; in eo periculo, in quo vidiſſes eſſe Muranam: putaſſes ab eo, qui conſulatum gereret, defendendum? Nimirum facile nobis placemus, aſſentamurq́; nobis ipſis: vnde data eſt via, vt peccemus in omni vita. Fit aliquando, cū alterari cum aliquo incœperimus, & ab eo metuere, qui cum gerimus inimicitias, vt obſeruemus clanculum quid agat, quibus cum ſit, quid in conuiuio iratus dicat, quid ſcorto receperit: quod et ſi ſciamus non eſſe facturum, clamamus tamen, vt conjiciamus in vinculas ho-

las hominum, ut cogamus deſperationem in conſilium adhibere, A
& fortaſſe etiam indicta cauſa vel laqueo gulam frangimus, vel ſecuri percutimus: & gloriamur poſtea, quod ſeueritatis perſonam à Republ. nobis impoſitam pulcherrimè ſuſtinuerimus: & non potius res noſtras, & nos ipſos. Venit alter totus ex mendo compoſitus, humilis, demiſſus, abiectus, qui pro ſe cauſam dici vult: quid hunc recipimus? quid defendimus? quid amplexamur? ſcilicet vt miſericordiæ & lenitatis agamus partes? neq; pudebit dicere, quicquid id flagitij eſt, facere nos hominib. & Dijs approbantibus: quibus quoniam B
non poſſumus illudere, nihil erit mirandum, ſi aliquando pœnitebit. Sed quoniam, Iudices, qui ante me dixerunt M. Craſſus, Q. Hortenſius, M. Tullius, eloquentes viri, in rei horum campis educati, non cōtenti fuerunt de crimine tantum dicere, ſed liberius vagari voluerunt, in quibus M. Tullius veluti aſſuetus in prælijs equus, ferox ac terribilis, vt vid. ſtis, nunc petebat Seruium, nunc procurrebat in Catonem: liceat mihi obſecro, bona cum venia veſtra, antequā de ambitu dicam, non deſcendere in arenam, & certamen cum eo, qui vt C
de Pericle dicebatur, fulmen in lingua gerit: ſed veritatis ſuſtinendæ cauſa, verecundè & pudenter reclamare magno oratori, ne qui ad facultatem iuris ciuilis, quæ per ſe honeſtiſſima eſt, & ſanctiſſima, aut ad Stoicorum diſciplinam, à ſummis philoſophis probatam & cultam, ſe conferre velint, huius opera abducantur: vt optimis viris, & ſtudijs optimis defenſis, à bonis ineam gratiam: quod nulla exercitatione dicendi, nulla eruditione, nullis opibus proprijs, aut amicorum fretus, ſed æquitate & humanitate veſtra, Iudices, non D
ſim veritus repugnare eloquentiſſimis, & conſularibus viris, & propter integritatem comitiorum inimicitias ſuſcipere cum L. Muræna graues & periculoſas: quem ſi tantum offendi putarem, multa M. Tulli in præſentia dicerem de Aſia rebus quæ prætereo: quibus fortaſſe concederes, non ineptum omnino fuiſſe Catonem, qui Aſiam obiecerit. Nam omnes nos quidem ſcimus continentiam illam incredibilem eorum, qui cum Lucullo fuerunt in Aſia, & miram obſeruantiam veteris diſciplinæ: quod non vtrem, non follem, non E
falculam quiſquam ſuſtulerit in tanta præda. qui id fieri potuit, niſi exemplo eorum, qui exercitui praerant? quam ob rem quis miretur, ſi in luxuriæ ſedibus, & rerum omnium affluentia dicto audientes milites, non otium aut deſidiam, ſed ſigna ſecuti, bellum omne confecerunt? Ipſe vero legatus, quid? miror in his literis fuiſſe prætermiſſum, quæ data ſunt à Lucullo ad Senatum, dum alij omnes conuiuia inirent, ac ſaltarent, qua continentia ad focum ſedens, rapam coquebat, qua ſcilicet aſſueſceret cœnaturus aliquando in Apolline.

Ex quo

A Ex quo dubitaui ſæpe, an his literis teſtata ſint omnia, in quib. neq; illud erat, vbi gentium L. Muræna fuiſſet eo tempore, cum iumenta illa onuſta auro impedimento fuere, ne Rex caperetur: cumq; à noſtris militibus in Ponto collectis diligentiſſime ſarcinis Mithridates effugit è manibus. Nam quod ne teruncium quidem ex Aſia aſportauerit Muræna, vel illud argumento eſt, quod à tribus magnis oratoribus certatim defenditur: neque interim vnus aut alter rabula eſt in foro venalis, qui non adſit aduocatus. Num hæc parua ſigna
B ſunt integritatis, & continentiæ? Quæ quoniam omnia tam nota ſunt populo Romano, quàm quæ maxime: venio ad dignitatem generis, in qua ſatis aſſecuti videmur, quod parem orator, non ſuperiorem fecerit Murænam. Quouſque tandem Iud. eloquentia iſte potens ac exultans ſperabit, & mentis & oculorum aciem nobis præſtringere? quid non audebit perſuadere? quid verebitur dicere eis, quid genus patriciorum & equitum cum plebeio pari eſſe dignitate contendit? quæſo ne ita nos ſtolidos eſſe & truncos, & ſtipites arbi-
C tretur, vt non intelligamus, cum Romulus ex omni ciuitate centum patres delegiſſet, eandem noluiſſe patricij generis & plebeij fore dignitatem. Quid Tarquinius, cum ſummo conſenſu populi Romani regnum obtinuiſſet, vt gratiam optimis referret, centum in patres legit? loca patribus & equitibus in Circo diuiſit, vt honeſtiſſime ludos ſpectarent: non putauit patricios & equites plus quàm cæteros affici ornamento? Quid cum L. Brutus, parens libertatis noſtræ, ex lectiſſimis equitibus, & patricijs trecentis Senatorum ſum-
D mam confeciſſet, voluit nihil intereſſe hos ab ijs, qui in illum ordinem non conſcriberentur? Sunt & plebeijs familijs honores magni, atque ampli: quis neget? Quot patrum noſtrorum memoria de plebe accepimus magiſtros equitum, conſules, domi militiaque claros? Quot nos vidimus, & quotidie videmus de plebe delectos Imperatores curru aurato, patricijs plaudentibus congratulantibus equitibus, Capitolium aſcendere? quos non deprimimus, cum laudamus patricium genus, & equeſtre: tantumq; abeſt vt ob has laudes plebs
E rurſus in Auentinum ſecedat, vt proximis ſuperioribus annis per M. Cottam non obſcurè tulerit, ne equites ſoli, ſed & patricij quoque iudicarent. Nouit enim plebs Romana vſu quotidiano ex antiquis familijs, veluti ex ſeneſcentibus arboribus ſæpe eſſe traduces, qui non modo patrum & auorum dignitatem vultus, & corporis formam referant, ſed antiquos mores, & animi effigiem non mutant. M. Scaurus cùm vetuſtiſſima familia ortus eſſet, & patrem & auum proauumq; habuiſſet obſcuros & tenues, inter mortuam generis & virtutis exuſcitauit nobilitatem. An. P. Scipio, cùm per ætatem non

liceret,

literet, ampliſſimos magiſtratus aſſecutus, & cum imperio miſſus ad A
bellum ingens & periculoſum fuiſſet, niſi ſplendor generis magnam
concitaſſet expectationem & opinionem virtutis. Quod ſi in bellua-
rum fœtibus permagni refert, ex qua ſobole catuli ſint: nihil intereſſe
putas in hominum genere, in quo mentem ipſam ſæpiſſime trans-
fundi videmus? Neque hæc ignorat Cicero: ſed id incommodi affe-
runt ſemper homines noui, vbi in altiorem locum proueh untur, vt
nullis finibus ſe contineant: at, veluti cum Senatu pugnarint; iactët
ſe refregiſſe clauſtra nobilitatis. Fuit C. Marius fortiſſimus vir, & B
prope cœleſtis: is Iugurtinum bellum confecit, Teutonas & Ambronas
fudit: Cimbros deleuit: eas tamen in Rep. turbas fecit, eas ſtrages de-
dit, vt non minus patricij ad ædẽ Veſtæ, quam ad aquas Sextias bar-
bari ſanguinis ſit fuſum. Quod non eo dico, vt iudicium & æquita-
tem pop. Romani improbem, qui voluit ſemper aditũ virtuti patere
ad omnes honores: ſed vt contendam, illiberaliter facere eos, qui ſedi-
tionem alunt in ciuitate, qui negant ab illuſtrib. viris aliquid pro-
ficiſci ad poſteros, quo nobilitas ſit præferenda. Vnde vero tandẽ De- C
cios, Calpurnios, Marcellos, Scipiones, & cætera robora illa Reip. ha-
buimus? ex quibus nati, ſi tales ſunt qualis Sulpitius, ingrati eſt eo-
rum in comitijs non meminiſſe, inuidi ſplendorem contemnere, im-
probi non admirari virtutem: de qua diutiſſime dicere poteram, &
quidem debebam optime Serui: dicam tamen breuiſſime, quod vnã
omnes veluti diuinum quiddam videant elucere ſanctitatem tuam.
fides, pudor, iuſtitia, temperantia te ſic illuſtrem facit, vt nihil indi-
geas luce orationis. Quare non Sulpitio; ſed virtuti putat Cato fieri D
iniuriam: negat vero diu ſaluam Remp. eſſe poſſe, in qua dignior cõ-
ſulatu habeatur, qui cum hoſtib. aliquando dubio marte contende-
rit, quàm is qui cum cupiditatib. explorata victoria pugnarit, & vi-
cerit ſemper. Magis ab iis periculum eſſe Reipubl. clamat, qui per di-
uiſores populum corrumpunt, qui leges negligunt: quàm à Regibus
ipſis, quibus cum hoc tempore Cn. Pompeius bellum gerit. Fuit pa-
trum noſtrorum memoria in Italia Pyrrhus, tentaturus quid ferret
ſors, quem hera regnare voluiſſet: fuderat exercitum noſtrum, ac fu- E
garat. domi tamen integritas Fabritij, Apij fortitudo, Curij conti-
nentia erat: quas expertus hoſtis, & admiratus, victus abijt: quod
ij eſſent homines Romæ, quibus dij immortales ſuperiores eſſe nõ poſ-
ſent. Fuit in Italia Annibal multos annos, & prope omnia occupa-
rat, præter integritatẽ & prudentiã ciuium: quorum vno conſilio Sci-
pio in Africã miſſus eſt, & Italia belli terrorib. liberata. Quo in loco
libenter iſtos rogarim, qui ad rem bellicam omnia referunt: quid P.
Scipionis ad Ticinum? quid T. Sempronij ad Trebiã? quid C. Flami-

A *ad Thraſimenum concurſus cum magnis copijs, profuit populo Romano? C. Minutij ferocia damnum attulit, T. Terentij ſtudium pugnandi ignominiam & calamitatem Gannenſem: quid ipſe Q. Fabius Maximus armis? quid Claudius Marcellus virtute illa militari efficere tandem potuit? erat nihilo ſecius in Italia Annibal, omnia ferro igniq; vaſtabat. Vnum illud conſilium prudentiſſimorum ciuium, qui ad gubernacula Reipublicæ ſedebant, magnum imperatorem, qui in Hiſpania victor per Pyreneum & Galliam vi erum-*
B *pens, per anguſtias Alpium, per conualles gelu & pruina rigentes, per iuga altiſſima niue obducta, & præcipites rupes peditum octoginta, equitum millia decem traduxerat: tot poſtea rebus feliciter geſtis vnum, vnum conſilium fregit, fugauit, Italia expulit. Eſt quidem Africani nomen illuſtrius, quàm eorum qui conſilium dederunt: non tamen propterea negandum, iſtos ipſos fuiſſe autores omnium commodorum. Iiſdem conſultoribus bellum geſtum eſt contra Antiochum, & Græcia prouincia decreta eſt L. Scipioni: de quo cum Sena-*
C *tus dubitaret, an belli molem poſſet ſuſtinere ſtatuit, vt legatus fratri Africanus proficiſceretur: quo conſilio Antiochus victus, omnib. prouincijs citra Taurum montem ceſſit. Quis hic non videat prudentiam ciuium, expendentem munia Imperatorum, à quibus ſi præclara quædam proficiſcuntur, & ex vrbana prudentia optimi Imperatores: quis neget, armis imperatorijs vrbanam togam anteponendam? An non hac ratione Deos ipſos colimus? fatemurq; autores omnium rerum, quæ à nobis geruntur: quòd mentem & conſi-*
D *lium ſuum nobis impertiant? Quid Senatus frequens? quid conciones ad populum? nonne concilia quædam videntur Deorum immortalium, quæ ab Homero & antiquiſſimis poetis deſcribuntur? Dicunt illi ſententias graues, & ex fati firmitudine regunt orbem terrarum: agunt Senatores & conſulares viri de Rep. & ex legum conſtantia tot vrbes, tot gentium regna tot nationum prouincias moderantur: mittuntur, ſi quando opus eſt, non vulgares Dij cum mandatis ad Priamum, ad Agamemnonem, ad primores Argiuorum:*
E *perferunt legati populi Romani mandata ad Reges & principes ciuitatum, quæ ad Orientem & Occidentem ſolem ſpectant. Illi ſæpe religione violata, concitatis tempeſtatibus fruges perdunt, pecora exterminant, vrbes delent: læſa dignitate populi Romani, iubentur veluti miniſtri & aſſeclæ voluntatis Senatus, mature cum exercitu exire Imperatores, qui excurſionibus agrum vaſtent, diripiant pecuaria, oppida euertant. Qui & quales hi ſunt viri, qui hæc mandare poſſunt imperatoribus? Ex his vnus eſt, atq; ampliſſimus, Sulpitius, qui cùm multos abhinc annos ad Rempubl. acceſſiſſet, arbi-*

traba-

trabatur ſe aliquanto digniorem eſſe in petitione conſulatus militari homine, qui forum nunquam attigiſſet. Ea de re declamauit, & vidiſtis Iudices, is, qui multis viris nobilibus prælatus eſt ob hæc ipſa ſtudia vrbana, & ciuilem prudentia, ſenatoriamque dignitatem: quam cum Sulpitius ſcientia iuris ciuilis honeſtaſſet. putabat aliquid habere ſe quod non obeſſet petitioni conſulatus. Nam cum à pueritia gloriæ deſiderio arderet, vt omni genere laudis excelleret, cum diligenti obſeruatione oratorum noſtrorum, tum imitatione Atticorum hominum caſtum purum, cultumque dicendi genus aſſecutus eſſet, totum ſe, vt ex arte diceret, ad Græcorum rhetorum præ- B
cepta conuertit. Athenas profectus. auditis oratoribus Græcis, ad philoſophiam quoque animum appulit & liberales artes, in quibus partitionem non fecit, ſed vniuerſas eſt complexus: ex quibus vix credibile eſt, quæ ornamenta & adiumenta in vrbem reportarit. quæ ab illo ſcripta ſunt eo tempore, ſunt in manibus omnium. Poterat ijs eſſe contentus, niſi magnitudine ingenij noluiſſet in ſecundis conſiſtere. Vtebatur familiariter Scæuola: quem cum ſapien- C
tem haberi & eſſe intelligeret, eius monitu non ſatis dignum putauit oratorem cui primæ deferrentur, qui vel iniuria vel iure aliquod factum contendat: & ipſe ignoret quid ius ſit, quid æquum, qui ſenſus latorum legum. quod ſi turpe eſt argentarium menſis palam propoſitis, cum pecunia numeranda eſt, currere ad fœneratorem, & verſuram facere: an oratori erit honeſtum, cum cauſa dicenda eſt, curſare ad iuris peritum, vt eius opera vtatur? Philoſophiam in oratore Hermagoras requirebat: an earum rerum peritiam quæ quo- D
tidie verſantur in foro contempſiſſet? hoc conſilio ius ciuile didicit: at in ætatis maturitate nihil ſibi putauit antiquius, quam prodeſſe ciuibus ſuis. quare ad ius ſcribendum animum adiunxit, quo ſine nullam putat ſtare poſſe Rempublicam. Tulit id grauiter M. Tullius, quod relictis ſtudijs oratorijs veluti minoribus, pluris facere Seruius videretur ſcientiam iuris peritorum. Diſſimulauit aliquando, ſed occaſionem nactus tandem erupit: inuectus eſt & cauillatione vſus liberius quam deceret conſulem populi Romani. E
Quid ergo eſt? fuerunt illa quidem à Cicerone contra iuriſperitos luculenter, fuerunt ingenioſe dicta, fateor: oſtendit in his Cicero aciem ingenij ſui, confiteor: perſuaſit etiam quibuſdam, quod eſt finis oratoris, fortaſſe: at ſi falſa eſſe contendam, non facio iniuriam. neque enim oratoris officium eſt vera dicere, ſed appoſite dicere ad perſuadendum: verſatur enim orator ſæpiſſime in eo, quod dialectici & rhetores probabile appellant. Colligam tamen omnia ſtrictim, quod de M. Catonis ſtudijs etiam, de lege ambitus, de accu-

A ſatione eſt dicendum. Ridet M. Tullius Cicero iuriſperitos, & ſu-
ſpirat. M. Porcius Cato: ſuſpirat, & quid inquit? Dij immorta-
les quam ridiculum conſulem habemus: quibus paucis, præclaro-
que ſuſpirio, putabat Seruius ſatis fuiſſe reſponſum. Sed occurro e-
go deſiderio & expectationi multorum, Iudices. Quid primum obij-
cit? obſeruatione dierum vulgata à Cn. Flauio ſcriba, imminutam
eſſe autoritatem & exiſtimationem iuriſperitorum: nunquam me-
hercule iureconſulti in eo poſitas iuris fortunas putarunt, vt ab edi-
B tione dierum ius penderet: cum commune quicquam nihil habeant
dies cum ratione iuris. id facile probant, quod in iuris definitionem
dies non cadat. An non hoc illi ſimillimum eſt? tribulis meus ho-
mo agreſtis, ſed non indoctus, ſanctiſſimos putat eſſe pontifices, quod
dibaphum induant: num ſi omnes dies faſti eſſent, ius eſſet minus
ſanctum? num minor eſſet autoritas iuriſperitorum? ius ipſum per
ſe ſanctum eſt, natum profectum ab æternis illis mentibus, quæ in
nos ſæpe vltro ſe transfundunt, & monent quid rectum, quid iu-
C ſtum ſit: vt honeſta imperemus, prohibeamus contraria. Deos ipſos
non videmus, ſed hanc eorum præpotentem vim ſæpe in animis
ſentimus, ita vt ardeamus aliquando ira, ſi quid iniuſte fieri vi-
demus: lætemur, ſi quid ſit benefactum: damnemus culpam, de-
fendamus innocentiam, virtutes præmijs, vitia ſupplicijs digna iu-
dicemus: hoc quicquid eſt, diuinum profecto eſt. Quod ſi, veluti
Deorum interpres explicant appoſite, & nobis enunciant iuriſcon-
ſulti, quis neget magna eos eſſe ſanctitate, & ſumma debere apud
D omnes eſſe exiſtimatione? Proximum huic caput eſt, quo formulas
Iureconſultorum veterum ridet. Dolent iuriſperiti non ſe, ſed opti-
ma & aurea tempora indigniſſime rideri, ab eo præſertim, à quo
minime erat expectandum: quaſi riſu digna eſſent, non tamen
ridendum putant ius ciuile. nam formulæ multæ immutatæ ſunt,
& poſſunt immutari quotidie: abeunt & redeunt dicendi modi:
ſtabile tamen ius eſt, & firmum, quandiu humanum genus
rationis eſt particeps. Quod vero quæritur formulas & notas præ-
E ſcribi à iuriſperitis, vt omnibus rebus interſint: quæritur præter æ-
quum & bonum. eſt enim id profecto perquam neceſſarium. Nam
ſi cuique eſſet integrum ſcribere ac dicere ex animi ſui ſenſu, con-
trouerſiis nullus eſſet modus: vix cum in anguſtiſſimum locum res
adducta eſt, vt formulis ipſis & compoſitis notis omnia diſtinguan-
tur, id poſſumus aſſequi, ne ex ſcripto litigent homines, ne quotidie
manum & ferrum conferant. Dij boni, quæ turbæ eſſent, ſi
petitiones, reſponſiones, pacta, conuenta, ſtipulationes, teſtamenta,
iudicia nullis cancellis continerentur? an non hoc eſſet homines
reuoca-

Digitized by Google

reuocare ad ſyluas? Atque vt ad ſingula appoſite cum iuriſperitis reſpondeam, reieci in hunc locum, quod tenuem ſcientiam appellauit iuriſperitorum: quod res paruæ ſunt, prope in ſingulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ. Quod ſi hic tantum exprobraſſet M. Tullius, aiunt ſe id potuiſſe ferre. Quid ergo eſt? queruntur, ſæpe in alijs orationibus effuſum eſſe hoc virus acerbitatis. Quid, inquit, me ad verborum anguſtias, & ad omnes literarum angulos reuocas? Rogant iuriſperiti, an non hoc idem ſit in philoſophia, & in oratoria ipſa facultate, non modo apud Latinos, ſed etiam apud Græcos? Sed quoniam monent quidam, in oratione Latina non plus nos debere Græce loqui, quam in Græca Latine: ſeruemus inſtitutum, adhibeamus exempli cauſa voces Latinas. Quantum intereſt ſi dixerit Teucer, cum occiſus eſt Aiax aderat Vlyſſes: vel, aberat Vlyſſes? quantum ſi dixerim, Abduxit Virginem, aut Virginem adduxit Thraſo? Tantum intereſt, vt ſtolidus omnino ſit, qui non videat quantum intereſt. At id eſt ex ſingulis literis: quid poſſint interpunctiones, videamus. Nicomachi filius vir bonus minime multos lædit: quanti eſt interpunctio? Vir bonus minime: vel minime multos lædit. Et ex rhetoribus illud, Teſtamento Rex iuſſit poni ſtatuam auream haſtam tenentem, quanti refert quo loco ſit interpunctio: an ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat, an haſta aurea tantum? Quod vitium ne ita facile vitari poſſe dicat Cicero, viderit ipſe in illis verbis, dum iuriſperitos ridet. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Incertum dubiumque eſt, an mulieres voluerunt, an maiores voluerunt. Et in oratione quam habuit pro C. Rabirio perduellionis reo, rogabat Labienum: Cum omnium ordinum homines, qui in ſalute Reipublicæ ſalutem ſuam repoſitam eſſe arbitrabantur, arma cepiſſent quid tandẽ C. Rabirio faciendum fuit, de teipſo Labiene quæro? Falli quis poterat, num quæro quid faciendum fuit C. Rabirio de teipſo: vel (vt certe eſt) Quæro de teipſo Labiene, quid faciendum fuit C. Rabirio? quod interpunctione vel coniectura dignoſcimus. Sexcenta ſunt, ne omnia proſequar, in ſcriptis tuis M. Tulli, & antiquorum, quæ egent interpunctionibus. quid ergo obtrectas de interpunctionibus vni facultati iuriſperitorum? Quod clamas, genera tutorum mulierum poteſtate contineri commmento iuriſperitorum: ſi ea genera ſunt, quæ prætoris permiſſu mulieribus poſſint concedi, poteſtatem prætoriam bene video, mulierum quidem nullam: ad coemptiones faciendas ſenes repertos interimendorum ſacrorum cauſa, nihil eſt quod accuſes. quaſi vero non

A *ſatis ſint matronæ vſu uxores, vt priuata ſacra ſolennia, perpetua maneant: hæc quæ in manum conuenit, columen eſt familiæ, præſidium fortunarum, dulcis & contubernalis hæres. Nam quod inſimulas ac imponis, credo ioco, quia in alicuius libris, exempli cauſa, id nomen inuenerant iuriſperiti, putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias vocari: nimium lepidus es, qui cum teneas omnem antiquitatem, res Romanas Græcis velis eſſe notiores quam tibi. ſæpe illi celebrant Caias appellatas uxores per coemptionem, ob Caiam Cæciliam, honeſtam & lectam mulierem, quæ vni ex Tarquinij liberis nupta eſt: cuius ſtatua in Anci templo conſtituta fuit, cum ſandalijs & colo, quæ domeſtica curæ & frugalitatis eſſent monimenta. Ecquis alius eſt? Nunc in memoriam redeo: familiaris tuus M. Varro, qui deſcriptiones temporum, qui ſacrorum iura, qui omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuit: is lanam cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caia Cæcilia vocata eſt, in templo M. Anci fuiſſe ſcribit: factamque ab ea togam regiam vndulatam in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vſus: unde factum eſt, vt nubentes virgines comitetur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Caiæ ergo appellatæ, vt frugi eſſent, cuiuſmodi fuit Caia Cæcilia. Quod de arbitro & iudice, de die tertio & perendino, de lite & re obijcis, nolo plura dicere. hoc tantum dicam, de verborum ſignificatione à nullis diligentius fuiſſe ſcriptum, quam à iuriſperitis: atque hoc ipſum, quid Arbiter ſit, quid Iudex, ab iſtis ipſis hominibus nos copioſiſſime ſcire. Quod ergo colligis, Dignitas in iſta ſcientia conſularis nunquam fuit: qui id probas? Quæ tota ex rebus fictis, commentitijſque conſtaret: id negant iuriſperiti, quod ex rebus veris certiſque eorum ſcientia ſit. An obſecro ſtatuere, quid æquum iuſtumque ſit, ſuum cuique tribuere, quæ facienda ſint iubere, prohibere contraria, res ficta & commentitia ſunt? Gratiam ſibi ex hac facultate homines comparare non poſſunt. Hæc prima laus eſt iuris ſcientiæ: aſſentatoris & Sophiſtæ, ſimulatoris ac diſſimulatoris forenſis eſt aucupari gratiam. Atque vt mirere, ob idipſum quod gratiam comparare non poſſunt, ob idipſum ſunt gratioſi. Quod omnibus & patet, æque promptum eſt mihi, & aduerſario meo, id ius æquabile eſt: quod neque diſtinguit diuitem hominem ab inopi, neque amicum ab inimico. tantumque abeſt vt verum ſit quod obijcitur, quod neque extra Romam vſquam, neque Romæ valeat hæc facultas: vt iudicio aliquando tuo, ſi tibi conſtans eſſe vis, nihil pluris ſit ad regendas urbes hac vna facultate. Quod deducis, hac ſcientia peritum*

(Margin letters: B at "ptionem, ob Caiam", C at "ci fuiſſe ſcribit", D at "bus nos copioſiſſime", E at "diſſimulatoris forenſis".)

neminem haberi poſſe, quod in eo quod ſciunt omnes, nullo modo poſſunt inter ſe diſcrepare: quod ſumis; hoc erat probandum. Quod ſciant omnes: id quoque ſi probes, non vides quo te includas. neceſſe eſt, eos omnes qui ſciant, eſſe peritos: & qui tales ſint, in peritis haberi. Difficilis res non putatur, quod & perpaucis, & minime obſcuris literis continetur. Vtinam iſtuc vere diceres M. Tulli. quid ſi alibi dixiſti, Artem iuriſperitorum vberem & diſſipatam? an non vna hac ex omnibus Græciæ ciuitatibus accepta iura, & noſtrorum ſapientum reſponſa, plebiſcita, ſenatuſconſulta, decreta, leges continentur? parua ergo facultas? Quod ſi, vt in Græco prouerbio eſt, quæ difficilia ſunt, ea pulchra: pulcherrima eſt facultas iuriſperitorum. Multa ſunt perpendenda ex iure natura, quod non omne genus cauſæ ſcriptis potuit comprehendi, nec comprehendetur vnquam: quæ relicta ſunt ingenijs vnis iuriſperitorum. Illud vero quanti eſt? quod Latinis, puriſque literis ſunt omnia illuſtranda, & iuriſperitum in primis bene oportet eſſe eloquentem? Huc accedit, quod ſi philoſophia, quæ ad mores attinet tantis laudibus digna eſt, quantis eum extulit ſemper Cicero, quod mater omnium artium ſit, donum & inuentum Deorum: non video, qui reijcere poſſit hanc facultatem, quæ pars optima eſt moralis philoſophiæ, ſine qua non regna, non vrbes, non denique vita hominum ſtare poteſt: quam qui contemnendam putat, is vincula reuellit, non modo iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitæque communis. Quid vero eſt tam neceſſarium retinere in vrbe, quam prudentiam ciuium? quid tam admirabile, quam vnum aliquem exiſtere vſu & exercitatione probatum, qui noſſe poſſit animi eorum ſenſum, qui multis ante annis fuerunt? quid tam denique vtile, quam leges aut ſcribere, aut reſtituere, aut tractare ad communem vſum: & prouidere, ne quem mali habeant nocendi locum? hæc curat Sulpitius; interpres legum, propugnator iuris, defenſor æquitatis: & propterea acceptiſſimus M. Catoni, integerrimo viro: præter quem non habet Reſpub. mihi credite Iudices, non habet Reſpublica vnde præſidium expectet, qui conſoletur, qui auxilium ferat, cuius fidem imploret. In ſummum periculum atque diſcrimen adducta eſt: diuino quodam iudicio M. Cato venit, non incidit in diſciplinam: quam oppugnat, rerum vel neſcius, vel diſſimulator M. Tullius. Vna hæc eſt, quæ poteſt ægrotis & infectis animis ciuium mederi. vix credibile eſt, quam late diffuſa peſtis per omne corpus Reipublicæ graſſetur, ad quam propulſandam non Epidaurum mittendi legati, non Aeſculapio opus eſt, ſed ſeueritate veſtra Iudices, & reſtitutione veteris diſciplinæ. auaritia, libi-

A (margin, line 1) B (margin, beside "iura, & noſtrorum") C (margin, beside "quentem? Huc accedit") D (margin, beside "prudentiam ciuium") E (margin, beside "habet Reſpublica")

A *do, luxuria, audacia omnia occupauit: non priuata res, non publica antiquum obtinet. animi imbuti malis cupiditatibus, molles, effœminati, diſtorta deprauataque ſunt ingenia: comitia, magiſtratus, leges, quiſque ex ſuo commodo æſtimat: iura diuina atque humana ſeruiunt hominum cupiditati. his miſeris perditiſque temporibus, corrupta ciuitate, non Græcis, non barbaris, ſed nobis ſcripta diuinitus videntur præcepta illa colenda & obſeruanda.*

B *SAPIENTEM GRATIA NVNQVAM MOVERI, NVSQVAM DELICTO CVIVSQVAM IGNOSCERE: NEMINEM MISERICORDEM ESSE NISI STVLTVM ET LEVEM: VIRI NON ESSE NEQVE EXORARI, NEQVE PLACARI.*

Salus ipſa ſi velit non poteſt nos magis ſeruare, quam hæc doctrina: nam cum ſapienter leges à maioribus noſtris conſtitutæ ſint, ne C *æqualitas iuris oppugnari poſſit, illud in primis eſt ſapientis hominis, qui ad Remp. accedit, Gratia non moueri. Sapiens cum is ſit, qui & ſcientia & vimentis rerum omnium comprehendat rationem, rebus veris & certiſſimis ducitur: opinari ergo non poteſt. quid mirum? ſi neque falli poteſt, neque huc neque illuc impelli, quemadmodum ſtultus & leuis, qui in eo ipſo quod ignoſcit, & miſericordia ſententiam mutat, peccat vel improbitate, vel imperitia. Iuras tu populo, recipis Senatui legum cuſtodem fore te, quem* D *video eſſe euerſorem, & non es improbus? Neſcis, multos venire cum lachrymis & ſqualore, vt iuri vim afferant, & non es imperitus? Viri erat, primum ſtatuere quid bonum, quid æquum eſſet: & id recipere, quod eſſet æquum & bonum: deinde neque exorari, neque placari. Nam ſi ignoſcendum eſt, cur huic potius quam illi? vel ſi omnibus ignoſcendum, quid ſunt leges niſi verba inaniſſima?*

E *SOLI SAPIENTES REMPVBLICAM ET ÆQVITATEM ADMINISTRARE POSSVNT, SOLI SVNT LIBERI, SOLI DIVITES, SOLI HONESTI, ET FORMOSI: QVI SAPIENTES NON SVNT, FVGITIVI OMNES, EXVLES, HOSTES, INSANI.*

Hæc ita vera ſunt M. Tulli, vt digna ingenio tuo, poſtulent aliquando abs te illuſtrari. Depone perſonam patroni, remoue cauſam Murenæ: libenter ego abs te hoc iudicio, hoc concurſu doctiſſimo-

rum

A rum hominum audiuerim, quid ſentire in hac re me velis. Nam per Deos, quid hoc tandem eſt? negas ſolos ſapientes eſſe liberos? quos tu mihi alios producis? vindictá ne? cenſú ne? an teſtamento? an eos fortaſſe, ſi Dijs placet, qui multarum ſint imaginum, & perpaucorum hominum, qui æque vitijs ſeruiant? Si animus eſt qui agit, qui moderatur, qui imperat, is ſi captus eſt, quid eſt in homine liberum? Vitiorum crudeliſſimus eſt dominatus, habet qui tergit, qui verrit, aliquod vacuum tempus dum cœnat, dum dormit: aut cupiditates & libidines, magnos Reges neque interdiu neque noctu ſinunt quieſcere. Quid dicam de ijs, qui inuidia, qui odio, qui iracundia quaſi effrenato equo feruntur? qui curſu concitatus, & incenſus calcaribus, neq; ſeſſorem audit, neque habenas curat: quam multa admittunt, quorum e veſtigio neceſſe eſt eos pœnitere? An qui amant, hi ne ſunt liberi? qui in alio ſe dicunt viuere, non mentis compotes: Sæpe in fabulis audimus hæc mancipia metricularum: Egóne illam? quæ illum, quæ me, quæ non? ſine modo: mori me malim, ſentiet qui vir ſiem. Quid poſtea? labaſcunt vel lachrymula, vel vno verbo tam cito, vt ſerui admirentur, ac clament: Dij boni, quid hoc morbi eſt? Adeon' homines immaturier? quæ ſpectacula nobis poetæ valde boni proponunt ſæpe, vt à voluptate, veluti à Circe caueamus, quæ facile homines vertit in belluas: quam quia ſoli contemnunt ſapientes, ſoli ſunt liberi: qui (vel quantulum hoc eſt?) neque nexu dominorum fieri ſerui poſſunt, neque vi abduci, neque ab hoſtibus capi. Siquidem ſapiens non eſt id quod digito demonſtrari poteſt, fragile, mortale, caducum: ſed animus ipſe qui viget, qui meminit, qui ſempiternus ſe mouet. Hunc quis vim afferat? quis faciat vt nolit quæ velit? Quod ſi animi ſola eſt libertas, ſola opulentia: ſoli ſapientes ſunt liberi, ſoli diuites, qui ſua virtute contenti nihil quærunt, nihil petunt, nihil optant amplius. Deſunt multa tetrarchis, deſunt multa Regibus: ſapientes abundant, & beati ſunt, & beare alios poſſunt, & beant infinitos homines: neque propterea eorum copia ſunt minores, non decreſcunt facultates. Sunt in vrbe qui ſuis fructibus alere exercitum poſſunt, & nemo eſt diues. ſunt ex portu, ſunt ex decumis, ſunt ex ſcriptura vectigalia populi Romani, & mira eſt inopia: profecto aut ingenia ciuium, aut vectigalia facta ſunt deteriora. Multi ſunt Publicani: at Fabritij, at Curij, at Coruncani illi locupletes perdiu nulli: qui quod cultu corporis agreſti ac ruſtico fuiſſe dicuntur, multo mihi videntur fuiſſe formoſiores ijs, qui delibuto capillo per forum volitant: quorum animos ſi poſſemus cernere, incredibile odium ſui excitarent. Nihil eſt enim virtute formoſius, nihil turpius vi-

A *Ex quo dubitaui ſæpe, an his literis teſtata ſint omnia, in quib. neq;
illud erat, vbi gentium L. Murena fuiſſet eo tempore, cum iumenta
illa onuſta auro impedimento fuere, ne Rex caperetur: cumq; à no-
ſtris militibus in Ponto collectis diligentiſſime ſarcinis Mithridates
effugit è manibus. Nam quod ne teruncium quidem ex Aſia aſpor-
tauerit Murena, vel illud argumento eſt, quod à tribus magnis ora-
toribus certatim defenditur: neque interim vnus aut alter rabula eſt
in foro venalis, qui non adſit aduocatus. Num hæc parua ſigna
B ſunt integritatis, & continentiæ? Quæ quoniam omnia tam nota
ſunt populo Romano, quàm quæ maximè: venio ad dignitatem ge-
neris, in qua ſatis aſſecuti videmur, quod parem orator, non ſu-
periorem fecerit Murenam. Quouſque tandem Iud. eloquentia
iſte potens ac exultans ſperabit, & mentis & oculorum aciem nobis
præſtringere? quid non audebit perſuadere? quid verebitur dicere eis,
quid genus patriciorum & equitum cum plebeio pari eſſe dignitate
contendit? quæſo ne ita nos ſtolidos eſſe & truncos, & ſtipites arbi-
C tretur, vt non intelligamus, cum Romulus ex omni ciuitate centum
patres delegiſſet, eandem noluiſſe patricij generis & plebeij fore di-
gnitatem. Quid Tarquinius, cum ſummo conſenſu populi Roma-
ni regnum obtinuiſſet, vt gratiam optimis referret, centum in pa-
tres legit? loca patribus & equitibus in Circo diuiſit, vt honeſtiſſi-
mè ludos ſpectarent: non putauit patricios & equites plus quàm cæ-
teros affici ornamento? Quid cum L. Brutus, parens libertatis no-
ſtra, ex lectiſſimis equitibus, & patricijs trecentis Senatorum ſum-
D mam confeciſſet, voluit nihil intereſſe hos ab ijs, qui in illum ordi-
nem non conſcriberentur? Sunt & plebeijs familijs honores magni,
atque ampli: quis neget? Quot patrum noſtrorum memoria de ple-
be accepimus magiſtros equitum, conſules, domi militiaque claros?
Quot nos vidimus, & quotidie videmus de plebe delectos Imperato-
res curru aurato, patricijs plaudentibus congratulantibus equiti-
bus, Capitolium aſcendere? quos non deprimimus, cum laudamus
patricium genus, & equeſtre: tantumq; abeſt vt ob has laudes plebs
E rurſus in Auentinum ſecedat, vt proximis ſuperioribus annis per
M. Cottam non obſcurè tulerit, ne equites ſoli, ſed & patricij quoque
iudicarent. Nouit enim plebs Romana vſu quotidiano ex antiquis
familijs, veluti ex ſeneſcentibus arboribus ſæpe eſſe traduces, qui non
modo patrum & auorum dignitatem vultus, & corporis formam
referant, ſed antiquos mores, & animi effigiem non mutam. M.
Scaurus cùm vetuſtiſſima familia ortus eſſet, & patrem & auum
proauumq; habuiſſet obſcuros & tenues, inter mortuam generis &
virtutis exuſcitauit nobilitatem. An. P. Scipio, cùm per ætatem non*

liceret,

literet, ampliſſimos magiſtratus aſſecutus, & cum imperio miſſus ad A bellum ingens & periculoſum fuiſſet, niſi ſplendor generis magnam concitaſſet expectationem & opinionem virtutis. Quod ſi in belluarum fœtibus permagni refert, ex qua ſobole catuli ſint: nihil intereſſe putas in hominum genere, in quo mentem ipſam ſæpiſſimè transfundi videmus? Neque hæc ignorat Cicero: ſed id incommodi afferunt ſemper homines noui, vbi in altiorem locum prouehuntur, vt nullis finibus ſe contineant: at, veluti cum Senatu pugnarint, iactet ſe refregiſſe clauſtra nobilitatis. Fuit C. Marius fortiſſimus vir, & B prope cœleſtis: is Iugurtinum bellum confecit, Teutonas & Ambronas fudit: Cimbros deleuit: eas tamen in Rep. turbas fecit, eas ſtrages dedit, vt non minus patricij ad ædē Veſtæ, quam ad aquas Sextias barbari ſanguinis ſit fuſum. Quod non eo dico, vt iudicium & æquitatem pop. Romani improbem, qui voluit ſemper aditū virtuti patere ad omnes honores: ſed vt contendam, illiberaliter facere eos, qui ſeditionem alunt in ciuitate, qui negant ab illuſtrib. viris aliquid proficiſci ad poſteros, quo nobilitas ſit præferenda. Vnde vero tandē De- C cios, Calpurnios, Marcellos, Scipiones, & cætera robora illa Reip. habuimus? ex quibus nati, ſi tales ſunt qualis Sulpitius, ingrati eſt eorum in comitijs non meminiſſe, inuidi ſplendorem contemnere, improbi non admirari virtutem: de qua diutiſſimè dicere poteram, & quidem debebam optime Serui: dicam tamen breuiſſime, quod vnā omnes veluti diuinum quiddam videant elucere ſanctitatem tuam. fides, pudor, iuſtitia, temperantia te ſic illuſtrem facit, vt nihil indigeas luce orationis. Quare non Sulpitio, ſed virtuti putas Cato fieri D iniuriam: negat vero diu ſaluam Remp. eſſe poſſe, in qua dignior cōſulatus habeatur, qui cum hoſtib. aliquando dubio marte contenderit, quàm is qui cum cupiditatib. explorata victoria pugnarit, & vicerit ſemper. Magis ab iis periculum eſſe Reipubl. clamat, qui per diuiſores populum corrumpunt, qui leges negligunt: quàm à Regibus ipſis, quibus cum hoc tempore Cn. Pompeius bellum gerit. Fuit patrum noſtrorum memoria in Italia Pyrrhus, tentaturus quid ferret ſors, quem hera regnare voluiſſet: fuderat exercitum noſtrum, ac fugarat. domi tamen integritas Fabritij, Apij fortitudo, Curij conti- E nentia erat: quas expertus hoſtis, & admiratus, victus abijt: quod ij eſſent homines Romæ, quibus dij immortales ſuperiores eſſe nō poſſent. Fuit in Italia Annibal multos annos, & prope omnia occuparat, præter integritatē & prudentiā ciuium: quorum vno conſilio Scipio in Africā miſſus eſt, & Italia belli terrorib. liberata. Quo in loco libenter iſtos rogarim, qui ad rem bellicam omnia referunt: quid P. Scipionis ad Ticinum? quid T. Sempronij ad Trebiā? quid C. Flaminij ad

A *ad Thraſimenum concurſus cum magnis copijs, profuit populo Romano? C. Minutij ferocia damnum attulit, T. Terentij ſtudium pugnandi ignominiam & calamitatem Cannenſem: quid ipſe Q. Fabius Maximus armis? quid Claudius Marcellus virtute illa militari efficere tandem potuit? erat nihilo ſecius in Italia Annibal, omnia ferro igniq; vaſtabat. Vnum illud conſilium prudentiſſimorum ciuium, qui ad gubernacula Reipublicæ ſedebant, magnum imperatorem, qui in Hiſpania victor per Pyreneum & Galliam vi erum-*
B *pens, per anguſtias Alpium, per conualles gelu & pruina rigentes, per iuga altiſſima niue obducta, & præcipites rupes peditum octoginta, equitum millia decem traduxerat: tot poſtea rebus feliciter geſtis vnum, vnum conſilium fregit, fugauit, Italia expulit. Eſt quidem Africani nomen illuſtrius, quàm eorum qui conſilium dederunt: non tamen propterea negandum, iſtos ipſos fuiſſe autores omnium commodorum. Iiſdem conſultoribus bellum geſtum eſt contra Antiochum, & Græcia prouincia decreta eſt L. Scipioni: de quo cum Sena-*
C *tus dubitaret, an belli molem poſſet ſuſtinere ſtatuit, vt legatus fratri Africanus proficiſceretur: quo conſilio Antiochus victus, omnib. prouincijs citra Taurum montem ceſſit. Quis hic non videat prudentiam ciuium, expendentem munia Imperatorum, à quibus ſi præclara quædam proficiſcuntur, & ex vrbana prudentia optime Imperatores: quis neget, armis imperatorijs vrbanam togam anteponendam? An non hac ratione Deos ipſos colimus? fatemurq; autores omnium rerum, quæ à nobis geruntur: quòd mentem & conſi-*
D *lium ſuum nobis impertiant? Quid Senatus frequens? quid conciones ad populum? nonne concilia quædam videntur Deorum immortalium, quæ ab Homero & antiquiſſimis poetis deſcribuntur? Dicunt illi ſententias graues, & ex fati firmitudine regunt orbem terrarum: agunt Senatores & conſulares viri de Rep. & ex legum conſtantia tot vrbes, tot gentium regna tot nationum prouincias moderantur: mittuntur, ſi quando opus eſt, non vulgares Dij cum mandatis ad Priamum, ad Agamemnonem, ad primores Argiuorum:*
E *perferunt legati populi Romani mandata ad Reges & principes ciuitatum, quæ ad Orientem & Occidentem ſolem ſpectant. Illi ſæpe religione violata, concitatis tempeſtatibus fruges perdunt, pecora exterminant, vrbes delent: læſa dignitate populi Romani, iubentur veluti miniſtri & aſſeclæ voluntatis Senatus, mature cum exercitu exire Imperatores, qui excurſionibus agrum vaſtent, diripiant pecuaria, oppida euertant. Qui & quales hi ſunt viri, qui hæc mandare poſſunt imperatoribus? Ex his vnus eſt, atq; ampliſſimus, Sulpitius, qui cùm multos abhinc annos ad Rempubl. acceſſiſſet, arbi-*

traba-

trabatur ſe aliquanto digniorem eſſe in petitione conſulatus militari A
ri homine, qui forum nunquam attigiſſet. Ea de re declamauit, & vidiſtis Iudices, is, qui multis viris nobilibus prælatus eſt ob hæc ipſa ſtudia vrbana, & ciuilem prudentia, ſenatoriamque dignitatē: quam cum Sulpitius ſcientia iuris ciuilis honeſtaſſet, putabat aliq̄d habere ſe quod non obeſſet petitioni conſulatus. Nam cum à pueritia gloriæ deſiderio arderet, vt omni genere laudis excelleret, cum diligenti obſeruatione oratorum noſtrorum, tum imitatione Atticorum hominum caſtum purum, cultumque dicendi genus aſſecutus eſſet, totum ſe, vt ex arte diceret, ad Græcorum rhetorum præ- B
cepta conuertit. Athenas profectus, auditis oratoribus Græcis, ad philoſophiam quoque animum appulit & liberales artes, in quibus partitionem non fecit, ſed vniuerſas eſt complexus: ex quibus vix credibile eſt, quæ ornamenta & adiumenta in vrbem reportarit. quæ ab illo ſcripta ſunt eo tempore, ſunt in manibus omnium. Poterat ijs eſſe contentus, niſi magnitudine ingenij noluiſſet in ſecundis conſiſtere. Vtebatur familiariter Scæuola: quem cum ſapien-
tem haberi & eſſe intelligeret, eius monitu non ſatis dignum putā- C
uit oratorem cui primæ deferrentur, qui vel iniuria vel iure aliquod factum contendat: & ipſe ignoret quid ius ſit, quid æquum, qui ſenſus latorum legum. quod ſi turpe eſt argentarium menſis palam propoſitis, cum pecunia numeranda eſt, currere ad fœneratorem, & verſuram facere: an oratori erit honeſtum, cum cauſa dicenda eſt, curſare ad iuris peritum, vt eius opera vtatur? Philoſophiam in oratore Hermagoras requirebat: an earum rerum peritiam quæ quo-
tidie verſantur in foro contempſiſſet? hoc conſilio ius ciuile didicit: D
at in ætatis maturitate nihil ſibi putauit antiquius, quam prodeſſe ciuibus ſuis. quare ad ius ſcribendum animum adiunxit, quo ſine nullam putat ſtare poſſe Rempublicam. Tulit id grauiter M. Tullius, quod relictis ſtudijs oratorijs veluti minoribus, pluris facere Seruius videretur ſcientiam iuris peritorum. Diſſimulauit aliquando, ſed occaſionem nactus tandem erupit: inuectus eſt & cauillatione vſus liberius quam deceret conſulem populi Romani.
Quid ergo eſt? fuerunt illa quidem à Cicerone contra iuriſperitos E
luculenter, fuerunt ingenioſe dicta, fateor: oſtendit in his Cicero aciem ingenij ſui, confiteor: perſuaſit etiam quibuſdam, quod eſt finis oratoris, fortaſſe: at ſi falſa eſſe contendam, non facio iniuriam. neque enim oratoris officium eſt vera dicere, ſed appoſite dicere ad perſuadendum: verſatur enim orator ſæpiſſime in eo, quod dialectici & rhetores probabile appellant. Colligam tamen omnia ſtrictim, quod de M. Catonis ſtudijs etiam, de lege ambitus, de accu-

A *ſatione eſt dicendum. Ridet M. Tullius Cicero iuriſperitos, & ſu-
ſpirat. M. Porcius Cato: ſuſpirat, & quid inquit? Dij immorta-
les quam ridiculum conſulem habemus: quibus paucis, præclaro-
que ſuſpirio, putabat Seruius ſatis fuiſſe reſponſum. Sed occurro e-
go deſiderio & expectationi multorum, Iudices. Quid primum obij-
cit? obſeruatione dierum vulgata à Cn. Flauio ſcriba, imminutam
eſſe autoritatem & exiſtimationem iuriſperitorum: nunquam me-
hercule iureconſulti in eo poſitas iuris fortunas putarunt, ut ab edi-*
B *tione dierum ius penderet: cum commune quicquam nihil habeant
dies cum ratione iuris. id facile probant, quod in iuris definitionem
dies non cadat. An non hoc illi ſimillimum eſt? tribulis meus ho-
mo agreſtis, ſed non indoctus, ſanctiſſimos putat eſſe pontifices, quod
dibaphum induant: num ſi omnes dies faſti eſſent, ius eſſet minus
ſanctum? num minor eſſet autoritas iuriſperitorum? ius ipſum per
ſe ſanctum eſt, natum profectum ab æternis illis mentibus, quæ in
nos ſæpe vltro ſe transfundunt, & monent quid rectum, quid iu-*
C *ſtum ſit: ut honeſta imperemus, prohibeamus contraria. Deos ipſos
non videmus, ſed hanc eorum præpotentem vim ſæpe in animis
ſentimus, ita vt ardeamus aliquando ira, ſi quid iniuſte fieri vi-
demus: lætemur, ſi quid ſit benefactum: damnemus culpam, de-
fendamus innocentiam, virtutes præmijs, vitia ſupplicijs digna iu-
dicemus: hoc quicquid eſt, diuinum profecto eſt. Quod ſi, veluti
Deorum interpres explicant appoſite, & nobis enunciant iuriſcon-
ſulti, quis neget magna eos eſſe ſanctitate, & ſumma debere apud*
D *omnes eſſe exiſtimatione? Proximum huic caput eſt, quo formulas
Iureconſultorum veterum ridet. Dolent iuriſperiti non ſe, ſed opti-
ma & aurea tempora indigniſſime rideri, ab eo præſertim, à quo
minime erat expectandum: quæ ſi riſu digna eſſent, non tamen
ridendum putant ius ciuile. nam formulæ multæ immutatæ ſunt,
& poſſunt immutari quotidie: abeunt & redeunt dicendi modi:
ſtabile tamen ius eſt, & firmum, quandiu humanum genus
rationis eſt particeps. Quod vero quæritur formulas & notas præ-*
E *ſcribi à iuriſperitis, vt omnibus rebus interſint: quæritur præter æ-
quum & bonum. eſt enim id profecto per quam neceſſarium. Nam
ſi cuique eſſet integrum ſcribere ac dicere ex animi ſui ſenſu, con-
trouerſiis nullus eſſet modus: vix cum in anguſtiſſimum locum res
adducta eſt, vt formulis ipſis & compoſitis notis omnia diſtinguan-
tur, id poſſumus aſſequi, ne ex ſcripto litigent homines, ne quotidie
manum & ferrum conferant. Dij boni, quæ turbæ eſſent, ſi
petitiones, reſponſiones, pacta, conuenta, ſtipulationes, teſtamenta,
iudicia nullis cancellis continerentur? an non hoc eſſet homines
reuoca-*

Digitized by Google

reuocare ad ſyluas? Atque vt ad ſingula apposite cum iuriſperitis reſpondeam, reieci in hunc locum, quod tenuem ſcientiam appellauit iuriſperitorum: quod res paruæ ſunt, prope in ſingulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ. Quod ſi hic tantum exprobraſſet M. Tullius, aiunt ſe id potuiſſe ferre. Quid ergo eſt? queruntur, ſæpe in alijs orationibus effuſum eſſe hoc virus acerbitatis. Quid, inquit, me ad verborum anguſtias, & ad omnes literarum angulos reuocas? Rogant iuriſperiti, an non hoc idem ſit in philoſophia, & in oratoria ipſa facultate, non modo apud Latinos, ſed etiam apud Græcos? Sed quoniam monent quidam, in oratione Latina non plus nos debere Græce loqui, quam in Græca Latine: ſeruemus inſtitutum, adhibeamus exempli cauſa voces Latinas. Quantum intereſt ſi dixerit Teucer, cum occiſus eſt Aiax aderat Vlyſſes: vel, aberat Vlyſſes? quantum ſi dixerim, Abduxit Virginem, aut Virginem adduxit Thraſo? Tantum intereſt, vt ſtolidus omnino ſit, qui non videat quantum interſit. At id eſt ex ſingulis literis: quid poſſint interpunctiones, videamus. Nicomachi filius vir bonus minime multos lædit: quanti eſt interpunctio? Vir bonus minime: vel minime multos lædit. Et ex rhetoribus illud, Teſtamento Rex iuſſit poni ſtatuam auream haſtam tenentem, quanti refert quo loco ſit interpunctio: an ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat, an haſta aurea tantum? Quod vitium ne ita facile vitari poſſe dicat Cicero, viderit ipſe in illis verbis, dum iuriſperitos ridet. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Incertum dubiumque eſt, an mulieres voluerunt, an maiores voluerunt. Et in oratione quam habuit pro C. Rabirio perduellionis reo, rogabat Labienum: Cum omnium ordinum homines, qui in ſalute Reipublicæ ſalutem ſuam repoſitam eſſe arbitrabantur, arma cepiſſent quid tandē C. Rabirio faciendum fuit, de teipſo Labiene quæro? Falli quis poterat, num quæro quid faciendum fuit C. Rabirio de teipſo: vel (vt certe eſt) Quæro de teipſo Labiene, quid faciendum fuit C. Rabirio? quod interpunctione vel coniectura dignoſcimus. Sexcenta ſunt, ne omnia proſequar, in ſcriptis tuis M. Tulli, & antiquorum, quæ egent interpunctionibus. quid ergo obtrectas de interpunctionibus vni facultati iuriſperitorum? Quod clamas, genera tutorum mulierum poteſtate contineri commmento iuriſperitorum: ſi ea genera ſunt, quæ prætoris permiſſu mulieribus poſſunt concedi, poteſtatem prætoriam bene video, mulierum quidem nullam: ad coemptiones faciendas ſenes repertos interimendorum ſacrorum cauſa, nihil eſt quod accuſes. quaſi vero non

A B C D E

 ſatis

A ſatis ſint matronæ vſu vxores, vt priuata ſacra ſolennia, perpetua maneant: hæc quæ in manum conuenit, columen eſt familiæ, præſidium fortunarum, dulcis & contubernalis hæres. Nam quod inſimulas ac imponis, credo ioco, quia in alicuius libris, exempli cauſa, id nomen inuenerant iuriſperiti, putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias vocari: nimium lepidus es, quaſi cum teneas omnem antiquitatem, res Romanas Græcis velis eſſe notiores quam tibi. ſæpe illi celebrant Caias appellatas vxores per coem-B ptionem, ob Caiam Cæciliam, honeſtam & lectam mulierem, quæ vni ex Tarquinij liberis nupta eſt: cuius ſtatua in Anci templo conſtituta fuit, cum ſandalijs & colo, quæ domeſticæ curæ & frugalitatis eſſent monimenta. Ecquis alius eſt? Nunc in memoriam redeo: familiaris tuus M Varro, qui deſcriptiones temporum, qui ſacrorum iura, qui omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuit: is lanam cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caia Cæcilia vocata eſt, in templo M. An-C ci fuiſſe ſcribit: factamque ab ea togam regiam vndulatam in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vſus: vnde factum eſt, vt nubentes virgines comitetur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Caiæ ergo appellatæ, vt frugi eſſent, cuiuſmodi fuit Caia Cæcilia. Quod de arbitro & iudice, de die tertio & perendino, de lite & re obijcis, nolo plura dicere. hoc tantum dicam, de verborum ſignificatione à nullis diligentius fuiſſe ſcriptum, quam à iuriſperitis: atque hoc ipſum, quid Arbiter ſit, quid Iudex, ab iſtis ipſis homini-D bus nos copioſiſſime ſcire. Quod ergo colligis, Dignitas in iſta ſcientia conſularis nunquam fuit: qui id probas? Quia tota ex rebus fictis, commentitijſque conſtaret: id negant iuriſperiti, quod ex rebus veris certiſque eorum ſcientia ſit. An obſecro ſtatuere, quid æquum iuſtumque ſit, ſuum cuique tribuere, quæ facienda ſint iubere, prohibere contraria, res ficta & commentitia ſunt? Gratiam ſibi ex hac facultate homines comparare non poſſunt. Hæc prima laus eſt iuris ſcientiæ: aſſentatoris & Sophiſtæ, ſimulatoris ac E diſſimulatoris forenſis eſt aucupari gratiam. Atque vt mirere, ob idipſum quod gratiam comparare non poſſunt, ob idipſum ſunt gratioſi. Quod omnibus & patet, æque promptum eſt mihi, & aduerſario meo, id ius æquabile eſt: quod neque diſtinguit diuitem hominem ab inopi, neque amicum ab inimico. tantumque abeſt vt verum ſit quod obijcitur, quod neque extra Romam vſquam, neque Romæ valeat hæc facultas: vt iudicio aliquando tuo, ſi tibi conſtans eſſe vis, nihil pluris ſit ad regendas vrbes hac vna facultate. Quod deducis, hac ſcientia peritum

nominem haberi poſſe, quod in eo quod ſciunt omnes, nullo modo A
poſſunt inter ſe diſcrepare: quod ſumis; hoc erat probandum. Quod
ſciunt omnes? id quoque ſi probes, non vides quo te includas. ne-
ceſſe eſt, eos omnes qui ſciant, eſſe peritos: & qui tales ſint, in peri-
tis haberi. Difficilis res non putatur, quod & perpaucis, & mi-
nime obſcuris literis continetur. Vtinam iſtuc vere diceres M.
Tulli. quid ſi alibi dixiſti, Artem iuriſperitorum vberem & diſ-
ſipatam? an non vna hac ex omnibus Græcia ciuitatibus accepta
iura, & noſtrorum ſapientum reſponſa, plebiſcita, ſenatuſconſul- B
ta, decreta, leges continentur? parua ergo facultas? Quod ſi, vt in
Græco prouerbio eſt, quæ difficilia ſunt, ea pulchra: pulcherrima
eſt facultas iuriſperitorum. Multa ſunt perpendenda ex iure na-
turæ, quod non omne genus cauſæ ſcriptis potuit comprehendi, nec
comprehendetur vnquam: quæ relicta ſunt ingeniis vnis iuriſperi-
torum. Illud vero quanti eſt? quod Latinis, puriſque literis ſunt o-
mnia illuſtranda, & iuriſperitum inprimis bene oportet eſſe elo-
quentem? Huc accedit, quod ſi philoſophia, quæ ad mores attinet C
tantis laudibus digna eſt, quantis eum extulit ſemper Cicero, quod
mater omnium artium ſit, donum & inuentum Deorum: non vi-
deo, qui reiicere poſſit hanc facultatem, quæ pars optima eſt mora-
lis philoſophiæ, ſine qua non regna, non vrbes, non denique vita
hominum ſtare poteſt: quam qui contemnendam putat, is vincu-
la reuellit, non modo iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitæque
communis. Quid vero eſt tam neceſſarium retinere in vrbe, quam
prudentiam ciuium? quid tam admirabile, quam vnum aliquem D
exiſtere vſu & exercitatione probatum, qui noſſe poſſit animi eo-
rum ſenſum, qui multis ante annis fuerunt? quid tam denique v-
tile, quam leges aut ſcribere, aut reſtituere, aut tractare ad com-
munem vſum: & prouidere, ne quem mali habeant nocendi lo-
cum? hæc curat Sulpitius, interpres legum, propugnator iuris, de-
fenſor æquitatis: & propterea acceptiſſimus M. Catoni, integerri-
mo viro: præter quem non habet Reſpub. mihi credite Iudices, non
habet Reſpublica vnde præſidium expectet, qui conſoletur, qui au- E
xilium ferat, cuius fidem imploret. In ſummum periculum atque
diſcrimen adducta eſt: diuino quodam iudicio M. Cato venit, non
incidit in diſciplinam: quam oppugnat, rerum vel neſcius, vel diſ-
ſimulator M. Tullius. Vna hæc eſt, quæ poteſt ægrotis & infectis
animis ciuium mederi. vix credibile eſt, quam late diffuſa peſtis
per omne corpus Reipublicæ graſſetur, ad quam propulſandam non
Epidaurum mittendi legati, non Aeſculapio opus eſt, ſed ſeueritate
te veſtra Iudices, & reſtitutione veteris diſciplinæ. auaritia, libi-

rum hominum audiuerim, quid ſentire in hac re me velis. Nam per Deos, quid hoc tandem eſt? negas ſolos ſapientes eſſe liberos? quos tu mihi alios producis? vindictá ne? cenſú ne? an teſtamento? an eos fortaſſe, ſi Dijs placet, qui multarum ſint imaginum, & perpaucorum hominum, qui æque vitijs ſeruiant? Si animus eſt qui agit, qui moderatur, qui imperat, is ſi captus eſt, quid eſt in homine liberum? Vitiorum crudeliſſimus eſt dominatus, habet qui tergit, qui verrit, al quod vacuum tempus dum cœnat, dum dormit: aut cupiditates & libidines, magnos Reges neque interdiu neque noctu ſinunt quieſcere. Quid dicam de ijs, qui inuidia, qui odio, qui iracundia quaſi effrenato equo feruntur? qui curſu concitatus, & incenſus calcaribus, neq; seſſorem audit, neque habenas curat: quam multa admittunt, quorum veſtigio neceſſe eſt eos pœnitere? An qui amant, hi ne ſunt liberi? qui in alio ſe dicunt viuere, non mentis compotes: Sæpe in fabulis audimus hæc mancipia metricularum: Egóne illam? quæ illum, quæ me, quæ non? ſine modo: mori me malim, ſentiet qui vir ſiem. Quid poſtea? labaſcunt vel lachrymula, vel vno verbo tam cito, vt ſerui admirentur, ac clament: Dij boni, quid hoc morbi eſt? Adeon' homines immaturier? quæ ſpectacula nobis poetæ valde boni proponunt ſæpe, vt à voluptate, veluti à Circe caueamus, quæ facile homines vertit in belluas: quam quia ſoli contemnunt ſapientes, ſoli ſunt liberi: qui (vel quantulum hoc eſt?) neque nexu dominorum fieri ſerui poſſunt, neque vi abduci, neque ab hoſtibus capi. Siquidem ſapiens non eſt id quod digito demonſtrari poteſt, fragile, mortale, caducum: ſed animus ipſe qui viget, qui meminit, qui ſempiternus ſe mouet. Huic quis vim afferat? quis faciat vt nolit quæ velit? Quod ſi animi ſola eſt libertas, ſola opulentia: ſoli ſapientes ſunt liberi, ſoli diuites, qui ſua virtute contenti nihil quærunt, nihil petunt, nihil optant amplius. Deſunt multa tetrarchis, deſunt multa Regibus: ſapientes abundant, & beati ſunt, & beare alios poſſunt, & beant infinitos homines: neque propterea eorum copia ſunt minores, non decreſcunt facultates. Sunt in vrbe qui ſuis fructibus alere exercitum poſſunt, & nemo eſt diues. ſunt ex portu, ſunt ex decumis, ſunt ex ſcriptura vectigalia populi Romani, & mira eſt inopia: profecto aut ingenia ciuium, aut vectigalia facta ſunt deteriora. Multi ſunt Publicani: at Fabritij, at Curij, at Coruncani illi locupletes perdiu nulli: qui quod cultu corporis agreſti ac ruſtico fuiſſe dicuntur, multo mihi videntur fuiſſe formoſiores ijs, qui delibuto capillo per forum volitant: quorum animos ſi poſſemus cernere, incredibile odium ſui excitarent. Nihil eſt enim virtute formoſius, nihil turpius vitio

A *tio: quod quoniam à ratione, quæ nobis propria eſt, deturbat ho-
mines, & à ſapientia longe arcet, nonne tibi M. Tulli itidem vi-
dentur, vt Catoni omnes imperiti, exules, extorres? Quod ſi, qui
ſine cauſa alios lædunt, & hoſtes ſunt, & inſani: num qui vltro
temere ſe, & alios perdunt, erunt ſapientes? Qui ſentiunt, & di-
cunt aliquid, quod non ſit, ſibi videri, furere dicuntur, ij quibus
turpia honeſta, mala bona videntur, quo nomine ſunt appellandi?
Oreſtes cum matri manus attuliſſet, agitatus eſt furiarum tædis*
B *ardentibus: an minor L. Syllam regnum occupantem furor, & a-
mentia inuaſerat? turpem Oreſtes, & iniuſtam matrem, cuius o-
pera pater fuerat occiſus, de medio ſuſtulit: at Sylla in optimam
Rempub. in patriam & ciues ſuos ſæuiebat, nullis ſatis iuſtis de cau-
ſis, & præclare ſe facere arbitrabatur. Sed quid Syllam commemo-
ro? quaſi non viderimus L. Catilinam cupiditatum ardorib. accen-
ſum, animo ferri in patriam inimico, de excidio vrbis cogitantem, de
necando Senatu, de templis Deorum incendendis? quid eſt, ſi non*
C *hoc inſania eſt? Qui illum noctes & dies furor agebat, ageret om-
nes imperitos, ſi cætera adeſſent, quibus ille adductus eſt ad cogi-
tandum & ſperandum. Multi erunt Syllæ, multi Catilinæ, nun-
quam hac impunitate nobis deerunt ſeditiones: magnus eſt in ciui-
tate campus corruptionis, multis apertus curſus ad regnum. iſtis iti-
neribus ibat Sp. Caßius, iſtis Sp. Melius, iſtis M. Manlius. Recor-
damini per Deos immortales, Iudices, quantum ſæpe fuit periculi:
nunc his moribus, hac caligine temporum non eſt timendum? quid*
D *nocturnum præſidium diſponis? quid cohortes explicas? quid excu-
biæ & vigiliæ iſtæ nobis prodeſſe poſſunt M. Tulli, ſi ambitio, ſi aua-
ritia, ſi luxuria ciuitatem occuparit? quid anſeribus cibaria loca-
mus? quid canes alimus in Capitolio? Vereor iam ne barbari no-
ſtras impenſas rideant, cum viderint à cuſtodibus libertatis ea ex-
cludi, quibus vnis ſalui eſſe poſſumus. Vbi nam ille mos maiorum
noſtrorum? vbi illa integritas? vbi ſeueritas eſt? quæ turbulentiſſi-
mis Reipub. temporibus caput erigere, & vociferari ſolebat, &*
E *regio dominatu liberare? Quid reficiet, aut recreabit mentem me-
am? cum videam à conſule laudari prenſandi ſtudium, ambiendi
diligentiam: obiurgari Sulpitium, quod integritatis fuerit obſer-
uantior: ob grauitatem iniurioſe appellari Stoicum, & rideri Ca-
tonem? Videbis, videbis M. Tulli, ſi quando pro ſalute patriæ vita
ſit profundenda, quantum ad pietatem accendere poſſit Stoica diſ-
ciplina, qua vna lex ambitus nititur, & quæcunque alia lata eſt vn-
quam ad coercendam luxuriam, auaritiam, ambitionem. Nemo
legi ambitus amicus eſt, & huic diſciplinæ inimicus. Quid ita?*

quia

quia nemo eſſe poteſt integritatis amator, & oppugnator ſeueritatis: cuius obſeruantiſſimum non Zenonem, Iudices, non Panætium, non cæteros homines Græcos, ſed autorem generis recognoſcite Romulum, recognoſcite L. Brutum autorem libertatis. alter, vt licentiam reprimeret eorum, qui diſſimili genere ac lingua, moribus corruptiſſimi confluxerant in vrbem, & vt in ea eſſet aliqua obſeruantia legum, fratrem quod muros tranſtuliſſet: alter liberos, quod de reducendis regibus egiſſent, ſecuri percuſſit: vt ſi qua veſtigia eſſent reliqua corruptionis, hac morte tollerentur. Quid his propius potuit B *accedere ad Stoicam diſciplinam? quæ non modo Philoſophis, ſed principibus ciuitatis noſtræ, qui domi militiæque clariſſimi fuerunt, vna ſemper viſa eſt aptiſſima ad totius Imperij conſeruationem? Quibus illam laudibus Africanus extollebat? quibus illam Maximus, Cato, Rutilius ferebant in cœlum? quorum tempore beatam & florentem Rempublicam habuimus: non quod populus Romanus Græcis artibus eſſet eruditior, ſed quod ampliſſimi viri, qui rebus præerant, ea diſciplina oblectarentur, quæ ad integritatem vitæ, ad grauitatem morum eſſet maxime accommodata.* C *Quid, inquiet aliquis, populo igitur eſt philoſophandum? quis niſi ſtolidus hoc petat? quaſi vero quiuis non intelligat, paucis eſſe conceſſum donum, & inuentum Deorum. Quid ergo eſt? dico eos qui ex omni numero in conſilium publicum delecti ſunt, & ſtudiorum & morum grauitate debere excellere. Solet enim fieri in omni Republica, vt tales ſe eſſe ſtudeant cæteri ciues, quales videant principes ciuitatis. nunc Ariſtippi ſententiæ in honore ſunt: eorum præcepta qui ad voluptatem omnia referunt, Latinis verſibus illu-* D *ſtrantur, canuntur ad tibiam, ad multam noctem: quibus autoribus quid tandem didicerunt noſtri? piſcinas in medio mari extruere, in quas ſeruos coemptos & obtruncatos conijciunt, vt mulos barbatos habeant meliores: montes exæquare, vt feras alant. & interea effodiendis metallis miſeros homines ſpeluncis includunt, in quibus odore fœdo, & quod de cœlo animam ducere non poſſint, moriantur. Nolo cætera: turpitudine abhorret animus à recogitando, refugit lingua à dicendo. & dubitamus, Iudices in vrbe corrup-* E *ta retinere parentem iuris, reginam æquitatis, expultricem vitiorum, Stoicam diſciplinam? cuius vim vel ex eo cognoſcite, quod eloquentiſſimus, & ingenio præſtans, & vſu calidiſſimus orator, corruptionem, ambitum, luxuriam Murænæ non ſperauit ſe poſſe defendere, niſi hãc oppugnaſſet: vt ea deturbata de mẽtibus veſtris, animos oratione effœminaret. Noſtis oratoris ingenium: & mehercule præclare à vobis agetur, ſi quæ dixerit omnia erũt vobis pleniſſi-*

 ma ſu-

A *Procede in medium male conciliate, quoniam ambitum admiſſum negauit patronus tuus: ego iam ſic agam, vt omnes mortales tui ſceleris non veſtigia, ſed frontem videre poſſint. Erat in Gallia Murana, iudices, eo tempore, quo Metellus in vrbem à Pompeio miſſus dicebatur veluti fulmen ad feriendam Rempublicam: quis rumor, vt ſcitis, ab ijs natus eſt, qui gloriæ clariſſimi viri inuidebant: quibus non ſatis fuit ſolicitare ciues falſis nuncijs, & turpiſſimam ſerere ſuſpicionem, niſi fundamenta etiam ieciſſent de oppugnanda dignitate eius; qui magnis exceptis laboribus, nullis ſe*

B *periculis frangens, in extremis orbis terrarum partibus bellum gerit pro gloria populi Romani. hoc tempore, ſi meminiſtis, agebatur de conſule deſignando: ardebat ambitione Murana, moleſtiſſime ferebat abſentiam: veniſſe tempus videbat, quo periculum faceret, quid aurum Pontificum poſſet, & tota Aſia quæſita diuitiæ. ad ea conuerſus, quibus potentior accederet ad petitionem conſulatus, deſperatas pecunias in prouincia ſibi addixit, ſpopōdit noſtris, exoluit pro peregrinis, pependit de ſuo, vt vna re & municipales*

C *& Vrbanas tribus haberet obnoxias. qua largitione ſic omnes obſtrinxit, vt cum in vrbem venire diceretur, Vndiq; ad eum legationes concurrerēt, tanto comitatu, vt nulla diuerſoria alere, nulla vrbes poſſent excipere: quamobrem iſte more regio præmittebat anteourſores, mulos, coquos, pulpamenta, tabernacula, ante cœnam tibicines, in cœna pueros vocibus, fidibus deniq; canere iubebat: nunquam in homine tanta fuit vanitas & leuitas. Dij immortales, quæ ſuperbia, quæ ignoratio ſui: cum pleniſſimis vijs iretur, ſcribit ad L.*

D *Nattam, adoleſcentem primarium & gratioſum, ſex dieb. ſe tridui iter proceſſiſſe, vt percommode cum copijs vrbanis veniat obuiam: pecuniam per Agathonem libertum mittit, Vt ſi Vſu Veniat, quantum velit poßit largiri. ibi tum Natta conuenire ſodales, gregem cogere, orare, obſecrare, prehendere, vt ſequantur, alijs equos emere, alijs dare veſtem, pecuniam multis. Obuiam itū eſt vſq; in Vmbriam, vt iſtum, tanquam ſi eſſet conſul ſalutarent. Pomte ante oculos, Iudices, magnam multitudinem ſalutantium & reſalutantium:*

E *cōſiderate qui ſermones tot diebus haberi potuerunt diſsimili hominum genere, cum biberetur ad multam noctem, luderetur alea, perſtreperent omnia Vocibus ebriorum. Nam quid eſt, quod Cn. Poſthumius paternus amicus, Vicinus & neceſſarius vetus Muranæ, qui neceſſitudinis cauſas complures, ſimultatis nullam commemorare poteſt, ſedet pro accuſatore? Iuerat ipſe quoq; obuiam, honeſtiſſime amico cupiebat, & fauiſſet petitioni. quid eſt? percunctemini: erat cū equitibus præfectus fabrum, qui fuit in exercitu Luculli ſocius conſiliorum,*

ſiliorum, particeps prædarum. Huic mãdatum eſt præſente Poſthu- A
mio, vt militibus, qui ad Triumphum Romam conuenerant, & cũ
præfecto exierant, pecunia daretur vt ſequerentur. Audite, Iudices:
audite quid Fimbriani milites eundo canerent: Me ſaucium recrea-
creauit, me præda donauit, hoc duce caſtra cepimus, quæ capiemus
conſule? ſi hæc non inter ciues Romanos, ſed in aliqua ſolitudine di-
cerentur, conclamaremus, regno viam fieri. Hic cum & ciues & pe-
regrinos largitione corrumpat, ſpe lactet, incendat cupiditatibus, ex-
cuſatur defenditur. O impunitatem incredibilem, ô nunquam ex-
pectatam defenſionẽ. Sed quæ foris geſta ſunt ſi eſſe poſſunt, ſint ſane B
leuia, ſint exigua, ſint nulla: videamus quæ domi. Venit in vrbem
Muræna cum exercitu, cum grãdi pecunia, veluti oppugnaturus co-
mitia, bellum illaturus legibus: erant ædes regio apparatu plenæ or-
namentorum, veſtibulum nouo tectorio, imagines coronis, parietes
veſtes ſtragula, pauimenta opere vermiculato diſtincta: auro, ar-
gento, ebore omnia collucebant. hic à L. Lucullo & ſuis excipitur,
tanta lætitia, tantis complexibus, ea ſalutatione, vt non ad peten-
dum, ſed ad gerendum conſulatum veniſſe videretur. Nox tota in C
epulis compotationibus & cãtibus abſumpta eſt. Poſtero die vix lu-
cebat, & iam ad fores L. Natta cum equitibus, M. Lucullus cum
patricijs: ad quos beatos iſte adium dominus purpura veſtitus tan-
dem progreditur, & ſtipatus deducitur in Campum Martium. Præ-
fectus interea fabrum, cũ ludi futuri eſſent, inuitat tribules ſuos ad
ſpectandum: locum pollicetur, vnde honeſtiſſime & iucunde ſpecta-
rent. Lucillam veſtalem, huius propinquam & neceſſariam, Muræ-
næ nomine Murænæ inquam nomine orat, vt locum ſuum cõcedat. D
Honeſtiſſimæ ſunt matronæ, quæ ſi vultis non recuſant, Iudices, te-
ſtimonium dicere. Eſt virgo veſtalis ipſa ingenua, ea conſecrata re-
ligione, vt rogata non tacere, iurata non mentiri poſſit. nam quod L.
Natta, vt equeſtrem ordinem conciliaret Murænæ, in equitum cẽtu-
turijs eſſe voluit: quid fuerit cauſæ, rogate vitricum eius, rogate ma-
trem, rogate domeſticos. cum adoleſcens literas accepiſſet à Muræna,
vt cum ſodalibus maturrime proficiſceretur, vt diximus, alijs equos
emit, alijs veſtem, alijs pecuniam dedit. impendium ad matrẽ ſerui E
domeſtici deferebant: ſumptus vnde ſuppeditaretur, cum ignorarẽt,
non poterant deferre. quam obrem miſera cum ſe excruciaret, eius
rogatu vitricus adoleſcentem ad ſe vocat: Hem Natta, inquit, quid
te nobis, quid ibi rem familiarem perdis? quid lancinas? quid patri-
monium diſſipas? Bonus adoleſcens, vt conſolaretur, in conclaue
ſenem adducit grandem pecuniam oſtendit miſſam à Muræna. Tũ
vero admirari, ſuſpicari, vociferari ſenex: Mi fili, quid nos laqueis
impli-

Digitized by Google

A *implicas? quid periculum creas? nam ſic agere, propemodum nobis diem dicere eſt: nam hic ambitus eſt. Cum reſponderet Natta, facile ætate adoleſcentem excuſari poſſe: veritus eſt grandis natu, ſi quando hæc ſuo conſilio facta viderentur, ne poſſet accuſari. homo antiquus ſeruis præſentibus cum vxore communicat, pergit ad Iureconſultos: petit, an quæ fierent, adoleſcenti vel vitrico fraudi aut crimini eſſe poſſent. Cum eſſet reſponſum neq; alienum pro candidato, neq; vitricum pro priuigno teneri: nolite quærere, Iudices, quam Natta audacter, quam effrenate cætera. turmatim equites ad ſe* B *vocat, conficit pecunia, vt ſe in equitum centurijs eſſe velint. impetrat cum gratia: & miramini, ſi ſecuti ſunt equites vſque in Vmbriam? Cum rediſſet in vrbem noctu diuiſores tribuum adit ſuffragia emit, pecunia in circo Flaminio apud Apollinis ædituum deponitur, quam conſule renunciato Murena capiant. Quid eſt hoc iudices? num vanum, aut fictum eſt? Pecuniam nos per prætorem intercepimus: quam vbi diuiſores partiri inter ſe non poſſe intelligerēt, in Seruitij petitionem omnia redundarunt. comprehenſa pecunia eſt* C *à nobis: clamat L. Natta indignum facinus eſſe, ſi à vitrico metuat, pecuniam ſibi non licere deponere in tuto. Æditiuus pecuniam delatam non negat: qui enim negare poteſt, ſi comprehenſa eſt? At qua cauſa delata ſit, miniſter conſiliorum ſcire ſe id vero pernegat. Hæc ſuſpicio, Iudices, late manare debet: magna pars ſacculorū Aſiam olet, ciſtophoris plena eſt. Vnde adoleſcenti, qui ſub vitrico victitat, nũmorum tantum? quid eſt, quod nulli ſunt bigati? quid quod noctu? quid quod per ſeruos Murenæ miſſi ſunt ad ædituum?* D *Excandeſcis Natta? amici ſeruis, inquis, tam bene vtor, quam meis. Perbelle nunc concidis, quaſi philoſophus aliquis, omnia amicorum communia eſſe: ſi quid ego amici cauſa te feciſſe dicam, negas tuo. Prandia, bone adoleſcens, ſectatoribus dediſti: nihil ne ad Murenā ſuſpicio attinet? cum equum, veſtem pecuniam datam abs te ſodalibus aio, quereris protinus, impediri à me liberalitatem tuam. Quo me vertam Iudices? quid appellem aut implorem, niſi prudentiam & ſapientiam veſtram? Cum his ſi de iure contendo, opera luditur:* E *omitto tyronem, excutio veteranum. Præfectus fabrum pecuniam militibus præſente Poſthumio mandato Murenæ dedit, & excuſat. Erat illud viaticum, non largitio. Quid? quod tum dediſti, cum Murenæ itum eſt obuiam. Quid ais? Si obuiam itum non eſſet, num dediſſes? Non poſſum, inquit, diuinare. At hercle, diuini & cœleſtes viri hi Iudices diuinabunt. Præfectus iſte fabrum prandia tribulib. ſuis à ludo redeuntibus dedit, plus quam trecentis. Quid eſt vulgo dare prandia, ſi hæc non ſunt data vulgo? Sectabantur candidatum quoti-*

quotidie equites,patricij,tenuiores:eorum dux,& quaſi moderator erat M.Lucullus,& non fuit ambitus:quid hoc eſt, ſi ambitus non eſt?tracta Senatus conſultum: A

SI MERCEDE OBVIAM CANDIDATIS IERINT, SI CONDVCTI SECTABVNTVR. SI GLADIATORIBVS VVLGO LOCVS TRIBVETVR, SI PRANDIA VVLGO DANTVR, CONTRA LEGEM CALPVRNIAM FACTVM VIDERI.

Quid eſt mercede obuiam ire, niſi emolumento accepto? Veſtis, equus,non eſt emolumentum? Ergo ſi veſtem militibus dat imperator,ſi frumentum metitur, non dat mercedem? ſi pecuniam dedit,non ſunt conducti? Prandia data ſunt tribulibus pluſquam trecentis, non ſunt data vulgo: quid ergo eſt vulgo? Quod factum eſt concedunt,quod conſectarium eſt negant:turpiſſima fuga eſt. Solet fieri, Iudices,vt qui victi ſint,deſperatis rebus conſilium ſæpe capere cogantur minime ſalutare.ſed nos inſequamur, & nullo loco ſinamus conſiſtere.Licinia lex eſt de ſodalitijs:dic tandem Natta, quæ tibi ſunt ſodalitates? an non eorum,quibus cum Muræna itum eſt obuiam?ante petitionem Murænæ perpauci tibi erant ſodales, epulabaris modice,ingentes ſodalitates à te conſtitutæ ſunt: conſtitutæ illius petitione,inuitaſti centurias equitum, quas Murænæ ſuffragatas videmus.Vitricus tuus cui æque charus es,ac fuiſti patri, negat fuiſſe te quenquam magis modeſtum ac frugi: quod contra legē Liciniam,Cinciam & Corneliam feceris, culpam omnem cōijcit in eum qui te perdidit pecunia.Lex Fabia eſt de numero ſectatorū: de numero non laboramus,nemo deductus eſt in campum nemo domū reductus eſt maiori numero ſectatorum. Lex Calpurnia vetat, ne pecunia,ne vulgo locus,ne prandia dentur:pecunia ſpectacula, prādia tributim data ſunt.liberat nos,Iudices, M. Tullius magno labore,ne teſtes producamus:ſunt enim omnia illuſtri loco, in cōſpectu populi Romani poſita:fatetur patronus,concedit rei nomine. videte in quem angulum res deducta eſt:tot tantiſq; de rebus,vnum eſt reſponſum eloquentiſſimi oratoris, mira eſt anguſtia. non habet iam quo ſe vertat.quid inquit? Et ſi hoc factum à Muræna omnino, Iudices,non eſt,ab eius amicis autē more & modo factū eſt.Itane tandem?at iſto more & modo quod feciſſent ſuperiorib. annis nobiliſſimi viri P.Sylla & P. Antronius,conſules deſignati,dānati ſunt: Muræna abſoluetur? Credo.nam quid per Deos eſt? Muræna non fecit,amici eius fecerunt? Quid ſi Muræna feciſſet,cōdemnaretur? Condēnaretur. Quid ſi per ſeruos? qd ſi per amicos fecit,non erit idē? Inepta defenſio eſt: Pecunia data eſt,nō eſt à Muræna numerata pecunia. Fateor,ego quoq; idē dico. Quid? ſi numeraſſet eius nomine argētarius,

(Margin letters B, C, D, E appear beside the lines "equus,non eſt emolumentum…", "tibi ſunt ſodalitates…", "numero non laboramus…", "quo ſe vertat…".)

A *rius, non dediſſet Murana? Natta dedit, Præfectus dedit. at nihil erat quod iſti darent: Murana intererat vt daretur, cuius gratia empta ſuffragia ſunt. Non eſt quærendum, cuius manu numerata ſit, ſed cuius iuſſu ſit data: cum ſerui perferrent ſacculos tu ipſe Murana perferebas. cum pecuniam numerarent amici illi tui, manus erant tuæ: quicquid ab his datum eſt, quicquid numeratum eſt, tua manu datum, tua manu numeratum eſt. Nam quod tuo nomine rogata eſt virgo veſtalis, vt locum concederet: ſcis quid eſt tuo nomine? tua ſcilicet cauſa. Sed næ ego homo ineptus ſum, qui de re*

B *tandiu differam, de qua dubitat nemo. Nam quod reſcitum iri Murana metuebas, egiſti per amicos: quis non intelligat? quæ cautio ſi firma eſſet, nemo vnquam eſſet tam ſtolidus, quia ea non vteretur. Non pudet his nugis agere? non vides apud quos iudices? ex horum ſeueritate te vlla fraus, aut eloquentia eripiet? Lex de ambitu dilucide vetat, mercede cādidatis obuiam iri. itum eſt obuiam, merces data eſt: nihil refert à quo data ſit, ſed qui fuerit cādidatus quærit. Iubet ne conducti ſectentur: conducti ſunt, ſectati ſunt, non quæ-*

C *rit quorum opera, ſed quem ſint ſectati. Vetat, ne gladiatoribus vulgo locus tribuatur, ne prandia vulgo dentur: ſi tributim data ſunt, quis neſciat vulgo data? ſi petente amico locus datus eſt, quis non videt eblandita ſuffragia? Videtis quo loco res ſit, Iudices: videtis audaciam hominum, videtis corruptionem. Vix credibile eſt qui conuentus eſſent ad prandia, qui concurſus ad compotationes. Itane ſeruire Romanos homines ventri & gulæ? vt nihil mirum iam ſit, pluris venire, in ciuitate piſcem quam bouem, pluris vini am-*

D *phoram quam olei medimnum. Nam de auaritia quid dicam? Itane venalia eſſe omnia in vrbe, vt comitia ſanctiſſima turpiter venditentur? vt barbari etiam, veluti Apollo Pythius dicant, Rēpub. noſtram, quod Dij prohibeant, propere perituram? Quis huic imperio tam eſt inimicus, qui hæc poſſit audire & perpeti? Militem locupletem ſperaſſe ſe conſularem dignitatem pecunia emere, ciboque obijciendo corrumpere comitia populi Romani ne libera eſſent: ita effœminare animos, vt tot rebus victores, pecunia & cibo*

E *vinceremur? Hunc ciuem appellabimus? hic Rempubl. geret? huic libertas patriæ committetur? quam ſi non poterit occupare, cū tanti emerit, pecunia maiore vendat? Obſecro, Iudices, conſulite libertati noſtræ, quæ vita vobis charior eſſe debet: prouidete, ne largitio omnia occupet: ne leges ad quarum cuſtodiam delecti eſtis, victa in foro turpiſſime iaceant, obterantur, & conculcētur. In comitijs conſularibus, vt videtis, pretio & cibo addicta fuit fides & religio: vultis hunc vſum & conſuetudinē ciuibus veſtris inijcere? vultis*

alere

alere impunitatem? nunquam ambitus fuit maior, nunquam corruptio certior. Quid ſi hic iudicium effugerit, improbi non tentabunt? dubitatis, poſthac omnia omnes auſuros? vtinam eſſet integrum. Si iudicia ſeuera futura non ſint, quam vellem Murenæ dies dicta non fuiſſet ne in hoc periculo verſaremur: non enim eodem loco res eſt, quo fuit antea quam accuſaretur. tutius multo erat, Murenam non accuſari, quam nunc abſolui. Cogitate diligenter Iudices, & pro veſtra ſapientia proſpicite, quantum periculi ſit, ſi is hoc iudicio erumpat, cuius ſalus cum ſalute Reipublicæ coniuncta eſſe non poteſt. Memineritis poſtea, ſi hic abſoluetur, breui nullam nobis futuram Rempub. Quæ ea vox? vox hæc mea eſt, vox doloris & pietatis, non maleuolentiæ aut odij. Quid eſt? inhiant libertati noſtræ, Iudices, non Manlius, non Catilina, notiſſimi latrones, quos ſatis conſtans rumor eſt ab Antonio fuiſſe oppreſſos; ſed principes ciuitatis opulenti & gratioſi: neque armis vinci res Romana poteſt, ſed obſequijs, lenocinio, corruptela, pecunia, largitione. Formidoloſum eſt, & optimo cuique pertimeſcendum, ſi veterani milites Saturninum ad occupandum Capitolium excitarunt: ſi L. Syllæ memores, libidinem Catilinæ ad extinguendam Rempublicam inijcerunt: ſi Luculli tyrones legatum ſecuti extulerunt ad conſulatum, & proſtratis legibus defendunt, & de manibus veſtris eripere conantur: pertimeſcendum eſt, ne legionarij, qui duces poſthac ſequuntur, incendant imperatores noſtros prauis cupiditatibus, præſertim cum plures Catilinæ coniurationis participes fuiſſe dicantur. Quare per deos immortales date operã Catoni Iudices, expergiſcimini capeſſite remp. is in hoc iudicio cenſet eſſe in manu veſtra poſitam fortunam populi Romani nihil vos falſa quorundam lachrymæ abducant. Si quis miſericordiæ locus eſt, miſereat vos inprimis patriæ, cui nati eſtis: quæ diuulſa à regibus, diſcerpta à ciuibus, timore perdita, miſera atq; afflicta, deſperatis prope rebus à vobis auxilium petit, & de nobis ſolicita eſt: duces armati domi foriſq; cum magnis copijs ſunt, militum inflati cupiditatibus feruntur. Quis nos eripiet? quis liberabit niſi ſapientia, niſi ſeueritas veſtra iudices, eos ſi hoc iudicio deterrebitis, ſalui ſumus.

A

GABR. FAERNVS

B

IN ORATIONEM PRO L. FLACCO.

ORATIO XXIIII.

C *HOnoris potius L. Flacci.*) Aliqui libri habent, *honorum*, quod magis opponitur ei quod infra in plurali eſt; *miſeriarum*, & poſt aliqua vbi eſt; *inſtituta adoleſcentiæ*, quid ſi *inſtituto* legas? quod in vno exemplari eſt.

At is quidē omnem ſuam de bonis poteſtatem tradit vobis.) Mihi magis probatur, *tradidit*, quod in aliquibus libris eſt. populus enim iudicibus per tempora deligendis poteſtatem tradiderat, iam inde cum legem iudiciariam tulit Ceterum quod præcedit, *de bonis*, non placet Antonio Auguſtino: nam & de malis iudicabant. & forte legendum, *de nobis*: id eſt de vniuerſis ciuibus.

D *Rapitur ad pœnam qui indicia communis exitij cepit.*) Nullus liber habet, *rapitur*, Sed aut, *petitur*, aut, *repetitur*. quod poſterius in omnibus fere eſt, quodque optime cum accuſatione quadrat. Quid eſt enim aliud accuſare, quam repetere ad pœnam? contra *rapi ad pœnam* non niſi de damnato dicitur, deque eo qui iam ad ſupplicium ducitur. pro *cepit* vero, vnus tantum liber habet, *excepit*, quod mihi maxime placet.

Ea vero in ſummo & periculoſiſſimo reip. tempore etiam ab inimicis laudatur.) Ex omnibus libris pro *ea vero*, lege, *at vero*, & ante. *laudatur*, hæc duo verba interpone, *eadem præturæ*.

E *Qua vi.*) Hæc duo verba abſunt ab omnibus fere libris ſcriptis, & certe ſuperuacanea exiſtimo. Sufficit enim *qua ſpe, qua re concitatis*.

Quæſtoremque cognouerunt.) In aliquibus libris legitur, *cognouerint*, ſed neutrum placet, & puto propter numerum legendum, *cognouerunt*.

Ac amantiſſimum reip. ciuem.) Tam pro certo habeo, quam quod certiſſimum eſt, *ac*, copulam ita ſitam, vt eam dictio a vocali incipiens ſubſequatur, non eſſe Ciceronis, ſed ab aliquo ſciolo emendatore inculcatam, & aſyndethon proferendum, *quem vos præ-*

ſentem

Præſentem conſtantiſſimum ſenatorem iuſtiſſimum prætorem, amantiſſimum Reip. ciuem iudicatis, aut certe pro, *ac*, legendum, *atque* quod minus probo. A

Quod læderet eum) Plerique libri non habent, vocem, eum.

Sed impudiciſſimus.) Ex auctoritate omnium librorum ſcriptorum lege, *impudentiſſimus*, quæ vox hic optime ſenſui quadrat: cum contra abſurdiſſima ſit impreſſa.

Etenim poſſet eſſe infinita.) Hic quoque omnes libri habent, *etenim poteſt*.

Quem ſpero his rebus fore magno vſui, & amicis & reip.) In omnibus libris pro, *his rebus*, eſt, *his verbis*: ſed neutrum placet. Guido Lolius legit, *alijs rebus*. B

Certus eſt.) Putamus legendum, *certus ſit*.

Sed prope cunctis gentibus eminebant.) Omnes, quotquot ſunt libri ſcripti habent, *extebant* quod non video quare placere non debeat.

Caſus eſt virgis Cynicus ille Athenagoras.) Pro *Cynicus* omnes libri ſcripti habent *Cymeus*: quæ tamen vox per diphtongum ſcribenda eſt, vt ſit, *Cymæus*, id eſt ex Cymit vrbe. quam vocem & infra vſurpat vbi loquitur de fundo empto per Heraclidem: & alioqui placet mihi vt in aliquo deſcribendo nomē patriç potius aſcribatur, quam profeſſionis, aut ſectæ. erant autem *Cyma* oppidum Aſiæ, in ea parte quæ *Aeolis* appellatur. C

Ego teſtes à Cilicia.) Omnes libri ſcripti à *Sicilia*.

Quo noluit adduxit.) Legendum, *que voluit*, ex omnibus libris ſcriptis; *quo voluit* autem, intelligendum, ille qui interrogat. ita etiam melius habet numerus. nam vt in vulgata eſt, hemiſtichion heroicum eſt, *Noluit adduxit.*

Sed & fremitum egentium.) In nullo libro ſcripto eſt dictio, *ſed*, omnes habent, *& fremitum*. Si quis tamen literam s, ex præcedentis dictionis fine geminauerit, & cum *&* copula iunxerit, fiet, *ſet*, antiquo more ſcribendi, & noſtro recenti, ſed D

Tamen in imitatione, atque in exemplo.) Omnes libri ſcripti *in conditione*, quod non video cur iſtis emendatoribus ita diſplicuerit, vt pro eo ſuppoſuerint, *imitatione condicio* autem hic accipitur pro ſorte communi: & paulo infra vbi eſt in impreſſis, ciuis ciuem, in nullo ſcripto eſt dictio, *ciuis*. & certe ſuperuacanea eſt.

Honoribus imperio.) Nos ex eo quod ſcripta lectio habet, *imperij*, legendum putamus, *imperijs*, & poſt duos verſus vbi eſt, *ſed id quod maxime florere in generis ſui gloria viderat*, lege ex omnibus ſcriptis, *ſed in qua maxime florere generis ſui gloriam viderat*. & ſequenti verſu pro, *adamauerit*, *adamarit*. quod plures libri habent. Item poſt multa vbi eſt, *partibus diſtincta*, plures libri habent, *portubus*. E

Asinus pugil.) Hic quoq; ex omnium librorum, vel expreſſa ſcriptura, vel veſtigijs eius, lego, *Athinas pugil*.

Vtrum noſtra iſta claſsis.) Ex omnium fere librorum ſcriptorum fide, pronomen illud, *noſtra*, etiam alioqui ſuperuacaneum delemus.

A *Num igitur.*) Interpone his verbis particulam, *id*, quæ fere in omnibus libris eſt.

Ab Hemo.) Omnes libri ſcripti *ab eno.*

In prouineias deſcripſiſſet.) Aliqui libri habent, *in prouincijs.* vnus pro, *deſcripſiſſet*, *diſcripſiſſet*: quod verbum vſurpat Terentius in Phormione. *Quodne ego diſcripſi porro illis quibus debui.* nam ita in antiquis legitur. & Donato.

Et Pompeius Flaccus locutus eſt.) Magis placet, *ſecuti ſunt.* quod in aliquibus libris legitur.

Cum enim genus imperata pecunia ſuſcipit.) Omnes libri ſcripti pro,
B *genus*, habent, *enus*: vel eius dictionis veſtigia.

Prodeant etiamne præconem mentiri coegiſti.) Hic aliquid deeſſe videtur, vt puta vox, *cæteri*, quæ in vno tantum libro eſt. licet iudicio meo præpoſtero ordine collocata, nam vt vocem, *etiam*, ſequitur, ſi eam præcedat, melius aliquanto habebit hic locus, quem ad æſtimandum hic totum ſubijciemus: *Citat præco voce maxima legatos Acmonenſes. Procedit vnus Aſclepiades. prodeant ceteri. etiamne præconem mentiri coegiſti?*

Quæ à nobis.) Poſt vocem, *quæ*, interpone verbum, *eſt*, ex pleriſque libris.

C *Ceram eſſe videmus.*) Hic omnes libri, *vidimus.* quo modo euitatur hemiſtithion heroicum.

Et quantum maxime.) Libri hic variant, nos, & *quam maxime*, probamus. quod in aliquibus libris eſt.

Dorylenſium grauior.) Omnes libri *Dorilai*, vel certe huius dictionis veſtigia.

Litteraturam ſi veras protuliſſent.) Ab his verbis incipit fragmentum huius orationis in antiquo libro. cuius poſthac potiſſimum fidem ſequemur.

Ille neſcio quis.) In antiquo libro ita legitur, *iſte neſcio qui.* & poſt
D pauca vbi eſt. *Iudicium fieri videtur*, ibi legitur, *iudicium f. n* & recte, vt exiſtimo, ſenſus enim eſt: ſi quis recitat tabulas contra reum, quæ fuerint in accuſatoris poteſtate, eæ quidem tabulæ nullam fidem habere debent, ſed tamen res aliquam formam atque imaginem iudicij habet, quia tabulæ cuiuſcumq; modi ſint, recitantur: vt in iudicijs ſolet: nunc vero cum tantummodo afferat honor viliſſimus dediſſe ſe tabulas, ſed nec recitet eas, nec proferat, iſto modo ne iudicium quidem fieri videtur. hoc enim non modo iudicij vim non habet, ſed ne ſpeciem quidem, vbi non iura, nec tabulæ proferuntur, ſed vana duntaxat verba iactantur.

E *Cum efferretur.*) In antiquo libro eſt, *cum hac ferentur*, nos, *cum ecferretur.* ita enim antiqui plerumque ſcribebant hoc verbum per c, & f, non per f geminatum. & poſt duos verſus, pro, *præſertim quod*, legendum *præſertim cum*: licet in antiquo ſit, *quum.*

Te ex aliqua parte releuauit.) Sublatis duabus dictionibus legendum, *te aliqua, releuauit. aliqua*, autem aduerbium eſt.

Aculeo tam dimiſſo.) Ant. liber. *emiſſo.* & eodem verſu vbi eſt, *at iſtud.* ipſe habet, *vt iſtud.* nos tamen vulgatam malumus. & ſequenti verſu vbi legitur. *poſtquam biduus*, ibi, *poſt quam vi dum.* nos *poſtquam biduum.* & infra vbi legitur, *verum etiam*, delenda vox, *etiam*; ſufficit enim id quod ſequitur, *adiungat.*

Sed de hoc teſte totoque Mithridatico differunt & ſubtiliter, & copioſe.) A Duabus vocibus additis, & vna detracta legendum: *ſed quoniam de hoc teſte totoque Mithridatico crimine differuit ſubtiliter & copioſe.* ſane ſubtiliter, ſcriptum eſt per p. non b.

Tennites) Per m, ſcriptum eſt in prima ſyllaba, & ita ſemper & ſequenti verſu, *magiſtrum aliorum*, in antiquo libro eſt, *illorum*, quod non placet. & infra, vbi eſt, *omnibus turpiſſ mis iudicijs conuictus eſt*, ille habet, *victus eſt.* & recte. ita enim hoc dicit de rhetore magiſtroque dicendi: ſicut de eo qui artem armorum traderet, dici commode poſſet, *qui pugnare alios docet, ipſe in pugna fœde victus eſt.* B

In qua nummus moueri nullus poteſt. Ant liber, *commoueri.* ſic & in oratione pro Fonteio: *nummus in Gallia nullus ſine ciuium R. tabulis commouetur.*

Maiorem etiam aliquam.) Legendnm, *maiorem etiam*, & pro eo quod ſtatim ſequitur, *ijdem darent*, in antiq. libro eſt, *fide darent.* nos, *eidem darent.*

Tymolo.) Ant. liber, *molo*: deinde addito alia manu T. *Tmolo*, & poſt duos verſus vbi eſt, *huic vni in vita commiſſa ſola eſt*, ille habet, *huic vna*, C qua lectione admiſſa, dictio, *ſola*, abundat.

Frumento publico.) Antiq. liber *in frumento.* nec videatur inuſitatum dicere aliquem poſitum eſſe cuſtodem in frumento publico: nam & recte, & vſitate de aliquo diceretur, *impoſitus eſt cuſtos frumento p.* quæ dictio *impoſitus*, ex duabus his iuncta eſt *in*, & *poſitus.*

Pecuniam ſumpſit mutuam à ſex. ſcola.) In Ant. lib. pro *mutuam* eſt *tum*: nos tamen *mutuam* malumus, & pro, *ſcola*, in eo legitur. *Siloga*, & poſt duos verſus, vbi eſt, *credidit Veratij lectiſſimi hominis fidei. is cum ſolueret*: in eo ita eſt, *credidit Nerati lectiſſimi hominis fide. ei cum ſolueret.* D ſic autem res geſta intelligenda eſt, Heraclides ſumpſit pecuniam mutuam à Sex. Siloga qui eam illi credidit, fideiubente pro ipſo P. Fuluio Nerato, hanc deinde pecuniam cum vellet Heraclides reddere Sex. Silogæ ſumpſit à C. & M. Fuſijs. fideiubente pro ipſo, Hermippo.

Cum iſte ſe ſe.) Delendum poſterius, *ſe*, & poſt aliqua, pro, *neminem quidem*, legendum, *neminem tamen.* & infra vbi eſt, *reſpendet*, *reſpondit.*

Cum iudicatum eſſet,) Ant. liber, *iudicatus.* & poſt pauca vbi eſt. *& ab iudice abiret*, in eo ſic eſt, *ab eo iudice habitet* nos, *ab eo iudice abijt.* &: vt E totus locus ita legatur: *Q. Naſo vir ornatiſſimus qui Prætor fuerat iudex ſumitur, qui cũ ſententiarum ſecundum Plotium ſe dicturum oſtenderet, ab eo iudice abijt: & quod iudicium lege non erat, cauſam totam reliquit.* qui locus aliqua declaratione indiget, quod enim dicat Q. Naſonem iudicem ſumptum, intelligendum eſt, eum arbitrum à partibus lectum. quod vero ſequitur *ab eo iudice abijt*, ſubaudiendum. *Heraclides*, ea vero verba, *quod iudicium lege non erat*, ſic intellige quia iudicium illud non erat lege conſtitutum, ſed partium voluntate, nam arbitria quæ nos *compromiſſa* appellamus, ab libera partium voluntate dependent. vt ſi actor cauſam proſequi noluerit. nulla id lege facere co-

A getur.idcirco Heraclides qui actor erat,ab eo iudice abijt,& cauſam totam reliquit.

Quoniam te.) Antiquus liber.*qua tum te*,nos,*quia tum te.*

Commiſſam tibi.) Addendum in fine verbum *dicis*: vt ſic legatur totus hic locus: *pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta,occupauiſti,hanc fiduciam commiſſam tibi dicis: tenes hodie,ac poſſides*. Quibus in verbis,ſiqua eſt obſcuritas,tollitur,ſi,quid ſit *alicui occupare pecuniam*,quid *accipere fiduciam*,quid *fiduciam eſſe commiſſam*. declaretur. a *Occupare pecuniam* exponit Nonius, *collocare*, teſtimonio B Pomponij poëtæ.Sed & in hac ipſa oratione pro Flacco eſt id verbum in hanc ſignificationem: *cum ipſi*,inquit, *graui fœnore iſtam pecuniam multos annos occupauiſſent.* item in Verrem. *præterea pecunias occupauerat apud populos,& ſyngraphas fecerat. Occupare* ergo *alieni pecuniam*,eſt pecuniam apud aliquem fœnore collocare. nam ſicut otioſam habere pecuniam dicitur, qui nullum ex ea percipit fructum, (vt eſt apud Scæuolam Iureconſultum libro primo Reſponſorum) ita qui percipit,*occupare* dicimus etiam rem vel pecuniam in aliquo negotio occupare,id eſt,tractare cum lucro,vt in oratione pro lege Manilia. *Quorum magna res aguntur in veſtris vectigalibus exercendis occupata* C Nunc de b Fiducia,Boëtius quarto commentario Topicorum, *Fiduciam*,inquit,*accepiſſe dicitur, cuicumque res aliqua ea lege mancipatur,vt mancipanti aliquando remancipet; veluti ſi quis tempus dubium timens,amico potentiori fundum mancipet,redditurо cum tempus illud dubium præterierit.Hac mancipatio fiduciaria nominatur,idcirco, quod reſtituendi fides interponitur.* Hucuſque Boetius. quem & Budæus ante nos citauit in Annotationibus in Pandectas. Sed intelligere debemus eam fidem,quæ interponebatur de reſtituenda re fiduciaria, non fuiſſe apertam, neque manifeſtam: ſed tantum ipſis partibus notam, adeoque ſecretam: vt ſi ille qui fiduciam acceperat, fidem fran-D geret,eam reſtituere noluiſſet, iudicio cogi ad id faciendum non poſſet. aliter quæ fiducia,aut quæ fides eſſet? Videamus nunc quid ſit *fiduciam eſſe commiſſam*. verbum *committendi* inter multas ſignificationes,etiam hanc habet,vt ſi eo actiue vtaris, eiq; adiungas alterutram harum dictionum,*pœnam,multam*,ſignificat aliquem,pœnam vel multam eſſe commeritum:vel in pœnam multamue incidiſſe: eandem paſſiue poſita cum alterutra itidem harum dictionum, vt ſit *pœna aut multa commiſſa eſt*,ſignificationem obtinet:quod ſi cum dictione, *hæreditas*, ſubſequente datiuo perſonam ſignificante, vt ſi dicas *hæreditatem Titio eſſe commiſſam*; ſignificatur caſum eue-E niſſe,quo hæreditas, ab eo hærede qui non obſeruarit ea ad quæ ex teſtamento tenetur,pœnæ nomine ad Titium deuoluta ſit.Si cum dictione *hypotheca*, vt ſi dicas, *Hypotheca commiſſa ſunt*, ſignificatur caſum eueniſſe,quo bona aliqua, pignoris loco creditori obligata, propria eius effecta ſint,debitore ad diem non ſoluente. Hæc eruditis nota eſſe debent,& omnib.iuris ciuilis ſtudioſis: in cuius ſcientiæ libris etiam, & *ſtipulationem committi,& merces commiſſa* inueniuntur,& *lex commiſſoria*: ſed propter alios qui hæc legent, coacti ſumus ea paulo verboſi⁹ explicare.quorũ omniũ deinceps ex ipſo Cicerone exempla ſubiecimus. Pro Cluentio: *Nihilominus n.poteſt,vt illã multã* nau

a *Occupare*. b *Fiducia*.

non commiſerit, accepiſſe tamen eb rem iudicandam pecuniam. In Verrem A lib. v. *Tot Siculi, tot equites Romani ab homine nequiſſimo, & turpiſſime læſi, pœnam octupli ſine vlla dubitatione commiſſam, non perſequebantur.* Item lib. IV. *Eſſe in eo teſtamento quo ille hæres eſſet, ſcriptum: vt ſtatuas in palæſtra deberet ponere. facimus, vt palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas; petant hæreditatem: quod eam palæſtra commiſſam eſſe dicant.* Item lib. III. *Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent.* Libro Epiſtolarum ad Memmium: *Præterea Philetes Alabandenſis hypothecas Cluuio dedit, hæ commiſſæ ſunt: velim cures, vt aut de hypothecis decedat, eaſq; procuratoribus Cluentij tradat, aut pecuniam ſoluat.* In hac poſtrema ſignificatione arbitramur hic, id B eſt, in oratione pro Flacco, dictum eſſe ab Cicerone, Decianum dicere, *fiduciam ſibi eſſe commiſſam*: Cum enim Decianus apud Lyſaniam adoleſcentem, pecuniam, vt diximus, grandi fœnore collocaſſet, ipſe fundum ab adoleſcente acceperat fiduciaria mancipatione: ioco, vt coniici licet, hypothecæ, & vt planius hoc dicamus, ſecreta inter eos pactione interueniente, vt ni intra certum diem Lyſanias pecuniam addidiſſet, fundus pleno iure Deciani efficeretur: & id quod fiducia erat, transiret in ius veri, certiq; dominij. Poſtea non ſoluente Lyſania ad diem, Decianus fiduciam ſibi commiſſam eſſe dicens, id eſt, ob Lyſaniæ in ſoluendo moram, caſum eueniſſe, C quo fundus, quem fiduciario nomine acceperat, ſibi applicatus eſſet, propriusq; ipſius effectus, eum fundum tanquam ſuum tenebat & poſſidebat. cuius recuperandi ſpe Lyſaniam venire ad dicendum contra Flaccum teſtimonium induxit. Sane adnotandum eſt, non confiteri Ciceronem fiduciam Deciano eſſe commiſſam: ſed duntaxat Decianum id dicere: vt ſit liberum credere, etiam forte non eſſe commiſſam, & ſic interim eum aliqua ſuſpicione iniquitatis in Lyſaniam, & circumſcriptionis aſpergat.

Qui quoniam teſtimonium dixit.) Hic videtur deeſſe negatio. infra D enim apparet Lyſaniam nondum teſtimonium dixiſſe. Quare legendum puto, *nondum dixit*: eo magis, quia præcedit dictio *teſtimonium*, cuius extrema pars fere eſt *nondum*. Et ideo hæc vox poteſt videri omiſſa à librario, tanquam geminata.

Magna officia.) Interponendæ ſunt his duabus diſtinctionibus hæ duæ aliæ, *ſtudia, &*; vt ſit: *magna ſtudia, & officia.*

Pythodorus & Lepiſon?) Antiquus liber, *Pythodoria*; & idem, *Lepiſone*, nos ſic, *Pythodori, Aetidini Lepiſones*; vt totus locus ita legatur: *Vbi erant illi Pythodori, Aetideni, Lepiſones, cæteri, homines apud nos noti inter ſuos nobiles?* E

Faciem ciuitatis.) Antiquus liber *ſpeciem* e ſequenti verſu, vbi eſt, *prætereundum eſſe*, verbum *eſſe* abundat. & poſt pauca abundat verbum *fit.* & infra vbi eſt *ſiluerunt*, addendum *principes.* & ſequenti verſu vbi eſt *neq; ipſius*, legendum *neq; iſtius.* & infra pro *vſq; eo erba fuit ab optimatibus illa concio.* tu lege *vſq; adeo erba fuit optimatum illa contio.*

Contio ventilata.) Hic finit fragmentum antiqui libri. Quare ad recentiorum auxilium reuertemur.

A *Non, inquit.*) Poſt hæc verba adde pronomen *hoc*, vt ſit: *Non inquit hoc dicimus.* quod ex fide eſt ſcripti exemplaris.

Hac pecunia) In omnibus libris poſt hæc verba ſequitur dictio *tota*, & poſt *tranſlata*, quod ſtatim ſequitur, legitur verbum *eſt*.

Patiamini me.) Plerique libri *patimini*, quod probamus. & poſt duos verſus. pro *patri Flacci*, *patri Flacco*. quod in omnibus libris eſt.

Hanc eis pecuniam) Omnes fere libri, *hanc ab ſe pecuniam*.

Mithridatem deum.) Omnes libri ſcripti habent, *vel demum*, vel B huius dictionis veſtigia. & ſequenti verſu, vbi eſt. *illum Dionyſium*, in illis eſt, *illum Euchium Dionyſium*, licet hæc poſtrema vox dimidiata ſit in plerilq;.

Dignitati horum opponant ſuam) Omnes fere libri, *componant*. quod idem eſt quod *comparent*: nullus *opponant*.

De quorum vrbis poſitione.) Omnes libri ſcripti, *poſſeſſione*. quæ vox hic pro *tutela* accipi debet.

Anteponendam iure dicam.) In aliquibus libris non eſt dictio *iure*, quę & ſuperuacanea eſt, meo iudicio.

Qua fama, qua gloria.) Videtur ſufficere *qua gloria*, ex autem C voces, *qua fama*, quas & aliquis liber non habet, ſuperuacaneæ eſſe.

Illam augeret gentem.) In nullo libro ſcripto inuenio eam dictionem *gentem*.

In iudicium afferatis) Aliqui habent, *deferatis*: eodem ſenſu, ſed meliore numero.

In Caria id potiſsimum eſſe faciendum) Ego iis ſemper adſenſus ſum, qui pro *in Caria*, legendum putarunt *in Caro*. in qua me ſententia confirmauit liber vnus ſcriptus ex noſtris: in quo legitur, *in ea re*, quod mutatione vnius literæ eſt, *in Caro*. Videatur totus locus. non D enim de prouinciis diſputat Cicero, ſed de perſonis prouincialibus, quod omnem dubitationem adimit. non legendum eſſe *in Caria*, ſed *in Caro*.

Summiſſa voce agam.) Ante hæc verba in aliquibus libris ſcriptum eſt, *ſi*, in vno tantum, *ſic*. quod probamus: vt ſit, *ſic ſummiſſa voce agam*.

Quæſitum & probatum palam non negas.) Pro *probatum*, alius liber *ploratum*, alius *prolatum* habet. quod placet nobis, & forte ſubaudienda eſt vox *aurum*. Nam de auro hic agitur & paulo infra, pro *expenſum eſt*, in omnibus fere libris legitur, *expenſum eſſe*. & poſt multa E pro *iſto loco natus*, in omnibus plane eſt *illo loco*. quod non probo, & poſt duos verſus pro *Romam aduenis*, *Romam venis*.

Lites, turba, prætor, odioſi) Pro *turba*, *turbæ*; pro *odioſi*, *odio eſt*, legitur in omnibus libris. & poſt duos verſus pro *habuerit*, *habuit*.

Tutor his rebus Græcorum legibus aſcribendus fuit) Ab omnibus fere libris abeſt dictio *legibus*, ex quo ſuſpicati ſumus locum eſſe corruptũ, atq; eo etiam, quod non rebus, ſed perſonis aſcribitur tutor. quare pro *rebus*, legendum putamus vel *moribus*, vel *legibus*, & poſt *his*, diſtinguendum, vt ſubaudiatur *mulierculis*; in hunc modum: *Tutor his, moribus Græcorum aſcribendus fuit.*

Pſephiſmata Smyrneorum quæ fecerunt.) In omnibus libris ſingulari numero legitur, *Pſephiſma Smyrneorum quod fecerunt.* licet in illis ſcriptum perperam ſit, *ſophiſma.* A

Cur autem per te) Pro *per*, Antonius Auguſtinus legit, *Pr* id eſt, *Prator.* & certe totum locum legenti liquebit hanc rectam lectionem eſſe, quam & ſubiecimus: *Cur autem Prætor te inimicum paternum in conſilium vocauit?* Ex hoc enim probat non fuiſſe Decianum inimicum paternum Flacci, vt ipſe exiſtimari volebat, quia cum Flaccus prætor eſſet, eum in conſilium vocauit. quod proculdubio non feciſſet, ſi inimicus eius fuiſſet. Hoc etiam ex eo confirmatur, quod infra dicit: *accuſamur ab iis, qui in conſilio nobis fuerunt.* quo in loco licet vulgata lectio habeat *fauerunt*, tamen certiſſima coniectura, ducta ex more ſermonis Latini, legendum apparet, vt diximus. vt & alibi infra: *cui tu in conſilio fauiſſes*, omnino legendum *fuiſſes.* B

Mitto quod nullo in iure, neq; in re, neq; in poſſeſſione tua) Particulam *in*, in priore parte horum verborum ſupereſſe, & in inferiori deeſſe arbitramur. vt ſic legatur: *Mitto quod nullo iure, neq; in re, neq; in poſſeſſione tua.*

Quod cum eſſet uxor Valeria inteſtata mortua) Ex omnibus libris ſcriptis reſtituendum eſt pronomen *eius*, vt ſit, *eius vxor*: quod in impreſſis intercedit. & pleriſque pro *inteſtata*, legendum *inteſtato.* C

Vtrum uſu an coemptione.) Hæc dictio *vtrum*, ab omnibus libris ſcriptis abeſt, etiam alioqui non neſſaria. & infra pro *non deſiſtit*, ex iiſdem legendum *deſtitit.*

Si hæreditatem in prouincia non reliquerit.) Videndum quid ſit, cur omnes fere libri ſcripti, non habeant particulam *non.*

Ne noſtrum conſilium in omittendis prouinciis.) Omnes fere libri ſcripti, *præmittendis.* quod ideo magis placet quam *omittendis*, quia hoc poſterius verbum iterum in eodem verſu eſt. D

At Falcidianum crimen ingens.) Poſt *crimen* interpone verbum *eſt.* & ſequenti verſu vbi eſt *ſeſe*, lege *ſe.* hæc ex omnibus libris.

Quomodo igitur dicet.) Ex eiſdem pro *dicet*, *dicit* emenda. Nam cum præcedat in ſequenti, *dicis dediſſe*: ſequi etiam debet in præſenti, *quomodo dicit.*

Vt eam pecuniam quam confecerat.) Omnes libri vel *traiecerat* habent, vel eius dictionis veſtigia; nullus *confecerat*, intelligendum eſt autem, traiecerat ab Italia in Aſiam.

HS nongentis.) Aliqui libri habent *noningentis.* ſed illud rectius. E

Quis? tu ipſe? igitur ille tibi.) Ego ex aliquot libris ſic lego atq; diſtinguo: *Quis is eſt igitur? ille tibi* &c.

An etiam ſcripſit rogatu tuo.) *Oratu tuo* legendum ex vno quidem libro ſcripto, ſed cui aliorum ſcripturæ veſtigia aſtipulentur.

C. Manlium.) Libri ſcripti *C. Manilium.*

Nihil audiſſe non poſſet.) Aliqui libri *non poſſent.* vt ad vtrumq; referatur. Æbutium & Manlium, ſiue Manilium.

Poſtremo de ſalute.) Omnes libri ſcripti pro *poſtremo* habent *poſtulo.* quod vel ſuperuacaneum eſt, vel aliter mendoſum. & infra vbi

A fra vbi eſt, *conuerſam eſſe*, in ſcriptis exemplaribus non eſt verbum *eſſe*.

In vos omnes odium.) Omnes fere libri ſcripti *nos* habent. & hoc amplius aliqui hac collocatione, *omnes nos*.

Vna mente atq; virtute.) Omnes libri ſcripti pro *atq;*, *ac*. Infra vero vbi eſt, *ac de ciuitate, atq; è ciuitate.* licet aliqui præpoſitionem non habeant. & ſequenti verſu, vbi legitur, *etenim Populi R. perſpiciunt eam mentem*, ex libri ſcripti auctoritate interpono poſt *etenim* particulam *ſi*, pronomen vero *eam* deleo, & pro *perſpiciunt* lego *proſpiciunt*: magis tamen placeret *reſpiciunt*. Vt ſic totus locus legatur: *Etenim ſi populi R. proſpiciunt mentem, & voluntatem.*

B *Dabitur de omnibus bonis ciuibus.*) Varie legitur hic locus, quæ varietas nos in hanc ſententiam attraxit, vt putemus dictionem *ciuibus* abundare, & ſine ea legendum: *Dabitur de bonis omnibus.* & paulo poſt, vbi eſt, *ac veſtra Repub.* alij habent *ac de*, alij *& de*, quod probamus.

C. Pontinio.) Nomen hoc variis modis ſcribitur. quid eorum probabimus an *Pontino?* an *Pontinio?* an *Pomptino?* quod tamen hi libri non habent. Sed editio Victorij in epiſtolis. ego puto bene ſcriptum eſſe in impreſſa.

C *Nihil dicam enim de me.*) Vox *enim* in aliquibus libris eſt. & certe abundat, & poſt nonnulla vbi eſt, *Flacco perdidero*: omnes fere libri ſcripti habent *prodidero*.

Illam viam ſibi viderit expeditiorem.) Ex aliquot libris addendo in principio vocem *cum*, & pro *vident* emendando ex eiſdem *videant*, lego: *cum illam viam ſibi videant expeditiorem.*

(∴)

IN M.

A

IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO P. SYLLA FRANCISCI SYLVII AMBIANI Commentarius. B

ORATIO XXV.

ARGVMENTVM Fr. Syluij. C

*Marco Lepido, & L. Tull. Volcatio Coſſ. P. Sylla &
P. Autronius Coſſ. deſignati, à L. Torquato com-
petitore de ambitu accuſati, legib. pœnas dederunt.
Eorum in locum facti ſunt Conſules, ipſe Torqua-
tus & L. Cotta. Hoc iudicium mox conſecuta pri-
ma Catilinæ coniuratio, qua Conſulibus & plerisq;
Senatoribus coniurati perniciem machinabãtur. Altera coniuratio* D
*in Ciceronis Conſulatu emerſit. Hac oppreſſa factum eſt Senatuſcon-
ſultum, vt de coniuratis quæreretur. L. Torquati filius adoleſcens P.
Syllam accuſauit, quod in vtraq; Catilinæ coniuratione fuiſſet. Eum
de priore coniuratione Q. Hortenſius, qui tum præſens aderat, quum
de ea quæreretur: de poſteriore Cicero, qui ea ipſe patefecit oppreſ-
ſitq; , hac oratione defendit. Prius tamen quam ad cauſam acce-
dat, refellit quædam in ſe ab aduerſario in accuſatione dicta. In eum
accuſator multum inuectus, eum primum leuem atq; inconſtantem* E
*eſſe dixit, quod quum patefecerit atq; oppreſſerit coniurationem,
quod quũ P. Autronium defendere noluerit, ſed in eum teſtimonium
dixerit: P. Syllam coniurationis reum defendat. deinde eum regnare,
quod in quos teſtimonia dixiſſet, damnati eſſent: Sylla autem, quem
defendit, ſperet ſe abſolutum iri. poſtremo peregrinum Regem eum ap-
pellauit. Negat Cicero Syllam in coniuratis fuiſſe, quem ſi Q. Hor-
tenſius defendit, ſi omnes viri boni defenſum volunt, qui alium
nullum ex coniuratis defenderunt, ſibi licere dicit, vt defendat*

Autro-

A *Antronium autem, quia coniurauerat, deſeruit. Se nec peregrinum, nec Regem eſſe oſtendit. Caſtigat Torquatum, quod coniuratorum pœnam mortemq́ lugeat: eumq́ hortatur vt maledicere deſinat, ne ſe cogat reſpondere. Nec iraſcendum eſſe ijs qui amicos defendant, oſtendit. L. Caſſium Allobrogibus, quos in coniurationis ſocietatem ſollicitabat, cum alijs coniuratis P. Syllam nominaſſe Torquatus dixit. Id negat Cicero: ſed eum, quum Allobroges de Sylla quæſiſſent, reſpondiſſe ſe neſcire. Probat falſum Cicero, quod dixerat Tor-*
B *quatus, eum in tabulas publicas aliter retuliſſe atq́ indicatum ſit. C. Cornelij filius dixit, Syllam emiſſe gladiatores ad cædem & tumultum faciendum. Oſtendit Cicero Syllam eos emiſſe, propterea quod ab eo Fauſtus Sylla ita petiuerit literis, ad munus gladiatoriũ debitum patri præſtandum P. Cincium in Hiſpaniam vlteriorem à P. Syllæ miſſum, vt eam turbaret: ab eodem Sylla impulſos Pompeianos, vt ad hanc coniurationem accederent: L. Cæcilium Trib. pleb. voluiſſe legem ferre, qua P. Syllæ fratris iudicium de ambitu reſcin-*
C *deret, Torquatus dixit. Hæc omnia Cicero refutat, negatq́ ſignificaſſe ſe in epiſtola ad Cn. Pompeium, Syllam in priore coniuratione fuiſſe, quod aduerſarius obiecerat Concludens Cicero Deos obteſtatur, Syllam ex coniuratione non fuiſſe. Affectus mirandum in modum mouet. Genus cauſæ iudiciale. Status coniecturalis. Hæc autem cauſa L. Murena & D. Iunio Syllano Coſſ. non multis menſibus poſt Conſulatum Ciceronis acta eſt. P. Syllam in priore coniuratione fuiſſe, Suetonius ſcribit in Cæſare Dictatore. Idem ſignificat T.*
D *Liuius Libro centeſimoprimo. Eum Salluſtius nominat cum ijs, qui fuerunt in poſteriore.*

M*AXIME vellem*) P. Sulla & P. Autronius deſignati Conſules, ambitus damnati ſunt anno poſt R. cond. IↃCXXCVIII. P. Sylla, vt hác calamitatẽ ferret modeſtius, Neapolim ſe contulit, ibiq́ue aliquantulum commoratus eſt: Autronius vero cum Catilina & Piſone coniurauit, de L. Torquato & L. Cotta deſigna-
E tis Conſulibus necandis, Cal Ianuarijs, quum inirent magiſtratum, reſciſſa re iudicata, ipſe cum Catilina Conſul eſſet.

Vt antea) Quum Conſul deſignatus erat.

Obtinere.) In codice antiquo *Obtineret* ſcriptum inuenio. quæ lectio nihil minus placet.

Et poſt calamitatem.) Improba lectio non eſſet, ſi ſcriberetur, *Aut poſt calamitatem.*

Poſt calamitatem acceptam.) Id eſt, poſt condemnationem de ambitu. *Accipere calamitatem* dicit, vti accipere iniuriam, vulnus, plagam, do[illegible]tem. In Diuinatione: *Si plurimas à tuo Prætore iniurias accepiſſes, tame eas ferendo maiorem laudem, quam vlciſcendo mererere.* Seruius Sulpitius ad Ciceronem lib. Epiſtol. famil. 1. *Mihi nunciauit, M. Marcellum*

collegam

collegam noſtrum poſt cœna tempus à P. Magio Chilone familiari eius pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem: ſe ſperare tamen, eum viuere poſſe. Cicero Epiſt. ad Atticum 1. *Ille locus inductus eſt à me diuinitus, ne vna plaga accepta Patres Conſcripti concideren.* Et libro ſecundo: *Si Protogenes Hialyſium illum ſuum cœna oblitum videret, magnum credo acciperet dolorem.* A

Modeſtiæ fructum.) Quia modeſte calamitatem tulit, vellem maxime vt inimici eius contenti eſſent, nec eum in iudicium vocaſſent.

Ita tulit.) Id eſt, ita voluit.

Caſus infeſtus.) Id eſt, aduerſa fortuna quæ ei inſtabat vigebatque. B

Ampliſſime in honore.) Id eſt, in Conſulatu. Conſul enim deſignatus erat Sylla, quum de ambitu damnatus eſt.

Communi ambitionis inuidia.) His enim qui magiſtratus facti ſunt, inuidere ſolent ij præſertim, ipſi qui magiſtratus petunt.

Singulari Autronij odio.) Multis enim Antronius ob improbitatem odioſus erat. Damnatus eſt igitur Sylla de ambitu ob communem ambitionis inuidiam, & ob Autronij odium ſingulare, qui Sullæ collega erat. Aequum enim viſum non eſt, quum ambo eadem lege interrogarentur, vt altero damnato alter abſolueretur.

Euerteretur.) Id eſt, ſpoliaretur. vt Act. in Verrem 4. *An huiuſmodi iudicium det, quo iudicio, indicta cauſa fortunis omnibus euerti neceſſe ſit.* De hoc verbo plura ſcribimus pro Sex. Roſcio. C

Priſtina fortuna.) Quum eſſet Conſul.

Haberet quoſdam) Vt C. Cornelium, & L. Torquatum.

Modeſtiam capio.) Id eſt, doleo. Capere detrimentum, dolorem, lætitiam, voluptatem, idem dicit. Inuectiua in Catilinam prima: *Decreuit quondam Senatus, vt L. Opimius Coſ. videret, ne quid Reſpub. detrimenti caperet.* In lib. de Clar. oratorib. *Quum è Cilicia decedens Rhodum veniſſem, & eo mihi de Q. Hortenſij morte eſſet allatum, opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.* Pro M. Cælio: *Minimum dolorem capiet, qui iſtam non videbit.* Lib. Epiſt. famil. 3. *Ego & ſi ipſe ita iudicabam, & fiebam crebro à meis per literas certior, tamen maximam lætitiam cepi ex tuis literis de ſpe minime dubia, & plane explorata triumphi tui.* Item: *Hoc velim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam voluptatem eſſe capturum.* D

In cæteris malis) Id eſt, inter cætera mala.

Lenitatem meam.) Cicero enim lenis & miſericors natura fuit, vt etiam poſtea dicet.

Quondam.) Id eſt, ante Conſulatum meum, in quo fui ſeuerior in opprimenda coniuratione Catilinæ. E

Agnoſcerent.) Id eſt, recognoſcerent. Noua enim cognoſcimus, agnoſcimus vetera.

Improbi) Ij præſertim qui in coniuratis fuerunt, aut cum ijs ſenſerunt, aut eorum familiares fuerunt.

Re domiti.) Scribatur melius Edomiti, vna voce, quam duabus re domiti.

Præcipitante. Id eſt, ruente. Vt: *Nox humida cœlo Præcipitat.*

Et quoniam L. Torquatus.) Propoſitio eſt, quam proœmio ſubiungit Ariſtoteles, vt ait Quintil. lib. 3.

Neceſſitatem.) Neceſſitatem hac in re Cicero dicit ſæpius. Quod tamen

A *Num igitur.*) Interpone his verbis particulam, *id*, quæ fere in omnibus libris eſt.

Ab Hemo.) Omnes libri ſcripti *ab eno.*

In prouincias deſcripſiſſet.) Aliqui libri habent, *in prouincijs.* vnus pro, *deſcripſiſſet*, *diſcripſiſſet*: quod verbum vſurpat Terentius in Phormione. *Quodne ego diſcripſi porro illis quibus debui.* nam ita in antiquis legitur. & Donato.

Et Pompeius Flaccus locutus eſt.) Magis placet, *ſecuti ſunt.* quod in aliquibus libris legitur.

Cum enim genus imperata pecunia ſuſcipit.) Omnes libri ſcripti pro,
B *genus*, habent, *enus*: vel eius dictionis veſtigia.

Prodeant etiamne præconem mentiri coegiſti.) Hic aliquid deeſſe videtur. vt puta vox, *cæteri*, quæ in vno tantum libro eſt. licet iudicio meo præpoſtero ordine collocata, nam vt vocem, *etiam*, ſequitur, ſi eam præcedat, melius aliquanto habebit hic locus, quem ad æſtimandum hic totum ſubijciemus: *Citat præco voce maxima legatos Æmnenſes. Procedit vnus Aſclepiades. prodeant ceteri. etiamne præconem mentiri coegiſti?*

Quæ à nobis.) Poſt vocem, *quæ*, interpone verbum, *eſt*, ex pleriſque libris.

C *Ceram eſſe videmus.*) Hic omnes libri, *vidimus.* quo modo euitatur hemiſtithion heroicum.

Et quantum maxime.) Libri hic variant, nos, & *quam maxime*, probamus. quod in aliquibus libris eſt.

Dorylenſium grauiter.) Omnes libri *Dorilai*, vel certe huius dictionis veſtigia.

Litteraturam ſi veras pretuliſſent.) Ab his verbis incipit fragmentum huius orationis in antiquo libro. cuius poſthac potiſſimum fidem ſequemur.

Ille neſcio quis.) In antiquo libro ita legitur, *iſte neſcio qui.* & poſt
D pauca vbi eſt. *Iudicium fieri videtur*, ibi legitur, *iudicium f. n.* & recte, vt exiſtimo, ſenſus enim eſt: ſi quis recitat tabulas contra reum, quæ fuerint in accuſatoris poteſtate, eæ quidem tabulæ nullam fidem habere debent, ſed tamen res aliquam formam atque imaginem iudicij habet, quia tabulæ cuiuſcumq; modi ſint, recitantur: vt in iudicijs ſolet: nunc vero cum tantummodo afferat honor viliſſimus dediſſe ſe tabulas, ſed nec recitet eas, nec proferat, iſto modo ne iudicium quidem fieri videtur. hoc enim non modo iudicij vim non habet, ſed ne ſpeciem quidem, vbi non iura, nec tabulæ proferuntur, ſed vana duntaxat verba iactantur.

E *Cum efferretur.*) In antiquo libro eſt, *cum hæc ferentur*. nos, *cum eferretur.* ita enim antiqui plerumque ſcribebant hoc verbum per c. & f, non per f geminatum. & poſt duos verſus, pro, *præſertim quod*, legendum *præſertim cum*: licet in antiquo ſit, *quum.*

Te ex aliqua parte releuauit.) Sublatis duabus dictionibus legendum, *te aliqua. releuauit. aliqua*, autem aduerbium eſt.

Aculeo tam dimiſſo.) Ant. liber. *emiſſo.* & eodem verſu vbi eſt, *at iſtud.* ipſe habet, *vt iſtud.* nos tamen vulgatam malumus. & ſequenti verſu vbi legitur. *poſtquam biduus*, ibi, *poſt quam vi dum.* nos *poſtquam biduum.* & infra vbi legitur, *verum etiam*, delenda vox, *etiam*; ſufficit enim id quod ſequitur, *adiungat.*

Sed

Sed de hoc teſte totoque Mithridatico differunt & ſubtiliter, & copioſe.) A Duabus vocibus additis, & vna detracta legendum: *ſed quoniam de hoc teſte totoque Mithridatico crimine diſſeruit ſubtiliter & copioſe.* ſane *ſubtiliter*, ſcriptum eſt per p. non b.

Tennites) Per m, ſcriptum eſt in prima ſyllaba, & ita ſemper & ſequenti verſu, *magiſtrum aliorum*, in antiquo libro eſt, *illorum*, quod non placet. & infra, vbi eſt, *omnibus turpiſſimis iudicijs conuictus eſt*, ille habet, *victus eſt.* & recte. ita enim hoc dicit de rhetore magiſtroque dicendi: ſicut de eo qui artem armorum traderet, dici commode poſſet, *qui pugnare alios docet, ipſe in pugna fœde vi-* B *ctus eſt.*

In qua nummus moueri nullus poteſt. Ant. liber, *commoueri.* ſic & in oratione pro Fonteio: *nummus in Gallia nullus ſine ciuium R. tabulis commouetur.*

Maiorem etiam aliquam.) Legendnm, *maiorem etiam*, & pro eo quod ſtatim ſequitur, *ijdem darent*, in antiq. libro eſt, *fide darent.* nos, *eidem darent.*

Tymolo.) Ant. liber, *molo*: deinde addito alia manu T, *Tmolo*, & poſt duos verſus vbi eſt, *huic vni in vita commiſſa ſola eſt*, ille habet, *huic vna*, C qua lectione admiſſa, dictio, *ſola*, abundat.

Frumento publico.) Antiq. liber *in frumento.* nec videatur inuſitatum dicere aliquem poſitum eſſe cuſtodem in frumento publico: nam & recte, & vſitate de aliquo diceretur, *impoſitus eſt cuſtos frumento p.* quæ dictio *impoſitus*, ex duabus his iuncta eſt *in*, & *poſitus*.

Pecuniam ſumpſit mutuam à ſex. ſcola.) In Ant. lib. pro *mutuam* eſt *tum*: nos tamen *mutuam* malumus, & pro, *ſcola*, in eo legitur. *Siloga*, & poſt duos verſus, vbi eſt, *credidit Veratij lectiſſimi hominis fidei. is cum ſolueret*: in eo ita eſt, *credidit Nerati lectiſſimi hominis fide. ei cum ſolueret.* ſic autem res geſta intelligenda eſt, Heraclides ſumpſit pecuniam D mutuam à Sex. Siloga qui eam illi credidit, fideiubente pro ipſo P. Fuluio Nerato, hanc deinde pecuniam cum vellet Heraclides reddere Sex. Silogæ ſumpſit à C. & M. Fuſijs. fideiubente pro ipſo, Hermippo.

Cum iſto ſe ſe.) Delendum poſterius, *ſe*, & poſt aliqua, pro, *neminem quidem*, legendum, *neminem tamen.* & infra vbi eſt, *reſpondet*, *reſpondit.*

Cum iudicatum eſſet,) Ant. liber, *iudicatus.* & poſt pauca vbi eſt, *& ab iudice abiret*, in eo ſic eſt, *ab eo iudice habitet.* nos, *ab eo iudice abijt*, & : vt E totus locus ita legatur: *Q. Naſo vir ornatiſſimus qui Prætor fuerat iudex ſumitur, qui cũ ſententiarum ſecundum Plotium ſe dicturum oſtenderet, ab eo iudice abijt: & quod iudicium lege non erat, cauſam totam reliquit.* qui locus aliqua declaratione indiget, quod enim dicat Q. Naſonem iudicem ſumptum, intelligendum eſt, eum arbitrum à partibus lectum. quod vero ſequitur *ab eo iudice abijt*, ſubaudiendum. *Heraclides*, ea vero verba, *quod iudicium lege non erat*, ſic intellige quia iudicium illud non erat lege conſtitutum, ſed partium voluntate, nam arbitria quæ nos *comoromiſſa* appellamus, ab libera partium voluntate dependent. vt ſi actor cauſam proſequi noluerit, nulla id lege facere co-

A *Procede in medium male conciliate, quoniam ambitum admiſſum
negauit patronus tuus: ego iam ſic agam, vt omnes mortales tui
ſceleris non veſtigia, ſed frontem videre poſſint. Erat in Gallia Mu-
rana, iudices, eo tempore, quo Metellus in vrbem à Pompeio miſſus
dicebatur veluti fulmen ad feriendam Rempublicam: qui ru-
mor, vt ſcitis, ab ijs natus eſt, qui gloriæ clariſſimi viri inuide-
bant: quibus non ſatis fuit ſolicitare ciues falſis nuncijs, & tur-
piſſimam ſerere ſuſpicionem, niſi fundamenta etiam iaciſſent de
oppugnanda dignitate eius, qui magnis exceptis laboribus, nullis ſe
B periculis frangens, in extremis orbis terrarum partibus bellum
gerit pro gloria populi Romani. hoc tempore, ſi meminiſtis, agеba-
tur de conſule deſignando: ardebat ambitione Murena, moleſtiſ-
ſime ferebat abſentiam: veniſſe tempus videbat, quo periculum
faceret, quid aurum Pontificum poſſet, & tota Aſia quæſitæ diui-
tiæ. ad ea conuerſus, quibus potentior accederet ad petitionem con-
ſulatus, deſperatas pecunias in prouincia ſibi addixit, ſpopōdit no-
ſtris, exoluit pro peregrinis, pependit de ſuo, vt vna re & municipales
C & vrbanas tribus haberet obnoxias. qua largitione ſic omnes ob-
ſtrinxit, vt cum in vrbem venire diceretur, vndiq; ad eum legatio-
nes concurrerēt, tanto comitatu, vt nulla diuerſoria alere, nullæ vr-
bes poſſent excipere: quamobrem iſte more regio præmittebat ante-
curſores, mulos, coquos, pulpamenta, tabernacula, ante cœnam ti-
bicines, in cœna pueros vocibus, fidibus deniq; canere iubebat: nun-
quam in homine tanta fuit vanitas & leuitas. Dij immortales, quæ
ſuperbia, quæ ignoratio ſui: cum pleniſſimis vijs iretur, ſcribit ad L.
D Nattam, adoleſcentem primarium & gratioſum, ſex dieb. ſe tridui
iter proceſſiſſe, vt percommode cum copijs vrbanis veniat obuiam:
pecuniam per Agathonem libertum mittit, vt ſi vſu veniat, quan-
tum velit poſſit largiri. ibi tum Natta conuenire ſodales, gregem co-
gere, orare, obſecrare, prehendere, vt ſequantur, alijs equos emere, a-
lijs dare veſtem, pecuniam multis. Obuiam itū eſt vſq; in Vmbriam,
vt iſtum, tanquam ſi eſſet conſul ſalutarent. Ponite ante oculos,
Iudices, magnam multitudinem ſalutantium & reſalutantium:
E cōſiderate qui ſermones tot diebus haberi potuerunt diſſimili homi-
num genere, cum biberetur ad multam noctem, luderetur alea, per-
ſtreperent omnia vocibus ebriorum. Nam quid eſt, quod Cn. Poſt-
humius paternus amicus, vicinus & neceſſarius vetus Murenæ, qui
neceſſitudinis cauſas complures, ſimultatis nullam commemorare
poteſt, ſedet pro accuſatore? Iuerat ipſe quoq; obuiam, honeſtiſſime
amico cupiebat, & fauiſſet petitioni. quid eſt? percunctemini: erat cū
equitibus præfectus fabrum, qui fuit in exercitu Luculli ſocius con-
ſiliorum,*

Digitized by Google

ſiliorum, particeps prædarum. Huic mãdatum eſt præſente Poſthumio, vt militibus, qui ad Triumphum Romam conuenerant, & cũ præfecto exierant, pecunia daretur vt ſequerentur. Audite, Iudices: audite quid Fimbriani milites eundo canerent: Me ſaucium recreacreauit, me præda donauit, hoc duce caſtra capimus, quæ capiemus conſuleiſi hæc non inter ciues Romanos, ſed in aliqua ſolitudine dicerentur, conclamaremus, regno viam fieri. Hic cum & ciues & peregrinos largitione corrumpat, ſpe lactet, incendat cupiditatibus, excuſatur defenditur. O impunitatem incredibilem, ô nunquam expectatam defenſionẽ. Sed quæ foris geſta ſunt ſi eſſe poſſunt, ſint ſane leuia, ſint exigua, ſint nulla: videamus quæ domi. Venit in vrbem Muræna cum exercitu, cum gradi pecunia, veluti oppugnaturus comitia, bellum illaturus legibus: erant ædes regio apparatu plenæ ornamentorum, veſtibulum nouo tectorio, imagines coronis, parietes veſtes ſtragula, pauimenta opere vermiculato diſtincta: auro, argento, ebore omnia collucebant. hic à L. Lucullo & ſuis excipitur, tanta lætitia, tantis complexibus, ea ſalutatione, vt non ad petendum, ſed ad gerendum conſulatum veniſſe videretur. Nox tota in epulis compotationibus & cãtibus abſumpta eſt. Poſtero die vix lucebat, & iam ad fores L. Natta cum equitibus, M. Lucullus cum patricijs: ad quos beatos iſte ædium dominus purpura veſtitus tandem progreditur, & ſtipatus deducitur in Campum Martium. Præfectus interea fabrum, cũ ludi futuri eſſent, inuitat tribules ſuos ad ſpectandum: locum pollicetur, vnde honeſtiſſime & iucunde ſpectarent. Lucillam veſtalem, huius propinquam & neceſſariam, Murænæ nomine Murænæ inquam nomine orat, vt locum ſuum cõcedat. Honeſtiſſimæ ſunt matronæ, quæ ſi vultis non recuſant, Iudices, teſtimonium dicere. Eſt virgo veſtalis ipſa ingenua, ea conſecrata religione, vt rogata non tacere, iurata non mentiri poſſit. nam quod L. Natta, vt equeſtrem ordinem conciliaret Murænæ, in equitum cẽturijs eſſe voluit: quid fuerit cauſæ, rogate vitricum eius, rogate matrem, rogate domeſticos. cum adoleſcens literas accepiſſet à Muræna, vt cum ſodalibus maturrime proficiſceretur, vt diximus, alijs equos emit, alijs veſtem, alijs pecuniam dedit. impendium ad matrẽ ſerui domeſtici deferebant: ſumptus vnde ſuppeditaretur, cum ignorarẽt, non poterant deferre. quam obrem miſera cum ſe excruciaret, eius rogatu vitricus adoleſcentem ad ſe vocat: Hem Natta, inquit, quid te nobis, quid ibi rem familiarem perdis? quid lancinas? quid patrimonium diſſipas? Bonus adoleſcens, vt conſolaretur, in conclaue ſenem adducit grandem pecuniam oſtendit miſſam à Muræna. Tũ vero admirari, ſuſpicari, vociferari ſenex: Mi fili, quid nos laqueis impli-

A implicas? quid periculum creas? nam ſic agere, propemodum nobis
diem dicere eſt: nam hic ambitus eſt. Cum reſponderet Natta, fa-
cile ætate adoleſcentem excuſari poſſe: veritus eſt grandis natu, ſi
quando hæc ſuo conſilio facta viderentur, ne poſſet accuſari. homo
antiquus ſeruis præſentibus cum vxore communicat, pergit ad Iu-
reconſultos: petit, an quæ fierent, adoleſcenti vel vitrico fraudi aut
crimini eſſe poſſent. Cum eſſet reſponſum, neq; alienum pro candida-
to, neq; vitricum pro priuigno teneri: nolite quærere, Iudices, quam
Natta audacter, quam effrenate cætera. turmatim equites ad ſe
B vocat, conficit pecunia, vt ſe in equitum centurijs eſſe velint. impe-
trat cum gratia: & miramini, ſi ſecuti ſunt equites vſque in Vm-
briam? Cum rediſſet in vrbem noctu diuiſores tribuum adit ſuffra-
gia emit, pecunia in circo Flaminio apud Apollinis æditauum depo-
nitur, quam conſule renunciato Murena capiant. Quid eſt hoc iu-
dices? num vanum, aut fictum eſt? Pecuniam nos per prætorem in-
tercepimus: quam vbi diuiſores partiri inter ſe non poſſe intelligerēt,
in Seruitij petitionem omnia redundarunt. comprehenſa pecunia eſt
C à nobis: clamat L. Natta indignum facinus eſſe, ſi à vitrico me-
tuat, pecuniam ſibi non licere deponere in tuto. Æditus pecuniam
delatam non negat: qui enim negare poteſt, ſi comprehenſa eſt?
At qua cauſa delata ſit, miniſter conſiliorum ſcire ſe id vero perne-
gat. Hæc ſuſpicio, Iudices, late manare debet: magna pars ſacculorũ
Aſiam olet, ciſtophoris plena eſt. Vnde adoleſcenti, qui ſub vitrico
victitat, nummorum tantum? quid eſt, quod nulli ſunt bigati? quid
quod noctu? quid quod per ſeruos Murenæ miſſi ſunt ad æditauum?
D Excandeſcis Natta? amici ſeruis, inquis, tam bene vtor, quam meis.
Perbelle nunc concidis, quaſi philoſophus aliquis, omnia amicorum
communia eſſe: ſi quid ego amici cauſa te feciſſe dicam, negas iſco.
Prandia, bone adoleſcens, ſectatoribus dediſti: nihil ne ad Murenā
ſuſpicio attinet? cum equum, veſtem pecuniam datam abs te ſodali-
bus aio, quæreris protinus, impediri à me liberalitatem tuam. Quo
me vertam Iudices? quid appellem aut implorem, niſi prudentiam
& ſapientiam veſtram? Cum his ſi de iure contendo, opera luditur:
E omitto tyronem, excutio veteranum. Præfectus fabrum pecuniam
militibus præſente Poſthumio mandato Murenæ dedit, & excuſat.
Erat illud viaticum, non largitio. Quid? quod tum dediſti, cum
Murenæ itum eſt obuiam. Quid ais? Si obuiam itum non eſſet, num
dediſſes? Non poſſum, inquit, diuinare. At hercle, diuini & cœleſtes
viri hi Iudices diuinabunt. Præfectus iſte fabrum prandia tribulib.
ſuis à ludo redeuntibus dedit, plus quam trecentis. Quid eſt vulgo
dare prandia, ſi hæc non ſunt data vulgo? Sectabantur candidatum
quoti-

quotidie equites, patricij, tenuiores: eorum dux, & quaſi moderator
erat M. Lucullus, & non fuit ambitus: quid hoc eſt, ſi ambitus non A
eſt? tracta Senatus conſultum:

SI MERCEDE OBVIAM CANDIDATIS IERINT, SI
CONDVCTI SECTABVNTVR. SI GLADIATORIBVS
VVLGO LOCVS TRIBVETVR, SI PRANDIA VVLGO
DANTVR, CONTRA LEGEM CALPVRNIAM FA-
CTVM VIDERI.

Quid eſt mercede obuiam ire, niſi emolumento accepto? Veſtis,
equus, non eſt emolumentum? Ergo ſi veſtem militibus dat impe- B
rator, ſi frumentum metitur, non dat mercedem? ſi pecuniam de-
dit, non ſunt conducti? Prandia data ſunt tribulibus pluſquam tre-
centis, non ſunt data vulgo: quid ergo eſt vulgo? Quod factum eſt
concedunt, quod conſectarium eſt negant: turpiſſima fuga eſt. Solet
fieri, Iudices, vt qui victi ſint, deſperatis rebus conſilium ſæpe capere
cogantur minime ſalutare. ſed nos inſequamur, & nullo loco ſina-
mus conſiſtere. Licinia lex eſt de ſodalitijs: dic tandem Natta, quæ
tibi ſunt ſodalitates? an non eorum, quibus cum Muræna itum eſt C
obuiam? ante petitionem Murænæ perpauci tibi erant ſodales, epu-
labaris modice, ingentes ſodalitates à te conſtitutæ ſunt: conſtitutæ
illius petitione, inuitaſti centurias equitum, quas Muræna ſuffra-
gatas videmus. Vitricus tuus cui æque charus es, ac fuiſti patri, ne-
gat fuiſſe te quenquam magis modeſtum ac frugi: quod contra legẽ
Liciniam, Cinciam & Corneliam feceris, culpam omnem cõijcit in
eum qui te perdidit pecunia. Lex Fabia eſt de numero ſectatorũ: de
numero non laboramus, nemo deductus eſt in campum nemo domũ D
reductus eſt maiori numero ſectatorum. Lex Calpurnia vetat, ne
pecunia, ne vulgo locus, ne prandia dentur: pecunia ſpectacula, prã-
dia tributim data ſunt. liberat nos, Iudices, M. Tullius magno la-
bore, ne teſtes producamus: ſunt enim omnia illuſtri loco, in cõſpectu
populi Romani poſita: fatetur patronus, concedit rei nomine. videte
in quem angulum res deducta eſt: tot tantiſq; de rebus, vnum eſt re-
ſponſum eloquentiſſimi oratoris, mira eſt anguſtia, non habet iam
quo ſe vertat. quid inquit? Et ſi hoc factum à Muræna omnino, Iu- E
dices, non eſt, ab eius amicis autẽ more & modo factũ eſt. Itane tan-
dem? at iſto more & modo quod feciſſent ſuperiorib. annis nobiliſſimi
viri P. Sylla & P. Antronius, conſules deſignati, dãnati ſunt: Mu-
ræna abſoluetur? Credo. nam quid per Deos eſt? Muræna non fecit, a-
mici eius fecerunt? Quid ſi Muræna feciſſet, cõdemnaretur? Condẽ-
naretur. Quid ſi per ſeruos? qd ſi per amicos fecit, non erit idẽ? Inepta
defenſio eſt: Pecunia data eſt, nõ eſt à Muræna numerata pecunia.
Fateor, ego quoq; idẽ dico. Quid? ſi numeraſſet eius nomine argẽta-
rius,

A *rius, non dediſſet Muræna? Natta dedit, Præfectus dedit. at nihil*
erat quod iſti darent: Murænæ intererat vt daretur, cuius gratia
empta ſuffragia ſunt. Non eſt quærendum, cuius manu numerata
ſit, ſed cuius iuſſu ſit data: cum ſerui perferrent ſacculos tu ipſe Mu-
ræna perferebas. cum pecuniam numerarent amici iſti tui, manus
erant tuæ: quicquid ab his datum eſt, quicquid numeratum eſt, tua
manu datum, tua manu numeratum eſt. Nam quod tuo nomine
rogata eſt virgo veſtalis, vt locum concederet: ſcis quid eſt tuo no-
mine? tua ſcilicet cauſa. Sed næ ego homo ineptus ſum, qui de re
B *tandiu diſſeram, de qua dubitat nemo. Nam quod reſcitum iri*
Muræna metuebas, egiſti per amicos: quis non intelligat? quæ cau-
tio ſi firma eſſet, nemo vnquam eſſet tam ſtolidus, quia ea non vte-
retur. Non pudet his nugis agere? non vides apud quos iudices? ex
horum ſeueritate te vlla fraus, aut eloquentia eripiet? Lex de ambitu
dilucide vetat, mercede cădidatis obuiam iri. itum eſt obuiam, mer-
ces data eſt: nihil refert à quo data ſit, ſed qui fuerit cădidatus quæ-
rit. Iubet ne conducti ſectentur: conducti ſunt, ſectati ſunt, non quæ-
C *rit quorum opera, ſed quem ſint ſectati. Vetat, ne gladiatoribus vul-*
go locus tribuatur, ne prandia vulgo dentur: ſi tributim data ſunt,
quis neſciat vulgo data? ſi petente amico locus datus eſt, quis non
videt eblandita ſuffragia? Videtis quo loco res ſit, Iudices: videtis
audaciam hominum, videtis corruptionem. Vix credibile eſt qui
conuentus eſſent ad prandia, qui concurſus ad compotationes. Ita-
ne ſeruire Romanos homines ventri & gulæ? vt nihil mirum iam
ſit, pluris venire, in ciuitate piſcem quam bouem, pluris vini am-
D *phoram quam olei medimnum. Nam de auaritia quid dicam?*
Itane venalia eſſe omnia in vrbe, vt comitia ſanctiſſima turpiter
venditentur? vt barbari etiam, veluti Apollo Pythius dicant, Rẽ-
pub. noſtram, quod Dij prohibeant, propere perituram? Quis huic
imperio tam eſt inimicus, qui hæc poſſit audire & perpeti? Militem
locupletem ſperaſſe ſe conſularem dignitatem pecunia emere, ci-
boque obijciendo corrumpere comitia populi Romani ne libera eſ-
E *ſent: ita effœminare animos, vt tot rebus victores, pecunia & cibo*
vinceremur? Hunc ciuem appellabimus? hic Rempubl. geret?
huic libertas patriæ committetur? quam ſi non poterit occupare, cũ
tanti emerit, pecunia maiore vendat? Obſecro, Iudices, conſulite
libertati noſtræ, quæ vita vobis charior eſſe debet: prouidete, ne lar-
gitio omnia occupet: ne leges ad quarum cuſtodiam delecti eſtis, vi-
ctæ in foro turpiſſime iaceant, obterantur, & conculcẽtur. In comi-
tijs conſularibus, vt videtis, precio & cibo addicta fuit fides & reli-
gio: vultis hunc vſum & conſuetudinẽ ciuibus veſtris inijcere? vultis
alere

alere impunitatem? nunquam ambitus fuit maior, nunquam corruptio certior. Quid ſi hic iudicium effugerit, improbi non tentabunt? dubitatis, poſthac omnia omnes auſuros? vtinam eſſet integrum. Si iudicia ſeuera futura non ſint, quam vellem Murenæ dies dicta non fuiſſet ne in hoc periculo verſaremur: non enim eodem loco res eſt, quo fuit antea quam accuſaretur. tutius multo erat, Murenam non accuſari, quam nunc abſolui. Cogitate diligenter Iudices, & pro veſtra ſapientia proſpicite, quantum periculi ſit, ſi is hoc iudicio erumpat, cuius ſalus cum ſalute Reipublicæ coniuncta eſſe non poteſt. Memineritis poſtea, ſi hic abſoluetur, breui nullam nobis futuram Rempub. Quæ ea vox? Vox hæc mea eſt, vox doloris & pietatis, non maleuolentiæ aut odij. Quid eſt? inhiant libertati noſtræ, Iudices, non Manlius, non Catilina, notiſſimi latrones, quos ſatis conſtans rumor eſt ab Antonio fuiſſe oppreſſos, ſed principes ciuitatis opulenti & gratioſi: neque armis vinci res Romana poteſt, ſed obſequijs, lenocinio, corruptela, pecunia, largitione. Formidoloſum eſt, & optimo cuique pertimeſcendum, ſi veterani milites Saturninum ad occupandum Capitolium excitarunt: ſi L. Syllæ memores, libidinem Catilinæ ad extinguendam Rempublicam iniecerunt: ſi Luculli tyrones legatum ſecuti extulerunt ad conſulatum, & proſtratis legibus defendunt, & de manibus veſtris eripere conantur: pertimeſcendum eſt, ne legionarij, qui duces poſthac ſequuntur, incendant imperatores noſtros prauis cupiditatibus, præſertim cum plures Catilinæ coniurationis participes fuiſſe dicantur. Quare per deos immortales date operã Catoni Iudices, expergiſcimini capeſſite remp. is in hoc iudicio cenſet eſſe in manu veſtra poſitam fortunam populi Romani: nihil vos falſæ quorundam lachrymæ abducant. Si quis miſericordiæ locus eſt, miſereat vos inprimis patriæ, cui nati eſtis: quæ diuulſa à regibus, diſcerpta à ciuibus, timore perdita, miſera atq; afflicta, deſperatis prope rebus à vobis auxilium petit, & de nobis ſolicita eſt: duces armati domi foriſq; cum magnis copijs ſunt, militum inflati cupiditatibus feruntur. Quis nos eripiet? quis liberabit niſi ſapientia, niſi ſeueritas veſtra iudices, eos ſi hoc iudicio deterrebitis, ſalui ſumus.

* *
*

A

B

GABR. FAERNVS IN ORATIONEM PRO L. FLACCO:

ORATIO XXIIII.

C HOneris petius L. Flacci.) Aliqui libri habent, *honorum.* quod magis opponitur ei quod infra in plurali eſt; *miſeriarum*, & poſt aliqua vbi eſt; *inſtituta adoleſcentia*, quid ſi *inſtituto* legas? quod in vno exemplari eſt.

At is quidẽ omnem ſuam de bonis poteſtatem tradit vobis.) Mihi magis probatur, *tradidit*, quod in aliquibus libris eſt. populus enim iudicibus per tempora deligendis poteſtatem tradiderat, iam inde cum legem iudiciariam tulit Ceterum quod præcedit, *de bonis*, non placet Antonio Auguſtino: nam & de malis iudicabant. & forte legendum, *de nobis*: id eſt de vniuerſis ciuibus.

D *Rapitur ad pœnam qui indicia communis exitij cepit.*) Nullus liber habet, *rapitur*, Sed aut, *petitur*, aut, *repetitur*. quod poſterius in omnibus fere eſt, quodque optime cum accuſatione quadrat. Quid eſt enim aliud accuſare, quam repetere ad pœnam? contra *rapi ad pœnam* non niſi de damnato dicitur, deque eo qui iam ad ſupplicium ducitur. pro *cepit* vero, vnus tantum liber habet, *excepit*, quod mihi maxime placet.

Ea vere in ſumme & periculoſiſſime reip. tempore etiam ab inimicis laudatur.) Ex omnibus libris pro *ea vero*, lege, *at vere*, & ante. *laudatur*, hæc duo verba interpone, *eadem pretura*.

E *Qua vi.*) Hæc duo verba abſunt ab omnibus fere libris ſcriptis, & certe ſuperuacanea exiſtimo. Sufficit enim *qua ſpe, qua re concitatis.*

Quaſtoremque cognouerunt.) In aliquibus libris legitur, *cognouerint*, ſed neutrum placet, & puto propter numerum legendum, *cognouerunt.*

Ac amantiſſimum reip. ciuem.) Tam pro certo habeo, quam quod certiſſimum eſt, *ac*, copulam ita ſitam, vt eam dictio a vocali incipiens ſubſequatur, non eſſe Ciceronis, ſed ab aliquo ſciolo emendatore inculcatam, & aſyndethon proferendum, *quem vos præſentem*

Præſentem conſtantiſsimum ſenatorem iuſtiſsimum prætorem, amantiſsimum Reip. ciuem indicatis, aut certe pro, *ac*, legendum, *atque* quod minus probo. A

Quod læderet eum) Plerique libri non habent, vocem, eum.

Sed impudiciſsimus.) Ex auctoritate omnium librorum ſcriptorum lege, *impudentiſsimus*, quæ vox hic optime ſenſui quadrat: cum contra abſurdiſſima ſit impreſſa.

Etenim poſſet eſſe infinita.) Hic quoque omnes libri habent, *etenim poteſt.*

Quem ſpere his rebus fore magno vſui, & amicis & reip.) In omnibus libris pro, *his rebus*, eſt, *his verbis*: ſed neutrum placet. Guido Lolius legit, *alijs rebus.* B

Certus eſt.) Putamus legendum, *certus ſit.*

Sed prope cunctis gentibus eminebant.) Omnes, quotquot ſunt libri ſcripti habent, *enitebant* quod non video quare placere non debeat,

Caſus eſt virgis Cymicus ille Athenagoras.) Pro *Cynicus* omnes libri ſcripti habent *Cymeus*: quæ tamen vox per diphtongum ſcribenda eſt, vt ſit, *Cymæus*, id eſt ex Cymit vrbe. quam vocem & infra vſurpat vbi loquitur de fundo empto per Heraclidem: & alioqui placet mihi vt in aliquo deſcribendo nomẽ patriæ potius aſcribatur, quam profeſſionis, aut ſectæ. erant autem *Cymæ* oppidum Aſiæ, in ea parte quæ *Aeolis* appellatur. C

Ego teſtes à Cilicia.) Omnes libri ſcripti à *Sicilia.*

Quo noluit adduxit.) Legendum, *quo voluit*, ex omnibus libris ſcriptis; *quo voluit* autem, intelligendum, ille qui interrogat. ita etiam melius habet numerus. nam vt in vulgata eſt, hemiſtichion heroicum eſt, *Noluit adduxit.*

Sed & fremitum egentium.) In nullo libro ſcripto eſt dictio, *ſed*, omnes habent, *& fremitum.* Si quis tamen literam s, ex præcedentis dictionis fine geminauerit, & cum *&* copula iunxerit, fiet, *ſet*, antiquo more ſcribendi, & noſtro recenti, ſed D

Tamen in imitatione, atque in exemplo.) Omnes libri ſcripti *in conditione*, quod non video cur iſtis emendatoribus ita diſplicuerit, vt pro eo ſuppoſuerint, *imitatione conditio* autem hic accipitur pro ſorte communi: & paulo infra vbi eſt in impreſſis, ciuis ciuem, in nullo ſcripto eſt dictio, *ciuis*. & certe ſuperuacanea eſt.

Honoribus imperio.) Nos ex eo quod ſcripta lectio habet, *imperij*, legendum putamus, *imperijs*, & poſt duos verſus vbi eſt, *ſed id quod maxime florere in generis ſui gloria viderat*, lege ex omnibus ſcriptis, *ſed in qua maxime florere generis ſui gloriam viderat.* & ſequenti verſu pro, *adamauerit*, *adamarit.* quod plures libri habent. Item poſt multa vbi eſt, *partibus diſtincta*, plures libri habent, *pertubus.* E

Asinus pugil.) Hic quoq; ex omnium librorum, vel expreſſa ſcriptura, vel veſtigijs eius, lego, *Athinas pugil.*

Vtrum noſtra iſta claſsis.) Ex omnium fere librorum ſcriptorum fide, pronomen illud, *noſtra*, etiam alioqui ſuperuacaneum delemus.

Sed de hoc teſte totoque Mithridatico differunt & ſubtiliter, & copioſo.) A Duabus vocibus additis, & vna detracta legendum: *ſed quoniam de hoc teſte totoque Mithridatico crimine diſſeruit ſubtiliter & copioſo.* ſane *ſubtiliter*, ſcriptum eſt per p. non b.

Tonnites) Per m, ſcriptum eſt in prima ſyllaba, & ita ſemper & ſequenti verſu, *magiſtrum aliorum*, in antiquo libro eſt, *illorum*, quod non placet. & infra, vbi eſt, *omnibus turpiſſimis iudicijs conuictus eſt*, ille habet, *victus eſt.* & recte. ita enim hoc dicit de rhetore magiſtroque dicendi: ſicut de eo qui artem armorum traderet, dici commode poſſet, *qui pugnare alios docet, ipſe in pugna fœde victus eſt.* B

In qua nummus moueri nullus poteſt. Ant liber, *commoueri*. ſic & in oratione pro Fonteio: *nummus in Gallia nullus ſine ciuium R. tabulis commouetur.*

Maiorem etiam aliquam.) Legendnm, *maiorem etiam*, & pro eo quod ſtatim ſequitur, *ijdem darent*, in antiq. libro eſt, *fide darent.* nos, *eidem darent.*

Tymolo.) Ant. liber, *molo*: deinde addito alia manu T. *Tmolo*, & poſt duos verſus vbi eſt, *huic vni in vita commiſſa ſola eſt*, ille habet, *huic vna*, C qua lectione admiſſa, dictio, *ſola*, abundat.

Frumento publico.) Antiq. liber *in frumento*. nec videatur inuſitatum dicere aliquem poſitum eſſe cuſtodem in frumento publico: nam & recte, & vſitate de aliquo diceretur, *impoſitus eſt cuſtos frumento p.* quæ dictio *impoſitus*, ex duabus his iuncta eſt *in*, & *poſitus.*

Pecuniam ſumpſit mutuam à ſex. ſcola.) In Ant. lib. pro *mutuam* eſt *tum*: nos tamen *mutuam* malumus, & pro, *ſcola*, in eo legitur. *Siloga*, & poſt duos verſus, vbi eſt, *credidit Veratij lectiſſimi hominis fidei. is cum ſolueret*: in eo ita eſt, *credidit Nerati lectiſſimi hominis fide. ei cum ſolueret.* D ſic autem res geſta intelligenda eſt, Heraclides ſumpſit pecuniam mutuam à Sex. Siloga qui eam illi credidit, fideiubente pro ipſo P. Fuluio Nerato, hanc deinde pecuniam cum vellet Heraclides reddere Sex. Silogæ ſumpſit à C. & M. Fuſijs. fideiubente pro ipſo, Hermippo.

Cum iſto ſe ſe.) Delendum poſterius, *ſe*, & poſt aliqua, pro, *neminem quidem*, legendum, *neminem tamen.* & infra vbi eſt, *reſpondet*, *reſpondit.*

Cum iudicatum eſſet,) Ant. liber, *iudicatus*. & poſt pauca vbi eſt, *& ab iudice abiret*, in eo ſic eſt, *ab eo iudico habiter.* nos, *ab eo iudice abijt.* & : vt E totus locus ita legatur: *Q. Naſo vir ornatiſſimus qui Prætor fuerat iudex ſumitur, qui cũ ſententiarum ſecundum Plotium ſe dicturum oſtenderet, ab eo iudice abijt: & quod iudicium lege non erat, cauſam totam reliquit.* qui locus aliqua declaratione indiget, quod enim dicat Q. Naſonem iudicem ſumptum, intelligendum eſt, eum arbitrum à partibus lectum. quod vero ſequitur *ab eo iudice abijt*, ſubaudiendum. *Heraclides*, ea vero verba, *quod iudicium lege non erat*, ſic intellige quia iudicium illud non erat lege conſtitutum, ſed partium voluntate, nam arbitria quæ nos *compromiſſa* appellamus, ab libera partium voluntate dependent. vt ſi actor cauſam proſequi noluerit, nulla id lege facere co-

A gitur. idcirco Heraclides qui actor erat, ab eo iudice abijt, & cauſam
totam reliquit.

Quoniam te.) Antiquus liber. *qua tum te*, nos, *quia tum te.*

Commiſſam tibi.) Addendum in fine verbum *dicis* : vt ſic legatur
totus hic locus : *pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen ac-
cepta, occupauiſti. hanc fiduciam commiſſam tibi dicis : tenes hodie, ac poßides.*
Quibus in verbis, ſiqua eſt obſcuritas, tollitur, ſi, quid ſit *alicui occupa-
re pecuniam*, quid *accipere fiduciam*, quid *fiduciam eſſe commiſſam.* decla-
retur. *a Occupare pecuniam* exponit Nonius, *collocare*, teſtimonio
B Pomponij poëtæ. Sed & in hac ipſa oratione pro Flacco eſt id ver-
bum in hanc ſignificationem ; *cum ipſi*, inquit, *graui fœnore iſtam pe-
cuniam multos annos occupauiſſent.* item in Verrem. *præterea pecunias
occupauerat apud populos, & ſyngraphas fecerat. Occupare* ergo *alicui pecu-
niam*, eſt pecuniam apud aliquem fœnore collocare. nam ſicut otio-
ſam habere pecuniam dicitur, qui nullum ex ea percipit fructum,
(vt eſt apud Scæuolam Iureconſultum libro primo Reſponſorum)
ita qui percipit, *occupare* dicimus etiam rem vel pecuniam in aliquo
negotio occupare, id eſt, tractare cum lucro, vt in oratione pro lege
Manilia. *Quorum magna res aguntur in veſtris vectigalibus exercendis occu-
C pata* Nunc de *b* Fiducia, Boëtius quarto commentario Topicorum,
Fiduciam, inquit, *accepiſſe dicitur, cuicumque res aliqua ea lege mancipa-
tur, vt mancipanti aliquando remancipet : veluti ſi quis tempus dubium ti-
mens, amico potentiori fundum mancipet, redditure cum tempus illud dubium
præterierit. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco, quod reſtituendi fi-
des interponitur.* Hucuſque Boetius. quem & Budæus ante nos cita-
uit in Annotationibus in Pandectas. Sed intelligere debemus eam
fidem, quæ interponebatur de reſtituenda re fiduaciaria, non fuiſſe
apertam, neque manifeſtam : ſed tantum ipſis partibus notam,
adeoque ſecretam : vt ſi ille qui fiduciam acceperat, fidem fran-
D geret, eam reſtituere noluiſſet, iudicio cogi ad id faciendum non
poſſet. aliter quæ fiducia, aut quæ fides eſſet? Videamus nunc quid
ſit *fiduciam eſſe commiſſam.* verbum *committendi* inter multas ſignifica-
tiones, etiam hanc habet, vt ſi eo actiue vtaris, eiq; adiungas alteru-
tram harum dictionum, *pœnam, multam*, ſignificat aliquem, pœnam
vel multam eſſe commeritum: vel in pœnam multamue incidiſſe:
eandem paſſiue poſita cum alterutra itidem harum dictionum,
vt ſit *pœna aut multa commiſſa eſt*, ſignificationem obtinet: quod ſi cum
dictione, *hæreditas*, ſubſequente datiuo perſonam ſignificante;
vt ſi dicas *hæreditatem Titio eſſe commiſſam* ; ſignificatur caſum eue-
E niſſe, quo hæreditas, ab eo hærede qui non obſeruarit ea ad quæ ex
teſtamento tenetur, pœnæ nomine ad Titium deuoluta ſit. Si cum
dictione *hypotheca*, vt ſi dicas, *Hypotheca commiſſa ſunt*, ſignificatur
caſum eueniſſe, quo bona aliqua, pignoris loco creditori obligata,
propria eius effecta ſint, debitore ad diem non ſoluente. Hæc erudi-
tis nota eſſe debent, & omnib. iuris ciuilis ſtudioſis : in cuius ſcien-
tiæ libris etiam. & *ſtipulationem committi, & merces commiſſa* inueniun-
tur, & *lex commiſſoria* : ſed propter alios qui hæc legent, coacti ſumus
ea paulo verboſi⁹ explicare. quorũ omniũ deinceps ex ipſo Cicerone
exempla ſubiecimus. Pro Cluentio : *Nihilominus n. poteſt, vt illã multã*

non

a *Occupare.* b *Fiducia.*

non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem iudicandam pecuniam. In Verrem A
lib.v. *Tot Siculi, tot equites Romani ab homine nequiſſimo, & turpiſſime*
læſi, pœnam octupli ſine vlla dubitatione commiſſam, non perſequebantur.
Item lib.IV. *Eſſe in eo teſtamento quo ille heres eſſet, ſcriptum: vt ſtatuas in*
palæſtra deberet ponere. facimus, vt palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſi-
tas; petant hereditatem: quod eam palæſtræ commiſſam eſſe dicant. Item lib.
III. *Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Ery-*
cinæ commiſſam eſſe dicerent. Libro Epiſtolarum ad Memmium: *Præ-*
terea Philotes Alabandenſis hypothecas Cluuio dedit, hæ commiſſæ ſunt: ve-
lim cures, vt aut de hypothecis decedat, eaſq; procuratoribus Cluentij tradat,
aut pecuniam ſoluat. In hac poſtrema ſignificatione arbitramur hic, id B
eſt, in oratione pro Flacco, dictum eſſe ab Cicerone, Decianum dice-
re, *fiduciam ſibi eſſe commiſſam*: Cum enim Decianus apud Lyſaniam
adoleſcentem, pecuniam, vt diximus, grandi fœnore collocaſſet,
ipſe fundum ab adoleſcente acceperat fiduciaria mancipatione: io-
co, vt coniici licet, hypothecæ, & vt planius hoc dicamus, ſecreta in-
ter eos pactione interueniente, vt ni intra certum diem Lyſanias
pecuniam addidiſſet, fundus pleno iure Deciani efficeretur: & id
quod fiducia erat, tranſiret in ius veri, certiq; dominij. Poſtea non
ſoluente Lyſania ad diem, Decianus fiduciam ſibi commiſſam eſſe
dicens, id eſt, ob Lyſaniæ in ſoluendo moram, caſum eueniſſe, C
quo fundus, quem fiduciario nomine acceperat, ſibi applicatus eſ-
ſet, propriuſq; ipſius effectus, eum fundum tanquam ſuum tene-
bat & poſſidebat. cuius recuperandi ſpe Lyſaniam venire ad dicen-
dum contra Flaccum teſtimonium induxit. Sane adnotandum eſt,
non confiteri Ciceronem fiduciam Deciano eſſe commiſſam: ſed
duntaxat Decianum id dicere: vt ſit liberum credere, etiam forte
non eſſe commiſſam, & ſic interim eum aliqua ſuſpicione iniquita-
tis in Lyſaniam, & circumſcriptionis aſpergat.

Qui quoniam teſtimonium dixit.) Hic videtur deeſſe negatio. infra D
enim apparet Lyſaniam nondum teſtimonium dixiſſe. Quare legen-
dum puto, *nondum dixit*: eo magis, quia præcedit dictio *teſtimonium*,
cuius extrema pars fere eſt *nondum*. Et ideo hæc vox poteſt videri o-
miſſa à librario, tanquam geminata.

Magna officia.) Interponendæ ſunt his duabus diſtinctionibus hæ
duæ aliæ, *ſtudia, &*; vt ſit: *magna ſtudia, & officia.*

Pythodorus & Lepiſon?) Antiquus liber, *Pythodoria*; & idem, *Lepiſone*,
nos ſic, *Pythodori, Aetidini Lepiſones*; vt totus locus ita legatur: *Ubi erant*
illi Pythodori, Aetideni, Lepiſones, cæteri, homines apud nos noti inter ſuos no-
biles? E

Faciem ciuitatis.) Antiquus liber *ſpeciem c* ſequenti verſu, vbi eſt,
prætereundum eſſe, verbum *eſſe* abundat. & poſt pauca abundat ver-
bum *fit*. & infra vbi eſt *ſiluerunt*, addendum *principes*. & ſequenti ver-
ſu vbi eſt *neq; ipſius*, legendum *neq; iſtius*. & infra pro *vſq; eo orba*
fuit ab optimatibus illa concio. tu lege *vſq; adeo orba fuit optimatum illa*
contio.

Contio ventilata.) Hic finit fragmentum antiqui libri. Quare ad re-
centiorum auxilium reuertemur.

A *Non, inquit.*) Poſt hæc verba adde pronomen *hoc*, vt ſit: *Non inquit hoc dicimus.* quod ex fide eſt ſcripti exemplaris.

Hac pecunia) In omnibus libris poſt hæc verba ſequitur dictio *tota*, & poſt *tranſlata*, quod ſtatim ſequitur, legitur verbum *eſt.*

Patiamini me.) Plerique libri *patimini*, quod probamus. & poſt duos verſus. pro *patri Flacei*, *patri Flacco.* quod in omnibus libris eſt.

Hanc eis pecuniam) Omnes fere libri, *hanc ab ſe pecuniam.*

Mithridatem deum.) Omnes libri ſcripti habent, *vel demum*, vel huius dictionis veſtigia. & ſequenti verſu, vbi eſt, *illum Dionyſium*, in B illis eſt, *illum Euchium Dionyſium*, licet hæc poſtrema vox dimidiata ſit in plerisq;.

Dignitati horum opponant ſuam) Omnes fere libri, *componant.* quod idem eſt quod *comparent*: nullus *opponant.*

De quorum vrbis poſitione.) Omnes libri ſcripti, *poſſeſſione.* quæ vox hic pro *tutela* accipi debet.

Anteponendam iure dicam.) In aliquibus libris non eſt dictio *iure*, quę & ſuperuacanea eſt, meo iudicio.

Quæ fama, quæ gloria.) Videtur ſufficere *quæ gloria*, ex autem C voces, *quæ fama*, quas & aliquis liber non habet, ſuperuacaneæ eſſe.

Illam augeret gentem.) In nullo libro ſcripto inuenio eam dictionem *gentem.*

In iudicium afferatis) Aliqui habent, *deferatis*: eodem ſenſu, ſed meliore numero.

In Caria id potiſſimum eſſe faciendum) Ego iis ſemper adſenſus ſum, qui pro *in Caria*, legendum putarunt *in Care.* in qua me ſententia confirmauit liber vnus ſcriptus ex noſtris: in quo legitur, *in ea re.* quod mutatione vnius literæ eſt, *in Care* Videatur totus locus. non D enim de prouinciis diſputat Cicero, ſed de perſonis prouincialibus, quod omnem dubitationem adimit, non legendum eſſe *in Caria*, ſed *in Care.*

Summiſſa voce agam.) Ante hæc verba in aliquibus libris ſcriptum eſt, *ſi*, in vno tantum, *ſic.* quod probamus: vt ſit, *ſic ſummiſſa voce agam.*

Quæſitum & probatum palam non negas.) Pro *probatum*, alius liber *ploratum*, alius *prolatum* habet. quod placet nobis, & forte ſubaudienda eſt vox *aurum.* Nam de auro hic agitur & paulo infra, pro *expenſum eſt*, in omnibus fere libris legitur, *expenſum eſſe.* & poſt multa E pro *iſto loco natus*, in omnibus plane eſt *illo loco.* quod non probo, & poſt duos verſus pro *Romam aduenis*, *Romam venis.*

Lites, turba, prætor, odioſi) Pro *turba*, *turbæ*; pro *odioſi*, *odio eſt*, legitur in omnibus libris. & poſt duos verſus pro *habuerit*, *habuit.*

Tutor his rebus Græcorum legibus aſcribendus fuit.) Ab omnibus fere libris abeſt dictio *legibus*, ex quo ſuſpicati ſumus locum eſſe corruptū, atq; eo etiam, quod non rebus, ſed perſonis aſcribitur tutor. quare pro *rebus*, legendum putamus vel *moribus*, vel *legibus*, & poſt *his*, diſtinguendum, vt ſubaudiatur *mulierculis*; in hunc modum: *Tutor his, moribus Græcorum aſcribendus fuit.*

Pſephiſmata

Pſephiſmata Smyrneorum quæ fecerunt.) In omnibus libris ſingulari numero legitur, *Pſephiſma Smyrneorum quod fecerunt.* licet in illis ſcriptum perperam ſit, *ſophiſma.* A

Cur autem per te) Pro *per*, Antonius Auguſtinus legit, *Pr* id eſt, *Prætor.* & certe totum locum legenti liquebit hanc rectam lectionem eſſe, quam & ſubiecimus: *Cur autem Prætor te inimicum paternum in conſilium vocauit?* Ex hoc enim probat non fuiſſe Decianum inimicum paternum Flacci, vt ipſe exiſtimari volebat, quia cum Flaccus prætor eſſet, eum in conſilium vocauit. quod proculdubio non feciſſet, ſi inimicus eius fuiſſet. Hoc etiam ex eo confirmatur, quod infra dicit: *accuſamur ab iis, qui in conſilio nobis fuerunt.* quo in loco licet vulgara lectio habeat *fauerunt*, tamen certiſſima coniectura, ducta ex more ſermonis Latini, legendum apparet, vt diximus. vt & alibi infra: *cui tu in conſilio fauiſſes*, omnino legendum *fuiſſes.* B

Mitto quod nullo in iure, neq; in re, neq; in poſſeſſione tua.) Particulam *in*, in priore parte horum verborum ſupereſſe, & in inferiori deeſſe arbitramur. vt ſic legatur: *Mitto quod nullo iure, neq; in re, neq; in poſſeſſione tua.*

Quod cum eſſet uxor Valeria inteſtata mortua) Ex omnibus libris ſcriptis reſtituendum eſt pronomen *eius*, vt ſit, *eius uxor:* quod in impreſſis intercedit. & pleriſque pro *inteſtata*, legendum *inteſtato.* C

Vtrum uſu an coemptione) Hæc dictio *vtrum*, ab omnibus libris ſcriptis abeſt, etiam alioqui non neſſaria. & infra pro *non deſiſtit*, ex iiſdem legendum *deſtitit.*

Si hæreditatem in prouincia non reliquerit.) Videndum quid ſit, cur omnes fere libri ſcripti, non habeant particulam *non.*

Ne noſtrum conſilium in omittendis prouinciis.) Omnes fere libri ſcripti, *præmittendis.* quod ideo magis placet quam *omittendis*, quia hoc poſterius verbum iterum in eodem verſu eſt. D

At Falcidianum crimen ingens.) Poſt *crimen* interpone verbum *eſt.* & ſequenti verſu vbi eſt *ſeſe*, lege *ſe.* hæc ex omnibus libris.

Quomodo igitur dicet.) Ex eiſdem pro *dicet*, *dicit* emenda. Nam cum præcedat in ſequenti, *dicit dediſſe*: ſequi etiam debet in præſenti, *quomodo dicit.*

Vt eam pecuniam quam confecerat.) Omnes libri vel *traiecerat* habent, vel eius dictionis veſtigia; nullus *confecerat*, intelligendum eſt autem, traiecerat ab Italia in Aſiam.

HS nongentis.) Aliqui libri habent *noningentis.* ſed illud rectius. E

Quis? u ipſe? igitur ille tibi.) Ego ex aliquot libris ſic lego atq; diſtinguo: *Quis is eſt igitur? ille tibi* &c.

An etiam ſcripſit rogatu tuo.) *Oratu tuo* legendum ex vno quidem libro ſcripto, ſed cui aliorum ſcripturæ veſtigia aſtipulentur.

C. Manlium.) Libri ſcripti *C. Manilium.*

Nihil audiſſe non poſſet.) Aliqui libri *non poſſent.* vt ad vtrumq; referatur. Æbutium & Manlium, ſiue Manilium.

Poſtremo de ſaluto.) Omnes libri ſcripti pro *poſtremo* habent *poſtulo.* quod vel ſuperuacaneum eſt, vel aliter mendoſum. & infra vbi

A fra vbi eſt, *conuerſam eſſe*, in ſcriptis exemplaribus non eſt verbum *eſſe*.

In vos omnes odium.) Omnes fere libri ſcripti *nos* habent. & hoc amplius aliqui hac collocatione, *omnes nos*.

Vna mente atq; virtute.) Omnes libri ſcripti pro *atq;*, *ac*. infra vero vbi eſt, *ac de ciuitate, atq; è ciuitate.* licet aliqui præpoſitionem non habeant. & ſequenti verſu, vbi legitur, *etenim Populi R. perſpiciunt eam mentem*, ex libri ſcripti auctoritate interpono poſt *etenim* particulam *ſi*, pronomen vero *eam* deleo, & pro *perſpiciunt* lego *proſpiciunt*; magis tamen placeret *reſpiciunt*. Vt ſic totus locus legatur: *Etenim ſi populi R.* B *proſpiciunt mentem, & voluntatem.*

Dabitur de omnibus bonis ciuibus.) Varie legitur hic locus, quæ varietas nos in hanc ſententiam attraxit, vt putemus dictionem *ciuibus* abundare, & ſine ea legendum: *Dabitur de bonis omnibus.* & paulo poſt, vbi eſt, *ac veſtra Repub.* alij habent *ac de*, alij *& de*, quod probamus.

L. Pentinio.) Nomen hoc variis modis ſcribitur. quid eorum probabimus an *Pentino?* an *Pentinio?* an *Pomptino?* quod tamen hi libri non habent. Sed editio Victorij in epiſtolis. ego puto bene ſcriptum eſſe in impreſſa.

C *Nihil dicam enim de me.*) Vox *enim* in aliquibus libris eſt. & certe abundat, & poſt nonnulla vbi eſt, *Flacco perdidero*: omnes fere libri ſcripti habent *predidero*.

Illam viam ſibi viderit expeditiorem.) Ex aliquot libris addendo in principio vocem *cum*, & pro *vident* emendando ex eiſdem *videant*, lego; *cum illam viam ſibi videant expeditiorem.*

(∴)

IN M.

 A

IN M. TVLLII CI-CERONIS ORATIO- B
NEM PRO P. SYLLA FRANCISCI SYLVII AMBIANI COMmentarius.

ORATIO XXV.

ARGVMENTVM Fr. Syluij. C

MArco Lepido, & L. Tull. Volcatio Coſſ. P. Sylla & P. Autronius Coſſ. deſignati, à L. Torquato competitore de ambitu accuſati, legib. pœnas dederunt. Eorum in locum facti ſunt Conſules, ipſe Torquatus & L. Cotta. Hoc iudicium mox conſecuta prima Catilinæ coniuratio, qua Conſulibus & plerisq; Senatoribus coniurati perniciem machinabãtur. Altera coniuratio D *in Ciceronis Conſulatu emerſit. Hac oppreſſa factum eſt Senatuſconſultum, vt de coniuratis quæreretur. L. Torquati filius adoleſcens P. Syllam accuſauit, quod in vtraq; Catilinæ coniuratione fuiſſet. Eum de priore coniuratione Q. Hortenſius, qui tum præſens aderat, quum de ea quæreretur: de poſteriore Cicero, qui ea ipſe patefecit oppreſſitq;, hac oratione defendit. Prius tamen quam ad cauſam accedat, refellit quædam in ſe ab aduerſario in accuſatione dicta. In eum accuſator multum inuectus, eum primum leuem atq; inconſtantem* E *eſſe dixit, quod quum patefecerit atq; oppreſſerit coniurationem, quod quũ P. Autronium defendere noluerit, ſed in eum teſtimonium dixerit: P. Syllam coniurationis reum defendat. deinde eum regnare, quod in quos teſtimonia dixiſſet, damnati eſſent: Sylla autem, quem defendit, ſperet ſe abſolutum iri. poſtremo peregrinum Regem eum appellauit. Negat Cicero Syllam in coniuratis fuiſſe, quem ſi Q. Hortenſius defendit, ſi omnes viri boni defenſum volunt, qui alium nullum ex coniuratis defenderunt, ſibi licere dicit, vt defendat*

Autro-

collegam noſtrum poſt cœna tempus à P. Magio Chilone familiari eius pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem: ſperare tamen, eum viuere poſſe. Cicero Epiſt. ad Atticum 1. *Ille locus inductus eſt à me diuinitus, ne vna plaga accepta Patres Conſcripti conciderent.* Et libro ſecundo: *Si Protogenes Hialyſium illum ſuum cœna oblitum videret, magnum credo acciperet dolorem.* A

Modeſtiæ fructum.) Quia modeſte calamitatem tulit, vellem maxime vt inimici eius contenti eſſent, nec eum in iudicium vocaſſent.

Ita tulit.) Id eſt, ita voluit.

Caſus infeſtus.) Id eſt, aduerſa fortuna quæ ei inſtabat vigebatque. B

Ampliſſimo in honore.) Id eſt, in Conſulatu. Conſul enim deſignatus erat Sylla, quum de ambitu damnatus eſt.

Communi ambitionis inuidia.) His enim qui magiſtratus facti ſunt, inuidere ſolent ij præſertim, ipſi qui magiſtratus petunt.

Singulari Autronij odio.) Multis enim Antronius ob improbitatem odioſus erat. Damnatus eſt igitur Sylla de ambitu ob communem ambitionis inuidiam, & ob Autronij odium ſingulare, qui Sullæ collega erat. Aequum enim viſum non eſt, quum ambo eadem lege interrogarentur, vt altero damnato alter abſolueretur.

Euerteretur.) Id eſt, ſpoliaretur, vt Act. in Verrem 4. *An huiuſmodi iudicium det, quo iudicio, indicta cauſa fortunis omnibus euerti neceſſe ſit.* De hoc verbo plura ſcribimus pro Sex. Roſcio. C

Priſtina fortuna.) Quum eſſet Conſul.

Haberet quoſdam) Vt C. Cornelium, & L. Torquatum.

Modeſtiam capio.) Id eſt, doleo. Capere detrimentum, dolorem, lætitiam, voluptatem, idem dicit. Inuectiua in Catilinam prima: *Decreuit quondam Senatus, vt L. Opimius Coſ. videret, ne quid Reſpub. detrimenti caperet.* In lib. de Clar. oratorib. *Quum è Cicilia decedens Rhodum veniſſem, & eo mihi de Q. Hortenſij morte eſſet allatum, opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.* Pro M. Cælio: *Minimum dolorem capiet, qui iſtam non videbit.* Lib. 8 piſt. famil. 3. *Ego & ſi ipſe ita iudicabam, & fiebam crebre à meis per literas certior, tamen maximam lætitiam cepi ex tuis literis de ſpe minime dubia, & plane explorata triumphi tui.* Item: *Hoc velim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam voluptatem eſſe capturum.* D

In cæteris malis) Id eſt, inter cætera mala.

Lenitatem meam.) Cicero enim lenis & miſericors natura fuit, vt etiam poſtea dicet.

Quondam.) Id eſt, ante Conſulatum meum, in quo fui ſeuerior in opprimenda coniuratione Catilinæ. E

Agnoſcerent.) Id eſt, recognoſcerent. Noua enim cognoſcimus, agnoſcimus vetera.

Improbi) Ij præſertim qui in coniuratis fuerunt, aut cum ijs ſenſerunt, aut eorum familiares fuerunt.

Re domiti.) Scribatur melius Edomiti, vna voce, quam duabus re domiti.

Præcipitante. Id eſt, ruente. Vt: *Nox humida cœlo Præcipitat.*

Et quoniam L. Torquatus.) Propoſitio eſt, quam prooemio ſubiungit Ariſtoteles, vt ait Quintil. lib. 3.

Neceſſitatem.) Neceſſitatem hac in re Cicero dicit ſæpius. Quod

tamen

A tamen neceſſitas quoq; dici poſſit, vt eſt apud A. Gell. lib 13. *Neceſſitas*, inquit, *pro iure officióq; obſeruantia affinitatiue infrequens eſt. Quanquã qui ob hoc ipſum ius affinitatis familiaritatiue coniuncti ſunt, neceſſarij dicuntur. repeti tamen in oratione C. Cæſaris, qua Plautiam rogationem ſuaſit, neceſſitatē dictam pro neceſſitudine, id eſt, iure affinitatis. Verba ſunt hæc: Equidē mihi videor pro noſtra neceſſitate non laborare, non opera, non induſtria defuiſſe:* Hæc ille. Cato maior, eiuſq; æmulus Salluſtius neceſſitudinem ſæpe dicunt, pro vi premente & cogente. Neceſſitudinis nomine continetur etiam ius & vinculum vicinitatis. vt in oratione pro Cn Planco: *Mihi ad defendendum Plancum parum multa, parum iuſta neceſſitudines erant fa-*
B *miliaritatis, vicinitatis, patris amicitiæ?*

Familiaritatéq; violaſſ.) Id eſt, Si in Sylla accuſando me viruperaſſet.

De autoritate, &c.) Illud in agendis cauſis præcipuum eſt, vt orator ſit & habeatur vir bonus: proximum. vt ſaltem habeatur. Quum igitur orator ab aduocato aduerſæ partis vituperatur, eius autoritas diminuitur, nec iam habetur à iudicibus vir bonus. Itaq; ſolet Cicero in defenſionib. ſi quid ab accuſatore contra autoritatem ſuam dictũ ſit, id poſt procemium, & ante cauſæ defenſionem refutare. Id vt hoc loco, ita pro L. Murena facit.

Cum huius periculi propulſatione.) Id eſt, cum Syllæ defenſione.

C *Coniungam defenſionem officij mei.*) Id eſt, officium meum defendam, quod L. Torquatus reprehendit.

Ille.) Torquatus.

De huius præſidijs.) Id eſt, de Syllæ defenſione.

Probauero.) Id eſt, fecero vt approbetis.

A cæteris clariſſimis viris.) Q. Hortenſio, alijsq;, qui P. Syllam defendunt. Cum multis Cicero cauſam ſuã coniungit, vt oſtēdat quod illi multi non reprehenduntur, factum ſuum reprehenſione indignum eſſe. Ciceronem autem reprehendebat Torquatus, quod P. Syllam de coniuratione defenderet, quum eius cõiurationis vindex fuiſſet.

D *Q. Hortenſii factum.*) Id eſt, defenſio.

Grauius.) Id eſt, verius & maioris momenti, & cui potius credendum ſit.

In his cauſis) Coniurationis.

Deſerendus.) Id eſt, non defendendus. Patronus enim deſerit.

Celebrari) Id eſt, frequentari.

Vna.) Id eſt, ſola.

Hæc ornamenta ac lumina.) Id eſt, hos viros clariſſimos.

Apparere.) Id eſt, eſſe & videri.

Illum in locum.) Id eſt, ad Conſulatum.

E *Celſiſſimam ſedem.*) Cello antiquum verbum fuit, vnde excello. Celſus inde dicitur, à quo celſiſſimus fit.

In hanc celſiſſimam ſedem dignitatis.) Id eſt in hanc ſummam dignitatem, qua ego nunc excello.

Hoc genere quæſtionis.) Id eſt, in ſimili cauſa, coniurationis ſcilicet,

Non deſim P. Syllæ.) Id eſt, P. Syllam defendam. Adeſſe pro defendere, abeſſe & deeſſe pro deſerere, id eſt, non defendere, in hoc loco ſæpe dici inuenias.

L. Varguntoio.) L. Vargunteius Senator ex coniuratione fuit. Is eſt qui cum C. Cornelio Ciceronem domi occidere ſuſceperat.

Præſertim qui illum.) Magnam apud veteres fuiſſe clientis & patroni neceſ-

ſi neceſſitudinem, neq; clientes ſine ſumma infamia à patronis de- A
ſeri poſſe, eſt apud A. Gellium lib. 5. Cliens autem dicitur is, cuius cauſam patronus defendit.

Solus.) Maior neceſſitudo ſignificatur. Nonnullarum cauſarum multi aliquando patroni erant *vt L. Murena tres, L. Cornelij Balbi totidem, Scauri ſex*, vt ait Aſconius

Seruilium Syllam.) Seruius Sylla Publij frater Senator ex coniuratis fuit, vt eſt apud Salluſtium.

Quis Publicum.) Legendum arbitror, quis P. Lentulum? P. enim Lentulus Sura cum alijs coniurauit.

M. Leccam.) Per M. Porcium Leccam Senatorem coniurationis B
principes intempeſta nocte rurſus conuocatos, Salluſt. ſcribit. De conſilio coniurationis in domo eius habito, poſtea Cicero dicet.

Quis Cornelium.) C. Cornelius ex equeſtri ordine.

Cæteris in cauſis.) Negat Cicero in libro de Offic. 2. *habendum eſſe religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium impiumq; defendere: Vult inquit hoc multitudo, patitur conſuetudo, fert etiam humanitas.*

Non defendend &c.) Id eſt, defendendos putant.

Contagio quadam ſceleris) Affinis enim ſuſpicioni eſt, qui alium coniurationis defendit.

Obſtrictum eſſe patria.) Quid ſi legas. *Obſtrictum eſſe patriæ ſceleri?* vt ſit C
patriæ ſcelus, quod in patriam excogitatum vel admiſſum ſit. Nam *obſtringere ſcelere* ſæpe dicit Cicero. Vt in lib. de Offic. 3. *Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrannũ occidit, quãuis familiarem?* Act. in Ver. 3. *Neq; iſte mihi videtur ſe ad damnationẽ offerre ſolũ, neq; hoc auaritiæ ſupplicio communi qui tot ſcelerib. ſe obſtrinxerit, contentus eſſe.* Et Act. 7. *Num omnes qui tanto ſe ſcelere obſtrinxerint, vt aut fidem ſuam corrumpi paterentur, aut iudicium corrumperent, in diſcrimen ac iudicium vocandi?*

Teſtimonio læſerunt.) Id eſt, contra eum teſtimonium dixerunt.

Simplex officium.) Id eſt, vnum ab omnib. obſeruatum, vt videlicet D
nemo ciuis bonus quenquam ex coniuratis defenderit. P. Syllam & Hortenſius & multi viri clariſſimi defendant, quod eum in coniuratione ſciant non fuiſſe.

Cauſa mea propria.) Id eſt, quam ego ſolus ſuſcipiam.

Tempus agendi) In inueſtiganda coniuratione.

Partienda inuidia.) Sentẽtia eſt, Quod dicã in opprimenda coniuratione me fuiſſe principẽ, & omnes bonos ciues fuiſſe comites, id nõ dico, vt mecũ inuidiam ſubeant, ſed vt cum his gloriã communicem.

Teſtimonium dixiſti.) Id dicendi genus vt freqens eſt, ita ferre teſtimonium, niſi vulgo non dicitur. Quamuis id dixerit Calliſtratus Iuriſc. lib. Digeſt. 22. de Teſtibus: *An ei, inquit, inimicus ſit, aduerſus quem* E
teſtimonium fert?

Fidem tribui.) A vobis ſcilicet.

Vna qua Lepido.) M. Lepido & L. Tullio Volcatio Coſſ. circiter Nonas Decembr. P. Antronius, L. Catilina, & Cn. Piſo, vt ante dixi, coniurauerunt interficere in Capitolio Calend Ian. L. Torquatum & L. Cottam, quum inirent Conſulatũ, vt Antronius & Catilina per vim Cõſules eſſent. De ea cõiuratione Salluſt. plura ſcribit. Anno eo quo Volcatius & Lepidus Coſſ. erant, Cicero prætor fuit, vt ait Aſconius.

Conſilij.) Quum de priore coniuratione quæreret.

Vſus.) Id eſt, familiaritas.

Ad pro-

A *Ad propoſ.mihi finem hc.*) Id eſt, ad Conſulatum, quem biennio poſt Præturam ſe dicit adeptum, in oratione in Rullum ad Quirites.

Mea ambitio.) Id eſt, Conſulatus petitio.

Forenſis labor.) Quem in amicis defendendis ſuſcipiebam. defendere enim quam accuſare magis laborioſum eſt.

Conflari.) Id eſt, fieri. de hoc verbo plura ſcribimus in primam Inuectiuam Ciceronis. Creare periculum in re eadem dici, pro Corn. Balbo ſcribimus.

Grauia.) Id eſt, vera, & quibus creditum eſt.

Fortuito.) Id eſt, caſu, & vt vulgo dicunt, ex caſu fortunæ. vt libro

B de Legibus. 1. *Itaq; ad hominum commoditates & vſus tantam rerum vbertatem natura largita eſt, vt ea quæ gignuntur, donata conſulte nobis, non fortuito nata videantur.* Et libro de Diuinatione ſecundo: *Quarum omnium cauſas ſi à Chryſippo quærerem, ipſe ille Diuinationis auctor nunquam illa diceret facta fortuito, naturalemq; rationem omnium redderet.* Et lib. Epiſtolarum familiarium 5. *Tibi perſuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officijs amplectendam incidiſſe.* Sed vt fortito & ſortitu dici alio loco ſcripſimus, ita fortuitu quoq; Cicero ſæpe dicit. vt in lib. de Offic. 1. *Ne quid temere aut fortuitu, in conſulte negligenterq; agamus.* Et libro de Diuinatione 2. *Nihil eſt*

C *tam contrarium rationi & conſtantiæ, quàm fortuna: vt mihi ne in Deum quidem cadere videatur, vt ſciat quid caſu & fortuitu futurum ſit.*

Nec temere.) Id eſt, nec ſine cauſa.

Quæ enim Antronij.) Oſtendit cauſam cur Syllæ adſit, quum Antronio defuerit.

Ambitus iudicum tollere) Antronius de ambitu damnatus, Conſulatu excidit. Idcirco cum Catilina coniurauit, vt deſignatos Coſſ. Cottam & Torquatum Cal. Ianuarijs interficerent, quum inirent magiſtratum, vt ipſi faſcibus correptis per vim Conſules eſſent, vt ante diximus. Itaq; Antronius qui de ambitu damnatus erat, illam

D iudicum ſententiam tollere conatus eſt.

Tollere.) Tollere, diſturbare. reſcindere iudicium, aut rem iudicatam, in eadem re dicimus, pro eo quod vulgo dicunt, quaſſare & annihilare ſententiam iudicis. Vt poſtea Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res iudicatas videbatur noluiſſe reſcindere. Infirmare quoq; iudicium in eadem re alibi dicit.

Tumultu.) Id eſt, multitudine, tanquam ad bellum domeſticum gerendum.

Lapidatione.) Id eſt, lapidum iaculatione. Vt in lib. de Oratore 2. *Habueras enim tu omnia in cauſa ſuperiora: vim, fugam, lapidationem, cru-*

E *delitatem Tribunitiam, in Cæpionis graui miſerabiliq; caſu in iudicium vocabas.* Eſt autem lapidare, lapidibus pugnare: quod etiam lapidationem facere Cicero dicit pro P. Seſtio: *iiſdem Conſulibus arma in templo Caſtoris palàm portabantur, gradus eiuſdem templi tollebantur, armati homines forum & conciones tenebant, cædes lapidationesq; fiebant.* Quo in loco lapidationem pro trucidatione lapidibus facta dicere videtur, vt in libro Epiſtolarum ad Quintum Fratrem ſecundo. *is quum grauiter de Clodianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſſet, ſententiam dixit.* Facere lapidationem ſaxis, idem dixit pro Domo ſua: *Inde ſaxis facta lapidatio eſt.* Lapidare hominem, vt arbitror, non dicitur. T. Liuius lapidare pro eo quod eſt lapidibus pluere, ſæpe dicit, vt lib. 27. *Nouendiale ſa-*

diale ſacrum fuit, quia Veijs de cælo lapidauerat. Idem quoque lib. 29. *lapidatum eſſet impersonale dixit: Nouendiale ſacrum, quod de cælo lapidatum eſſet, factum.* Idem quoque dicit lapidibus pluere. Sed de hoc alias. A

Ampliſsimis ordinibus.) Id eſt, Senatui & equeſtri ordini.

Calamitate.) Id eſt, condemnatione.

Noctem & ſolitudinem.) In quibus conſilia de coniuratione agitarent.

Erecto, ſiue emiſſo.) Correctio eſt, ad euitandam inuidiam.

Falces.) *Falces,* vt ait Nō. Marcellus *armorum genera erant, murorum oppugnationi apta.* Siſenna: *Falces inſectas comminuunt, pluteos propius collatis harpagis deijciunt, mittunt è turribus.* Vegetius lib. 4. *falcem eſſe dicit trabē, quæ adunco ferro præfigitur, vt de muro extrahat lapides.* Ea in teſtudine muris applicari ſolet. B

Lentuli pœna.) Id eſt, quum de Lentulo ſumptum ſupplicium eſt.

Conuertit ſe aliquando ad timorem.) Id eſt, ipſe audax tandem cœpit timere.

Huius affines ſuſpicionis.) Id eſt, ad quos coniurationis ſuſpicio pertineret. Affinis ſuſpicionis & ſuſpicioni quod dicatur, alio loco probauimus.

Calamitoſorum.) Id eſt, damnatorum.

Officia.) Id eſt, beneficia. C

In ſedibus meis.) Id eſt, in domo mea.

Quā mollitie ſum animi) Molle quum ad animum refertur, putant in malam partem accipi. Hoc tamen in loco Cicero molliciem animi pro miſericordia & lenitate dicit. Sed tamen in Partitionibus Oratorijs, molliciem animi vitium eſſe, quod lenitatē imitetur, dicit. Eius verba ſunt: *Atque hæc quidem virtutum, vitiorum autem ſunt genera contraria. Cernenda autem ſunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & tēperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis, & magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem & effuſio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duricia immanis, & iuſtitiam acerbitas: & religionem ſuperſtitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, &c.* Mollitudo quoq; dicitur, vt apud Ciceronem libro Tuſculanarum 5. quidam poëta: *Lenitudo orationis, mollitudo corporis.* Idem Cicero libro de Oratore tertio: *Ordo vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis ſunt ducta à certis ſenſibus.* D

Puerorum infantum.) Id dici alio loco docuimus. Pueritia enim durat vſq; ad annum 17. completum, quo toto tempore pueri infantes non ſunt. E

Marcellis patri & filio) Marcellum patrem arbitror eſſe eum, quem poſt ciuilem victoriam Senatu rogante Cæſar reſtituit.

M. Meſſala) M. Meſſala Niger orator fuit, quem cum M. Marcello Aſconius numerat inter Scauri patronos.

Vt ſpero.) Id eſt, vt puto.

Sed non permiſſum.) Regnaſſet enim Catil. niſi conatus eius repreſſi eſſent. In tanto imperio, id eſt, in Conſulatu. Eſt autem argumentum ex remotione. Nam ſi rex Cicero fuit, fuit Conſul aut priuatus: Non fuit quum erat Conſul, nec tum etiam quum erat priuatus: Rex igitur non fuit.

A *In quos teſtimonia dixiſti.*) De coniuratis deprehenſis intelligit, in quos Ciceronem dixiſſe teſtimonia ex indicio coniurationis licet conijcere.

Si falſum dixerim.) Ex remotione argumentum eſt.

Te in eos dixiſſe.) Artificioſum eſt, vt ab aduerſario factam reſpondeat, quod ei aduerſarius obiecerat.

Iratos.) Id eſt, iudices, qui verum teſtimonium tum probauerit, quum eos, in quos dictum teſtimonium eſt, damnauerunt.

Præter fidem defenſionis.) Quam clienti patronus præſtare debet.

Profugiſſet.) Id eſt, vt vulgo dicunt, aufugiſſet, & patriam reliquiſ-
B ſet. Inde profugus, qui vulgo dicitur fugitiuus.

Cui innocentes homines.) In aduerſarium retorquet, quod is in ſe coniecerat.

Deſerit.) Nam deſerit patronus.

Tarquinium & Numam.) Numam Pompilium Sabinum, & Tarquinium Priſcum Etruſcum Corinthio patre natum, eſt apud T. Liuium lib. 1.

Peregrinum.) Peregrinus is eſt qui in ciuitate eſt, cuius ipſe ciuis non eſt. Ciceronem autem peregrinum dixit, quod Arpinas eſſet.

Quam Conſulem Romæ fuiſſe peregrinum.) Nullus enim adhuc Con-
C ſul fuit, qui ciuis non eſſet. Nullus peregrinus ciuis eſt: Ego igitur primus & ſolus fui Conſul peregrinus.

Vnde iterum iam ſalus, &c.) Primum per C. Marium, qui Cimbros & Teutones vrbi Romæ imminentes deleuit. quocirca principes ciuitatis alioqui ei inuidentes quod nouus homo eſſet, conſeruatam ab eo Remp fatebantur: vt ait T. Liuius li 68. Deinde per Ciceronem, qui coniurationem inueſtigauit, patefecit & oppreſſit Itaq; Q. Catulus princeps Senatus eum frequentiſſimo Senatu parentem patriæ nominauit, vt ait idem Cicero in L. Piſonem.

Qui ex municipijs veniant.) Cicero in lib. de Legibus 2. *Ego me hercu-*
D *le*, inquit, *omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: vnam naturæ alterã ciuitatis. Vt ille Cato quum eſſet Tuſculi natus, in pop. Romani ciuitatem ſuſceptus eſt. Itaq, quum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Rom. habuit alteram loci patriam, alteram iuris.*

Quam plurimos haberet inimicos) *Nam quater & quadragies cauſam dixit, nec ſæpius quiſquam poſtulatus eſt*, vt ait Plin. li 7.

T. Coruncano.) Qui Tuſculanus fuit. de quo plura ſcripſimus in Catonem maiorem Ciceronis.

Nemo Curioni.) In codicibus alijs ſcriptum eſt, *Nemo Curio.* M. Curius vbi natus ſit legere non memini. Cicero pro L. Muræna, hunc
E nouum hominem eſſe dicit. Idem in lib de Legibus 2. paruæ cuiuſdam villæ Curianæ in Sabinis meminit.

Quum ei multi.) Præcipue nobiles, quia nouus homo erat. Eius inimici fuerunt L. Craſſus, M. Scaurus, omnes Metelli, vt ait Cicero in libro de Prouincijs conſularibus. vbi illa eius verba ſunt: *Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?*

Non poſſunt omnes eſſe patricij.) Autore T. Liuio libro 1. centum Senatores qui à Romulo conſtituti ſunt, *Patres ab honore, eorumq, progenies Patricij appellati ſunt.* Quibus verbis ſignificare videtur, eos Patricios eſſe, qui ab illis primis ſenatoribus originem duxerunt. Per adoptiones tamen fiebant, aut eſſe deſinebant Patricij.

Antei-

Anteiri.) Gloria ſuperari. A

Inueterauit huic vrbi.) In hac vrbe tanquam planatus eſt, & altas egit radices, vt non facile euelli poſſit.

Peregrinorum.) Id eſt, municipum, quos appellas peregrinos.

Ne ſuffragijs obruare.) Id eſt, ne pauca habeas pro te ſuffragia, & ideo contra te plurima. Vt Act. in Verr. 4. *Obruitur enim aratorum teſtimonijs.*

Te ex ſomno ſæpe excit.) Te diligentiorem in magiſtratus petitione facient, quia tibi metum inferent.

Ne & vos.) Cum iudicum cauſa ſuam coniungit, vt Torquatum in odium adducat. B

Sileretur.) Id eſt, ſileri deberet.

Eſt enim ipſe à mat. gen.) Propterea tamen municeps Torquatus non eſt. *Municipem enim* (vt ait Vlpianus lib. 50. Digeſt. ad Municipalem & de incolis) *aut natiuitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio. Patris autem, non matris municipium liberi ſequuntor, niſi forte priuilegio aliquo materna origo cenſeatur.* Tum enim maternæ originis erit municeps Etiam Delphis hoc idem tributum & conſeruatum eſt. Celſus etiam refert, Ponticis ex beneficio Pompeij magni competere, vt qui Pontica matre natus eſſet, Ponticus eſſet.

Sed tamen Aſculani.) Aſculum Piceni colonia eſt. Ea autem colonia pop. Rom. inuiſa erat, propterea quod initio belli Italici Q. Seruilius Proconſul cum omnibus Romanis ciuibus qui in eo oppido erant, occiſus eſt, vt eſt apud T. Liuium lib. 72. C

Me meum non anteponere.) Quod mihi iure liceret anteponere.

Vt non modo homini nemini.) Hæc magnanimi iuri officia eſſe, Cicero in lib. de Offi. 1. ſcribit.

Sentire.) Id eſt, ſententiam dicere.

Poſitis.) Id eſt, collocatis.

Honeſtum ocium.) Id eſt, immunitatem, quæ ſexagenarijs iure dabatur. Nondum autem ſenex Cicero erat. D

Sibi hab. hono.) Quid ſi legeretur, Sibi haberent alij honores.

Rerum geſtarum vacatio.) Id eſt, immunitas ob res geſtas, vel à rebus gerendis. vt apud Liuium lib. 24. *Nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpſerunt, qui quadriennio non militaſſent, quibus neq; vacatio iuſta militia, neq; morbus cauſa fuiſſet.*

Tamen hoc regnum appell.) Hoc enim à more viuendi regum alieniſſimum eſt, qui ocium quietemq; labori anteponunt.

Vicarius.) Id eſt, ſucceſſor, & vt vulgo dicunt, locum tenens.

Replices.) Id eſt, reuoluas, & vt vulgo dicunt, duplices. Nam ibi particula *Re* mutat ſignificationem dictionis cui apponitur. Tranſtulit autem ex more veterum, qui quum in foliis arborum vel corticibus ſcribebant, folia aut cortices ordine diſpoſitos voluebant aut plicabant: quum vero legere volebant, euoluebant aut replicabant. E

Annalium memoriam.) Id eſt, libros annalium. Principio Romæ non erant hiſtoriarum ſcriptores. vt enim ait Cicero libro de Oratore 2. *Erat hiſtoria nihil aliud, niſi annalium confectio: cuius rei memoriæq; publicæ retinendæ cauſa ab initio rerum Romanarum vſq; ad P. Mutium Pont. Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pont. Max. efferebaturq; in album: & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi.*

A Iiq; Annales maximi nominantur. Hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt, qui ſine vllis ornamentis monimenta ſuorum temporum, hominum, locorum, geſtarumq; rerum reliquerũt. Annalib. Pontificum Max. Cicero libro de Legib. 1. negat quicquam eſſe iucũdius. Idem illos nominat primos Romanæ hiſtoriæ ſcriptores Latinos, Fabium Pictorem. Catonem. Piſonem, Fannium, Venonium.

Annalium memoriam.) Soli enim tum annales erant, quum M. Manlius affectati regni damnatus de ſaxo Tarpeio in Tyberim præcipitatus eſt, vt eſt apud Tit. Liu. lib. 6.

Ex domeſticis imaginibus inuenies) Amarulentum ſcomma eſt. Idq;

B artificioſum eſt, vt in aduerſarij familia dicat fuiſſe, quod ſibi ab aduerſario obiectum ſit.

Spiritus.) Id eſt, ſuperbiam & animi elationem.

Tam immortalibus.) Vt pro P. Seſtio: *Tu hoc loco laudas Milonem, & iure laudas. quem enim vnquam virum tam immortali virtute præditum vidimus?*

Adeptum fore) Hoc dicendi genus Ciceroni non omnino infrequens, contra Grammaticorum præceptiones eſt. Nam adeptum eſſe dicendum præcipiunt.

A veſtris ceruicibus.) Id eſt, ab interitu veſtro.

C *Niſi vero paucos.*) Res enim tanta à paucis confici non potuiſſet

Suam ſalutem cum mea coniungunt) Id eſt, volunt viuere & mori mecum, nec me mortuo ſe viuere poſſe arbitrantur.

Furorem conſceleratum.) Hoc dicitur antea, Voluntates conſceleratas. De hoc nomine alio loco ſcripſimus.

Cum L. Torquatus.) A minore ad maius oſtendit nihil mirandum eſſe, ſi de ſe improbi obloquantur, quum etiam L. Torquatus probus adoleſcens de eo improbe loquatur.

Conſulis.) Vel Conſularis legendum eſt, vel Conſulis intelligendum eſt, eius qui Conſul fuit.

D *Suppreſſa voce.*) Id eſt, ſubmiſſa. Nam preſſa voce, & ſuppreſſa, & Preſſe, & leniter loqui dicimus: Submiſſa, aut parua, aut quod vulgus dicit baſſa voce, non dicimus. vti contra, magna & clara voce dicere, aut clare loqui dicimus, non alta voce: de quo dicendi genere alio loco ſcripſimus.

De ſcelere.) Id eſt, de coniuratione.

Qui ea probatis) Quæ de ſcelere diceret.

De ſupplicio) Quod in carcere, quod Tullianum appellatur, ſuſpenſus ſit.

Abſurdum.(Id eſt, improbum.

E *Leniter.*) Legendum eſſe Leniter, ſatis doceri poteſt etiam illo Cic. ex lib de Offic. 1. *In voce duo ſequamur, vt clara ſit & ſuauis. Vtrunq; omnino à natura petendum eſt. verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio preſſe loquentium & leniter.*

Audire nolebat.) Quod ſciret eos fauere coniurationi, hæc autem de coniuratorum ſcelere & audacia eſſe.

Se venditabat.) Id eſt, vt vulgo dicunt, complacere volebat.

Alterum iam oratoris vitium.) Vt cauendum oratori eſt, ne aduerſarij cauſam adiuuet: ita multo magis, ne quid dicat, quod cauſã ſuam lædat. Quod igitur coniuratorum pœnam mortemq; lugeat, coniurationem probare videtur, quod accuſationi contrarium eſt. P. enim Syllam accuſat, quod in coniuratione fuerit.

Quod

Quod quum is Trib.pl.) Arbitror eſſe legendum. Quod is Trib.pleb. A P. autem Clodium Trib.pl.deſignatum ſignificare videtur.

Clariſſimum virum.) T.Manlium Torquatum, qui filium ſecuri percuſſit, quod iniuſſu ſuo cum hoſte pugnaſſet. *Quum enim caſa ceruice fuſus eſt cruor, tum libero conqueſtu coerta voces ſunt, vt neque lamentis, neque execrationibus parceretur*, vt ait T. Liu.lib.8. Nec Torquato Romam reuertenti iuuentus obuiam profecta eſt. Vt igitur fuerunt qui præclarum hoc patris tui factum reprehenderent, ita tu reprehendis factum Reip.quæ hoſtes ſuos necauit, ne ab ijs necaretur.

De inuidioſis rebus.) Quibus me in inuidiam Torquatus adducere conatus eſt, quæ mihi improborum omnium odia conciliarunt. B

Ad occaſum.) Autore Donato in Commentarijs in librum Æn.1. *Caſus parua rei eſt, vel perſona inferioris; occaſus magna rei, vel perſona ſuperioris. Nam ſolem lunamq́ occidere, & vires præclares cecidiſſe dicimus.* Virg. *Hoc equidem occaſum Troia, triſteſq́ ruinas Solabar, fatis contraria fata rependens.*

Sine tumultu.) *Bellum Gallicum aut Italicum appellari tumultum, quod in eo timor multus eſſet*, ſcribit Cicero in Philip.8. Quibus in bellis ne ſacerdotibus quidem aut ſexagenatijs vocatio erat. *Quum igitur bellum huiuſmo li impendebat, tumultum eſſe decernebat Senatus, vt vacationes tollerentur.* Id ſignificat Cicero in Philip 5. quum cenſet M. Antonium C qui Brutinum Mutinæ obſidebat, hoſtem patriæ iudicandũ: *Quamobrem*, inquit, *Patres conſcripti Legatorum mentionem nullam cenſeo faciendam. Rem adminiſtrandam arbitror, ſine vlla mora & confeſtim gerendam cenſeo. Tumultũ decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi, ſublatis vacationibus in vrbe & in Italia præter Galliam totam.*

Sine tumultu igitur.) Id eſt, tumultu non decreto à Senatu.

Sine delectu.) Id eſt, nullo militum delectu habito, id eſt, nullis militibus congregatis.

Quinque hominibus comprehenſis) Plures fuerunt comprehenſi, ſed de quinq; in Tulliano carcere ſumptum ſupplicium eſt: Lentulo, D Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario.

Confoſſis.) Quamuis confodere proprie ſit vulneribus necare, hoc tamen in loco dicit, pro eo quod eſt laqueo gulam frangere. Hoc enim genere mortis hos quinque coniuratos interijſſe Salluſtius ſcribit.

Incenſione.) Id eſt, incendio, vt Inuectiua in Catilinam 3. *Eundemq́ dixiſſe fatalem hunc eſſe annum, ad interitum huius vrbis atque imperij, qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem: poſt Capitolij autem incenſionem, viceſimus.*

Internitione.) Internetione legendum eſt. idque nomen appoſitione verbi factum eſt, quæ eſt interneco: vt ab occido occidio dicitur. E

Arcem regum & nationum) Regum enim, populorum, & nationum portus erat & perfugium Senatus Ro. vt eſt apud Cic lib. de Offic. 2.

Iuratus.) Id eſt, teſtis. In coniuratos enim Ciceronem dixiſſe teſtimonium Torquatus obiecerat.

In maxima concione) Id eſt, in concione po.Rom.

Subito te amare.) Propterea quod inuehare, quod coniuratorum pœnam mortemque lugere videare.

Ille Torquatus.) De hoc Torquato in perſona tertia loquitur.

A *Quum eſſet meus contuber. &c.*) Vt Romana iuuentus inſtitueretur melius, clariſſimorum virorum filij adoleſcentes cum Conſulibus in prouinciam proficiſcebantur, aut cum ijſdem Romæ manebant. Id ſignificat Cicero pro M. Cælio: *Cum,* inquit, *paulum iam roboris acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt, Q. Pomp. Proconſuli cõtubernalis, caſtiſſimo viro atque omnis officij diligentiſſimo.* Et pro Cn. Planco: *Hic eſt enim qui adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo grauiſſimo & ſanctiſſimo viro dilectus eſt, & vt contubernij neceſſitudo & adoleſcentuli*
B *modeſtiſſimi pudor poſtulabat.*

Signifer eſſet iuuentutis.) Signiferi, vt ait Vegetius lib. 2. *ſunt qui ſigna portant, quos draconarios vocant. Vt autem legionis aquila, ita ſingularum cohortium ſigna dracones erant: qua ſigna qui ferebant, ſigniferi appellabantur.* Pro principe ſigniferum Cicero dicit pro Domo ſua: *Quis eſt Sergius? armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, ſignifer ſeditionis, &c.*

Iuuentutis) Id eſt, militum.

In Præturæ,) Id eſt, biennio ante Cic. Prætore.

Particeps extitit.) Princeps potius, quam particeps legi debet.

Animi virtute.) Id eſt, vt vulgariter dicunt, animoſitate.

Sed iam redeo ad cauſam.) Poſtquam purgauit quæ in ſe Torquatus dixerat, ad Syllæ defenſionem accedit.

C *Dicenti mihi impoſita neceſſitas eſt.* Id eſt, dicere coactus ſum.

Allobrogibus nominatum.) Quum L. Caſſius Longinus legatos Allobrogum ad communionem coniurationis impellere conaretur, multos nobiles viros ex cõiuratione nominauit. Antronium quum nominaſſet, Allobroges de P. Sylla quæſierunt. L. Caſſius neſcire ſe dixit.

Nominatum Allobrogibus.) à L. Caſſio ſcilicet. Quis negat Syllæ indicium: Ita in alijs codicibus ſcriptum inuenio. Non deſunt tamen qui legant, Quis negat?

Secum facere.) Id eſt, coniuratione ſecum eſſe.

D *Eſſe in eadem voluntate.*) Aſcribendum eſſe verbum arbitrabantur, aliudve quod eiuſdem ſignificationis puto, ad hanc ſententiam. Videte diligentiam Gallorum, qui Antronium & Syllam nunquam viderant, de ijs tantum audiuerant: eos autem arbitrabantur in eadem voluntate eſſe, propterea quod fuerant pari calamitate, id eſt, ſimul de ambitu damnati.

Criminoſum.) Criminoſum, nõ criminale dici, alio loco ſcripſimus.

Non debebat minuere illorum ſuſpicionem.) Salluſtius in bello Catilinario ſcribit, *Allobroges per P. Vmbrenum ſollicitatos eoſque in domum D. Bruti perductos fuiſſe, quod foro propinqua erat, neq; aliena conſilij propter*
E *Semproniam, nam tum Brutus Roma aberat. Praterea Gabinium ab Vmbreno accerſitum, quo maior autoritas ſermoni ineſſet. Quo praſente Allobrogibus coniurationem aperuiſſe, ſocios nominaſſe, praterea multos cuiuſq; generis innoxios, quo Legatis animus amplior eſſet.*

Etenim eſſet abſurdum.) Si ex coniuratis Sylla eſſet, ſcilicet.

Afflicta fortuna) Id eſt, condemnatio.

Non prius Antronium quam Syllam.) Si Sylla ex coniuratis fuiſſet. Sylla enim Antronio nobilior erat.

Illud probari minime poteſt.) Id eſt, illud veriſimile non eſt.

Propter calamitatis ſimilitudinem.) Id eſt, quia ſimul de ambitu vterque condemnatus fuerat.

Neſcire

Neſcire certum.) Certe ſcio, certo, & certum: itemq́; certum habeo, A & pro certo, in eadem re dici, ſcripſimus in librum Ciceronis de Senectute.

Non purgetur aliquis, &c.) Purgare & arguere contraria ſunt. Quum quis cuiuſquam dicto vel facto aliquid feciſſe vel non feciſſe probari poteſt, is arguitur vel purgatur. Arguere hoc in loco eſt, quod dicunt ornare. & purgare, quod dicunt deornare.

Vtrum ſubleuat Syllam, an ſatis probat ſe neſcire.) Argumentum à remotione eſt.

Subleuat.) Id eſt, vt vulgo loquntur, ſupportat.

Ne indicent.) Galli Syllam. B

Neſciuit,) Altera diſiunctionis pars eſt. Ante enim quæſiuit, vtrum ſubleuat Syllam, an ſatis probat ſe neſcire? Sed non ſubleuat, igitur neſciuit. Sed ne hoc quidem.

Celatum eſſe Caſſium.) Ab aliis coniuratis, aut à Catilina. *Celare*, vt ait Cicero in lib. de Offic. 3. *eſt, quum quid tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire.*

Extra coniurationem) Vt in lib. Inuectiuarum 1. *Quid enim Catilina eſt, quod te iam in hac vrbe peſſit, in qua nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui te non oderit.*

O dij immortales.) Quæ vix humano conſilio fieri potuiſſent, ea diis C fauentibus atq; conſulentibus ſe dicit feciſſe, quo factis ſuis maior autoritas tribuatur.

Diſpexerim.) Id eſt, prouiderim & inuenerim.

Conſeruandæ patriæ cupiditate) Cupiditatem in bonam partem accipi attende, quoniam in malam dicitur ſæpius.

Ab omnibus cæteris.) Nam pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Et vt ait Cicero pro L. Cornelio Balbo: *Aſſiduus vſus vni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit.*

Et inſcientiæ.) Quamuis in aliis codicibus *inſcitia* legatur, legi tamen D ab inſciente *inſcientia* poſſe, pro Balbo ſcripſimus.

Prætuliſti menti meæ) Vt in his tenebris mens mea veſtro lumine illuſtraretur.

Nam id me multum fefellit.) Nunquam enim putaram fore, vt vir boni, qualis Torquatus eſt, dicerent aliter indicata hæc eſſe, quam in literas publicas relata eſſent.

Naufragus patrimonio.) Id eſt, patrimonij decoctor, cui ex toto patrimonio nihilo magis relictum eſt, quam naufrago ex naufragio.

Ocij) Id eſt, pacis.

Vento aliquo excitato.) Ventum in aliquem excitare, eſt alicui negocium faceſſere, periculum creare, aduerſam fortunam excitare. E

Portum) Id eſt, requiem & finem. Sententia autem eſt: Vidi fore, vt improbi aliqui hæc indicata aliter eſſe dicerēt, quo facilius in malis reipub. optimum quemq; ex coniuratione eſſe, poſſent dicere, vt malorum ſuorum aliquem portum inuenirent. Nam in iis reipublicæ malis prꝑmium aliquod indicibus conſtitui poſſet, aut ſatis magnum ſibi præmium eſſe improbi homines putarent, ſi bonis ciuibus negocium exhiberent.

Conſtituo Senatores.) Id factū Plutarch. in vita Catonis ſcribit, quū in Senatu de coniuratorū cōprehenſorū pœna ageretur; *Conſul,* inquit,

 Cicero

A *Cicero velociſsimos ſcriptores diſpoſuit, atq; docuit, vt per ſingula quadam & paruas breuesq; notas multarum literarum vim habentes dicta colligerent. Nondum enim reperti erant ij qui notarij appellantur, ſed tum demum eius rei veſtigium extitiſſe ferunt.* idem Catonis ſententiam tum excerptam atque ſeruatam putat.

Memoria, ſcientia.) Hæc quatuor quæ notariis neceſſaria ſunt, ad faciendam fidem tabularum ab iis Senatoribus excerptarum dicit.

C. Coſconium.) Qui poſtea Proconſul Hiſpaniam adminiſtrauit.

M. Meſſalam.) Huius & Appij Claudij ſæpe meminit Cicero in Epiſtolis.

B *Priuata cuſtodia.*) Id eſt, domi meæ. Conſules enim alijq; magiſtratus res in magiſtratu geſtas, in commentarios per ſcribas ſuos curabant referendas, eoſq; commentarios apud ſe retinebant.

Deſcribi.) Id eſt, in exempla multa tranſcribi, & vt vulgo dicunt, duplicari & copiari. Vt in legem Agrariam Rulli: *Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur. Concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt.* *Tranſcribere* in eadem re idem dixit pro A. Cluentio: *Digito legata deleuit; & quum id multis locis feciſſet, poſt mortem eius (ne lituris coargui poſſet) teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignauit.*

C *Ne quis poſſet tantum, &c.*) Id eſt, ne quis plus aut minus de periculo reip. aut alicuius cogitaret, quam res fuiſſet.

Temere) Id eſt, ſine cauſa, & vt vulgo dicunt, leuiter, & re non bene examinata.

Aut obliuio.) Si quid in meis commentariis omiſiſſem.

Aut memoria) Si omnia ſcripſiſſem.

Tuus inimicus.) P. Sylla

Summam negligentia) Quod de commutato indicio tacueris.

Tenuiſsima ſuſpicione perſtrinxit) Id eſt, maledicto minimo me laceſſiuit, & in tenuiſſimam ſuſpicionem maledicto vocauit.

D *Prauerterim.*) Id eſt, reſpondendo ſuperauerim. Præuertere enim eſt tranſire & ſuperare. vt apud Virgilium: *Volucremq; fuga præuertitur Hebrum.* Nam vt reuertere & reuerti, ita præuertere & præuerti in eadem re dicimus.

Excuſſos arbitrari) Ab hyſtricibus tranſlatio facta videtur. *Hyſtrici enim,* vt ait Plin. lib. 8. *longiores aculei, & quum intendit cutem, miſsiles, ora vrgentium figit canum, & paulo longius iaculatur.*

Retuliſſe gratiam) Id eſt, repoſuiſſe iniuriam.

Non debes tamen quenquam) Locus hic altercationi ſimilis eſt, ſed vtramq; perſonam ſuſtinet Cicero.

E *Quaſtione*) Id eſt, cauſa.

Coactus.) Periculo Reip.

Creditum eſt.) Meo teſtimonio.

Ac defendere) Legi oportet, *Ac non defendere.*

Modum.) Id eſt, finem.

Quum honos agebatur, &c) Id eſt, quum P. Sylla de ambitu cauſam dicebat, vt erepto ei conſulatu pater tuus conſul eſſet.

Familiariſsimis ſuis.) Qui P. Syllam defendebant.

Familiariſsimis ſuis non ſuccenſuit.) Particulam *non* expungendam arbitror.

Ad propulſanda pericula.) Id eſt, ad reos defendendos.

Illa ſententia.) De conſulatu. A

Afflicto.) Id eſt, damnato.

Honoris.) Id eſt, conſulatus.

Ereptum) Id eſt, conſulatum vobis ereptum Syllæ largitione.

Victi in campo.) Martio ſcilicet, ſuffragiorum multitudine.

Conſulatum vobis eripiebant.) Id eſt, conabantur probare Syllam non admiſiſſe ambitum, & ita conſulem iure factum eſſe.

Quem interemiſti.) Id eſt, quem afflixiſti, qui te accuſante de ambitu damnatus eſt.

At accuſat C. Cornelij.) Duo Cornelij in coniuratione fuerunt, vnus P. Cornelius Lentulus Senator, qui tum Prętor erat, de quo ſumptum B ſupplicium eſt; alter C. Cornelius eques Romanus, de quo eiuſq; filio hoc loco Cicero.

Quod præmij, &c.) *In Catilina coniuratione Senatus iudicibus præmia decreuit, ſeruis ſuis libertatem & ſeſtertia centum, libero impunitatem eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia*, vt eſt apud Salluſtium. Vel hæc præmia intelligit, vel honeſtatem. Honeſtum enim indicare occulta conſilia, quæ contra remp. capiantur.

Per iſtum puerum.) Hic attendendum eſt, hunc Cornelij filium non fuiſſe P. Syllæ accuſatorem. Nam pueris poſtulare non licet, vt eſt in lib. Digeſt. 3. de poſtulando. C

Cum Hortenſio communicata.) Id eſt, mihi cum Hortenſio communiter commiſſa.

Illum comitatum.) Indicat per puerum Cornelius.

Conſularibus.) Id eſt, quibus Conſules & Prætores faciendi erant. Hi enim auſpiciis iiſdem & comitiis fiebant.

Quæ à me habita ſunt.) Conſul enim qui in vrbe erat, comitia conſularia habere ſolebat. Si autem vterq; conſulum gerendis bellis ita occupati erant, vt neutri eorum Romam comitiorum habendorum cauſa venire liceret, tum ipſi, alterve eorum, Dictatorem comitiorum cauſa dicebat, qui Conſulibus & Prætoribus declaratis abibat magiſtratu, vt amplius ſcripſimus in Catonem Ciceronis. Quum Cicero D haberet comitia conſularia, L. Catilina in campum Martium magno improborum hominum comitatu deſcendit, vt ipſe fieret Conſul. Cicero vero lata illa lorica armatus, de qua diximus in Inuectiuis, & pro Murena, magna iuuentutis Romanæ caterua ſtipatus, Catilinæ conatus repreſſit, fecitq; vt conſulatu Catilina deiiceretur.

Præſidio firmo) Firmum præſidium à Cicerone dici, alias admonuimus. bonum præſidium ſolent dicere.

Aſpiraſſe.) Id eſt, veniſſe vt Actio. in Verrem 4. *Quando autem homo tanta luxuria atq; deſidia, niſi Februario menſe aſpirabat in Curiam?* Verum E veniat ſane, &c. Idem lib. Epiſt. 7. *Subinuideo tibi, vltro te etiam accerſitũ ab eo, ad quem cæteri, nõ propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt.* Et lib. Tuſcul. 5. *Occupaui*, inquit, *te fortuna, atq; cepi, omnesq; aditus tuos interclusi, vt ad me aſpirare non poſſes.*

Si tum ſe cum Catilina) Argumentum eſt à conſequentibus.

Informat.) Id eſt, inſtruit.

Ad hoc) Id eſt, ad hanc rem, ad hanc cauſam.

Adumbratum.) Id eſt, veriſimile, coloratum, & vt vulgo dicunt, palliarum.

Inter falcarios.) Id eſt, coniuratos, qui vt falcarij totam ciuitatem

 meſſuri

A metuuri erant. Sunt enim falcarij, qui falce metuunt. Vt in inuectiua 1. in Catilin. *Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios, non agam obſcure, in M. Lecca domum, conueniſſe eodem complures eiuſdem amentiæ ſceleriſq; ſocios.*

Ad M. Leccam.) Id eſt, ad domum M. Leccæ. quod dicendi genus Terentio familiare eſt.

Catilinæ denunciatione) Catilina, vbi multa agitanti ſibi nihil procedit, rurſus intempeſta nocte coniurationis principes conuocat per M. Porcium Leccam. Ibiq; multa de ignauia eorum queſtus, docet ſe Manlium præmiſiſſe ad eam multitudinem, quam ad capienda arma parauerat: itē alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent,

B ſeq; ad exercitū proficiſci cupere, ſi prius Ciceronē oppreſſiſſet, eum ſuis conſiliis multum officere: & cætera, quæ Salluſtius perſequitur.

Officioſam.) Ironia eſt.

Conſulem.) Id eſt, me Ciceronem.

Prima luce.) Cicero in Inuectiua 1. vbi hæc eadē ſcribit, paulo ante lucem dicit: *Dixiſti paululum tibi eſſe etiam nunc moræ, quod ego viuerem. Reperti ſunt duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.*

In iis legionibus.) Quas Cn. Manlius ad Feſulas parauerat.

Multo etiam longius.) Hæ enim legiones in Etruria erant, P. vero Syl-

C la Neapoli. Optimum autem argumentum, quo doceat Syllam ex coniuratione non fuiſſe, ſi nuſquam fuit cum coniuratis, ſed ab his abfuit longiſſime.

Quas oras maxime.) In Gallia vlteriore & citeriore, item in agro Piceno, Brutio, Apulia motum excitatum fuiſſe ab iis, quos Catilina dimiſerat: exq; Senatuſconſulto Q. Metellum Celerem in agrum Picenum, Q. Metellum Creticum in Apuliam, quum in Gallia legatus C. Murena eſſet, miſſos, Salluſtius ſcribit.

Quæ maxime ea ſuſpicione caruit.) Capua tamen (quæ huic vicina eſt) non caruit. itaq; Q. Pompeius Rufus à Senatu eo dimiſſus eſt.

D *Fauſti ſimulatione*) Id eſt, ſimulando Fauſtum Syllam Lucij filium ſcripſiſſe, vt gladiatores P. Sylla emeret, quos ipſe Fauſtus teſtamento patris deberet.

Patris.) L. Syllæ.

Arrepta eſt) In aliis codicibus melius ſcriptum eſt, *At empta eſt.*

Familia.) Gladiatorum.

Prætermiſſa) Id eſt, non empta.

Munus.) Gladiatorium.

Hæc ipſa.) Familia gladiatorum empta.

Non modo inimicorum inuidere.) Significat hanc gladiatorum fami-

E liam eiuſmodi fuiſſe, vt ab ea nihil metuendum fuerit, quum ipſa vix credatur poſſe æquorum expectationi ſatisfacere, quum depugnabit in ludis funebribus, quos Fauſtus in honorē patris faciet. Mos enim erat, vt in honorem virorum clariſſimorum funebres ludi celebrarētur, iiſq; gladiatores adhiberentur. Vt Scipionem ad vota diis ſoluenda, munuſq; gladiatorium, quod mortis cauſa patris patrui parat, anno poſt eorum mortem ſexto rediiſſe Carthaginem, Tit. Liu. lib. 28. ſcribit.

Properatum vehementer) Id tanquam ab aduerſario obiectum, ſibi proponit Cicero refutandum, eſtq; hic locus altercationi ſimilis.

Nec opinante Fauſto.) Obiectio eſt aduerſarij.

At lite-

At litera.) Reſpondet Cicero. A

Familia.) Gladiatorum.

Ad ferramenta) Gladiatorum ferramenta quę dicantur, in Inuectiuas ſcripſimus: quemadmodum pro A. Cluentio, quid ſit familia.

L. Iulio, & C. Figulę Coſſ.) L. Iulius Cæſar, & C. Martius Figulus Conſules fuerunt, anno proximo poſt L. Torquatum & L. Cottam. Iiſdem Conſulibus Ciceronem Conſulem deſignatum fuiſſe, Aſconius ſignificat.

Aliquanto ante furorem Catilinæ.) *L. enim Caſare & C. Figulo Coſſ. circiter Calendas Iunias cœpit coniuratio Catilinæ*, vt Salluſtius ſcribit.

Magna ratione.) In codicibus aliis ſcriptum eſt, *Magna ratione pecunia.* B

Cum Mauritaniæ rege) Mauritania Africæ regio eſt extrema, verſus Gaditanum mare.

Sylla procurante eius rem.) Id eſt, quum P. Sylla eius procurator eſſet.

Ad facinus.) Id eſt, ad coniurationem.

Diminutis) Id eſt, à P. Sylla venditis. Remouet itaq; cauſam Cicero, vt P. Cincium non fuiſſe ex coniuratione oſtendat.

Mandare) Id eſt, mittere.

In vltimas terras) Id eſt, in vlteriorem Hiſpaniam.

At hæc ipſa.) Obiectio eſt. C

Hæc ipſa.) Quæ P. Sylla conabatur.

Sine vlla coniunctione) Etiam Cincij.

Tam amantiſſimum ſui.) Non qui ſeipſum amabat, ſed ſi eum Catilina amantiſſimum ſui, hoc eſt, ipſius Catilinæ cenſuiſſet, quod nequaquam fecit. Reſpicit igitur reciprocatio ad principale ſuppoſitum, ſicut in Andria: *Rogat hera, ſi ſe amas, ad ſe venias.*

Non enim mihi, &c.) Cincium ab huius rei ſuſpicione liberat, quo facilius eum ab Sylla dimiſſum non eſſe oſtendat.

Deſerenda eſt cauſa.) Deſerit enim patronus, vt bis ante dictum eſt: vt prodit parens, deficit ſocius. D

Quum cæteri deficerent.) In bello Italico.

Negocij gerendi.) In Hiſpania enim & cum rege Mauritaniæ negociatus eſt: vel *Negocij gerendi*, id eſt, mercaturæ exercendæ.

Quicquam oneris ſuſtinerent.) A creditoribus.

Vllam moram) Vltra diem præſcriptum.

Illud erat genus hominum) Cicero in ſecunda Inuectiuarum, coniuratorum primum genus eorum eſſe dicit, qui magno in ære alieno maiores etiam poſſeſſiones habent: quarum amore adducti, diſſolui nullo modo poſſunt. Sed hoſce homines minime putat pertimeſcendos, quod aut deduci de ſententia poſſunt: aut ſi permanebunt, magis ij videntur vota facturi contra rempub. quam arma laturi. De his coniuratis ære alieno oppreſſis, illud Ciceronis eſt in lib. de Offic. 2. E *Nunquam*, inquit, *vehementius actum eſt, quam me Conſule, ne ſolueretur. Armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum & ordine. Quibus ita reſtiti, vt hoc tantum malum de repub. tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit: nec melius, nec facilius diſſolutum ſit. Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt.*

Nunquam ſibi cognationem cum prædiis eſſe exiſtimauit) Id eſt, *prædia ſua nunquam ita amauit, quin à ſe, ſi quando opus eſſet, alienaret.* Prædiorũ nullam gentẽ eſſe, in eadem fere re Cicero dixit pro L. Cornelio Balbo,

Pom-

A *Pompeianos.)* Pompeij oppidum fuit in Apulia, prope Neapolim. Ii à populo Romano deuicti, parte agri multati ſunt. Eo à Triumuiris, in quibus P. Sylla erat, colonia deducta eſt. Inter Pompeianos & Colonos exorta ſeditio eſt, quod nollent Pompeiani Colonis tantum ius ſuffragij ferendi ac magiſtratus gerendi eſſe, quantum ſibi. Hanc ſeditionem à Sylla excitatam dixit Torquatus, vt Pompeianos in ſua poteſtate haberet, iiſq; ad hanc coniurationem vteretur.

Ad patronos.) Id eſt, ad Triumuiros, qui eam coloniam deduxerunt, ad eosq; qui oppidum expugnauerunt, aut in deditionem acceperunt, qui more maiorum patroni erant.

B *Cognita)* Id eſt, diiudicata.

Caterorum.) Patronorum, nam in his Sylla erat.

Ex hac frequentia colonorum.) Colonos legatos publice miſſos ad hoc iudicium cum P. Syllæ laudatione ſignificat.

Si in omni fortuna, &c.) Nam de ambitu condemnatus eſt.

In hoc tamen caſu) Quum de coniuratione accuſatur.

Ab illis.) Colonis.

De ambitione.) Id eſt, de magiſtratuum petitione.

Populi Romani fortuna diuiſerit.) Nam populi Romani fortuna fecit, vt Romani victores eſſent, ideoque Pompeianos agri parte mul-

C ctarent.

Alteros.) Id eſt, Pompeianos.

Demouiſſe.) Id eſt, agri parte abire coegiſſe.

At enim & gladiatores.) L. Cæcilius Tribunus plebis legem ferre conatus eſt, qua pœnam ambitus alijs legibus conſtitutam diminueret, in gratiam fratris P. Syllæ de ambitu damnati. L. Torquatus dixit Cælium ea lege voluiſſe reſcindere iudicium, quo Sylla de ambitu condemnatus fuerat. Id Cicero refutat.

Rogationis) Id eſt, legis.

Cæcilia.) Quàm L. Cæcilius Tribunus plebis ferre volebat.

D *Fratris ſui.)* P. Syllæ. Sylla Cæcilij frater fuit, vel quia ex eadem matre nati ſunt. Seruius in libro Commentariorum in Aeneida Virgilij, ex Varrone ſcribit, *fratres germanos appellari eos, qui ſint ex eadem matre, quamuis ex eodem patre non ſint:* vt fuſius pro A. Cluentio ſcribimus. Vel quia alter alterius ſororem in matrimonium habuit. Vt Cicero pro Domo ſua, & de Reſponſis aruſpicum, Q. Metellum P. Clodij fratrem appellat, quod ſororis eius maritus fuerit.

Promulgarit.) Id eſt, aliquot dies propoſuerit, ne intelligas eum tuliſſe. Nam promulgare legem & ferre idem non eſſe, ex hoc loco

E facile cognoſcas.

Fratris autoritate.) Nam P. Sylla mandauit, nolle ſe illam legem ferri.

Conductus.) Id eſt, diſſuaſus.

Voluiſſe reſcindere.) Hic locus emendatus non eſt, ibiq; pauca deeſſe videntur.

Superioribus legibus.) Non multo ante lex Calphurnia lata fuerat, quæ damnatis de ambitu pœnam pecuniariam addebat.

Eorum ordinum) Id eſt, Senatus & equitum.

Perpetuandam.) Id eſt, perpetuo ſeruandam. Perpetuare quamuis raro dicatur, eo tamen verbo Cicero vſus eſt etiam in libro de Oratore tertio: *Clauſulas,* inquit, *atque interpuncta verborum, anima interclu-*

ſio, atq;

ſio, atq; anguſtia ſpiritus attulerunt. Id inuentum eſt ita ſuaue, vt ſi cui eſt infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. A

Si paulo etiam longius, &c.) Id eſt, ſi Cæcilius fratris cauſa aliquantulum peccaſſet.

Finis quotidiani officij) Id eſt, honeſtas.

Protuliſſet.) Id eſt, prouexiſſet.

Senſus veſtros.) Id eſt, quid ſentiretis, ſi in loco Cæcilij eſſetis.

Nos Senatum conuocaſſemus) Significat Cicero, ſe Conſule L. Cæcilium hanc legem ferre voluiſſe. Senatum enim Cicero Conſul in Capitolium conuocauerat, vt ad eum de hac lege referret.

Prius.) Quàm Senatum conuocaſſemus. B

Dixit.) In Senatu.

De Repub. egit) E Repub. legendum arbitror. E repub. dici ſuauius, quàm ex repub. Cicero autor eſt in libro de Oratore ad Brutum. Id autem ſignificat, ad vtilitatem reipubl. vt in libro Epiſt. ad Brutum: *Cui quum eſſem aſſenſus, decreui hoc amplius, vt tu, ſi arbitrare vtile fore, & è repub eſſe, per ſequerere.* Item: *Quod ſcribis poſtea ſtatuiſſe te ducere exercitum in Cherroneſum, nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe Imperium populi Romani, facis ex tua dignitate, & è repub* Et libro de Oratore ſecundo: *Multas etiam è republ. ſeditiones ſæpe eſſe factas, vt quum reges eſſent exacti, vt quum Tribunitia poteſtas eſſet conſtituta.* C

Agrariæ legi.) Quam P. Seruilius Rullus ferre conatus eſt, quam Cicero Conſul diſſuaſit.

Interceſſorem fore.) Id eſt, vt aliquis ex Tribunis plebis intercederet, quo minus ea lex ferretur. Vnius enim Trib plebis interceſſio ſufficiebat ad impediendam rem, quam reliqui Tribuni ferre conarentur.

Onere depoſito domeſtici officij) Relicta cura rei domeſticæ.

Quis tamen veſtrum) Quis tandem veſtrum, aptius videtur ſcribendum.

Ex Antronij improbitate) Qui ſperabat huius legis beneficio, rem de ſe iudicatam labefactari, aut certe pœnam diminui. D

Honoris.) Id eſt, Conſulatus. Nam cum Antronio Sylla deſignatus eſt,

Alleuamento.) Id eſt, diminutione, & vt vulgo dicunt, alleuiatione.

Hic tu epiſtolam.) Cicero Catilinæ coniuratione oppreſſa, ad Cn. Pompeium in Aſia bellum Mithridaticum gerentem ſcripſit, de vtraq; coniuratione Catilinæ. L. Torquatus ex his literis collegit P. Syllam fuiſſe ex coniuratione, idque Ciceronem ſignificaſſe arguit, quamuis Syllam in ea epiſtola Cicero non nominauerit. Id negat Cicero. E

Biennio ante conceptum.) Amplius biennio concepta fuit hæc coniuratio. Lepido enim & Volcatio Coſſ circiter Nonas Decembres cœpit. L. Torquatus, & L. Cotta poſt hos fuerunt Conſules, poſt hos L. Iulius & C. Figulus, poſt quos fuit Cicero cum C. Antonio. His Coſſ. in menſe Octobri patefacta coniuratio eſt

Erupiſſe) Id eſt, natum eſſe. ſed de mala re id verbum dicitur.

Demonſtraſſe.) Id eſt, ſignificaſſe.

De quo etiam ſi quis dubitaſſet.) Oſtendit L. Torquatum dixiſſe quæ non conueniant. Nam ſi P. Sylla coniurauit L. Torquati patrem Coſ.

Calen-

A Calendis Ianuarijs interficere, vt conſulatum iudicio amiſſ… vim recuperaret: non eſt veriſimile eum poſtquam damnatus … peras & manum comparaſſe, vt Catilinæ contra Torquatum … garetur.

Interfecto patre tuo Conſule:) In priore enim coniuratione L. … quatum & L. Gottam, quum inirent conſulatum Calend. Ian… interficere, & conſulatum per vim arripere Catilina & Antro… coniurauerant.

Cum lictoribus.) Id eſt, occupato & arrepto conſulatu.

Vt Catilinam Conſulem efficeret.) Comitijs habitis poſt Syllæ da…

B tionem.

Operat.) *Vt ſeruitia & miniſteria, in numero tantum plurali pro ſer… miniſtris dici*, Valla libro 4. ſcribit. ita apud Ciceronem ſæpe in… licet operam dici pro operarijs, quos conducere ſolebant, qui … liquam moliebantur. Vt in Vatinium teſtẽ: *An erit hac optio & … tua, vt quum Clodianas operas & facineroſorum hominum manum … Milonem dicat gladiatoribus & beſtiarijs obſediſſe Remp.* Et pro Domo … *Conſulari homini P. Clodius euerſa Rep. ciuitatem adimere potuit, conc… uocato, conductis operis non ſolum egentium, ſed etiam ſeruorum.* Et pro … ſtio: *Qui adeſſe nobiliſſimos adoleſcentes, honeſtiſſimos equites Romanos …*

C *catores ſalutis mea iuſſerit, eoſq́; operarum ſuarum gladijs & lapidib… erit.*

Neq; enim iſtorum facinorum.) Probat Cicero ex vita anteacta cri… men: de quo quæſtio eſt, coargui poſſe aut refutari:

Diſſolutis.) Id eſt, refutatis.

De principio.) Vt improuiſo & de improuiſo, ita principio & de principio in eadem ſignificatione dicimus. Sed de principio hoc loco dici adnotandum cenſeo; magis vt Latine dici intelligas, quam vt imiteris.

Studuit animus.) Id eſt, voluit.

D *Occurrere magnitudini criminis*) Id eſt, probare P. Syllam ex coniuratione non fuiſſe, & quæ ab aduerſario dicta ſunt refutare.

Reuocanti) Animis eſtis.

Voluerit, cogitarit, admiſerit.) Ordo bonus eſt. Primum enim volumus, deinde cogitamus qua ratione aſſequi poſſimus, poſtremo admittimus.

Huic affinem ſceleri.) Affinem ſceleri & ſceleris dici poſſe, alio loco docuimus.

Cuius aures vnquam reſpuerunt.) Id eſt, quis non audiuit & credidit.

Conatum eſſe hominem.) In codicibus alijs melius mihi ſcriptum videtur,

E detur, Contaminatum, non Conatum.

Studio.) Id eſt, peccandi cupiditate. Vt C. Cæſarem Cicero in lib. de Officijs 2. vituperat, quod tanta in eo peccandi libido fuerit, vt hoc ipſum eum delectaret peccare, etiamſi cauſa non eſſet.

In omni flagitio, &c.) De Catilina illud dixit Cicero in accuſatione Catilinæ & Antonij competitorum, vt ait Aſconius: *Stupris ſe omnibus ac flagitijs contaminauit, cæde nefaria cruentauit, diripuit ſocios, leges, quæſtiones, iudicia violauit. Adoleſcens Catilina, vt ait Salluſtius, multa nefanda ſtupra fecerat cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſta, aliaq́; huiuſmodi contra ius faſq́;. Poſtremo captus amore Aurelia Oreſtilla, cuius præter formam nihil vnquam bonus laudauit, quod ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adul-*

tum a-

ſum ætate, pro certe creditur necato filio vacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. Hanc ſacerdotem Veſtæ, cui Catilinam ſtuprum attuliſſe Salluſtius dixit, Aſconius appellat Fabiam, eamq́; Terentiæ Ciceronis vxoris ſororem fuiſſe dicit, quæ tamen abſoluta eſt. Idem Aſconius dicit, Catilinam ex adulterio filiam genuiſſe, quam poſtea vxorem duxit. Autore Plutarcho in vita Ciceronis, Catilina filiæ virgini ſe commiſcuit, & fratrem necauit. Cuius rei iudicium metuens, egit cum Sylla, vt eum tanquam viuum proſcriberet. Autore Aſconio in Cõmentarijs in orationem Ciceronis in C. Antonium & L Catilinã competitores: *Catilina, quum eſſet in Syllanis partibus, multos crudeliter necauit, vt Q. Cacilium & L. Tantaſium. Idem caput M. Marij Gratidiani abſciſſum, etiam tum plenum anima & ſpiritus, ad L. Syllam vſque à Ianiculo ad ædem Apollinis, ſuis ipſe manibus detulit.* A B

Cogitaſſe.) In patriam.

De eius in Hiſpaniam profectione.) Arbitror eum in Hiſpaniam profectum ad bellum Sertorianum, ibiq́; ab eo Q. Metellum Pium vulneratum. Hunc autem Cethegum Plutarchus in Luculli vita ſcribit obſcœna vita libidinũ, flagitiorum, vitiorum, ſcelerum plenũ fuiſſe.

Carcer ædificatus.)Quia in carcere, quod Tullianum appellatur, Cethegus ſtrangulatus eſt. Alia quoq; carceris pœna eſt. Cicero enim in quarta inuectiua dicit vincula, eaque ſempiterna ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris inuenta eſſe. C

Huius periculo & crimini.) Antronius enim in vtraque coniuratione fuit, quo nomine in iudicium vocatus erat, tum quum hæc cauſa acta eſt. Sed eum neq; ſodales, neque collegæ defenderunt, vt ante dixit Cicero.

Non ſua hæc vita.) In codicibus alijs melius ſcriptum eſt, Non ſua conſuetudo ac vita. nam poſtea ſubiungit, Eum mores ipſius ac vita conuincerent.

In ſtuprorum defenſionibus.) Id eſt, quum in foro ſtupra aliena, aut ſua defenderet. eum enim oratorem fuiſſe ſignificat. D

Verbis improbiſsimis.) Id eſt, maxime impudicis.

Pugnis ac calcibus.) Id eſt, omni contumeliæ genere. de hoc prouerbio *Eraſmus ſcripſit.*

Exturbare.) Id eſt, vi eijcere. Vt Actione in Verrem 4. *Num etiã patrijs Heraclium bonis exturbare oportuit?* Et pro A. Cluentio: *Lectum illum genialem, quem biennio ante filia ſua nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atq́; exturbata filia iubet.* Et pro L. Murena, *exturbare à ciuitate* dixit, pro eo quod dicunt facere ciuem, multari exilio: *Magnum eſt,* inquit, *te comparare ea, quibus poſſis hominem è ciuitate, præſertim non inopem, neque infirmum exturbare.* E

Spoliare fana ſociorum.) Significat Antronium in Prætura ſpoliaſſe templa prouinciæ eius cui præerat, ac repetundarum accuſatum.

Diſturbare iudicia.)Ne de ambitu condemnaretur: vel diſturbare, id eſt, reſcindere & labefactare: quum ipſe de ambitu damnatus Conſules Calen. Ianuarijs interficere, & Conſulatum per vim occupare coniurauit.

Cedere.) Id eſt, obtemperare.

Non fortunæ ipſi ſuccumbere.)Id eſt, de ambitu damnatum non quieſcere, ſed coniurare. Nam fortuna ſuccumbit, qui victus quieſcit, nec contra fortunam reluctatur. In libro de Officijs primo, ſuccumbere fortunæ

A fortunæ dixit, pro eo quod eſt à fortuna vinci, & iacere, atq; abiectum habere animum. *Quum perſuaſum ſit, nihil hominem niſi quod honeſtum decorumq; ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, multo neq; homini neq; perturbationi animi, neq; fortunæ ſuccumbere.*

Rebus.) Id eſt, probationibus.

Teneretur.) Id eſt, nota eſſet. Vt pro Milone: *Fingi hæc putatis? quæ patent? quæ nota omnibus? quæ tenentur?* Et pro L. Cornelio Balbo: *Sed vos Iudices animis & memoria tenetote.* Et pro A. Cluentio: *Quum manifeſto venenum deprehendiſſet, quod vir matris Oppianicus ei parauiſſet; & res non coniectura, ſed oculis ac manibus teneretur.*

B *Cum illius.*) Apud Vallam libro ſecundo, vbi præcipit de particula Agedum, hoc in loco Cum illis ſcriptum inueni: quæ lectio magis placet, vt Cum illis, Catilina, Lentulo, Cethego, Antronio, intelligatur. Nam ſi Cum illius legatur, ſententia ſit, cum vita Antronij vitam P. Syllæ conferte.

Non dicam audacius.) Ordo eſt: Quæro ecquod factum aut commiſſum huius videretur cuiquam factum, nō dicam audacius, ſed quod cuiquam paulo minus conſideratum videretur. Vt conſideratum ſit participium, & factum nomen.

Excidit.) Id eſt, imprudenter lapſum eſt.

C *Vnde quiſquam poſſet offendi.*) Verbis impudicis & contumelioſis boni homines offendi ſolent.

Quis P. Sylla mitior.) Hoc dicit Cicero, vt cauſæ ſuæ ſubſeruiat. Aliter enim ſcribit in libro de Officijs ſecundo. *Nec,* inquit, *vnquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum homines perditi haſtam illam cruentam meminerint & ſperabunt, quam P. Sylla quum vibraſſet Dictatore propinquo ſuo, idem 6. & 30. anno poſt à ſceleratiore haſta non receſſit.*

Multorum hic vitam.) A Gellius cap. 16. libri ſexti, ſcribens de ſignificatione verbi Deprecor, hoc in loco legit *Quàm multorum.* quæ lectio magis placet, vt continuetur interrogatio.

D *Quam multorum hic.*) L. Sylla quum multos ciues Romanos proſcriberet & trucidaret, multis pro his deprecante P. Sylla ignouit.

Vitam eſt à L. Sylla deprecatus.) Vt in oratione pro Scauro, Aſconio autore, Cicero dixit: *L. ipſe Metellus auus huius ſanctiſſimos Deos illo conſtituiſſe in templo videtur, in veſtro conſpectu Iudices, vt ſalutem à vobis nepoti ſui deprecaretur.*

Noſtri.) Id eſt, ſenatorij.

Se hic Sylla obligauit.) Quod ſcilicet ij pro quibus ſe obligaſſet, inimicorum Syllæ partes tutati non fuiſſent, aut quod in poſterū Syllæ nunquam aduerſarentur. Solebant enim veteres pro alijs ſe obligare.

E vt Cicero in Philippica quinta, fidem ſuam pro Octauio Cæſare Senatui populoq; Romano obligat, fore vt nihil ei Republ. charius ſit. Huius obligationis pœnitere ſe ſcripſit ad Brutum: *Maximo,* inquit, *quum hæc ſcribebam afficiebar dolore, quod quum me pro adoleſcentulo ac penè puero Reſpub. accepiſſet vadem, vix videbar quod promiſeram, præſtare poſſe. Eſt autem grauior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ obligatio. Hæc enim ſolui poteſt, & eſt rei familiaris iactura tolerabilis. Reip. quod ſpoponderis, quemadmodum ſoluas, niſi is dependi facile patitur pro quo ſpoponderis?* Hæc aſcripſi, vt P. Syllæ beneficium maius intelligas.

Neque enim ipſi nolunt.) Hoc adiunxit Cicero. Nam, vt idem dicit pro Sex.

Digitized by Google

A pro Sex. Roſcio, homines notos ſumere odioſum eſt, quum illud incertum ſit, velint ne hi ſeſe nominari.

Huic.) P. Syllæ.

Maius eſt beneficium.) Quod multis P. Sylla præſtitit, quorum vitam à L. Sylla deprecatus eſt, aut quorum pro ſalute ſe obligauit.

Quam poſſe debet ciuis ciui dare.) Nimium enim apud tyrannum L. Syllam Publius valuit, nec illam cum ciuibus ſuis æquabilitatem habuit, quæ in ciuitate eſſe debet.

Quod potuit.) Id eſt, quam poteſtatem habuit.

Tempori.) Id eſt, temporis conditioni, quo ita L. Syllæ crudelitas B in ciues Romanos debaccharetur.

Quod fecit.) Id eſt, quod ciuibus præſtitit.

Ipſi.) Id eſt, ipſius naturæ & bonitati.

Conſtantiam.) Id eſt, honeſtatem, quam conſtanter retinuit.

Moderationem in priuatis rebus.) Nam vt ait pro Lucio Muræna: *Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit, non amat profuſas epulas, ſordes & inhumanitatem multo minus.*

Splendorem.) Id eſt, magnificentiam, vt ſplendor ſordibus contrarius ſit.

A fortuna.) Quia Sylla de ambitu damnatus eſt. Iudicijs autem C fortuna præeſt.

Deformata ſup.) Id eſt, turpificata ſunt, & formam ſuam perdiderunt.

A natura inchoata appareant.) Id eſt, naturæ veſtigia quædam remaneant.

Quæ celebratio.) Id eſt, frequentatio erat, priuſquam Sylla damnaretur.

Familiaris.) Id eſt, non faſtuoſa, non ſuperba.

Studia amicorum.) Id eſt, bona voluntas & obſequium animos, id D eſt, quam ſtudioſus amicorum fuit.

Vna hora.) Qua damnatus eſt.

Accipit vulnus.) Quum damnatus eſt. De hoc dicendi genere, & de vulnere pro damno, alibi ſcripſimus.

Mortiferum.) Vulgo mortale appellarent. Sed mortale id eſt, quod aliquando moriturum eſt: mortiferum vero, quod mortem affert. vnde etiam mortifera peccata, non mortalia appellari licet.

Vita & natura, &c.) Nam accepto eo vulnere naturam retinuit.

Quam ſi nemo alius.) Minuit Syllæ ambitionem, quod alij quoque eam conſulatus cupiditatem habuerint. ſed quod damnatus ſit, alij E incolumes, ea eius aduerſa fortuna fuit.

Vrbis & fori.) Ne aſpectum hominum lucemq; vitaret.

Propter ſumma ſtudia amicorum.) Qui ipſi Syllæ ſtudioſi erant, & veri amici. Nam, vt ait Ennius: *Amicus certus in re incerta cernitur.*

Reſtiterunt.) Id eſt, ſuperfuerunt & remanſerunt.

Quum lege retineretur.) Lex enim Calphurnia, quæ paulo ante damnatum Syllam lata fuerat, pecunia, non exilio damnatum reum multabat. Non multo poſt eum damnatum ſecuta eſt lex Tullia, quæ de ambitu damnatos exilio multaret, vt pro L. Muræna ſcripſimus.

A *Se exilio pene multauit.*) Vel quum hominum conſpectum euitauit, vel quum Neapolim profectus eſt.

Tanto ſceleri.) Id eſt, coniurationi.

Explicata.) à me.

Crimen.) Coniurationis. Quod alijs in codicibus ſcriptum ſit Cum crimine, non Tum crimen, id non placet.

Mitto Rempub.) Occupatio eſt. Amor autem reip. P. Syllam à coniuratione reuocaſſet.

B *Cupidos.*) Id eſt, ſtudioſos. Vt pro Cn. Plancio: *Magna ſunt in te opes, late patet gratia, multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ.* Eſt autem argumentum à repugnantibus.

Turpiſſima morte propoſita.) Si deprchenderetur. Turpis autem mors dicitur ea, quam improbi homines dant legibus. Alioqui turpis mors ea eſt, quæ luitur ſuſpendio. Id informe letum Virgilius appellat, lib. 12. de Amata vxore Latini, quæ ipſe ſe ſuſpendit, *& modum informis leti trabe nectit ab alta.* Autore Seruio *in libris Pontificalibus cautum fuerat, vt qui laqueo finiuiſſet vitam, is inſepultus abijceretur.* Vnde ait informis leti, quaſi mortis infamiſſimæ. Illam eſſe cauſam arbitror, quod animam ſpiritum eſſe crederent, quem conſtrictis laqueo

C faucibus exhalari non poſſe, ſed in pectore ſuffocari putabant. Hoc etiam mortis genere, id eſt, ſuſpendio deprehenſi coniurati, in carcere ſtrangulati ſunt.

Non inquam cadit.) Hoc in loco Inquam vim habet maiorem, quã dico. Significat enim vt affirmo, & pro certo dico.

In hunc pudorem.) Quo hominum aſpectum lucemque vitauit.

Ex multis ab adoleſcentia.) Hoc adoleſcentibus præceptum ſit, ne multis ſe flagitijs contaminent, ne quando mente diuinitus erepta in magnum aliquod ſcelus à furijs incitati incidant, ac pœnas legibus perſoluant.

D *Nolite Iudices arbitrari, &c.*) Amplificat coniurationis atrocitatem, vt faciat credibilius in ea Syllam non fuiſſe. Quemadmodum pro Sexto Roſcio, vt ne ſit credibile ab eo Roſcio patrem occiſum, auget patricidij grauitatem.

In qua non modo tot, &c.) Præter ea præmia quæ indicibus propoſita fuiſſe diximus, Senatus multitudini coniuratorum diem ſtatuit, ante quam ſine fraude liceret ab armis diſcedere. *Ea tempeſtate*, inquit Salluſtius, *mihi imperium populi Romani multo maxime miſerabile viſum eſt, cui quum ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis parerent, domi otium atque diuitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent: fuere tamen ciues,*

E *qui ſe remque publicam obſtinatis animis perditum irent. Nam duobus Senatus decretis ex tanta multitudine, neque præmio inductus coniurationem patefecerat, neque ex caſtris Catilinæ quiſquam omnium diſceſſerat. Tanta vis morbi, atque vti tabes pleroſque ciuium animos inuaſerat.* Quibus verbis magna coniuratorum multitudo, eorumq; obſtinatus in patriam animus ſignificatur.

Ex portentis immanei.) In prodigijs habentur animalia ea, quæ cæteris ſui generis ſimilia non ſunt. Vt T. Liuius libro 27. inter prodigia enumerat infantem quendam, ambiguo inter marem & fœminam ſexu natum: itemq; alium, cum elephanti capite natum. Huiuſmodi animalia ex portentis immania ſunt.

Forma hominum induta.) Admonuimus pro Sexto Roſcio, Ciceronem

nem dicere ſolitum, perditos & profligatos homines eſſe belluas A quaſdam in figura hominis: Cacodæmones forma hominis indutos vulgo appellant.

Audacias.) In numero plurali dixit. vt Actione in Verrem 5. *Vultis autem iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare?* Et libro Epiſtolarum ad Atticum nono: *Noli putare tolerabiles horum inſanias, nec vnius modi fore. Ea ſi quid te horum fugit, legibus iudicijs Senatu ſublato, libidines, audacias, ſumptus, egeſtates tot egentiſſimorum hominum. nec priuatas poſſe res, nec Remp. ſuſtinere.*

Deſperatis morbis.) Id eſt, grauiſſimis. vt deſperatam Rempub. idem dicit in Diuinatione: *Hoc remedium eſt ægrotæ & prope deſperatæ Reipub.* B Deſperatum hominem pro improbo dici, alio loco docebimus.

Peſtibus.) In numero plurali dixit, vt de Reſponſis aruſpicum: *Cum his furijs & facibus, cum his inquam exitioſis prodigijs, ac pene huius imperij peſtibus, bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum.* Et pro P. Seſtio: *Luce palam à nefarijs peſtibus in deorum hominumque conſpectu eſſet occiſus.* Hanc vocem apud Ciceronem ſæpe licet inuenire.

Furiæ quædam incitauerunt) Pœnas improborum hominum diuina voluntate expendi, ſæpe Cicero ſignificat. Vt pro Milone: *Vis, inquit, diuina Clodio mentem iniecit, vt vi irritare ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet, vinceretur que ab eo.* C

In hunc gregem hominum.) Quos ad luendas reipublicæ pœnas furiæ incitauerunt.

Quæſtiones nobis, &c.) De quæſtionibus pro Milone ſatis multa ſcripſimus.

Moderatur natura cuiuſque, &c.) Vlpianus libro Digeſtorum 48 de quæſtionibus: *Quæſtioni*, inquit, *fidem non ſemper, nec tamen nunquam habendam conſtitutionibus declaratur. Etenim res eſt fragilis & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientia ſiue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab ijs veritas nullo modo poſſit. Alij tanta impatientia, vt in quouis potius mentiri, quam pati tormenta velint. Itaq; fit, vt vario modo mentiuntur, & non tantum ſe, verum etiam alios criminētur.* D Quint. lib. 5. de tormentis ſcribens: *Pars*, inquit, *altera quæſtionem, veræ fatendi neceſſitatem vocat, altera ſæpe etiam cauſam falſa dicendi, quod alijs patientia facile mendacium faciat, alijs infirmitas neceſſarium.*

Regit quæſitor.) Quæſitor is qui præeſt quæſtioni, ex quærendi ratione multum valet, vt hoc vel illud retorqueat.

Libido.) Id eſt, cupiditas eius qui quærit. Qui enim cruciatur, liberatum iri ſe putat, ſi reſpondeat quod quæſitor cupiat.

Spes.) Libertatis.

Metu.) Supplicij. vt pro Milone: *Age vero, quæ erat, aut qualis quæſtio? Heus, vbi Ruſcio? vbi Caſca? Clodius inſidias fecit Miloni? Fecit: certa crux. Nullas fecit: ſperata libertas.* Ruſcio enim & Caſca accuſatoris ſerui erant, qui ſpe & metu inducti, aliud atque aliud reſpondent. E

Vita P. Syllæ Torqueatur.) Id eſt, ex vita Syllæ ante acta veritas exprimatur, eaq; vita ſit loco teſtimonij.

Num quæ occultetur.) Ex præceptis Grammaticorum dicendum eſſet: Num qua occultetur libido, num qua crudelitas, num qua audacia.

Nihil erroris.) Quia vita anteacta proferet quod verum ſit.

Vita perpetua.) Id eſt, totius vitæ anteactæ.

A *Veſtra moueat.*) Ad Iudices quoq; pertinere huius cauſæ iudicium Cicero oſtendit, ſi teſtibus credant Iudices.

Armis ſuis ſpoliatam.) Id eſt, armis ſuis ſpoliare, nudare & dedere: Arma autem vitæ anteactæ appellat integritatem, quæ muniri quiſque debeat aduerſus inuidorum vel improborum hominum falſas accuſationes.

Arcem.) Id eſt, vitam anteactam.

Perfugia.) Nam teſtibus probaturos ſe ſperant crimina quæ finxerint.

Hac autoritas.) Quam Torquatus diminuere conatus eſt vt ante

E dixit Cicero.

A cæteris coniurationis cauſis abſtinuimus.) Id eſt, qui ex coniuratis omnibus alium nullum defendimus.

Graue.) Id eſt, efficax.

Appetimus aliquid.) Id eſt, aliquid laudis ex noſtra autoritate.

Libertatem.) De nobis dicendi.

Accuſati ſunt vno nomine.) L. Catilina bis cauſam dixit Nam Cicero in L. Piſonem dicit Catilinam bis abſolutum, ſed iniuſte. Primum accuſatus eſt à P Clodio repetundarum, vt paulo poſt dicemus: deinde à L. Lucullo perito eruditoq; inter ſicarios reus factus eſt, vt

C ait Aſconius in Commentarijs in orationem Ciceronis in Catilinã & Antonium competitores. Quod autem inter ſicarios factus ſit reus, arbitror intelligendum, quod fuerit in priore coniuratine. Hũc enim alioſq; coniuratos in iudicium vocatos & conſulares viros Catilinæ affuiſſe, cæteris defuiſſe, ab ijſq; Catilinam laudatum ſignificat Cicero. Id obiecit L. Torquatus, quo maiorem inuidiam Ciceroni faceret, qui ipſe quoq; Conſularis P. Syllam defendat.

Honoris ampliſſimi.) Id eſt, Conſulatus.

Defendebant) Viri Conſulares.

Amicum.) Catilinam.

D *Vita eius turpitudinem.*) Quæ flagitijs, ſtupris, cæde contaminata erat.

Inſequebantur.) Id eſt, non reprehendebant, non oderant.

Quinetiam parenti tuus.) Si iure Conſulares reprehenduntur, qui Catilinæ in cauſa coniurationis affuerunt, L. Torquati patrem iure poſſe reprehendi oſtendit, qui ipſe Catilinæ repetundarũ reo quum adeſſet, dixit ſe aliquid audiſſe, ſed non crediſſe. Quod ſi reprehendi non debet, quamuis audierit: multo minus conſulares reprehẽdendi ſunt, ſi nihil audiuerunt. L. Catilina Prætor Africam prouinciam obtinuit. Eam quum grauiter vexaſſet. Legati Afri in Senatu,

E iam tum abſente illo, queſti ſunt. Multæ graueſque ſententiæ in Senatu de eo dictæ ſunt. Iſq; L. Torquato & L. Cotta Coſſ. à P. Clodio repetundarum accuſatus eſt. Eum à Cicerone defenſum Feneſtella tradit, cuius ſententia Aſconio non placet. Hoc quoque in loco à Torquato Coſ. defenſum eum fuiſſe, Cicero ſcribit.

Reo de pecunijs repetundis.) Vt libro Epiſtolarum Ciceronis ad Quintum fratrem tertio, Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, ſubſcribente priuigno Memmio Cæcilio, Syllæ filio. Et ad Atticum libro 3. *Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vettius de vi.*

Primam illam coniurationem.) Primum de duobus dici, attendendum eſt.

Alia

Alio in iudicio) Id eſt, in cauſa coniurationis. A

Cæteri.) Conſulares qui affuerant ei in cauſa de repetundis. Id autem proponit Cicero tanquam dictum à Torquato, vt Cicero ipſe conſulares purget.

Si poſtea cognorat.) Sententia eſt: Si L. Torquatus poſtquam abiuit conſulatu, aliquid cognouit de priore coniuratione, & ideo Catilinæ adeſſe noluit. Ignoſcendum eſt conſularibus qui ei affuerunt, quia nihil de ea coniuratione audiuerunt.

Sin illa res prima valuit.) In codicibus alijs ſcriptum eſt: Sin illa res de pecunijs repetundis prima valuit. Ea autem ſententia eſt: Si illa prima cauſa Catilinæ de pecunijs repetundis quamuis non recens, B ſed tamen nec inueterata valuit, vt ei Torquatus adeſſet, cauſa de coniuratione magis valere debuit, vt eam viri conſulares ſuſciperent, quia recens erat, ideo ipſis minus cognita.

Periculi ſui.) Nam Conſules interficere coniurauerant, vt ante dictum eſt.

Sella curuli.) Nam Torquatus inſignibus conſulatus ornatus Catilinam defendit.

Iidem conſulares.) Iis reliquis coniuratis.

Cauſam de coniuratione dixerunt.) Vt ante: *Conſul reo pecunijs repetundis Catilina fuit aduocatus.* C

Tanto ſcelere.) Id eſt, coniuratione.

De eorum) Conſularium, qui Catilinam defenderunt.

De vnoquoque.) Eorum.

Cuiuſquam.) Oratoris.

His temporibus.) Id eſt, in poſteriore coniuratione.

Senſit.) Dicendo ſententiam in Senatu.

Qui Prætores fuerunt) Vt L. Valerius Flaccus & C. Pontinius Prætores, conſilio Ciceronis in ponte Miluio per inſidias Allobrogum comitatus deprehenderunt

Poſt hominum memoriam.) Id ſignificat, quod vulgo dicerent à creatione mundi. Poſt homines natos, aut poſt hominum genus natum, D ſæpe dicit Cicero, de quo dicendi genere alio in loco ſcripſimus. Sed nec minus ſæpe dicit, poſt hominum memoriam. vt pro C. Rabirio perduellionis reo: *Sic enim exiſtimare debetis Quirites, poſt hominum memoriam rem nullam maiorem, magis periculoſam, magis ab omnibus vobis prouidendam, neque à Trib. pleb. ſuſceptam, neque à Conſule defenſam, neque à populo Romano eſſe delatam.* Cum ſuperlatiuo Cicero adiunxit in ſecunda Inuectiua: *Atque hæc omnia ſic agentur Quirites, vt res maxima minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinum ac domeſticũ poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum, me vno togato duce & Imperatore ſedetur. In tertia. In hoc autem vno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoque bello, quale bellum vnquam Barbaria cum ſua gente geſſit.* E

Sunt deſcripti Conſulares) Id eſt, oratione Torquati deſignati, denotati, repræhenſi. vt pro Milone: *Scitis Iudices fuiſſe, qui in hac rogatione ſuadenda dicerent, Milonis manu cædem eſſe factam, conſilio vero maioris alicuius: videlicet, me latronẽ ac ſicarium abiecti homines & perditi deſcribebãt.*

Ex illo honoris gradu.) Id eſt, ex Conſularibus.

Qui Catilinam non laudaui.) Vt illi Conſulares.

Qui reo Catilina Conſul non affui.) Vt Torquati pater.

Digitized by Google

A *Rerum à me geſtarum*) Hoc dicendi genere T. Liuius vtitur ſæpius quam Cicero. Meas res geſtas, ſolet Cicero dicere.

Eorum ducem.) P. Syllam, qui eorum dux fuiſſet, ſi in coniuratione fuiſſet.

In animum inducam.) Animum inducere etiam dicimus, vt alibi docuimus.

Qui cum de vita fortuniſq́ contenderis.) Id eſt, qui te occidere conatus ſit. Id ſignificat ſerpens ille Æſopicus, qui nullo munere potuit reconciliari agricolæ ei, qui eum occidere conatus, caudam ei tantum abſciderat.

B *In hoc ſcelere.*) Coniurationis.

In ſcelere conuictus.) Rarum dicendi genus eſt. Sæpius enim dicitur conuictus ſceleris, vel ſcelere, vel de ſcelere.

Caſu magis & felicitate) *Quæ fortuna aut felicitate fiunt, ea minore gloria digna ſunt, quam quæ virtute & conſilio. Itaq; Timotheus Athenienſis Cononis filius ferebat grauiter ab obtrectatoribus dici, eo in caſtris dormiente fortunam circum vrbes tendere retia, in quæ vrbes ipſæ vltro incurrerent. Erat enim felix admodum in capiendis vrbibus. Sed ea felicitate tandem deſtitutus, ex vrbe eiectus eſt. Fortuna enim vnde hæc felicitas eſt, mutabilis eſt. Virtus vero immortalis eſt, quam à natura eſſe philoſophi dixerunt* Si igitur P. Sylla ex coniu-
C ratione fuiſſet, quum eum Cicero defendat, qui ipſe coniurationem oppreſſit, eam oppreſſiſſe magis caſu & felicitate videretur quam virtute & conſilio, propterea quod non ſeruaret conſtantiam.

Hoc tibi ſumis.) Id eſt, arrogas. & vt vulgo dicunt, hoc de te præſumis. Sumere & aſſumere hac in re ſæpe dicuntur. vt pro Planco: *Mihi non ſumo tantum Iudices, neque arrogo, vt Cn. Plancum ſuis erga me meritis impunitatem conſecuturum putem.*

Graue.) Id eſt, efficax.

Cui Senatus ſingularibus verbis gratias egerit.) Id fecit Senatus in æde Concordiæ tum habitus, quum Allobroges, & Vmbrenus ad pon-
D tem Miluium deprænhenſi, Romam ad Ciceronem reducti ſunt. Id dicit Cicero in tertia Inuectiua: *Mihi, inquit, gratiæ verbis ampliſſimis aguntur, quod virtute, conſilio, prudentia mea Reſp. periculis ſit maximis liberata.* Ab eodem Senatu, ad omnia puluinaria ſupplicatio Ciceroni decreta eſt. Quirites hortatur Cicero, vt celebrent illos dies cum coniugibus ac liberis, vt Idem in eadem Inuectiua ſcribit.

Quamobrem vos dii patrii.) Concluſio eſt, in qua primum iureiurando P. Syllam à coniurationis ſcelere liberat. deinde affectum miſericordiæ Iudicibus mouet.

O dij patrij ac Penates.) Seruius libro Commentariorum in Æneidos Virgilii 3. *ex Varronis ſententia eoſdem eſſe dicit Penates & magnos deos. Magnos autem Deos eſſe dicit Iouem, Mineruam & Mercurium.* Macrobius in libro Saturnal 3. ex P. Nigidii, & Cor. Labeonis ſententia, *Troianorum Penates eſſe dicit Apollinem & Neptunum, qui muros iis feciſſe dicuntur, quos in Italiam Æneas aduexit.* Dionyſius Halicarnaſeus libro 1. ſcribit Romæ fuiſſe paruum quoddam & obſcurum templum, in quo Deorum Troianorum imagines poſitæ erant, atq; ita inſcriptæ, D Penates. Erant autem adoleſcentes duo ſedentes, pila tenentes, habitu militari. Macrobius in eodem libro 3. *Penates eos eſſe dicit, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos animi rationem poſſidemus. Eſſe autem medium æthera Iouem, Iunonem imum aerã & terrã, Mineruã ſum-*

ſummam ætheris regionem. Idem eoſdem eſſe putat Penates, Deos Romanos, & Deos patrios Cicero in oratione pro Domo ſua. deos magnos & Penates eoſdem non eſſe ſignificat. Nam poſtquam Iouem Capitolinum, Iunonem reginam, & vrbis cuſtodem Mineruam obteſtatus eſt: *Vos*, inquit, *patrij Penates familiaresq́, qui huic vrbi ac reſpub. præſides eſtis, vos obteſtor, &c.* A

Integro me animo ac libero) Id eſt, me non defendere Syllam, eumq́; ex coniuratione fuiſſe, negare cauſa amoris. Amor enim animū integrum atq; liberum eſſe plerumq; non ſinit. Itaq; Cæſar apud Salluſt. *Oēs homines*, inquit, *qui de reb. dubiis conſultāt, ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facile animus verū prouidet, vbi illa officiunt.* B

Vehemens.) Id eſt, ſeuerus. Qua in re hic Cicero dicit ſæpius.

Miſericordia ciuium adducti.) Cicero vt in cauſa Verris ſe potius Siculos defendere, quam Verrem accuſare dicit, ita hoc loco ſe miſericordia ciuium adductum dicit, vt de coniuratis ſupplicium ſumeret, vt in hoc naturam, in illo morem ſuum retineret.

Miſericordia digna multa.) Ea quæ fuit, poſtea enumerat, autore Quintil. lib. 6. *Plurimum valet miſeratio, quæ Iudicem flecti non tantū cogit, ſed motū quoq; animi ſui lachrymis confiteri. Hæc petentur aut ex iis quæ paſſus eſt reus, aut ex iis quæ tum maxime patitur, aut ex iis quæ damnatum manent: quæ & ipſa duplicantur, cum dicimus, ex qua illi fortuna, & in quam recidendum ſit.* His modis maiore ex parte miſericordiam hic Cicero mouet. C

Propulſandæ calamitatis ſuæ.) Id eſt, vt abſoluatur.

Quæ habet ornamenta.) Si nulla ornamenta, nulla reliquæ vitę ſolatia habet, quibus lætari & perfrui poſſit, ſi abſoluatur, non confugit Sylla ad Iudices, vt propulſet calamitatem.

Credo.) Ironia eſt.

Aperientur maiorum imagines.) *Morem Romanum fuiſſe ſignificare videtur, vt quum quis reus damnatus eſſet, maiorum eius imagines clauderentur, tanquam rei calamitate deformatæ eſſent: ſicut ornatum veſtitumq́; reis & damnatis mutare mos erat.* D

Vnius iudicij.) Quo de ambitu damnatus eſt.

Id laborat.) Id eſt, id vehementer curat.

Hic vos erat Iudices paruus) Liberos multum valere ad mouendos affectus, ſcribit Quintil. lib. 4. & 6. Et tantum valent, vt Sergius Galba ad populum R. cauſam dicens quum periclitaretur, paruulos filios ſuos & Sulpitij Galli ſanguine coniunctū filium populo R. flens commendauerit. Quo concionem ita mitigauit, vt qui omnium conſenſu periturus erat, pene nullum triſte ſuffragium habuerit. Autor eſt Valer. lib. 8. tit. Infames rei quibus ex cauſis abſoluti aut damnati ſint. E

Diſciplinarum.) Id eſt, ſcholarum.

Vita erepta eſt.) Vita enim Syllę tam miſera eſt, vt mors potius quam vita videatur.

Ne corpus eiiciatur) Id eſt, ne damnatus Sylla exilio multetur: vis enim exilio multabatur.

Aut quid eſt quamobrem hæc vita cuiquam videatur.) Ex inſtituto rhetorico miſerationem mouet, primo ex generali cuiuſlibet exilij calamitate, quæ tanta eſt, vt vitam adimere videatur. deinde ex peculiari Syllę depreſſione, qui ex ſumma fortuna ſic ad infimam decidit, vt luctus ſpacium & locum imploret, non gaudij.

A *Nuper is homo*) Ex fortuna in qua fuit P Sylla, maiorem fortunæ acerbitatem quam fert, oſtendit. Ex hac itidem oſtendit fortunam grauiorem, in quam P. Syllæ recidendum ſit, ſi condemnetur.

Nuper) Id eſt, antequam de ambitu Sylla damnatus eſſet. Erat autem plus trienniuin.

Gratia.) Qua valeret apud multos. Multis enim Sylla gratioſus erat.

Quod fortuna in malis, &c.) Ordo eſt, Sylla obteſtatur vos iudices, ne eripiatis ſibi id, quod reliqui fortuna fecit in malis. Id autem eſt, vt liceat lugere calamitatem ſuam, &c.

B *Cum fratre.*) L. Cæcilio.

Te ipſum iam Torquate.) Accuſatoris odia mitigat, ſimul iudicum mouet miſericordiam ex Syllæ miſeria.

Expletum) Id eſt, ſaturatum. De hoc verbo alibi plura ſcripſimus.

Honoris contentio) Id eſt, ambitio. Vt in 1. de Offic. *Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumq; contentio.* Eodem autore quum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor. Cum altero certamen honoris & dignitatis, cum altero capitis & famæ.

Cum honore) Id eſt, cum Conſulatu.

Lucis hanc vſuram.) Id eſt, hanc vitam, qua vtitur. vt Actione in Ver-
C rem 7. *Cur ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis v ſuram tam diuturnam dediſti?* Et pro C. Rabirio Poſthumo: *Vos obſecro Iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis Romani, & vſuram huius lucis, & veſtrum conſpectum ne eripiatis.*

Libenter reddiderit) Hanc lucis vſuram ſcilicet: id eſt, libenter morietur. Tanquam à deo vel à natura hanc vitam accipiam, quam tum reddimus quum morimur.

Fœdiſſimi criminis) Id eſt, coniurationis.

Expellas) Id eſt, in exilium eiicias.

O volucrem fortunam) Valla cap. 13. lib. 2. hoc in loco legit, *O variam*
D *& volucrem fortunam.*

O præpoſteram gratulationem.) Præpoſterum id dicitur, quod mutato & peruerſo ordine factum aut dictum eſt Vt præpoſtera verba Cicero dicit in oratione pro Domo ſua: *Delatum eſt ad vos ô Pontifices, & poſt omnium ſermone celebratum, quemadmodum iſte præpoſteris verbis omnibus obſcœnis, identidem ſe ipſo reuocando dubitans, timens, haſitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronunciarit & fecerit.* Idem præpoſterum Imperatorem, improbum ac peruerſum appellat, L. Piſonem, in Oratione in ipſum; *Hic quum ſimilem exitum ſpectâret in Macedonia, tropæa poſuit, eaque quæ bellica laudis victoriaque omnes gentes inſignia & mo-*
E *numenta eſſe voluerût noſter hic præpoſterus Imperator amiſſorum oppidorum, Cæſarum, legionum, prouinciæ præſidio & reliquis militibus orbata, ad ſempiternum dedecus ſui generis & nominis indicia conſtituit.* Idem pro A. Cluentio, de Staleno; *Itaq, vt erat ſemper præpoſterus atque peruerſus, initium facit à Balbo. Præpoſtera igitur gratulatio, aut peruerſa eſt, aut quæ nimium cito facta ſit.*

Quid enim erat mali.) Amplificat miſeriam P. Syllæ, quæ eo de ambitu damnato ita magna erat, vt fieri maior non poſſe videretur. Modò vero facta maior eſt, quum de coniuratione accuſatus eſt: quæ maxima erit, ſi damnabitur.

Sed iam impedior egomet Iudices dolere animi) Simile eſt illud pro Milone;

lone: *Sed finis ſit. neq; enim præ lachrymis iam loqui poſſum.* Oratorem vere A affectum eſſe debere, qui aliis affectus mouere velit, Quintilianus docetet.

Reiectione interpoſita.) Facta iudicum ſortitione, licebat accuſatori & reo ex eo numero reiicere, quos ſibi inimicos aut aliqua ex re incommodos fore putarent. *Ex moribus autem ac fama iudicum eorum quos aut reiiciebant aut retinebant, ſolebat populus R. coniecturam facere qui cauſa ſua confideret, aut qui vellet Iudices corrumpere: deinde fiebat ſubſortitio aliorum iudicum, in locum eorum qui reiecti fuerant.* Vt ait Aſconius in 2. Act. in Verrem: *L. Torquatus multos ex iudicibus reiecit, quos ſibi commodos fore non putabat. Eorum in locum facta eſt ſubſortitio.* Hos ſubſortitos Iudices B appellat repentinos.

Reiectione.) Id eſt, vt vulgo dicunt, recuſatione Iudicum.

Nihil ſuſpicantibus nobis) Nullos enim Iudices reiicimus, quia cauſam noſtram deſperabamus.

Ab accuſatoribus.) Id eſt, à Torquato, Cornelio, aliiſq; qui accuſationem adiuuerunt.

Ad ſpem acerbitatis.) Sperabant enim vos fore acerbiores Iudices in P. Syllam.

A fortuna.) Sortitionem enim, & ſubſortitionem fortuna regit. Accuſatorum ſpem de Iudicibus iniquam, Syllæ æquam eſſe ſignificat, C vt Syllæ magis conciliati ſint.

In improbos.) Coniuratos.

Innocentes.) Syllæ.

Qua per hos menſes.) Id eſt, paucis his menſibus. Significat autem hanc Syllæ cauſam paucis menſibus poſt Ciceronis conſulatũ actam fuiſſe.

Lenitate.) In P. Syllam.

Virtutis) Id eſt, magnanimitatis.

Non eos eſſe vos.) Vos non eſſe tales.

Deuenire conuenerit.) Id eſt, vt vulgo dicunt, ad quos ſe dirigere debuerint. Eſt autem conuenerit imperſonale. D

In repub. coniuncti.) Id eſt, Senatores ſumus. Cum equitibus itidem coniunctus erat Cicero.

A

IN EANDEM M. B TVLLII CICERONIS PRO P. SYLLA ORATIONEM

CLAVDII MINOIS COMmentarius.

SYLLANÆ HVIVS CONTROuerſiæ Hiſtoria. C

CVM haberentur Romæ comitia conſularia, anno vrbis conditæ 687. per L. Volcatium Tullum conſulem,
deſignati ad annum ſequentem tum fuere P. Autronius Pætus, & P.Cornelius Sylla (cuius pater Cornelium Syllam dictatorem, fratrem habuit) quos iam
ſuffragiis omnium deſignatos conſules, Lege Calpurnia de ambitu accuſarunt L Cotta, & L. Torquatus, qua lege, qui
D ambitus conuicti erant, ſic damnabantur, vt eorum nemini magiſtratum gerere, aut in ſenatu eſſe poſtea liceret, addita etiam mulcta pecuniaria. Cotta itaq; & Torquatus accuſatores ſic negocium
iſtud confecerunt, vt reos damnarint, & conſulatum ad ſe tranſtulerint. Quæ cauſa damnatos mouit, vt conſulibus Cottæ & Torquato,
vitæ periculum per inſidias crearint. Ferebant enim illi ægre admodum ab iis ſe accuſatos & damnatos, imo vero per eoſdem magiſtratum, quem ambierant, & ad cuius faſtigium iam pene euecti erant,
ſibi ereptum Ei factioni nomen &alij nonnulli dederant, inprimiſq;
Cn. Piſo adoleſcens inquinatiſſimis moribus, & L. Catilina, iratus ob
E repulſam cõſulatus. Sed id omne conſilium ſucceſſu caruit, quia maturius detectæ fuerint inſidiæ, & à Senatu Cottæ & Torquato additũ
præſidium ſit, quæ prima dicitur in Remp. coniuratio, Cicerone tum
prætore. Altera vero erupit duobus poſt annis in ipſum Ciceronis
conſulatũ, quę periculoſiſſima certe fuit, Catilina duce, patefacta illa
quidem & compreſſa ſingulari M. Tullij conſulis diligentia ſtudioq;
pene incredibili: tandem omnino extincta, D. Iunio Syllano, & L.
Licinio Muræna Coſs. id eſt ſequenti anno poſt Ciceronis conſulatum: quo anno lata lex eſt de vi publica, quam Q Catulus armata ſeditione ciuium Reip. extremis pene temporibus tulerat, quæq; ſedata illa flamma conſulatus Ciceronis, fumantes reliquias coniurationis ex-

Digitized by Google

nis extinxit. Poſt aliquãtum ergo temporis L. Torquatus adoleſcens, A filius Torquati, paternæ ſimultatis hæres, P. Syllæ nomen de duplici coniuratione detulit: de priore, quæ fuit Tullo & Lepido Coſs. L. Hortenſius nobilis orator Syllam defendit: de poſteriore M. ipſe Tullius hac ipſa oratione.

Artificii ratio, & methodus huius orationis.

Facillimum mihi eſſet ad breuem & expeditam orationis huius explicationem adoleſcentum animis inſtillandam, docere & diſtinguere artificium Logicum & Oratorium: Illud quidem præcipua & B prima quæſtione præmonſtrata, An Sylla ſit coniuratus: & argumentis, quibus ea perſpicue negatur: hoc vero elocutionis & actionis partibus. Sed quia tam ſæpe hae in Academia nobis oratoriæ M. Tullij Partitiones proponantur, vt nulla nobis Rhetorica technologia ſit magis trita & familiaris, in explanãdis M. Tullij orationibus, artificij omnẽ rationem petere ab eodem dialogo ſatius eſſe ducimus, quam operoſa & certe inutili varietate artificiorum, quæ permulti non ſatis acuti & ſeduli doctores ſibi confingunt, adoleſcentum ingenia onerare. Plane itaq; & aperte diſcutiam ad M. Tullij perſequendam methodum, vim oratoriam primum; deinde partes orationis; poſtremo quæſtionem, vt ſtudioſi addiſcant præceptionum comitem vſum C ob oculos ſiа ponendum, vt nihil in arte traditum ſit, quod non in ipſo vſu intelligatur.

Vis oratoria Ciceroni Inuentione continetur, Diſpoſitione, Elocutione, Actione, Memoria. Inuentio primum deſcribitur Fide & Motu. Fides fit argumentis inſitis & aſſumptis, quorum vtrinq; genus obſeruamus hac in Syllana oratione, ſed imprimis ab adiunctis, cauſis, repugnantibus, comparationibus maiorum, parium, minorũ, teſtimoniis, vt ſuo loco dicemus. Motus funduntur per omne corpus orationis, maxime tamen cernuntur amplificationibus, argumen- D tandi ratione indirecta, ſuſpicionibus iniectis. Diſpoſitio tota pene ſpectatur in argumentis, quorum certa quædam ſeries & ordo debet eſſe, cuius vim omnem mox proponemus in partibus orationis examinandis. Elocutio conſtat eloquendi genere ſua ſponte fuſo, id eſt naturali & omnis artis experti: verſoq; & mutato, id eſt, artificioſo. Quæ duo genera in oratione Ciceroniana mira quadam concinnitate coniunguntur, vt alterum ab altero fere non ſeparetur. Fatemur tamen artificioſum vbicunq; magis eluceſcere, maximeq; in conſecutione verborum & numeris mitto cætera orationis lumina, vt tropos & figuras, quæ omnia ſingulis periodis adnotanda ſunt. Actio & E Memoria, duæ reliquæ partes, non videntur à nobis. Fuerunt enim in artifice: in oratione vero ſcripta nõ apparent. Actio quidem tota ſita eſt in apta vocis, vultus, geſtusq; cõformatione: Memoria vero in earũ rerum comprehenſione, quæ aliis partibus omnibus continentur.

Oratio hæc partibus quatuor abſoluitur, Exordio perbreui: Refutatione duplici: Confirmatione, Concluſione. Exordio vtitur ad beneuolentiam, accommodato illo quidem ad naturam cauſæ. Sequitur exordium: refutatio duplex: vna, qua Cicero ſibi obiecta crimina diluit: altera, qua Syllam purgat. Vt enim Torquatus Ciceroni fidem detraheret, quinque criminationibus eum onerarat.

1. *Quod*

A 1. *Quod perfidus eſſet,*
2. *Quod leuis & inconſtans,*
3. *Quod Rex,*
4. *Quod Rex peregrinus,*
5. *Quod deniq; tabularum publicarum corrupter.*

Quas quinque obiectiones ita digerimus, vt Clero ipſe fecit, niſi quod quintam, quæ eſt de tabularum publicarum corruptione, non hac prima refutatione, ſed altera ſequenti diluat, nempe ſtatim vbi diſſeruit de Allobrogum iudicio. In quo primum philologos admo-
B nitos eſſe v[illegible]i, vt videant an temere aliquid ſit à me immutatum. Singula orator ita refellit, vt ad extremum aut falſa omnino, aut ficta eſſe conu:ncat. Altera vero refutatio continet Syllę defenſionem ad crimina ſex, quibus Torquatus intendebat Syllam coniuratum eſſe: dicebat enim.

1. *Syllam Allobregibus nominatum inter coniuratos.*
2. *Accuſatum fuiſſe à Cornelij filio.*
3. *Quod Cincium in Hiſpaniam miſiſſet ad eam conturbandam,*
4. *Qued iudicium de ambitu euertere tentaſſet.*
C 5. *Qued Pompeianos ad ſocietatem facinoru pellexiſſet.*
6. *Quod ex quadam Ciceronis epiſtola conſtaret inter coniuratos Syllam nominatum,*

Et hæc quidem aduerſarij erant. quibus ſigillatim argumentis Cicero ſubtiliter & copioſe reſpondet, nec minore iudicio refutat. Confirmationis duo loci ſunt præcipui, de Teſtibus, & natura moribusq; P. Syllæ: qui locus poſtremus exornatur varijs amplificationum formis, & orationis luminibus. Vitam enim Syllæ opponit teſtibus, quantumque ſit credendum quæſtionibus, ornate & copioſe
D docet Concluſio deprecationem habet & commiſerationem, qua perſpicue ob oculos ponit, quid Syllæ totiq; Syllæ familiæ futurum ſit, niſi iudicum ſententijs abſoluatur.

Quæſtio hic infinita complectitur genus cauſſæ iudiciale: Status vero coniecturæ eſt, An Sylla coniurarit; ad quem omnia reuocantur argumenta orationis. Si enim ſpectemus partem eam quæſtionis infinitæ, quæ ad cognitionem refertur, ſtatim deprehendemus eam quæ hic tractatur, coniecturæ eſſe. In ea vero quæ actionis eſt, partes obſeruamus quæ ad perſequendum declinandumue multum conferunt: perſequendam ſalutem miſeri hominis, & afflicti, & pericu-
E lum declinandum. Facilis autem eſt obſeruatio ea, quæ comparatur ad commodum vſumq; in officio præſtando: fungitur enim orator officio boni ciuis & amici, qui periclitantem hominem ſubleuet; & affectus Torquati moderari, vt etiam iudicum, conatur vel maxime.

At quia quæſtio finita tota ſpectatur in tribus cauſſarum generibus: ſtatim videmus hic præcipuum genus eſſe iudiciale, ad quod partes demonſtratiui & ſuaſorij non obſcure referuntur; Nam laudat Syllam, vituperat interdum coniuratos, ipſumque Torquatum, quanquam modice; ſuadet, diſſuadet: quæ tamen omnia, vt dixi ad præcipuam ſummamq; cauſſam iudicialem reuocantur.

Status

Status denique princeps & maximus, coniecturæ eſt, cuius informandi ratio popularis hæc eſt: in tendit enim Torquatus, hoc modo. A

Coniuratus eſt Sylla: quod ſex rationibus confirmare conatus eſt. Sed Cicero defenſor ita depellit crimen:

Non eſt coniuratus Sylla: ex qua prima quaſi conflictione naſcitur ſtatus facti quem appellant, id eſt coniecturalis:

AN CONIVRAVIT.

Hincq; pendet tota diſceptatio. Nam rationes & firmamenta in coniectura, præter doctrinam Partitionum, non ſomniamus. Rationum enim, inquit ille, & firmamentorum contentio adducit in anguſtam diſceptationem: ea in coniectura nulla eſt. cuius quidem rei affert triplicem rationem: quia non poſſit, neque debeat, neque ſoleat, eius quod factum negatur, ratio reddi. Non poteſt, quia nulla eſt: ſed neque debet, quia nullo tenetur iure aliquis reddere quod minime accepit: quandoquidem ratio ſit affirmationis propria, non negationis: non ſolet, quia moris non eſt. Prima itaq; quæſtio, quæ ſtatus appellatur, cum iudicatione eſt eadem. B

M. Tullij Ciceronis) Nonnulla hoc loco de M. Ciceronis ingenio vitaq; dicere, non videtur neceſſe, ijs maxime qui præter Plutarchi cõmentaria, in manibus habere poſſunt tum Corradi quæſturam, tum Fabricij hiſtoriam de vita ſcriptisq; Ciceronis, per Conſules accuratiſſime deſcriptam. C

Pro P. Sylla) a Viri quidam noſtra memoria celebres, pro Sylla, Sulla ſcribi malunt. conijciunt enim, veteres olim y, per u reddidiſſe, vt συλλαβὴ ſullaba, non ſyllaba. ſed quia vſus inualuit, vt ſic ſcriberemus & pronuntiaremus, nobis, vt ſemel dicam, non licet eſſe tam diſertis, qui Muſas vtplurimum colimus ſeueriores. D

a *Sylla, Sulla.*

Maxime vellem) Exordium id perbreue, ſed rei quæ veniebat in controuerſiam accommodatum. Statim cauſſam ſuæ defenſionis aperit in ſua lenitate & miſericordia, qua eſt affectus maxime in ciues egregios, vt eſt P. Sylla. quod omne principium facile & conciſe ſtudioſi vna breui ſententia complectentur, hoc fere modo: Vellem Syllam non eſſe ita miſerum: ſed lætor mihi nunc oblatam occaſionem meæ probandæ lenitatis. hic etiam ſyllogiſmum texi video: Vellem Sylla meo patrocinio non indigeret: At indiget: Itaque ei opem feram. Propoſitio ſtatim initio ſtatuitur, aſſumptio & complexio recto & naturali ſequuntur ordine fit exornatio per optationẽ. Beneuolentia ducitur à perſona rei, id eſt, Syllæ. Cæterum, quod obiter dicam, ſic pene loquitur Cicero 16. ad attic. epiſtola Capitoni: *Nunquam putaui fore, vt ſupplex ad te venirem: ſed hercle facile patior datum tempus in quo amorem experirer tuum.* E

Et antea dignitatis ſuæ ſplendorem) Attingitur cauſſa damnationis Syllanæ de ambitu. Infamiæ notam innuit eſſe miſeram. Sic ipſemet oratione pro Rabirio Perduellionis reo: *Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorum, miſera mulctatio bonorum, miſerum exilium, &c.*

Splendo-

A *Splendorem*) Metaphora eſt à ſole.hic pro dignitate accipitur,quod bonis ſcriptoribus frequens eſt. vnde & vitæ ſplendorem, & viuere cum ſplendore dicimus.

Obtinere) Pro eo quod dicunt recuperare. Atqui Syllæ vitæ ſplendorem amiſerat iudicio de ambitu.

Calamitatem) Metaphora à culmis vel ſegetibus,in quibus grandine geluve tactis proprie calamitas dicitur.

a *Modeſtia fructum potuiſſet percipere*) Recte Seneca: *Quem peccaſſe pudet, pene eſt innocens. Nulla res eſt, quæ facilius amorem conciliet quàm moderatus animus, vt ij etiam venia digni putentur eſſe, qui poſt admiſſum faci-* B *nus animum verecunde contrahunt: non ij qui ſe nihilominus audacter efferunt.*

a *Modeſtia ſignum.*

Sed quoniam ita tulit) Ratio eſt aſſumptionis,varie illuſtrata cauſſis calamitatis, quas non in culpam Syllæ confert, ſed in inuidiam, qua laborare conſueuerunt,qui honores ambiunt: & odium, quo omnes Autronium, vitioſiſſimum hominem, Syllæque ſocium perſequebantur. Sic enim contingere ſolet, vt aliquid mali propter *b* vicinum malum naſcatur, & innoxij ſæpe cum nocentibus in eadem naui periclitentur. Ita conſueuit initio defenſionũ M. Tullius cauſ- C ſam validiorem opponere ſuſpicionibus ijs quæ ſæpe occurrunt, & ijs ſtatim obuiam ire,vt opinionem conceptam imminuat. Pro Cælio ſic: *Miretur profecto, ſi quis audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari, ſed adoleſcentem illuſtri ingenio, induſtria, gratia accuſari, &c.* Pro Rabirio perduellionis reo: *Non enim C. Rabirium culpa delicti, non inuidia, vitæq; turpitudo, non deniq; iuſta grauesq; inimicitiæ ciuium in diſcrimen capitis vocauerunt: ſed vt illud ſummum auxilium maieſtatis atque imperij de Rep. tolleretur.*

b *Damnoſa ſocietas.*

Euerteretur) Elegans translatio à ſaxis vel ædificijs.

D *Reliquijs miſeris & afflictis*) Conditio perſonæ rei,oculis pene ſubijcitur. *Nihil autem infelicius quàm ex beato miſer*, dixit ipſemet in Partitionibus hic allegoria videtur ab incendio, vel aquarum eluuione, aut à ciborum reliquijs.

Haberet quoſdam) Periphraſi deſcribit aduerſarios, ſed maxime Torquatum,ex adiuncta nimia animi crudelitate,qua eum trahit in odium *c* afflictio autem,quod dicitur,afflicto danda non eſt,vt dicamus eos eſſe animo ab humanitate omni alieno,qui calamitoſos & anguſtijs oppreſſos fatigare non deſinunt. Qui proinde animum i- E gnauum gerunt,& quarundam etiam ferarum natura deteriorem,vt eos ſi quiſpiam peiores belluis eſſe putet, recte, meo quidem iudicio,coniecerit. Sic Ouidius:

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe Leoni:
Pugna ſuum finem,cum iacet hoſtis,habet.

c *Afflicti non affligendi.*

Ne ſupplicio quidem ſuo) Latet hic maiorum comparatio,eſtque,ni fallor,hyperbolica. Ita pro Quinctio: *Non pecuniam modo, verum etiam hominis propinqui ſanguinem, vitamque eripere conatur:* Item, *Huic tu moleſtus eſſe videlicet noluiſti, quem nunc reſpirare libere non ſinis? quem nunc interficere nefarie cupis?* Citat idem noſter ex fragmento cuiuſdam orationis Craſſ. 1. de Orat. ſub Antonij perſona: *Eripite nos ex miſerijs: eri-*

tis: eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri. A

Quanquam ex huius incommodis) Complexionis eſt ſententia ex diſſimili: quaſi diceret, Moleſte fero Syllę infortunium, ſed lætor tamen mihi occaſionem datam, ei boniſq; omnibus patrocinandi. Obſcura hic, ſed egregia tamen γνώμη: *Boni viri ex rebus acerbiſſimis & alioqui deploratis, bene & honeſte agendi captant occaſiones.*

Boni viri lenitatem meam) Cicero ſuas actiones & vitæ anteactę conſilia vult probari bonis & improbis ciuibus vno eodemq; tempore: ex quibus alteros ſi prætermitteret, impudentis eſſet, & eius qui ſui officij ſit immemor: alteros vero ſi aſpernaretur, arrogantis & diſſoluti. a De ſua lenitate ſic.1. Catil. *Cupio, P. Conſcripti, me eſſe clementem: cupio in tantis Reipubl. periculis, me non diſſolutum videri.* Idem ad finem 2. Catil. *Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior viſa eſt, hoc expectauit, vt id quod latebat erumperet.* Sic poſtea, cum verba faciet de Autronio: *Quæ ſi de me vno cogitaſſet (qua mollitia ſum animi ac lenitate) nunquam mehercule illius lachrymis ac periculis reſtitiſſem.* Sed de hac Ciceronis lenitate in ſequentibus aliquanto plura, B

a *Lenitas Ciceronis.*

Et quoniam) b Hactenus exordium fuit, prima nempe orationis pars: ſequitur propoſitio bipertita eorum, de quibus tota diſceptatione acturus eſt: quaſi diceret: Pro meipſo primum, deinde pro Sylla dicam. Eſt enim defenſio duplex: vna, qua diluit quæ fuerant à Torquato in ſe contorta: altera, qua refellit criminationes in Sylla coniectas. Quod enim orator ipſe grauiter eſſet à diſceptatore Torquato reprehenſus, operæprecium fuit ſeipſum purgare, antequam alterius defenſionem ſuſciperet. C

b *Diſtributio huius orationis.*

Meus familiaris ac neceſſarius) Hoc valet ad mitigandum actoris animum iratum, & ἦθος exprimendum oratoris. Eandem lenitatem præ ſe fert initio orationis pro Cn. Plancio in accuſatorem Laterenſem, quem primum laudat ad declinandam odij ſuſpicionem: *Sæpius mihi venit in mentem admirandum eſſe M. Laterenſem, hominem ſtudioſiſſimum & diligentiſſimum ſalutis meæ, reum hunc potiſſimum ſibi delegiſſe.* Idem pro Flacco: *Quod ſi eſſet aliquando futurum, vt aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, nunquam tamen exiſtimaui, Iudices, D. Lælium, optimi viri filium optima ipſum ſpe præditum, ſummæ dignitatis, eam ſuſcepturum accuſationem, &c.* Sed & initio Cælianæ, accuſatorem Atracinum beneuolum ſibi facit, vt plus fidei & dignitatis habeat diſceptatio. D

Si noſtram in accuſatione) Prioris defenſionis ratio redditur ex facto Torquati. Auctoritati perſonæ multum detrahitur, ſi notetur quædam in eius moribus inconſtantia, vel officium tempeſtiue præſtitum non ſit: aut denique ſi quæ in vita labes & inſigne aliquod vitium deprehendatur. Id cum Torquatus ſignis quibuſdam probabilibus in Cicerone animaduerteret, putauit ſe fidem ei detrahere facilius poſſe, ſi eum leuitatis, inconſtantiæque argueret. E

Neceſſitatem familiaritatemque) Nomen neceſſitatis apud Ciceronem pro neceſſitudine infrequentius poni nemo neſcit. *Aul. Gellius* proinde 13. libr. hanc vocem, vt nouam & inſolentem notauit.

Vislaſ-

Violaſſet) Inſignis metaphora à pudicitia.

Auctoritate mea defenſionis) a Auctoritas eſt opinio concepta de virtute alicuius & probitate Itaq; ad perſuadendum multum valet: eaque maxime cauſſa Cicero ſolet eam defendere, vt pro Muræna: *Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis, ab accuſatoribus, atque etiam ipſa ſuſceptio cauſſæ reprehenſa eſt, antequam pro L. Murana dicere inſtituo, pro me ipſo pauca dicam: non quo mihi potior, hoc quidem in tempore ſit officij mei, quam huiuſce ſalutis defenſio, ſed vt meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama, fortunisq́ omnibus, inimicorum impetus pro-*

B *pulſare poſſim*.

a *Auctoritas dicentis.*

Cum huius periculi propulſatione) Id eſt defenſione Syllæ, qui accuſatione Torquati periclitatur. Notanda translatio ab hoſtibus, qui à mœnibus arcentur, in voce Propulſatione.

Quo quidem genere) Prolepſis accommodatiſſima, qua iactantiæ occupat opinionem, quod dicat de ſuis laudibus. Scripſit commentarium Plutarchus, quo diſputat, quomodo ſe quis laudare poſſit ἀνεπιφθόνως, id eſt citra inuidentiam: interque cætera ſermonis huius

C præclara monita, ea prima ſunt: calumniæ depellendæ cauſſa, & in defendenda re bene geſta, laudem in ore proprio non ſordere.

Sed vt ille) Soluit prolepſim à ſimili & pari. Vt me accuſauit, ſic ego me defendam: &. Putauit ſi me accuſaret, ſe tantum de mea fide imminuturum, & Syllæ præſidio: ita exiſtimo, ſi me defendero, tantum acceſſionis adhibitum iri ad Syllanam defenſionem.

At primum abs te illud, &c.)

Prima eſt refutatio; quæ continet apologiam M. Tullij pro ſeipſo inſtitutam; eaq; reſpondet b ad crimina ſibi obiecta. Initio eſt apoſtrophe ad Torquatum, qua diluit primum crimen, hoc modo: Non

D debuiſti Syllam defendere, ait accuſator: Reſpondet Cicero ſe debere, Hortenſij & cæterorum clariſſimorum virorum exemplo.

b *Obiectio in ipſum Ciceronem*, Quod perfidus.

Nam ſi initum eſt conſilium) Prima criminatio Torquati refellitur cauſſis paribus Hortenſij & Ciceronis ad defendendum & perſequendum Syllam. Id perſtringi poteſt hac ratiocinatione: Si Publ. Sylla coniuratus eſt, eius defenſionem ſuſcipere non debuit Hortenſius: At ſuſcepit: Itaq; Cicero defenſor eo nomine reprehendi non debet.

Inflammandæ ciuitatis) Venuſte amplificat idem facinus coniura-

E tionis, ter repetita diuerſis verbis ſententia. In quo mihi videtur πάθος eſſe vehemens, quo animus accuſatoris tacite ob oculos ponitur, qui eo crimine nullum aliud atrocius aut capitalius eſſe cenſebat. Sed ei ſe opponit Orator iiſdem numeris amplificationis, æquali verborum circuitu, oppugnandus, defendendus, deferendus, &c. Cæterum facile memini coniurationis idem facinus in Catilinarijs ſæpe numero exaggerari. *Hic ſunt in noſtro numero* (inquit in prima) *qui de noſtro omniumq́ interitu, qui de huius vrbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent.* Et aliquanto poſt: *Nunc iam aperte Remp. vniuerſam petis, templa Deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam ad exitium & vaſtitatem vocas.* Initio 3. eadem amplificatio fit multo pluribus verbis: vt in eiuſdem fere medio:

Quod

Quod vrbem incendÿs, cæde ciues, Italiam bello petunt. In 4. denique ſic, A vbi de Syllani ſententia loquitur: *Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita priuare conati ſunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere, puncto temporis frui vita, & hoc communi ſpiritu non putat oportere.* Neque vero attinet tam anxie locos omnes ſublegere. Vnum hoc loco notandum præceptum oratorium: quæ grauia & atrocia ſunt, quæ mira & prodigioſa, pari verborum & ſententiarum pondere exprimenda.

Tu enim inueſtigaſti.) Sermocinatio eſt Torquati & M. Tullij ad euertendum primum defenſionis firmamentum, hoc modo *a* Cicero inueſtigauit coniurationem: debet igitur eo plus odiſſe coniuratos. Soluit ſubtiliter à cauſa finali: Cum patefeci, id à me factum, vt conſpicua omnibus & aperta eſſet: Ergo tam debet odiſſe Hortenſius, quam ego. De Ciceronis diligentia in inueſtiganda coniuratione, non eſt quod plura hoc loco commemorem, cum id compertum ſit omnibus ex hiſtoria Salluſtij. Tantum huc locos conferre placet è Catilinarijs, qui ad hunc Syllanæ defenſionis locum non omnino male faciunt; præcipue vero quibus ait Orator ſe nihil habuiſſe prius, quàm vt vrbe Catilina cederet, vt aperto marte, non obſcuris inſidijs dimicaretur. *Rem huc deduxi* (ait in ſecunda actione) *vt tum palam pugnare poſſetis, cum hoſtem aperte videretis.* Et initio 3. C *Omnes dies noctesque conſumpſi, vt quid agerent, quid molirentur, ſentirem, ac viderem: vt, quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris, minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, vt tum demum animis, ſalutique veſtra prouideretis, cum oculis maleficium videretis.* Alibi: *Illum* (*Catilinam intelligit*) *ex occultis inſidÿs in apertum latrocinium coniecimus.*

a *Ciceronis diligentia in detegenda coniuratione.*

Quem cum videas honore.) Aſſumptio ſyllogiſmi augetur adiunctis Hortenſij. De Hortenſio poſtea loco commodiore.

Quare, cur qui aditus.) Complexionis ſententia hic ſtatuitur, quo D loco repetitur argumentum à pari.

Quare illud etiam, ſi me qui.) Alterum eſt primæ criminationis argumentum, eodem parium loco: Si M. Tullius defenſor eſſe non debuit: neq; ij qui adſunt, debent pro ſua parte defendere: At defendunt ij qui adſunt in iudicio: Ergo & M. Tullius.

Non enim vna eſt ratio.) Propoſitionis ratio per prolepſim, qua occurrit ijs qui putarent ſolum vnumque oratorem defenſorem eſſe. Significat enim & quotquot adſunt, etiam reo adeſſe. Nam defendit auſcultatorum ſilentium, tacitumque coronæ ſtudium. Quod idem E argumentum mire amplificatur prima in Catilinam actione, ad hunc locum: *Egredere ex vrbe, Catilina: libera Remp. metu: ecquid attendis? ecquid animaduertis horum ſilentium? patiuntur, tacent.* Quid exſpectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perſpicis? & deinceps: *De te Catilina, cum quieſcunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant: neque hi ſolum, quorum tibi auctoritas eſt videlicet chara, vita vtiliſſima, ſed etiam illi equites Romani honeſtiſſimi atque optimi viri, cæterique fortiſſimi ciues, qui circumſtant ſenatum, quorum tu & frequentiam videre, & ſtudia perſpicere, & voces paulo ante exaudire potuiſti.* Sic ipſemet pro Rabirio perduellionis reo: *Labor in*

A *hoc defendendo præcipue meus eſt: ſtudum vero conſeruandi hominis, communis mihi vobiſcum eſſe debebit.*

An vero in quibus.) Confuſæ ſunt hoc loco aſſumptio & complexio ratiocinationis. adijcitur ratio ex cauſis, in qua eſt beneuolentiæ locus: quia iſti viri Ciceroni dignitatem hanc tribuerint.

Atque vt intelligas.) Oppoſitæ cauſæ ad expoſitionem argumenti ſuperioris conferuntur aliorum coniuratorum cum Syllana cauſa. Id concluditur enthymemate: Nemo alijs adfuit, quia coniurati erant: At quia ſit innocens, ei adſunt omnes. Cicero ingenioſe ſuum ſtudium cum ſtudio partium meliorum coniungit, idque ſæpenu-
E mero.

Quis noſtrum adfuit a Varganteio?) Enumeratione complectitur coniuratos deſertos, & inprimis Varguntejum. hic vna cum Cornelio equite (alij Senatorem malunt) in ſe procurationem receperat de interficiendo M. Tullio: teſtis Salluſtius. Sic Catilinaria. 2. *Quid, quod heſterno die cum domi mea pene interfectus eſſem, &c.* ſed in prima id apertius ab eodem explicatur: *Dixiſti* (alloquitur Catilinam ipſum) *paululum tibi eſſe etiam nunc moræ quod ego viuerem. Reperti ſunt duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſe illa ipſa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.* Saluſtius non duos equites,
C ſed alterum ſenatorem, alterum equitem ſcribit fuiſſe. *Dixit enim Catilina, cum eſſet apud ſuos, ad exercitum ſe cupere proficiſci, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet: eum enim ſuis conſilijs multum officere. Itaque perterritis ac dubitantibus cæteris, C. Cornelius eques Romanus operam ſuam pollicitus, & cum eo L. Vargunteius Senator, conſtituere ea nocte paulo poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum, introire ad Ciceronem, ac de improuiſo domi ſuæ imparatum confodere.* hæc Salluſtius. Mirum eſt, Plutarchum alijs vti nominibus. ait enim fuiſſe Marcium Cethegum.

a *Vargunteius.*

D *Ne hic quidem Q. Hortenſius.*) Subijcitur occaſio deſerti Varguntei, ex maiorum comparatione. Hortenſius qui ei maxime adeſſe debebat, non adfuit: nemo igitur adeſſe debuit. Fuit autem maxima neceſſitudo, vitæque communitas inter patronum & clientem, vt neuter alterum, niſi cauſa quadam maxima, deſereret.

Quis noſtrum Seruium Syllam?) b Seruius Sylla frater huius P. Syllæ fuit: quem vtrunq; inter coniuratos annumerat Salluſtius. Lentulus vna cum Catilina princeps erat coniurationis, qui ex libris Sibyllinis atque Aruſpicum reſponſis regnum Romæ ſibi portendi ia-
B ctabat M. Portius Læca nocturnum conuentum habuit coniuratorum, in quo actum eſt de Cicerone opprimendo, vt dicet ipſe poſtea.

b *Vterque Sylla coniuratus. Lentulus Sura.*

Quid ita? quia) Ponitur cauſa deſertionis per diſſimilitudinem. In cæteris cauſis defendere reos licuit: in cauſa coniurationis minime licuit. Tertia & quarta Catil. ſententiam eandem pulcherrime illuſtrat, cum ait *pro ciue minime habendum eum qui ſit hoſtis Reip.* Itaq; inuehit in populares quoſdam, qui Catilinæ conſilia mollibus ſententijs alebant.

Quid

Quid Antronio.) Autronius eodem, quo cæteri, nomine deſertus. Fuit autem P. Autronius Quæſtor cum Cicerone & ſex alijs collegis, à quibus deſtitutus fuit, vbi compertum eſſet eum coniuraſſe. A

Quamobrem quid eſt.) Enthymematis complexio, quæ repetitio fit oppoſitionis ſuperiorum cauſarum & effectorum: quæ omnia ſic contrahere poſſumus: Cæteris abſuimus, propter ſcelus: adſumus Syllæ propter innocentiam.

Niſi vero me vnum.) Ex diſſentaneo ſubijcitur Ironia qua ſignificat ſe crudelem eſſe non debere.

Hanc tu mihi.) Occupatio ſic habet Torquati: Aſper debet eſſe Cicero in Syllam, quia fuit in alios coniuratos. ſoluit diſſimili: Seuerus aliquando fui, aſper nunquam. De neceſſaria M. Tullij ſeueritate, deque eius lenitate naturali aliquanto poſt. B

Denique iſtam.) Continuatur eadem prolepſeos diſſolutio ex cauſis diſſimilibus, & circumſtantijs ſeueritatis & clementiæ.

Quare nihil eſt quod.) Repetitur concluſio ſuperior, & texitur enthymema ex paribus: Omnium bonorum cauſa par eſt: par igitur factum eſſe debet.

Nulla eſt enim.) Illuſtratur enthymema triplici argumentorum genere: primum, eſt ab oppoſitis, alterum, à diſſimilibus, tertium, cauſis adiuuantibus hoc modo: 1. Nulla eſt cauſa mea propria: par igitur & communis eſt omnium. 2. Tempus fuit mihi proprium, quia Conſul eram: dolor & periculum communia fuere. 3. Niſi alij me iuuiſſent, nihil per me facere potuiſſem. C

Quare neceſſe eſt.) Concluſio argumenti ex oppoſitis paribus: Quod Conſuli fuit proprium, priuato erit commune.

Neque ego hoc partienda.) Occupatio ex diſſimili. Aliquis enim Ciceroni obijceret: At id dicis, vt non tam laudem alijs, quam inuidiæ partem communices: Non hoc, inquit. Nam omne onus iſtud ſuſtinui, laudem alijs etiam imparrio: Suam quidem in patefacienda & reſtinguenda coniuratione diligentiam ſæpe & opportune in Catilinariis aperit, ſed gloriæ huius participes facit Prætores Plancũ, & Promptinium, equites, plebeios, ipſumq; ſuum collegam. C. Antonium: in quo & apertum ingenii ſui candorem facit & ſapienter ea diſſimulat hoc tempore tam periculoſo, quæ ſine motu aliquo detegi vix poterant. *a* Conſtat enim C. Antonium Affinem fuiſſe ſuſpectumq; coniurationis, & prius eum fuiſſe molitum res nouas. Nam & legi Agrariæ fauebat, quam paulo poſt Cicero labefactauit, & erat minime conſiliis Catilinæ alienus: quod perſpicue Dio & Plutarchus, vt & in Piſonem, & pro Sextio Cicero, memorant. Hunc itaq; hominem nobilem & Conſulem vna ſecum creatum patientia & obſequio M. Cicero primum leniit, & deinde bonis viris commẽdauit, vt quanquam nocere cogitaſſet, non tamen potuerit. Eum quatuor poſt annis, reum factum à Q. Fabio, & M. Cælio, damnatumq; reperio, vt conſtat ex Dione 38. lib. D E

a *C. Antonius collega Ciceronis in Conſulatu fauebat coniurationi Catil.*

In Autronium.) Alterum argumentum eſt ad idem inconſtantiæ crimen ob defenſum Syllam, poniturque ſtatim Torquati obiectio à repugnantibus: Abſurdum eſt Autronium accuſare, Syllam defendere. Reſpondet disiuncto ſyllogiſmo: Aut leuis, fuit,

A aut conſtans M. Tullius: ſi leuis, ei fides habenda non eſt: ſi conſtās ei credendum: At non eſt leuis, qui ſequitur relligionem & ſtudium bonorum: Itaque valere debet eius auctoritas, qui Syllam defendit, & Autronium accuſat. a Leuitatis & inconſtantiæ Ciceronem non ſemel ab inuidis & maleuolis hominibus accuſatum colligimus: ſed ij videre noluerunt, quo animo & [illegible] vir in arduis quibuſdam & intricatis negotijs ſe ge[illegible] abhorret ab officio boni & cordati hominis multa p[illegible] ratione, diſſimulare, qualis deſcribitur à ſapientiſſ. p[illegible] re ancipiti & dubia, qui ſcilicet.

B —*Animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc;*
In partéſque rapit varias, perque omnia verſat.

a *An inconſtans Cicero*

Patum enim video fuiſſe cauſæ ijs, qui eum, quanqua[illegible] tenacem, arguerunt, vt qui duabus ſellis ſederit. quod [illegible] facili fuerit, & alioqui meticuloſa, vel quod vti foro ſciu[illegible] peritis & obtrectatoribus varius & inconſtans audijt.

Videor enim non ſolum.) b Rationem propoſit onis ſu[illegible] iunctaM. Tullij auctoritate fideque, oppoſita leuitati ob[illegible] omnibus in cauſis adhibere ſoleat. Locum attingit (ſed [illegible]

C veterum Rhetorum, qui non ſolam doctrinam; ſed etia[illegible] tem in oratore ad perſuadendum requiri aſſerebant. Ce[illegible] tas eſt rerum gerendarum telum grauiſſimum & efficaci[illegible] Repub. vt nullus ſit ex omnibus quin moueatur, cum [illegible] uem & meritis hominem attenderit. Qualis enim cenſe[illegible] apud ſuos Epaminondas; de quo pulcherrimum hoc fu[illegible] omnium elogium: Vnus vir pluris fuit, quam vniuerſa ci[illegible] in numero Pericles habitus eſt, qui non loqui, ſed tonare [illegible] Fuit enim in ijs egregia quædam virtus, quæ eos ita om[illegible] mendabat, vt vel nutu ipſo quicquid vellent, facile pe[illegible]

D Prætermitto enim Naſicæ integerrimi viri incredibilem [illegible] tem, vt Africani maioris dignitatem maximam. Sunt eni[illegible] longe plura quam vt à nobis exſcribi debeant: tantum [illegible] claram quidem eloquentiam, & doctrinam omni excepti[illegible] rem, niſi virtutem comitem, aut etiam ducem habeat, no[illegible] admodum florere: adeo familiare id apud omnes, vt [illegible] lgant eos, quorum cum vita mirabiliter pugnat oratio.

b *Fides & auctoritas in oratore maxime requiritur.*

Qua & moderate ego vtar.) Admonuimus alio loco com[illegible] Ciceronem alias in ſe laudando moderatum, vt hic: ali[illegible]

E præter modum & omni arrepta occaſione vtentem. Nun[illegible] ſignificat pro ſe quidem reſponſurum, idque vt faceret, [illegible] contumeliis præcipue coactum.

Dua coniurationes.) Sententia diſputatur aſſumptionis [illegible] mirum Cicero faciat officium in ſuſcipienda inſontis h[illegible] fenſione. Innocentia deſcriptione illuſtratur duarum c[illegible] num, quarum vtrique nomen dediſſe arguebatur Sylla. D[illegible] defenſus eſt ab Hortenſio: de poſteriore à M. ipſo Tullio. [illegible] & ille probent in neutra fuiſſe coniuratione Syllam, ſequ[illegible] modo coniuratum eſſe. Nomina Publii & Seruii Syllæ pe[illegible] leguntur apud Salluſtium inter ea quæ fuiſſe dicebatur prio[illegible]

rationis. Oportet itaq; vel Hortenſium, à quo P. Sylla defenſus eſt de priore coniuratione, fallacem eſſe, aut ipſum Salluſtium mendacij accuſandum. A

Lepido & Tullo Coſſ.) a His Conſulibus prima facta eſt coniuratio à Cn. Piſone nobili adoleſcente, L. Catilina, M. Craſſo, Caio Cæſare, aliiſque permultis. vt Salluſtius auctor eſt. *In ea coniuratione noui Conſules, cum pro roſtris orationem haberent, interficiendi erant à coniuratis: ſed quia fortuna quadam, res non ita ſucceſſit vt coniurati ſtatuerant, tranſlatum eſt cædis huius conſilium in nonas Februarias: quo tempore, niſi Catilina ſignum dare ſocijs maturaſſet, facinus poſt hominum memoriam audaciſſimum commiſſum fuiſſet*, ait idem Salluſtius. B

a *Prima coniurationis tempus.*

Patris tui fortiſſimi viri.) Reſpondet de priore coniuratione, cuius ait ſe teſtem eſſe non potuiſſe: Hortenſium vero fuiſſe, qui Syllam de eadem purgaſſet. quæ ſententia cauſis exornatur. Argumentum iſtud nititur auctoritate, fideque Hortenſii magni oratoris.

Credo, quod nondum in Repub.) Cicero quanquam Prætor eſſet Lepido & Tullo coſs. nondum tamen ſummis & maximis Reip. negotiis interetat: quod aperte declarat oratione Maniliana (quam eo anno habuit) initio fere. C

b *Cicero Prætor.*

Propoſitum finem honoris.) a Conſulatum videtur innuere, quem iniit anno ætatis quadrageſimo quarto, vti iam diximus: Is enim ſupremus honos erat, ad quem Romani homines in adminiſtranda Repub. contendebant. Finem autem propoſitum honoris appellat, niſi fallor, eorum magiſtratuum ratione, quos ante geſſerat. Nam reuerſus ex Aſia, quæſtor fuit cum C Cotta, primo & triceſimo anno ætatis. vt 7. in Verrem actione legitur. Anno ſeptimo poſt, ædilis, quo ipſo anno accuſationes Verrinas in ſe recepit. Tertio poſt D anno Prætor creatus eſt vna cum aliis ſeptem: in quod tempus primam coniurationem in Rempub. incidiſſe alio loco docuimus. demum Conſul, vt iam ſæpe: & hic omnium honorum curſus fuit.

c *Series magiſtratuum Ciceronis.*

Labor forenſis.) *Defenſionum labores, ſenatoria munera prima Tuſculana appellat. Pro Cælio ſic: Meus hic forenſis labor, vitaque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum.*

Ab omni illa cogitatione abſtrahebat.) Significat & in Cæliana perarduum eſſe dicendi munus, vt non mirum ſit, ſi ea vitæ conditio totum hominem requirat: *Cur in tantis eloquentiæ præmijs*, inquit, *tanta* E *laude & gratia tam pauci ſemper fuerint, qui in hoc labore verſentur?* Omittendæ ſunt *omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis, ludus, iocus, conuiuium, ſermo etiam omnium pene familiarum deſerendus, &c.*

Imprimis Q. Hortenſius.) d Hortenſium hunc Cicero pleniſſime laudat Dialogo de claris oratoribus. eum tertio Epiſtolarum ad familiares collegam & familiarem appellat, quod eſſent omnium conſiliorum ſocietate coniunctiſſimi. Hic olim Ciceroni ſic affuit, vt pene ſeruorum manu ſit interfectus, ait ipſe in Miloniana. Eum ergo arrepta omni occaſione laudat, vt cum honorifico elogio illum appellat,

d *Q. Hortenſius orator.*

A appellat, lumen & ornamentum Reip. deq; eius nomine librum inſcripſit, quo eſt ad philoſophiæ ſtudium cohortatus. De eius mollitie facile prætermitto, quæ Val Max. li. 8, Gell 1. Macrob. Saturnal. 3. Plin. 9. hiſtoriæ natur. Varro retulerunt. Eius autem mortem deflet Orator initio Bruti, de claris oratoribus.

Ergo iſtius coniurationis crimen.) a Concluditur Hortenſij teſtimonium: quod ornatur adiunctis circumſtantijs, diligenti cognitione, auctoritate, & eloquentia. *Hortenſius* (ait in Bruto) *admodum adoleſcens orſus eſt in foro dicere, celeriter ad maiores cauſas adhiberi cœptus eſt. Eius memoria tanta, quantam in viro cognouiſſe me arbitror, vt quæ ſecum* B *commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbu eiſdem redderet quibus cogitaſſet, hoc adiumento ille tanto ſic vtebatur, vt ſua & commentata & ſcripta, & nullo referente, omnia aduerſariorum dicta meminiſſet. Ardebat autem cupiditate ſic, vt in nullo vnquam flagrantius ſtudium viderim: nullum enim patiebatur eſſe diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum: ſæpiſſime autem eodem die vtrunque faciebat: attuleratque minime vulgare genus dicendi: duas quidem res, quas nemo alius, partitiones, quibus de rebus dicturus eſſet, & collectiones: memor & quæ eſſent dicta contra, quæque ipſe dixiſſet. Erat in verborum ſplendore elegans, compoſitione aptus, facultate copioſus: eaque erat cum ſummo ingenio, tum exercitationibus maximis con-* C *ſequutus. Rem complectebatur memoriter: diuidebat acute, nec prætermittebat fere quicquam, quod eſſet in cauſa, aut ad confirmandum, aut ad refellendum; vox canora & ſuauis: & motus & geſtus etiam plus artis habebat, quam erat oratori ſatis.*

a *Laus Hortenſii.*

Illius igitur.) Concluditur reſponſio ad priorem coniurationem, iterata breuiter totius ſententiæ ſumma.

Non modo nihil comperi) Maiorum comparatio quarum pars altera continet hyperbolem. fieri enim non poteſt, quin aliquid de motu coniuratorum audierit, cum Prætor eſſet.

D *Mei Conſulatus autem tempus.*) Tranſlatio eſt ad ſecundam coniurationem: ac primo cauſam reddit partitæ inter ſe & Hortenſium defenſionis.

De quo aliquid) Attentionis poſtulatio à pari.

Multa cum eſſem Conſul.) b Primum caput reſponſionis eſt inficiatio diſſimili exornata: Nihil audiui de Sylla, multa de cæteris. Hic me locus admonet, vt in breue quoddam compendium coniurationem omnem reuocem. quod vt facilius conſequar, tribus ſummis capitibus, quæ copioſe planeq; ſunt à Salluſtio comprehenſa, deſcribam, memor artificij illius, quod nobis ipſe M. Tullius in dialogis Orato- E riis, cum de iis tractat, quæ ad hiſtoriam componendam & intelligendam conducunt. Primo enim c conſilia ſunt ſeu cauſæ: deinde facta, poſtremo euentus. Coniurationis huius Catilinariæ octo inſignes cauſæ concurrunt. 1. ingenii peruerſitas in Catilina 2. Syllæ dictatoris exemplum, ſub quo ſtipendia fecerat. 3. inopia rei familiaris. quæ facile conſilium ſuppeditabat res nouas moliendi. 4 ſcelerum conſcientia. 5. mores deprauati Romanæ ciuitatis. 6. auxilium iuuentutis corruptæ. 7. abſentia Romani exercitus. 8. Senatus negligentia: quæ octo cauſæ facinoroſos vna cum nefandiſſimo duce Catilina impulerunt, vt id peſtiferum & exitioſum in Remp.

b *Hiſtoria Catilinaria factionis breuiter & methodice cõprehenſa.* c *Cõſilia.*

Remp. conſilium machinarentur. In ipſis deinde *a* factis hæc ſigillatim conſideranda veniunt. 1. conſilium coniurationis initium apud Porcium Leccam. 2. Catilinam quanquam ambitus accuſaretur, petiiſſe Conſulatum: quæ res vna cauſam dediſſe imprimis videtur, vt ciues omnium ordinum & partium meliorum, comitiis Centuriatis Ciceronem conſulem vna cum C. Autronio crearent. 3. paulo poſt detecta coniuratio fuit per Fuluiam meretricem, Vulturcium, & legatos Allobrogum: in quo Ciceronis conſulis vigilantia pene incredibilis, labor & diligentia inſignis, fortitudo, conſtantia, ſummumq; in Remp. ſtudium apud omnes innotuit. 4. fecit Conſul ſua vehementi oratione, vt Catilina, quanquam audaciſſimus, vrbe cederet: B coniurati quinque deprehenſi in ponte Miluio, cuſtodię traderentur, & in carcere, gula fracta, enecarentur, vt ſine motu & ſtrepitu boni ſeruarentur, & incendium pene inceptum reſtingueretur. De *b* euentu hoc tantum habemus, poſtquam ille iam defunctus eſſet magiſtratu. Syllano & Muræna Coſs. pugna commiſſa eſt in Catilinam, duce C. Antonio & Petreio legato, homine fortiſſimo, in qua exercitus fuſus omnino eſt. vt tandem omnes ad vnum occiſi ſint.

a *Facta.* b *Euentus.*

Nullus vnquam nuncius.) Apud M. Tullium nuncius pro re quæ nunciatur, fere ſumitur, vt hic: quanquam primo de Legibus vſurpet C pro re quæ nunciet. Senſus, inquit, tribuit nuncios & quaſi ſatellites. Liuius 33. *Vt vix nuncium tantæ cladis ſuperfuerit.* Iuſtin. *vt ne nuncium quidem tantæ cladis hoſti relinquerent.*

Multum hac vox.) *c* Auget vim teſtimonij ſui Cicero circumſtantiis & factis: quod conſul fuerit, quod Catilinæ cōſilia inueſtigarit, detexerit, oppreſſerit. Veruntamen hic obſeruatur magna Oratoris prudentia & calliditas, qui ſimul & ſe hoc vti præſidio nolle ad Syllam defendendum, tanquam ſit alia multo maiora in medium adducturus: cum tamen hoc firmamento vtatur vel maxime. Similis calliditas poſtea ſequitur in illo loco (Graue eſſe videretur eum qui inue- D ſtigarit coniurationem, &c.)

c *Cicero callidus in hac defenſione.*

Sed ego nondum vtor.) Ironica Paralipſis.

Vt mirari Torquatus.) Sententia complexionis hic tacite intelligitur, ac ſi diceret: Quare cum Sylla ſit innocens, non ſum lenis in eo defendendo, & Autronio accuſando. De *d* Autronio vero ſequitur perpetua comparatio ex diſſimilibus, factis & adiunctis.

d *Autronij facinora.*

Ille ambitus.) Prima collatio diſſimilium: Autronius poſt iudicium E de ambitu furioſum ſe præſtitit: Sylla modeſtum. Diximus ex Aſconio & Dione, P. Autronium Pætum vna cum P. Sylla damnatos ambitus, ſe in conſules commouiſſe.

Lapidatione) Lapidatio pugna eſt lapidibus facta. ſic pro Sextio: *Lapidatio magna fuit in foro.*

Ille damnatus.) Altera comparatio: Autronius Senatui fuit inimicus: Sylla beneuolus & placatus. euidens eſt ex adiunctis & effectis deſcriptio, quam Rhetores ἐνάργειαν ſeu ἠθοποιίαν appellant. Sic deſcribitur Catilina oratione pro Muræna: *Vultus erat ipſius plenus furoris, oculus ſceleris, ſermo arrogantia.*

A *Niſi quod modeſtia retinuiſſet.*) Hic paucis certe verbis ideam quandam boni viri appoſuit, ex collatione diſſimilium: quaſi dixiſſet, Dignitatem quidem amiſit Sylla, modeſtiam minime.

Hac vero in coniuratione.) Tertia collatio: Autronius ſceleratorum ſocius & particeps: Sylla expers & alienus.

Noctem, ſolitudinemq́, &c.) Signum probabile, quo colligit innocentiam Syllæ. Recte Ouidius.

Nox & amor, vinumq́, nihil moderabile ſuadent.
Illa pudore vacat, Liber amorq́, metu.

B Colligit & Orator in Miloniana, maleficij cogitati ſignum in Clodio, quia ſe in noctem coniecisſet pridie, quam interficeretur à Milonis ſeruis.

Illum Allobroges.) Quarta comparatio: Autronius ab indicibus nominatus eſt inter eos qui coniurarunt, Sylla nunquam.

Multorum litera ac nuncij.) Huc referre poſſumus Q. Catulli epiſtolam in Senatu recitatam, tãquam à Catilina a miſſam, cuius initium, *Egregia fides tua, &c.* Ea epiſtola eadem pene legitur 3. Catil. atq; apud Salluſt.

a *Epiſtola Catilina.*

C *Poſtremo eiecto.*) Quinta & vltima comparatio: Autronius ſemper coniurationem iuuit: Sylla quietus abfuit.

Siue emiſſo) Mitigat vim verbi eiiciendi, ad inuidiam declinandam: quod & facit in Catilinariis. ſic enim initio 2. *Tandem aliquando Quirites, Catilinam ex vrbe vel eiecimus, vel emiſimus,* &c & in eadem: *Multo magis illud timeo, ne mihi ſit inuidioſum aliquando, quod illum emiſerim potius, quam quod eiecerim.* Et in 3. *Nam cum ex vrbe Catilinam eiiciebam (non enim iam vereor huius verbi inuidiam, cum illa magis ſit timenda, quod viuus egreſſus eſt) ſed cum illum exterminari volebam, eos qui remanſiſſent, infirmos ſine illo ac debiles fore putabam.*

D *Cornua, tubas, falces.*) Idem Catil. 2. *Cum arma, cum ſecures, cum falces, cum fuſtes, cum tubas, cum ſigna militaria, cum aquilam illam argenteam ſcirem eſſe præmiſſam.* De falcibus, & falcatis curribus Q. Curtius lib. 4. non ſemel.

Conuertit ſe aliquando.) Hominis omnino improbi & perditi adiunctum diſſimili notatur: Certe mala mens, malus animus: & b conſcientia ſcelerum hominem quidem aſſiduo verbere quatit, ſed vix vnquam ſanari poteſt.

b *Conſcientia verber.*

E *Neapoli fuerit.*) Locus coniecturæ non leuis petitur è loco, in quo quiſq; moras traxerit. fit enim veriſimile, vt qui ſit aut fuerit in loco tumultuoſo, eum motui affinem, & contra.

Propter hanc igitur.) Concluditur diſſimilitudo factorum ex cauſarum diſſimilitudine.

Veniebat enim ad me.) Proximam concluſionem auget altera comparatione perſonarum, cauſarumq́; Autronij & Syllæ. ſignificat enim ſe reieciſſe Autronium ſupplicem, propter eius malam cauſam: Syllam vere minime, quod ſit innocens. Protaſis de Autronio inſignes ornatus habet, & mimeſim perſonæ ſupplicis & abiectæ, per obliquã proſopopœiam, quam appellant. Altera vero continet mimeſim clementiæ & lenitatis in Cicerone.

foli.

Collegam in Quæſtura.) De Quæſtura Ciceronis non multa reperio A
ptima in Verrem ait, *ſe ita Quæſtorem factum, vt ſibi honorem illum, tum*
ſolum datum, ſed etiam creditum ac commiſſum putaret.

Ita flectebar animo)a Comparatio maiorum tacita hic obſeruari po-
ſt; quaſi apertius Orator dixiſſet: Illi non ignoſcebam modo, verum
iam præteritarum omnium iniuriarum facile obliuiſcebar. Cicero
aturæ ſuæ lenitatem & placabilitatem cum multis locis, tum maxi-
ne Catilinariis ſæpe oſtendit. Nam quanquam ſeuerus alioqui fue-
it in coniuratione ſopienda, hanc quidem ſeueritatem iuſtam &
eceſſariam, non natura, & facile miteq; ingenium hominis, ſed
nagiſtratus imperauit. Sic prima in Catilinam Actione: *Cupio P. C. me* B
ſe clementem; cupio in tantis Reip. periculis, me non diſſolutum videri, ſed
m me ipſum inertia, nequitiaq́ condemno. Et ſecunda, Catilinarios qui
emanſerant in vrbe, ita terret: *Hi quid exſpectant? na illi vehementer er-*
rant, ſi illam meam priſtinam lenitatem perpetuam ſperant futuram Et dein-
ceps apertius aperit ſuæ iuſtæ ſeueritatis ſententiam: *Quæ ſanari pe-*
terunt (inquit) *quacunq; ratione ſanabo: quæ reſecanda erunt, non patiar ad*
pœnam ciuitatis manere. Hic vero Conſul, quanquam animo ſibi bene
conſcio, eadem oratione iis occurrit, à quibus arguebatur crudeli-
tatis, quod Catilinam eieciſſet: *Et erunt,* ait, *qui illum non improbum,*
ſed timidum: me non diligentiſſimum Conſulem, ſed crudeliſſimum Tyrannum C
exiſtimari velint. Ad finem tandem eiuſdem Actionis ſic: *Sed ſi vis ma-*
nifeſta audacia, ſi impendens patriæ periculum me neceſſario de hac animi leni-
tate deduxerint, Illud profecto perficiam, quod in tanto & tam inſidioſo bel-
lo vix optandum videtur, vt ne quis bonus intereat, paucorumq́ pœna vos om-
nes iam ſalui eſſe poßitis. Quarta deniq; non minus dilucide rem ean-
dem exaggerat, cum de ſupplicio deprehenſorum agit. inclinat e-
nim apertiſſime in Syllani ſententiam, qui coniuratos interficien-
dos eſſe pronunciarat. Sic enim fere: *Si Syllani ſententiam ſequi velle-*
tis, facile me atq; vos crudelitatis vituperatione defenderetis, atq; obtinebo eam
multo leniorem fuiſſe. Quanquam P. C quæ poteſt eſſe in tanti ſceleris imma- D
nitate punienda crudelitas? Ego enim de meo ſenſu iudico nam ita mihi ſal-
ua Republ. vobiſcum perfrui liceat, vt ego, quod in hac cauſa vehementior
ſum, non atrocitate animi moueor (quis enim eſt me mitior?) ſed ſingula-
ri quadam humanitate & miſericordia, &c. Multus equidem ſum in
congerendis tot locis, quibus M. Tullij lenitas & ſeueritas aper-
tior habeatur. ſed hoc inter nos conſtet, ex priuati hominis offi-
cio ab humanitate & lenitate nunquam recedendum eſſe, niſi ho-
neſtas aliud ſuadeat vir enim bonus officium minime facit, ſi im-
probos iuuerit aut defenderit. Ciuilis autem, & qui magiſtratum
gerit, ſeuerum animum in omnem improbitatem debet induere. E
Si enim malis parcere velit, non poteſt non afferre noxam & iniu-
riam bonis. Scitum eſt, quod ex Chryſippo retulit A. Gellius no-
ctium Attic. lib. 14. cap 4 *Iuſtitiæ olim imaginem ſic depictam, vt eſſet*
aſpectu vehementi atq; formidabili, luminibus oculorum acribus & atroci-
bus: quo ſimulachro nihil aliud voluiſſe veteres ait, quam vt ſignificarent,
iudicem oportere grauem eſſe, ſanctum, ſeuerum, inexorabilem, inq; nocentes
& flagitioſos immiſericordem. Huc confer exempla Valer. Max lib. 2.
cap. 7.

a *Lenitas M. Tullij.*

Digitized by Google

A *Immiſſum ab eo C. Cornelium.*) Non a ab Autrouio, ſed Catilina potius immiſſum fuiſſe Cornelium vna cum Varg unteio ad Ciceroné in lectulo confodiendum memorant hiſtorici, & ipſemet in Catilinariis, vt iam ſupra diximus. Itaq; oratorio more ad exaggerandum, Cicero conſilij huius cauſam in eum confert, qui imprimis eſſet conſilij particeps. Itidem facit Antoniana ſecunda, cum bellorum ciuilium occaſionem primam non minus acceptam refert M. Antonio (non C Cæſari, qui tamen princeps vnus & ſuſcipiendi & gerendi belli fuit) quam Troiani & Græci olim Helenæ bellum decennale B perniciosiſſimum.

a *Qui miſſi à Catilina ad Ciceronem in lectulo confodiendum.*

Quæ ſi de me vno cogitaſſet.) Hucuſq; ſupplex animus Autronij cum Ciceronis placabilitate declaratur. ſequitur ad hæc eiuſdem mala cauſa, cuius nomine damnatus eſt. Id intelligi facile poteſt hoc ſyllogiſmo: Si mihi vni periculum conflatum eſſet, peperciſſem: At mihi non vni: quare non peperci. Propoſitio antecedit: aſſumptionis amplificatur ſententia eleganti hypotypoſi malorum innumerabilium, quæ coniurationem ſequuta eſſent.

Sed cum mihi patriæ.) Locus hic pulcherrime amplificatus enumeratione malorum, quæ eſſent coniurationem ſequuta, niſi huic mature fuiſſet occurſum. b Idem facinus cum ſæpe, tum vel maxime in Catilinariis exaggerat. Interdum enim & *publicum* & *caſtrenſe latrecinium*, nonnunquam *peſtem*, aliquando *bellum maximum & crudeliſſimum, quale bellum nulla vnquam barbaria cum ſua gente geſſit*, appellat. Sed initio 4. actionis, ita coniurationis adiuncta conſequentia notat, vt ille locus cum hoc maxime conſentiat. Sic enim ait: *Nunc ſi hunc exitum Conſulatus mei dij immortales eſſe voluerunt, vt vos P. C. populumq; R. ex cæde miſera, coniuges, liberosq; veſtros, virginesq; Veſtales ex acerbiſſima vexatione, templa atq; delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium noſtrum ex fœdiſſima barbarie, totam Italiam ex bello & vaſtitate eriperem: quacunque mihi vni proponitur fortuna, ſubeatur.* Et deinde: *Id eſt initum conſilium, vt interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem Reipublicæ nomen, atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur.*

b *Solet Cicero exaggerare verbis conſilia coniuratorum.*

Cum huius vrbis delubrorum.) Has belli miſerrimas calamitates Fab. lib 8. cap. 3. quod eſt de ornatu, exempli loco ingenioſe perſecutus eſt: *Hic vrbium captarum creſcit miſeratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatam eſſe ciuitatem, complectitur omnia, quæcunq; talis fortuna recepit: ſed in affectus minus penetrat, breuis hic velut nuncius. At ſi aperias hæc quæ verbo vno incluſa erant; apparebunt effuſæ per domos ac templa flammæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuerſis clamoribus vnus quidem ſonus, aliorum fuga incerta: alij in extremo complexu ſuorum cohærentes, & infantium fœminarumq; ploratus, & male vſq; in illum diem ſeruati fato ſenes: tum illa profanorum ſacrorumq; direptio, efferentium prædas, repetentiumq; diſcurſus, & acti ante ſuum quiſq; prædonem catenati, & conata retinere infantem ſuum mater, & ſicubi maius lucrum eſt, pugna inter victores.* Sed neſcio quo modo me Porciana declamatio in Cat. delectat, eandem enim congeriem conſequentium ad finem video his omnino verbis: *Proponite vobis ante oculos, ac meditatione crebra reuoluite diem illum nefarium, quo ſa-*

c *Quæ miſeram bellorum ſtragem conſequi ſoleant.*

ſalus omnium ciuium , quo noſtræ facultates , quo ipſa Reſpub. peritura A
at , quando ſcilicet aſpeximus beſtias iſtas emiſſas carceribus per vrbem o-
m , per domos noſtras furialiter exultantes , ipſumq; imprimis miſerandi
noris ducem ac principem Catilinam, confirmatum hoc iudicio, ſpe plenum,
tia geſtientem , nunc hos ad cædem noſtram , nunc illos ad rapinam atq;
ammationem adium deuocantem : coniuges è complexibus noſtris ad libidi-
s victorum raptæ fuiſſent , liberi ad ſtupra de gremiis parentum extorti,
ioſa ſuppellex aſportata , tecta conflagraſſent ignibus , corpora caſa paſ-
iacuiſſent : omnia denique gemitu fletuq; redundaſſent. Hæc fuiſſet
igo miſerrima vrbis , quam vrbem à maioribus noſtris florentiſſimam ac-
imus , & , ſi prohibuentu , claram atq; excellentem poſteris noſtris tradituri B
ius.

Neq; ſolum illi hoſti.) Sententia complexionis aucta maiorum colla-
ne: Non modo reieci Autronium, ſed etiam omnes eos, qui eius
mine me flectere deq; ſententia deiicere conabantur.

Marcellis patri & filio.) Suſpicamur hic intelligi a M. Marcellum Ci-
onis familiariſſimum, vt teſtantur aliquot epiſtolæ ex iis quæ ſunt
familiares lib 4. præcipueq; oratio pro illo ad Cæſarem habita.
eminit ita 1. Catilin. *Ad Q. Metellum Prætorem veniſti : à quo repudia-*
ad ſodalem tuum virum optimum M. Marcellum demigraſti.
M. Marcellus. C

Neq; me arbitrabar.) Rationem ſubdit complexionis à pari : Cum
os mulctatim damnarimq; coniuratos, par erat etiam Autronium
ulctati.

Atque idem ego neque.) Hactenus de Autronij perſona & cauſa:
inc vero de Sylla , qui ſupplex etiam venerat , & in cauſa optima
at.

Marci Meſſala.) M Meſſala Niger orator cum M. Marcello fuit Scau-
patronus, vt ſcribit Aſconius.

Suſcepi cauſam Torquate) Complexio eſt Syllanæ cauſæ: quo in lo-
etiam concluditur vniuerſa reſponſio ad crimen inconſtantiæ & D
uitatis.

Hic ait ſe ille Iudices.) Tertia eſt Torquati criminatio in M. Tul-
im , quæ eſt tyrannidis & potentiæ non ferendæ. obiecerat enim
orquatus Ciceronem eſſe regem. ſequitur itaq; prudens & acuta
ſponſio per ſermocinationem Torquati & Ciceronis. Inſignis ea
rte fuit inuidorum quotundam Ciceronianæ gloriæ obtrectatium
lumnia, qui regem per contumeliam eum appellarent, quo nemo
bertatis & æquitatis ſtudioſior fuit. At quod eius nomen apud bo-
os omnes, reiq; publicæ ſtudioſos gratioſum eſſet, quodq; ob facta
gregia , quibus Senatum populumq; R. ſibi deuinxerat , permul- E
im in ſua ciuitate poſſet , regium iſtud nomen Romæ inuiſum &
dioſum poſt exactos reges , à maleuolis obiectum eſt. Certe nun-
uam c rex ille fuit , nec regio ſanguine natus videri voluit , quan-
uam fortaſſe non temere poſſet. Didicimus enim, d illi Tullio no-
ien fuiſſe gentile ab antiquo & nobili genere, ſecundo de Legibus
ius patrem è regia Volſcorum familia ex Chronico Euſebij : quan-
uam Plutarchus ex aliorum quorundam ſententia referat ad Tul-
ium Atticum regem Volſcorum,

Conſu-

3. *Obiectio in M. Tullium,* quod rex. c *An Cicero rex appellandus fuerit,*
Tullij nomen vnde.

A *Conſulatus credo mei*) Argumentum primum reſponſionis ex maiori:Si Conſul non regnaui, neq; priuatus: At illud verum: hoc igitur probatur aſſumptio ex oppoſitis regni.

Imperaui nihil,ſed parui) a Quod detecta, quod patefacta omnib. quod oppreſſa fuerit coniuratio, diligentiæ Ciceronis adſcribendũ: quod in carcere Lentulus, & alij quatuor, fracta gula ſuffocati ſint, id non è Ciceronis vno, ſed Senatus imperio factum conſtat. quod tamen tantum in Rempubl.collatum beneficium,poſtea exilij cauſſa fuit.

a *Quod coniuratio detecta ſit, Ciceroni debetur.*

B *Imperaui nihil,ſed parui*) Secunda in Antonium oratione ſic ait:*Obiecit mihi meum Conſulatum, qui Conſulatus verbo meus P. C. re veſter fuit. Quid enim conſtitui,quid geſsi,niſi ex huius ordinis conſilio, auctoritate,ſententia? Quis autem meum Conſulatum præter P.Clodium,qui vituperaret, inuentus eſt?* Sic pro Milone: *Declarant huius ambuſti tribuni plebis illæ intermortuæ conciones quibus quotidie meam potentiam inuidioſe criminabatur, cum diceret,ſenatum non quod ſentiret, ſed quod ego vellem & decernerẽ. Quæ quidem ſi potentia eſt appellanda, quam propter magna in Remp.merita, mediocris in bonis cauſsis auctoritas,aut propter officioſos labores meos nonnulla apud bonos gratia,appelletur ita ſane, dummodo ea nos vtamur pro ſalute bonorum,contra amentiam perditorum.* C Prætermitto quæ multis agit ea de re in Sextiana.

Quem tum in tanto) Propoſitionis & complexionis ſententia hic latet.

Hic tibi ego) Continuatur ſermocinatio duplici obiectione Torquati: priori reſpondet per dilemma, poſteriori per diſſimile. Non defendo armis, non pecunia, ſed fide: at id regium non eſt. b Ciceronis incorruptum animum Plutarchus aperte teſtatur, quo loco eũ cum Demoſthene comparat:cui facilius crediderim quam FuſioCaleno, importuno & calumnioſo homini, qui multis probris: vt M. D Antonio gratum faceret, M.Ciceronem lacerauit, eiq; inter cætera, rapacitatem obiecit. Lege Dionem initio libri 46.

b *Cicero,incorrupti animi vir.*

Niſi tu inquis) Alia Torquati obiectio cui reſiſtit primum contradictione:Hortenſius defendiſſet, & cæteri qui adſunt,ſi ipſe non defendiſſem. deinde diſſimili: Si non reſtitiſſet Sylla, tu rex fuiſſes, non ego.

Vter tandem rex eſt) Eodem modo per comparationem diſputatur obiectum pupularitatis crimen in Rabiriana contra Labienum: *Vter noſtrum tandem Labiene, popularis eſt,tune qui ciuibus Romanis in concione ipſa carnificem, &c. an ego, qui funeſtari concionem contagione carnificis veto?* E

At hic etiam) c Quartum eſt non tam crimen, quam conuicium: quod Cicero ſit Rex peregrinus: ac de peregrino primum reſpondet ex repugnantibus: Si peregrinus eſſem, Conſul non fuiſſem: at fui Conſul:non fui igitur peregrinus. Concluſio præcedit,ſequitur propoſitio maioribus illuſtrata. d Nomen iſtud peregrinitatis à Torquato inuidioſe nimirum & iracunde obiectum Ciceroni, ſatis oſtendit accuſatorem iſtum feruidum & iracundum, ſuæ ciuitatis infra & con-

c *Obiectio quod Rex peregrinus Cicero ſit.*
d *An Cicero peregrinus appellandus contumelioſe fuerit.*

Digitized by Google

: conſuetudines non ſatis exacte tenuiſſe , vel vt impotenti ani- A
ſatis faceret, aut quod ſcire poterat, diſſimulaſſe. Quod enim ita
'ullio viro bono ſuccenſeret, videbatur ipſe potius in ſua ciuita-
eregrinari: quod obiecit Labieno alias. Is enim fuit ciuitatis Ro-
iæ mos & ratio publice receptus , vt nationes exteræ & peregri-
ſi dignæ cenſerentur, ſocietatis fœdere: Italicæ vero gentes, iure
tatis donarentur. Quod non tum primùm conceſſum fuit: nam
.a motusque eo nomine ſuſceptos, ex monumentis hiſtoriarum
ſtat: neq; vero me Cicero monet, qui oratione pro C. Balbo dicit
omanis nunquàm intermiſſam eſſe largitionem & communica-
iem ciuitatis: quæ res & ad conciliandos hominum animos, & B
ugendam potentiam maximo in imperio eſſe ſoleret adiumen-
liaq; quorum fides in Rempub ſpectata ſatis eſſet, ijs ciuitatem
ulus Romanus concedebat, non tamen ſemper eodem modo &
em ratione omnibus Nonnulli enim obtinebant ius ſuffragio-
,alij minime: & illi quidem Municipes, hi vero Cærites appella-
tur. Municipes erant participes muneris honorarij, hinc enim
nen id habuerunt: & ſuo iure legibusq; vtebantur. Cærites vero
ciuibus habebantur (ciuium enim onera ferebant) nullum ta-
ı habebant ius ſuffragij, neq; honorum participes erant Qui ex
municipijs oriundi eſſent, vere ciues Romani cenſebantur, iura C
ragiorum habebant, & magiſtratus honoreſq; omnes petere iu-
oterant. Ergo Porcij, Curij, Coruncanij, Marij, Tullij, aliiq; per-
lri eo iure vſi ſunt. Lege diligenter eruditam Sigonii diſputatio-
n lib. de antiquo Italiæ iure 3. cap 3

acetus eſſe voluiſti) Quod minime decebat, inquit, facetus eſſe vo-
ti: nimirum quia dicteriis vti minime conuenit, cum de re capi-
& maxime ſeria quæritur : vel certe non decebat adoleſcentem
:s vti in eum a maxime, qui ſcommatum & ſalium egregius erat
fex. In iis enim ita excelluit, vt natura facetiſſimum veteres tra- D
:t fuiſſe: quod & liquet iis quæ Dialogo ſecundo de Oratore ſcri-
, quo loco tractationem de iocis & facetiis perſecutus eſt, facile
:ndit ſe, alios docendo, cõſueſſe illis vti. Sed & tres ea de re ſum-
Oratoris libros à Tirone liberto editos reperio. imo vero Cæſa-
ıIulium, cum volumina cõficeret ἀποφθεγμάτων, ſi quod ad eum
:rretur Ciceronis dictum nomine, quod Ciceronis non eſſet, reii-
e ſolitum fuiſſe Quod tamen ipſe iocos interdum prætermodum
ctarit, teſtes eſſe poſſunt & amicorum & inuidorum voces: nam
:o *ridiculum Conſulem*, Papirius Pætus *ſcurram velitem*, *alij conſularem*
ram contumelioſe appellarunt. Ea de re plura Plutarchus ; ſatis E
lta Fabius capit. 4 libro 6. quædam è multis 2. Saturnal. Macrob.
it. 3.

a *Cicero facetus natura.*

Tarquinium & Numam) b Tarquinius Hetruſcus fuit, patre De-
rato Corinthio mercatore ditiſſimo , qui ſua patria per ſeditio-
n pulſus, tranſiit in Italiam, Tarquinioſq;, vrbem Hetruriæ, com-
randi cauſſa delegit. hic Arnutem & Lucumonem filios habuit:
i Lucumo poſt mortem patris, Romam venit, ibiq; factus Senator
Anco Martio, Lucius Tarquinius appellatus eſt, dignus tandem
habitus

b *Tarquinius Priſcus.*

A habitus, qui Anco mortuo in regnum ſuccederet. Numa vero, teſte Liuio lib. 1. è Curibus Sabinorum, eo quod æquitate prudentiaq́; inſignis haberetur, iuſſu populi & auctoritate patrum euocatus, Rex Romanorum creatus eſt.

Hoc dico, inquit) Vrget Torquatum: non quæro an fuerit Conſul, ſed tu es è municipio: ergo peregrinus. Antecedens fatetur Cicero, ſed adijcit ampliſſimam municipij laudem: conſequens negat exemplis Catonis, Coruncanij, Curionis, Marij.

Fateor, & addo etiam). Arguta eſt hæc conceſſio, quam cùm ſibi per contumeliam putaret extorquere poſſe, Cicero ad ſuam patriaq́; nō B vulgarem laudem flectit. a Ex Arpinatum municipio Marius oriundus eſt, is ipſe qui Italiam pene oppreſſam omnino & occupatam Theutonum Cimbrorumq́; incurſionibus, magna vi animi & corporis liberauit. M. Cicero ex eodem municipio, quanquam nouus homo, ad honores peruenit, & Conſul Rempubl. periclitantem admirabili diligentia ſuſtentauit. Idem 2. de Legib. non ſubticuit (adeo ſuæ patriæ laudis auidus eſt Cicero) quo loco docet municipum duas eſſe patrias, alteram loci, iuris alteram. Itaque meam hanc eſſe patriam nunquam negabo, ait, ſtatimq́; ita loquentem Pomponium Atticum inducit: *Rectè magnus ille noſter me audiente poſuit in iudicio, cum pro Auidio tecum ſimul diceret, Rempublicam noſtram iuſtiſſimas huic municipio gratias agere poſſe, quod ex eo duo ſui conſeruatores extitiſſent.* hæc ille. Velleius autem Patercul. ſic lib. 2. *Per hac tempora M. Cicero, qui omnia incrementa ſua ſibi debuit, vir nouitatis nobiliſſima, & vt vita clarus, ita ingenio maximus, qui effecit, ne quorum arma viceramus eorum ingenio vinceremur.*

a *Arpinatis Municipij laus.*

M. illi Catoni b *ſeni) Hic quater & quadragies cauſſam pro ſe dixit, & toties abſolutus,* Plinius cap. 27. lib. 7. Hic Marcus Porcius Priſcus, Cato D maior & Cenſorius, ad differentiam Vticenſis, qui ſibi manus violentas attulit, ne Cæſari parere cogeretur) appellatus, is eſt quem Cicero diſputantem facit Dialogo de ſenectute. de huius origine & patria hoc accepimus. Plutarchus Catonem ſeniorem Tuſculanum facit: quod Cicero ipſe præfatione ſecundi de Legibus notat, cum ait: *Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias, natura vnam, alteram ciuitatis, vt Cato ille, cum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani ciuitatem ſuſceptus eſt. Itaque cum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris.* hæc Cicero. Suæ quidem familiæ is Cato princeps fuit: proinde Maioris & ſenioris co-E gnomen habuit, & quia multarum rerum vſum haberet, Cato, vt vult idem Plutarch. ſenior.

b *M. Cato ſenior.*

T. Coruncanio) Coruncanius c Pontifex interfectus eſt in legatione ad Teutam Illyriorum reginam, vt vult Oroſius: ob quod facinus, exortum poſtea fuit bellum Illyricum. Cicero meminit in ea pro domo ſua. Plinius cap. 6. lib. 34. ſcribit eidem Coruncanio, & Iunio interfectis in legatione, ſtatuas fuiſſe poſitas: qui honos iniuria cæſis perſolui ſolebat. Pro Plancio, Tuſculanos fuiſſe Iulios Porcio, Coruncanios videtur ſignificare. hic Conſul cum P. Valerio Leuino fuit primusq́; ex plebe Pontifex maximus creatus, teſte Liuio 18.

Curio-

c *T. Coruncanius.*

Curioni) Hic ipſe eſt, *a* quem laudat Antoniana ſecunda, & cuius ium vituperat,alij tamen qui in Cicerone reſtituendo laborarunt, ;i malunt: Nemo Curio,&c.Curius hic frugalitate & continentia ıdatiſſimus Imperator,ſummis in Republ.perfunctus honoribus. iem ſcriptores interdum Marcum, interdum Manium pronomine ſigniunt. Fuit is ergo Curius *b* Dentatus, quem plebeium fuiſſe cile colligimus ex tribunatu. Pro Muræna Cicero: *Curios, inquit, tones, Pompeios, viros fortiſsimos,ſed nouos tamen, & catera.* Hic Curius m Cornelio Rufino Conſul, cæſis Samnitibus,& Sabinis, qui de- uerant:in quo magiſtratu bis triumphauit, vt ſcribit Liuius vnde- no libro. Secundo Conſulatu Pyrrhum iterum in Italiam reuer- m vicit, & Italia pepulit. extremum tempus ætatis in vita parca & oria peregit. Laudatur eius frugalitas,vt cui ad focum ſedenti cum mnitum legati magnum auri pondus obtuliſſent, ait ſe malle im- rare ijs qui aurum haberent,quàm auro. Lege Val. Max. & aucto- n de viris illuſtribus. B

à *Curio.* b *Curius Dentatus.*

C.Mario) Fuit Marius *c* ex agro Arpinate, humili loco natus, pri- ım in Numidia legatus ſub Metello, ea fortuna vſus vt ad ſepti- ım Conſulatum peruenerit. Iugurtham captum duxit in trium- um.Cimbros & Teutonas pene innumerabilimilitum manu Ita- ceruicibus imminentes inſigni virtute fudit. Syllanas partes ad- ;us, ſuo impotenti animo indulſit: armis tandem à Sylla victus & ;atus. Mox dominante Cinna reuocatus exercitum coegit: quam ;eperat iniuriam,vltus eſt, abſente Sylla, tandem morbo deceſſit, ɔtimo ſuo Conſulatu, ætatis anno 73. vide Plutarch. & Velleium tercul. C

c *C.Marius.*

Cum ei multi inuiderent) Mario præcipue inuiderunt L. Craſſus,M. iurus,& Metelli omnes Itaq; nemınem plures inimicos habuiſſe łatur M.Tullius oratione de prouincijs Conſularibus. D

Equidem vehementer) Repetitur ſententia propoſitorum exemplo- n, in quo eſt notanda inſignis metaphora (iacere contumeliam) à is, qualis eſt 4. Paradoxo de Publio Clodio: *iactam & immiſſam à ta ariam in me iniuriam ſemper duxi.*

Nullam contumeliam) Oratione Cæliana, diſtinguit contumeliam *d* :imine: *Aliud eſt maledicere, alind accuſare: accuſatio crimen deſiderat, vt definiat, hominem vt notet, argumento probet: maledictio autem nihil et propoſiti præter contumeliam.*

d *Contumelia & crimen non idem.*

Sed tamen te à me) Simulatur amica quædam admonitio,in qua la- amara caſtigatio inſolentiæ Torquati, qui generis ſplēdore *e* glo- batur. Moniti huius ſententia eſt longe præclara: Non genere, ſed tute, præſtantiam hominum cenſendam eſſe. Præclara eſt eiuſ- n noſtri Oratoris ſententia, epiſtolà quadam ad Hirtium: *Cum no- tas nihil aliud ſit, quàm cognita virtus, quis in eo quem veteraſcentem vi- t ad gloriam, generis antiquitatem deſideret?* qui locus communis eſt nobilitate, qualis pro Muræna aduerſus Sulpitium, & Iuuenalem atyra. E

Vera nobilitas quæ.

Non poſſunt eſſe), D. Halicarnaſſeus & Plutarchus *f* Patricios pri- mum

Patricij Plebeij.

A mum Romæ dictos aſſerunt; qui ſoli patres ciere, id eſt nominatè poſſent: id quod plebeiis, quæ gens erat obſcura, & propè è terra nata, non licebat. Ii ergo patricii fuere ingenui, quod in Liuij 10. P. Decius oſtendit.

Qui iam ex tota Italia) Admonuimus iam ante fœderatas ciuitates municipiorum iura; id eſt tribuum, ſuffragii & magiſtratuum obtinuiſſe: Sic pro Plancio: *Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis mouentur: nemo Arpinas non Plancio ſtuduit; nemo Soranus, nemo Caſinas, nemo Aquinas: totus ille tractus Venafranus; Allifanus: iſdemq; nunc à municipijs adſunt equites Romani publicè cum legationis teſtimonio.* Quem Ciceronis
B locum vna cum hoc ipſo Syllanæ defenſionis ſtudioſè adnotauit Sigonius 3. de antiq. iure Italiæ, cap. 4.

Excutient tibi iſtam) Frequens tranſlatio addit ornatum orationi. ſunt enim hæc ſtudioſis aduertenda, neruos afferre, &c, excutere verborum iactationem, & excitare è ſomno: vt paulo ante, ſuffragiis obrui. ſatis eſt admonuiſſe, ne quod in aliis, quanquam leuiter, arguit Paulus Manutius; videar in arena vel littore colligere lapillos ocioſorum hominum more: quod tamen ſtudium & operam ſi quis vtatur moderatè, non omnino aſpernandam puto in eorum maximè gratiam, quos in literis humanioribus inſtituimus.

C *Ac ſi, iudices*) Ἀντικατηγορία, ſeu recriminatio in Torquatum loco à pari: Torquatus eſt municeps: ſileat igitur; aut pariter accuſetur. Antecedit complexio argumentationis illuſtrata diſſimili.

Me & vos) Hic aduerte communicatum vitium iudicibus, vt eos Torquato reddat infenſos.

Sed tamen Aſculani) Aſculum, *Piceni agri colonia nobiliſſima fuit*, vt ſcribit Plinius lib. 3. cap. 13. Romanis aliquando inuiſa, propterea quod Italici belli furor illinc erupiſſet. Hoc bellum (quod obiter dixerim) pleriq; Marſicum, quod primo à Marſis commotum: alii ab
D vrbe Italiæ, Corfinio, Italicum nominant. Sed ad rem: Seruilio Cæpioni agenti pro Conſule in Apulia quidam indicauerant, Aſculanũ ciuem obſidem fœderis Italici in aliam duci vrbem: qui Seruilius confeſtim oppidum id ingreſſus, & Aſculanos patrum ſolenne celebrantes minis deterrere conatus, non modo non ab iis auditus, ſed ſtatim, quod detectam ſuam defectionem intelligerent, obtruncatus eſt vnà cum ſuo legato Fonteio, Romaniſq; omnibus qui tunc Aſculi agebant. Aperta itaq; coniuratione Italici omnes, vt Marſi, Picentes, Venuſini, Apuli, Lucani Samnites, Latini, aliiq; permulti, arma in Romanos corripuerunt. Tandem poſt multam vtrinque
E ſtragem, Pompeius Strabo Conſul, Magni Pompeii pater, Picentes & Aſculanos edomuit, Aſculum cepit, decem & octo millia Marſorum cæcidit, tria millia cepit, Præfectos & Centuriones Aſculanos virgis cædi iuſſit, & ſecuri percuti. Si quis ergo hîc ad mentem Ciceronis conferri velit Aſculum vna cum municipio Arpinate, facilè intelliget, illud non temere ſempiterno probro à maioribus notatum: hoc vero nunquam ſatis pro dignitate ab hominib. Romanis commendatum, quod nimirum duos excellentes, penéque diuinos homines extulerit C. Marium & M. Ciceronem.

Quare neque me) Concluditur reſponſio, qua diluit peregrinitatis obiectum vitium, tranſitque ad alterum de regno: ac primum vtitur diſtin-

nctione *a* regis,ſeu regij nomini. rex enim à philoſophis liber- A
animi virtuteq; definitur; potentia vero & opibus ab imperita
titudine. Priorem definitionem video plane conſentire cum ea
ſapientem hominem deſcripſit 3 de Finib. ad finem. *Rectius ap-*
bitur rex, inquit, *quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit: re-*
magiſter populi (is enim eſt Dictator) *quam Sylla, qui trium peſtife-*
ri vitiorum, luxuria, auaritiæ, crudelitatis magiſter fuit: rectius diues quã
ſus, qui niſi egreſſiſſet, nunquam Euphratem *nulla belli cauſa tranſire vo-*
it: recte eius omnia dicentur, qui ſcit vti ſolus omnibus: recte ſolus liber,
ominationi cuiuſquam parens, neque obediens cupiditati.

Rex, nomen probroſum Romæ. B

n te potentia mea) Sententia eſt definitionis popularis, qui ſuos
endit pro patria labores: quam auget cauſa efficiente: quod
ſolum laboret, verumetiam ſponte & non coactus laboret.
ficitur enthymema iſtuc: Cicero pro patria laborat, nõ itaq; reg.
Impune quiduis facere, hoc eſt regem eſſe, ait ille apud Salluſtium.
id nominis detrectauit Scipio victor, qui ab Hiſpanis victis, cõ-
i conſenſu rex appellatus, *ſibi nomen imperatoris eſſe dixit: Regium*
bulum alibi eſſe magnum: Romæ non tolerabile. itaq; monuit ab eo
ine abſtinerent, vt apud T. Liuium legitur.

nullum aliud mihi præmium.) Epiſtola quadam ad Atticum M. C
ro ait ſe defunctum Conſulatu, noluiſſe Remp. onerare prouin-
ortitione. Senatus enim Conſulibus decreuerat prouincias Ma-
niam, & Galliam Ciſalpinam: illam Cicero, hanc Antonius erat
ius: quamque Cicero acceperat, ſtatim depoſuit. Id planum
ratione in Piſonem: quod idem pene oſtenditur ijs quæ ſunt ad
n 4. Catilinariæ.

neque amici in foro.) In foro pro roſtris multos defendit: curia
de Rep. deliberauit.

me non modo.) Senibus rerum geſtarum nomine commendatis, D
ſque hominibus vacatio dabatur, aut aliqua libera legatione,
oneſta quadam alia ſpecie. De legationibus Cicero 1. de Legi-
& Liuiius 72.

ordanda & cogitanda.) Cogitabat enim Cicero ijs temporibus
mentarium ſcribere de rebus à ſe geſtis in Conſulatu: ſed ta-
aliquando tandem ſcripſit Græce, vt perſpici poteſt ex epiſto-
ma 2. ad Atticum, & epiſt. 16 lib. 1. vt & verſibus libros tres ea-
de re in lucem emiſit, vt conſtat epiſtol 3 lib. 3. eiuſd.

men hoc regnum.) Complexio ſyllogiſmi (quod non ſit rex) illu-
i parium collatione, & epiphonemate. E

i quæris qui ſint.) Ἀντικατηγορία eſt in Torquatum, quod in
familia fuerint qui regnum affectarint. Significatur autem M.
lius Torquatus, de quo paullo poſt aliquando commo-
, ad hunc locum: *An vero clariſſimum generis veſtri ac nomi-*
c.

nnalium.) Primis temporibus annales tantum fuere, poſt-
iſtoriæ ſucceſſerunt. Lege Ciceronem 1. de Legibus & Pro
ena.

meſticis imaginibus.) Imagines pro familia imaginibus ſignata
υμικῶς adiunctorum pro ſubiectis. Locum hunc vidit Sigo-

A nius de antiquo iure ciuium Rom. 2. cap 20. aliumque nobis ſuppeditat ex oratione pro Muræna: *Domumne ſe vertet, vt eam imaginem clariſſimi patris ſui, quam paucis ante diebus laureatam in ſua gratulatione conſpexit, eandem deformatam ignominia, lugentemque videat?* de imaginibus aliquid ad finem huius orationis adijciemus, cum peruentum erit ad locum hunc: Aperientur maiorum imagines.

Res enim geſta.) Redit ad refutationem criminis de regio nomine, & cauſas tantæ cupiditatis remouet ex diſſimili, quod rebus geſtis non efferatur, ſed magis metuat ne periclitetur. Id perſpicuum eſt ex Catilinarijs. Sic enim ad finem 3. *Quoniam earum rerum, quas ego* B *geſſi, non eſt eadem fortuna atque conditio, quæ fuit illorum, qui externa bella geſſerunt: quod mihi cum illis viuendum ſit quos vici atque ſubegi: illi hoſtes aut interfectos aut oppreſſos reliquerunt: veſtrum eſt, Quirites, ſi cæteris recta ſua facta proſunt, mihi mea ne quando obſint, prouidere. Mentes enim hominum audaciſſimorum ſcelerata ac nefaria, ne vobis nocere poſſent, ego prouidi: ne mihi noceant, veſtrum prouidere.* Quo ex loco facile colligimus iam tum Ciceronem ſibi nonnihil timuiſſe, & quaſi coniecisſe: quod poſtea euenit turbulento & ſeditioſo P. Clodii magiſtratu. Eundem ipſe metum deſignat haud obſcure 4. Catilinaria: *Quare*, inquit, *mihi cum perditis ciuibus æternum bellum ſuſceptum eſſe vi-* C *deo, quod ego veſtro bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum, quæ non modo in hoc populo, qui ſeruatus eſt, ſed etiam in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hærebit, à me atque meis facile propulſari poſſe confido.* & deinceps apertius, nulloque obducto, vt ita dicam, velo: *Quod ſi meam ſpem vis improborum fefellerit atque ſuperauerit, commendo vobis paruum meum filium, cui profecto ſatis erit præſidij, non ſolum ad ſalutem, verumetiam ad dignitatem, ſi eius qui hæc omnia ſuo ſolus periculo conſeruauerit, illum eſſe filium memineritis.*

a *Ob res egregie geſtas Cicero ſe non extulit.*

D *Etenim in qua ciuitate.*) Periculi cauſa efficiens ponitur, multitudo improborum hominum M. Tullio inſidiantium.

Plenum eſt forum.) Eodem conqueritur modo 2. Catil. *Hos quos video in foro volitare (inquit) quos ſtare ad curiam, quos etiam in Senatum venire, &c* ſed id dicitur de tempore coniurationis reſtinguendæ. Occiſo vero cum ſuis copiis Catilina, id eſt Syllano & Muræna Coſs. ex indicii Vettii cuiuſdam equites eos Catilinarios, qui remanſerant in vrbe, partim præſentes, partim cum citati non reſpondiſſent, fuiſſe damnatos ex Dione didicimus. quod & indicat M. Tullius initio Cælianæ defenſionis.

E *Quare non ſum neſcius.*) Complexio periculi ex repetitione cauſæ. Id & poſtremis in Catilinam actionibus, videtur Cicero naturæ quodam *b* præſagio ſubolfeciſſe, non ſibi omnino feliciter ceſſurum, quod tam admirabili conſilio, tantaque animi fortitudine in ſceleratiſſimos patriæ parricidas animaduertiſſet. Ita ſolet vſuuenire, vt pro meritis olim & beneficentia male tractarunt Agamemnona Achiui, ſic viri de Repub. optime meriti ab ingrata patria pœnas indignas luant. Noſter Cicero 1. de Orat. *Hoc tempus omnia poſt conſulatum obiecimus ijs fluctibus qui per nos à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundarunt.*

Quod

b *Præſagijs Cicero ſuum exilium.*

Quod filiis meis.) Occupat alteram regiæ ſuſpicionis cauſam, bonorum ſempe gratiam & ſtudium oppoſito improborum odio. A

Inuides.) Verbum iſtud (inuides) & quod ſequitur alterum (Conſolare) ſubtiliter & caute ponuntur à Cicerone ad creandum odium Torquato, qui videatur mœſtus eſſe, vel certe conqueri de ſalute Ciceronis.

Qui me nō ſolum.) Cauſa odii ex factis Ciceronis aucta maioribus.

At vero quid ego.) Ex multis Torquati obiectis in M. Ciceronem criminibus, vnum illud erat, qud *a* crudeliter & tyrannice in coniuratos animaduertiſſet. Tranſitionem ergo facit ad illam crudelitatem diluendam, ex maiorum comparatione: quaſi dixiſſet, Non modo improbi mihi detrahunt, ſed & Torquatus. augetur id variis circumſtantiis. B Paulo ante dictum eſt à nobis Ciceronem natura lenem & placabilem fuiſſe, vehementem tamen & ſeuerum (non crudelem quidem aut violentum: id enim à viri boni officio longe alienum eſt) Reip. cauſa neceſſario ſe præbuiſſe. quod in Catilinariis perſpicue oſtendit, cum ait ſe quicquid omnino poterit, ſanaturum, ſed tamen rationem ſui muneris imprimis habiturum. Ex aliquot earundem actionum locis, vnum iſtud è quarta ſublego: *Si vehementiſſimi fuerimus, miſericordes habebimur: ſin remiſſiores eſſe voluerimus, ſumma nobis crudelitatis in patria, ciuiumque pernicie fama ſubeunda eſt.* C Sequitur poſtea: *Veremini cenſeo, ne in hoc ſcelere tam immani ac nefario nimis aliquid ſeuere ſtatuiſſe videamini, cum multo magis ſit verendum, ne remiſſione pœna crudeles magis in patriam, quam ne ſeueritate animaduerſionis nimis vehemētes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe videamini. Cæterum* b *quis non iuſtum cenſuerit in eos conferri peſtem & exitium, quam in Remp. machinati ſunt? quæ lex iuſtior vlla, quam necis artifices perire ſua? Cuncta certe in ea re tentanda prius & explorranda diligenter, quam quidpiam indignum ingenuis hominibus ſtatuatur: ſed immedicabile vulnus enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.* Recte & vere cenſet Orator, eum qui ſit Reipub. hoſtis, nullo modo pro ciue habendum, indignum proinde beneficio legis, quæ lata olim fuit de ciuibus Romanis non verberandis, non vinciendis, non vltimo ſupplicio afficiendis. D Poteſtne maior eſſe amentia, quam ſit eorum, qui nauim perforant in qua ipſi nauigant, cum qua ſit etiam ipſis pereundum? *Quare*, inquit M. Tullius, *ſi quis paterfamilias ſuis liberis, à ſeruo interfectis, vxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſeruis quam acerbiſſimum ſumpſerit, vtrum is clemens ac miſericors, an inhumanus & crudelis eſſe videbitur? profecto importunus ille ac ferreus, qui non dolorem cruciatu lenierit. Valeant itaque conqueſtus eorum, qui dicebant, à bono & vigilanti Conſule nimium ſeuere in coniuratos animaduerſum.* Sic ipſe 1. de Offic. *Nihil eſt laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia: quæ ita probanda eſt vt adhibeatur Reip. cauſa ſeueritas, ſine qua ciuitas adminiſtrari non poteſt.* E huc confer exempla quædam Val. Max. lib. 2 cap. 7. Seueritatis ſui conſulatus meminit hic noſter 1. ad Attic. epiſt. 16. & alia ad Antonium, eod. lib. 14. e ſe ita prædicat: *Nihil vnquam non modo acerbum in me fuit ſed ne paululum quidem triſtius, aut ſeuerius quam neceſſitas Reip. poſtulauit.* Et ad Brutum: *Vehementer à te Brute, diſſentio, neque clementiæ tuæ concedo, ſed ſalutaris ſeueritas vincit inanem ſpeciem clementiæ.*

a An crudelis Cicero, quod coniuratos de medio ſuſtulerit. b *Nulla ſatis vera ſeueritas admitti poteſt in hoſtes patriæ.*

A *Hiſ fundamentiſ adoleſcentia.*) Commendat *a* optimam naturam Torquati ex cauſa procreante nimirum patre, quem fortiſſimum Conſulem & cōſtantiſſimum Senatorem, ſemper optimum ciuem magnificis eulogijs appellat:& optima inſtitutione: quæ duo quanquam adoleſcenti tribuat, miratur tamen eum verborum inſolentia efferri. Locum hunc de familia, deq; inſtitutione notat etiam poſt, cum Cinicum purgat, amicum Syllæ de crimine coniurationis. Secūda Philippica M. Antonium vituperat naturæ & educationis vitio inſignem: *Qui autem*, inquit, *tibi venit in mentē, redigere in memoriam noſtrā te domi P. Lentuli eſſe educatū? an verebare, ne nō putaremus natura te potuiſ-*B *ſe tam improbum euadere, niſi acceſſiſſet etiam diſciplina?* Oblitus ēt pene oraculi Platonici, quo magnus ille certe & ſentiendi & dicendi magiſter docet 6. de Rep. *hominem eum optimum, & humanæ ſocietatis principem futurum, qui natura fuerit animi & corporis optima, exculta illa quidem optima diſciplina, vt ſi in fæcundum & pingue ſolum laudatæ bonitatis ſemen immittatur: contra, ſi vna cum natura prauitate praua diſciplina cōiungatur, hominem tyrannum & peſſimum futurum.*

a *Laudatur optima natura & optima educatio.*

Supplicio P. Lentuli.) De quo Salluſtius, & nos alio loco ſatis.

In quo primum illud erat.) Antequam ſerio de acerbitate reſpon-C deat, ſtultitiam *b* Torquati duobus locis notat: tum quod inter diſceptandum ſeipſe proderet inſcius, tum quod in apertam repugnantiam incideret. Hoc autem genus reprehenſionis, quanquam apud Tullium ſit frequens, non tamen admodum probari videtur Fabio cap. 17 lib. 5.

b *Duplex Torquati error.*

Deinde alterum iam.) Similis in M. Antonio repugnantia oſtenditur 2. Antoniana.

Quid quæque ſua.) Hic obſeruare poſſumus inſigne præceptum oratorium, vt in primis quid cuiq; cauſæ conueniat *c* orator videat: D multoq; magis elaboret, ne cauſæ ſuæ nocuiſſe, quam profuiſſe videatur, quanquam ſit in vtroq; vel maxime nitendum. Referre huc poſſumus quæ diſputat ipſemet Oratore ad Brutum, vbi de decoro agit: *Non omnis fortuna*, inquit, *non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec vero locus aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum. & hac de genere toto: at perſona alij peccant, aut ſua, aut iudicum, aut etiam aduerſariorum: nec re ſolum, ſed ſæpe etiam verbo: etſi ſine re nulla vis verbi eſt, tamen eadem res ſæpe aut probatur, aut reijcitur, alio atque alio elata verbo.* Hac ergo reprehenſione Torquatum adducit in contemptum, tanquam eum qui artis ignarus eſſet quam profitebatur.

c *τὸ πρέπον in oratione.*

Quod cum is Tribunus.) Exaggerat culpam Torquati ex diſſimilium collatione. Hic nonnulli ſcholiaſtæ P. Clodium intelligunt, à quibus ego cum doctis noſtræ ætatis hominibus plane diſſentio. Clodius enim ille Pulcher, qui hoſtiles inimicitias cum Cicerone exercuit, nondum erat Tribunus pleb. ſed aliquot annis poſt, reuerſo ab Aſia Pompeio. Itaq; *d* Metellum Nepotem intelligo, qui hoc ipſo tempore Tribunatum pleb. inire cœperat vna cum Beſtia, vt ex Salluſtio colligimus. Hic itaq; Nepos Ciceronem conſulem magiſtratu abeun-

d *Metellus Nepos.*

Digitized by Google

abeuntem concionis habendæ poteſtate priuare conatus eſt: quæ iniuria ab irato & iniquo profectà homine, Ciceronis gloriam auxit. Nam in concione Cicero iurauit ſe patriam conſeruaſſe, quod omnium calculis probatum fuiſſe ſignificat oratione in Piſonem. Sed poſtquam Cicero ab exilio reuocatus eſſet, id eſt, quinque poſt annis, idem Nepos vna conſul cum Lentulo, abſens cum M. Tullio in gratiam redijt, permotus auctoritate Senatus, & Seruilij magna dicendi grauitate. A

Res eas non probari.) Propter reſtinctam coniurationem *a* ſupplicatio nomine Ciceronis à Senatu decreta eſt: qui honos togato habitus eſt ante illum nemini. Ad veſperum cum domum conſul rediret, non iam ſilentio ciues, neque ordine illum deduxerunt, ſed promiſcue vocibus eum & plauſu exceperunt, ſeruatoremque patriæ appellarunt. Pro tectis ſtabant mulieres, vt eum virum merita laude afficerent, & intuerentur, qui claris hominibus comitatus tanta celebritate & ſplendore per forum incederet. Fuit hæc laus maxima, ſed & præterea honorificis magnorum virorum eulogiis *b* magnifice donatus, Q. Catullus princeps Senatus, & auctor publici conſilii parentem patriæ Ciceronem appellauit. L. Gellius vir clariſſimus dixit in concione, ſi ille tum conſul non fuiſſet, Remp. funditus interituram fuiſſe. Pompeius Magnus conſulatum eundem vt qui maxime, probauit. Decedens enim è Syria Ciceronem vidit, & complexus eum, dixit multis audientib. fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum, niſi Ciceronis in Remp. beneficio, vbi triumpharet, eſſet habiturus. M. Craſſus, ſe quod Senator eſſet, quod ciuis, quod liber, quod viueret, Ciceroni acceptum referre cōfitebatur: & quoties patriam, domum, coniugem videret, toties ſe beneficium M. Tullii videre. quæ certe longe maximæ & digniſſimæ laudationes omnib. triumphis potiores haberi debent: quippe quæ profectæ ſint à viris laudatiſſimis, omniq; exceptione maioribus, quorum teſtimonium grauiſſimum & veriſſimum cenſendum eſt. Locum è ſecunda Antoniana non grauabor huc adſcribere, vt ſtudioſi intelligant nō minus iniquiter *c* Ciceronem ab inuidis & maleuolis fatigatum fuiſſe, quam laudatum à viris bonis. *Non placet, inquit, Marco Antonio Conſulatus meus, at placuit P. Seruilio, vt eum primum nominem ex illius temporis conſularibus: Placuit: Q. Lutatio Catullo, cuius ſemper in hac Rep. viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis, M. Craſſo, Q. Hortenſio, C. Curioni, M. Lepido, C. Piſoni, M. Labeoni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Syllano, L. Murana, qui tum erant Conſules deſignati: placuit idem quod Conſularibus, M. Catoni. Maxime vero Conſulatum meum Cn. Pompeius probauit: qui vt me primum decedens ex Syria vidit, complexus & gratulans, meo beneficio patriam ſe viſurum eſſe dixit. Sed quid ſingulos commemoro? frequentiſſimo Senatui ſic placuit, vt eſſet nemo, qui mihi non, vt parenti, gratias ageret, qui non mihi vitam ſuam, liberos, fortunas, Remp. referret acceptam.* B C D E

a Supplicatio decreta Ciceroni Conſuli. b *A quibus laudatus M. Tullius ob reſtinctā coniurationem.* c *Qui Ciceronis conſulatum vituperarint.*

Ecquem tu horum.) Sibi videtur parum conſtare Cicero, cum ſupra dixerit, *Plenum eſt forum eorum hominum, quos ego à veſtris ceruicibus depuli, Iudices à meis non remoui.* Sed facile loca hæc duo conciliari poſſunt, ſi intelligamus hic M. Tullium ciues bonarum partium, paulo ante ſceleratos & nominis Catilinarij fautores deſcribere.

 An

A *An vero clariſſimum.*) Altera reſponſio ab exemplo magni illius Manlij Torquati: in quo eſt duplex maiorum comparatio, nempe ſubiecti cum ſubiecto, & cauſæ cum cauſa: Si filium Torquatus minore de cauſa interfecit, licebit & Conſulib. hoſtes Reip. grauiore de cauſa necare. Hiſtoriam de Manlii Torquati clariſſimi Imperatoris ſeueritate multi non eodem modo referunt: ſed ex variis maiorē, ſi poſſum, probabilitatem ſequar, Bello Latino difficili & B periculoſo T. Manlius *a* Torquatus, & P. Decius Mus ſeueris edictis diſciplinam bellicam firmare coacti ſunt, illudq; imprimis, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret. At conſulis Torquati filius, eximiæ indolis adoleſcens, dum opportunum pugnæ tempus expectatur à Geminio Tuſculanorum duce inſolenter & ſuperbe prouocatus, aut iracundia, aut pudore detrectandi certaminis, immemor edicti Conſulatis, hoſtē aggreditur Torquatus filius eumq; vicit, ſpoliis opimis de hoſte Geminio captis. Sed pater indigne ferens, hoc exemplo diſciplinam bellicam labefactari, & ſecuri percuti. Nempe ſatius exiſtimauit patrem, forti filio, quam patriam militari carere diſciplina. Val. Max. 2. ca. 7. Narrat. hiſt. Liu. 8. lib Cic. ipſe 1. de Finib. & 3. Offic. Val. Max. lib. 5 ca. 8. aliter: meminit & lib. 9. cap. 3.

C a *T. Manlius Torquatus cur filium percuti iuſſerit.*

Virum generis veſtri.) De Manliorum *b* familia quidpiam hoc loco dicere, non erit ab inſtituta noſtra explicatione alienum. Colligimus autem duas fuiſſe Manliorum familias: vnam quidem patritiā, plebeiam alteram, quam & Maniliam volunt eſſe auctores non pœnitendi. coniiciunt enim diſtinctionis cauſa, vnam alteris detractam fuiſſe literam. alii enim Manilii, alii Manlii nominabantur. Primū in hac familia Cn Manlium, cui Vulſo cognomen fuit, Conſulem cum M. Fabio memorat Liuius lib. 2. cuius poſtea ii multi nobiles ad M. vſque Manlium Capitolium. qui propter regni affectati ſuſpicio-D nem de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt: vt poſtea dicemus. Celeberrimus omnium veterum Manliorum eſt Torquatus: nomen id ſortitus, quod Gallum, à quo prouocatus eſſet, torque ſpoliarit, vt Liu. li. 7. prodit. patrem enim à Tribuno pleb. Pomponio accuſatum liberauit: Cærites accepit in deditionem: tertium conſul cum Decio Mure filium damnauit, de quo iam ante. Celebris eſt & Titus Manlius, qui conſul fuit cum C. Attilio, quibus bellum primum in Pœnos geſtum legimus. Fuit & laudatus A. Manlius Cenſor cum A. Attilio: Conſul primum cum C. Sempronio, & ſecundum cum Q. Lutatio: qui Conſules Phaliſcos oppugnarunt. Nominatur poſt alios Iuris E ciuilis & Pontificii doctiſſimus T. Manlius Auli filius: & is ipſe eſt, quem videtur intellexiſſe Valerius Max. lib. 5. cap. 8. Quo loco facile obſeruo multorum incuriam, qui hunc iuriſprudentiſſimum Tit. Manlium vna cum Magno illo Torquato confundunt, ſimilitudine nominis abuſi. Pater autem Torquati, de quo hic maxime, poſt Cōſulatum res ita magnas in Macedonia geſſit, vt etiam abſens Imperator ſit appellatus, referente tum Conſule Cicerone: qui paulo poſt cum domum rediſſet, ſtudio, conſilio, gratia, & auctoritate M. Tullium Conſulem iuuit, vt proinde ſecundo de Finibus, & 12. ad Atticum honeſtis eum nominibus appellarit.

b *Manliorum familia.*

aq, attende.) Loco complexionis (quæ ſic intellitur, Quare iure A
feci) ponitur elegans & concinna *παῤῥησία*, qualis eſt pro Li-
o.

uam ego non defugiam.) Locum hunc Muretus vidit ad Eunuchum
entianã, & interpretatione certe facili & clara illuſtrauit. Quam
a defugiam auctoritatem, idem valet, ac ſi diceret: Quam non
ſem, quo minus quæ me Conſule geſta ſunt, in opprimenda con-
tione dicantur ea omnia me auctore geſta. Eadem enim locu-
e dixit Parmeno, Chæream alloquens apud Terentium: *Nun-
m defugiam auctoritatem, ſequere.* citaturq; illud Plauti: *Si auctorita-
poſtea defugeris, vbi ſolutus tu ſies, ego pendeam.* Itaq; defugere aucto- B
tem nihil aliud eſſe cõſtat, quam negare ſe auctorem fuiſſe, quod
li dicunt (deſauouer) vt Lambinus annotat. Eo loquendi genere
eſt Cicero ad Attic. 8. epiſt. 3.
efugere auctoritatem.

go Conſul) Sententia parrheſiæ, qua fatetur ingenue ſe interfectis
iuratis Rempub. liberaſſe, illuſtratur variis cauſis, ſubiectis & ad-
ctis.
um ad occaſum.) Eadem tranſlatione ad eundem ſenſum vſus eſt
til. 3. ſic: *Cum aruſpices ex tota Hetruria conueniſſent, cades atq; incendia,* C
*m interitum, & bellum ciuile ac domeſticum, & totum vrbis ac imperij oc-
m appropinquare dixerunt.*
atilina in caſtris.) Hiſtoria ex Salluſtio petenda, & duabus primis in
tilinam actionibus. Catilina territus oratione M Tullij in Senatu
bita, nocte ſequenti ex vrbe diſceſſit cum trecentis armatis mili-
us in caſtra Manlij: Lentulus Sura cum aliis quibuſdam in vrbe
nanſerat, vt factionis pernicioſæ negotia interea curaret.
Sine tumultu, ſine delectu.) *b* Idem dixerat 3. Catilin. *Erepti ex miſeri-
interitu, & erepti ſine cade, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, me
tegato duce & imperatore viciſtis.* Sed & ad finem 2. pollicetur Con- D
ſe ſic acturum, *vt res maxima minimo motu, pericula ſumma nullo
multu, bellum inteſtinum ac domeſticum ſe vno duce togato ac imperatore ſe-
tur.*
Sine tumultu coniuratio reſtincta.

Ego vitam omnium.) Eadem parrheſiæ ſententia repetitur periphra-
Romæ & coniuratorum. Laus hęc Ciceronis tam ſæpe ore proprio
ita dicam, repetita, quam multos offendit, vt poſtea loco commo-
ore adnotabo.
Sedem omnium.) *Regum & populorum e portus & perfugium erat Senatus
manus,* Cicero 2. Offic. ſic Senatum Romanum 1. Catilin. dixit *orbis* E
rra ſanctiſſimum grauiſſimumq; conſilium. Et Martialis,

Terrarum dea, gentiumq; Roma,
-- Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Romana ciuitatis laus.
Quinque hominum amentium.) Hi fuere Cornelius Lentulus Sura,
Cethegus, Gabinius, Statilius, Ceparius, de quibus alio loco non-
ulla diximus.
An me exiſtimaſti.) Clauſula eſt apta parrheſiæ per collationem
naiorum. Hoc loco notandum nobis eſt, magnam fuiſſe olim *d* iuriſ-

1 *Iuſiurandum magiſtratuum.*

A iurandi religionem. nullus enim magiſtratus aliquid ex officio facere poterat, niſi prius ſacramento adactus: quod ideo factum colligimus, ne ſpe vel cupiditate aliqua, imperia & honores ambirent. Iurabāt enim magiſtratus inferiores apud Conſulem vel Senatum: Conſules ipſi frequenti ſenatu iurabant. Reperio & iudices omnes habuiſſe certam in iurando verborum formulam.

Atq; etiam) Additur altera parrheſia, hac omnino ſententia: L. Torquatus in hac cōiuratione ſopienda me iuuit. quod variis adiunctis exornatur. Significatur autem aliquis de familia Torquatorum, qui diſciplinæ & morum gratia ſeſe ad Ciceronem contulerat, vt eius B conſuetudine familiari ac conuictu melior euaderet. quod Romani adoleſcentes facere conſueuerant. Sic initio dialogi de Amicitia, ſe à patre deductum ait ad Scæuolam augurē, ſumpta virili toga, vt quoad poſſet, & liceret, à ſenis latere nūquam diſcederet. Et hæc eſt quorundam non indoctorum hominum opinio, à qua ego diſſentire cogor: deſignatur enim potius Torquatus pater is ipſe, qui Conſulatum P. Syllæ eripuit, & ad ſe tranſtulit.

Cum eſſet æger.) Adiuncto ægritudinis augetur fides, magnusq; in Remp. animus L. Torquati patris, *a* qui quanquam æger eſſet, Reip. tamen periclitanti adfuit. Eadem ratione commendatur Q. Scæuo- C la, oratione pro Rabirio perduellionis reo, *qui Scæuola confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, ac membris omnibus captus & debilis, haſtili nixus, animi tamen vim & infirmitatem corporis oſtendit. Laudetur eodem nomine Appius ille Clodius & ſenex, & cæcus, qui pacem cum Pyrrho forti animo diſſuaſit*, vt ſcripſit ipſe Cicero dialogo de Senectute.

a *Exemplum eorum, qui temporibus periculoſis Remp. iuuerunt, quanquam ægri eſſent.*

Vidéſne vt eripiam.) Claudit parrheſiam ſecundam per repetitionem ironiæ ſuperioris, de ſtudio Ciceronis in Torquatum.

Sed iam redeo.) Cōmmoda tranſitio. quod enim ſatis hactenus pro D ſe Orator dixerit, ſeq; purgarit iis calumniis, quas extra præcipuum caput accuſationis Torquatus attulerat: deinceps accedit ad defenſionem Syllæ.

Nam ſi Torquatus.) Ratio prioris partis repetitur, vt orationis huius initio: Et quoniam (dicebat) L. Torquatus meus familiaris, &c. In quo duæ cauſæ huius apologiæ ponuntur nempe iuſtus dolor, & cauſa Syllæ. Erat enim difficile Ciceroni audire male, neq; dolere: & quanquam de Torquati contumeliis fuiſſet non adeo ſollicitus, ſuam tamen fidem iudicibus, apud quos agebatur iſta contentio, probare debebat.

E *Et cum initio dixi.*) Ibi: Et quoniam Torquatus meus familiaris & neceſſarius, Iud. &c.

Allobrogibus nominatum.) Primum argumentum *b* Syllanæ accuſationis fuit ab indicio Allobrogum. Primum enim obiecit Torquatus, ab Allobrogibus Gallorum legatis nominatum Syllam fuiſſe inter coniuratos. Refutat id Cicero diſſimilibus: quod non à ſe dixerint, ſed à Caſſio, idq; incerte. Hic autem fuit L. Caſſius Longinus, qui Allobrogas in ſocietatem coniurationis vocabat: vtq; factionis huius vires oſtenderet, plurimos è nobiliſſimis ciuitatis commemorabat.

Seſe

b 1. *Obiectio in Syllam.* Allobrogibus eum fuiſſe inter coniuratos nominatum.

ſeſe aiunt quaſiſſe) Altera ſolutio primæ coniurationis: Percunctati t de Sylla, certi nihil eſt relatum. A

Videte diligentiam.) Hoc dicitur ironicôs. Certe M Cicero nulla pe-ſuarum orationum parte Gallos *a* agnoſcit, vt fortaſſe debebat, quam primos detegendę coniurationis auctores ac miniſtros. ſed fuit peculiaris ac proprius Romanorum Genius, vt Gallis non ſcure inuiderent, ob gloriam bellicæ diſciplinæ, vel obtrectarent, certe parum fauerent: non aliam ob cauſam, credo, niſi quod lli ſuæ libertatis amantiſſimi, moleſtiſſimum Romanorum iugum re non niſi ęgre poterant: aut deniq; quod iidem longe ante, Bren duce, ſummum Romanis terrorem incuſſerant. B

allos homines Cicero ſolet eleuare.

Caſſius ſi reſpondiſſet.) Ratio ex maioribus: Quamuis Caſſius Syllam ninaſſet, id tamen Syllæ nocere non debuit: at nõ nominauit, &c. umptio illuſtratur repugnantibus.

Barbaros homines) *b* Et hoc adiunctum barbariei, contumelioſe po-; quam vere vſurpatum à Cicerone, nullus eſt quin facile intelli-, ſolenne quidem Romanis & Græcis fuiſſe, vt præter ſe nationes nes barbaras appellarent, non tà certe quod minus polite recteq; uerẽtur, quam quod incultis moribus eſſe crederentur. At id Cæ-auctor locupletiſſimus, nõ in barbarorum numero Gallos poſuit, ;, cum de iis eorumq; patriis legibus verba facit, contumelia vlla at: ſed ita laudat, vt non obſcure Germanis etiam, finitimis po-s, anteponat. Certe id probrum, ſeu conuitium potius, ſi ad men-n, & vt ita loquar, & normam Stoicam velim interpretari, tribuen-potius barbaria fuit iis, vel ciuibus Romanis, qui liberos Gallos ad iciatem belli pertrahebant. quod ipſum fateri cogitur ipſe Cice-cum dicit 3. Catil. *In hoc vno poſt hominum memoriam maximo, crudeliſſimoq́; bello, quale bellum nulla vnquam barbaria cum ſua gente geſſit.* *Quæ n barbaria fuit, quod homines ſuæ libertatis amantiſſimi, qui tamdiu bar-iam, id eſt miſeram ſeruitutem & auaritiam Romanorũ (qui ſe pluſquam baros præſtabant) perpeti non poterant, eoq́; nomine ſuarum miſeriarum fi-aliqua ratione ſibi dari optabant? Te vero M. Tulli, iudicem honorarium parte mihi facile ſtatuo, ſi facilitatem Gallorum ſpectes, ſi religionem, ſi fi-, ſi quicquid tibi perutile fuit & maxime neceſſarium ad coniurationis ilia detegenda, æqua lance ponas, ſi fidum Gallorum animum cum rei itu ſpectes, quos & quales eſſe Gallos exiſtimabis? quosq́; ampliſſimis pra-dignos eſſe cum toto Senatu iudicaſti, an tantem barbarorum numero ha-s? Sed ſcio te generoſo quodam pectore, vt noſtri quidam nobiles, barbaros re, qui ius tua ciuitatis non habent, ſicuti illi villanos contumelioſo nomine llant, eos qui maiorum imaginibus inſignes non ſunt.* Sed hac de re ni-m multa, C D E

In Galli barbari appellandi fuerint.

Niſi forte veriſimile) Ironica prolepſis, cui reſiſtit primum ex mi-e: Si cætera defuiſſent, at nomen Autronij ſatis fuiſſet. deinde o Caſſij, qui cum nobiliſſimos quoſq; nominaret, Syllam certe n prætęriiſſet.

am vero illud) Tertia ſolutio prolepſeos, minorum collatione: Si lli meminerint, multo magis meminiſſet & Caſſius: At non me-nit: Non erat itaq; Sylla in illo ſcelere.

A *Sed tamen quid.*) Reſponſio Craſſij repetitur, & aduerſarij, ex ea obiectione ſimiliter vt antea refutatur.

Sed ego in indiciis.) Altera refutatio proximæ obiectionis à remotione teſtimonij: In indicio ſatis eſt non argui: Sylla non arguitur ſatis igitur ei eſt. Propoſitio primo loco ponitur, aſſumptio declaratur dilemmate: Aut excuſat, aut neſcit. neutro modo arguitur Sylla: non igitur arguetur.

Vtrum ſubleuat.) Occupatur reſponſio duplex: prior ex remotione cauſæ ſoluitur: poſterior è circumſtantiis perſonæ & loci. Sic in Cæliana obiurgat actorem Atracinum, ſed magis amice tamen: *Quam*
B *partem accuſationis*, inquit, *admiratus ſum, & moleſte tuli potiſſimum eſſe Atracino datam. neq; enim decebat, neq; ætas illa poſtulabat, neq; id quod animaduertere potuiſtis, pudor patiebatur optimi adoleſcentis in tali illum oratione verſari. Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſuſcepiſſet, aliquanto liberius & fortius, & magis more noſtro refutaremus iſtam maledicendi licentiam.*

Quo plus ſpei.) Mire cum hoc Ciceronis loco verba Salluſtij conſentiunt. *Lentulus Vmbreno cuidam negotium dederat, vti legatos Allobrogum a pelliceret ad ſocietatem factionis, exiſtimans publice priuatimq́; ære*
C *alieno Gallos oppreſſos: & quod natura Gallica gens belliceſa eſſet, facile eos ad tale conſilium adduci poſſe. Vmbrenus ergo eos in domum Decij Bruti perduxit. Præterea Gabinium accerſit, quo maior ſermoni auctoritas ineſſet. eo præſente coniurationem aperit, nominat ſocios, præterea multos cuiuſq; generis innoxios, quo legatis animus amplior eſſet.*

a *Vt Galli fuerint ad coniurationis ſocietatem pellecti.*

At qui hoc perſpicuum) Repetitur Caſſij reſponſio, & alia confirmatur argumentatione ex oppoſitis: Cuius ſcientia eſt de omnibus, accuſatio etiam eſt omnium: Ignoratio de vno, purgatio erit vnius: Sed ſic ſeſe habet in Caſſio; purgat igitur Syllam.

D *Excluſus hac criminatione.*) b Tranſitio ad ſecundam obiectionem de falſis & corruptis tabulis: quod totum eſt contra ipſum Ciceronem. Huic reſpondet primum inficiatione, quam teſtimoniis confirmat: c Crimen iſtud falſi, longe maximum, Ciceronem non minus onerabat, quam ſi ſacrilegij, parricidij, veneficij fuiſſet, & ſi quod maius eſt quod ab homine poſſit excogitari flagitium. Si enim qui priuatæ perſonæ fucum fecerit, aut arte aliqua impoſuerit, infamiæ notam incurrit, qua nota, quo ſupplicio, quibus ille diris deuouendus eſt, qui publica monumenta, qui tabulas ad ciuitatem communem attinentes adulterat, deprauat, aut aliqua parte immutat?

b 1. *Obiectio in Syllam, ſeu verius, Ciceronem ipſum*, Quod tabularum publicarum corruptor. c *Crimen falſi quantum.*

O dij immortales.) d Apoſtrophe ad deos, tota quidem affectuum plena, qui certe locus inſignis eſt, maximeq; ad citandam admirationem comparatus: quod diis auctoribus, non ſuo ingenio, res tantas ſe geſſiſſe fateatur. Sic Catilin. 2. *Quæ quidem ego, neq; mea prudentia, neq; humanis conſiliis fretus polliceor vobis, Quirites, ſed multis & non dubiis deorum immortalium ſignificationibus, quibus ego ducibus in hanc ſpem ſententiamq; ſum ingreſſus: qui iam non procul, vt quondam ſolebant, ab extero hoſte*

D *eorum immortalium ope coniuratio teſtincta.*

atq; longinquo, ſed hic præſenti ſuo numine atq; auxilio; ſua templa atq; A *tecta defendunt.* Et initio 3. *Hodierno die deorum immortalium erga ımmo amore, &c.* Deinceps apertius: *Quanquam hæc omnia ita ſunt adminiſtrata, vt deorum immortalium nutu atq; conſilio, & geſta, & pro-eſſe videantur. Idq; cum coniectura conſequi poſſumus, quod vix videtur ani conſilij tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe: tum vero ita præſen-is temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos pene oculis videra mus.* Idem paulo poſt: *Diis ergo immortalibus ducibus, hanc mentem ntatemq; ſuſcepi, atq; ad hæc tanta iudicia perueni.* & illud: *Quis poteſt am auerſus à vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia, videmus, præcipueq; hanc vrbem, deorum immortalium nutu atq; poteſta-* B *lminiſtrarit.*

n tantis tenebris) Præclara eſt tranſlatio ad ſignificandam coniura-iis detegendæ difficultatem.

Non Torquatus.) Ironica hæc ſunt ad creandam inuidiam Tor-ıto.

Patrimonii naufragus) Metaphora à naufragis ad obliguritores pa-nonij, quorum mos eſt, vt cum nihil plus habeant in loculis, ma-artibus & calumnia vitam miſeram ſuſtentare pergant. Pro Flacco *Sed ſi forte aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut dis inuidus extitiſſet: exiſtimabam L. Flacco multitudinis potius imperita,* C *o tamen cum periculo, quam ſapientiſſimorum, & lectiſſimorum virorum ıcium eſſe ſubeundum.*

Itaque introductis.) Hactenus de referendi cauſa, a nunc vero de re-ione: cuius meminit Plutarchus in Catone, & Dio lib. 37. Cice-copioſe 3. in Catilin. oratione id pertractat. *Princeps ille, vt de-enda coniurationis viam facilem & apertam reperiret, deprehenſos in Se-um venire iuſsit: vtque eorum dicta facilius exciperentur, conſti-t C. Coſconium, M. Meſſalam, P. Nigidium, Appium Clodium, qui omnia icum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent.* Dio & Plutarchus de ea re D ıra.

a *Quomodo patefacta coniuratio.*

Ad quos viros?) Hæc ad teſtium fidem & auctoritatem. Pro Rabirio *Cum equeſter ordo, at quorum equitum? Dij immortales, &c.* Pro Milone: *ui huic T. Furfanio, cui viro? Dij immortales.*

C. Coſconium) b Hic poſtea proconſul Hiſpaniam rexit, eiusq; fuit gatus Vatinius, vt meminit oratione in Vatinium. Inter leges Iulias Iulio Cæſare latas, vna fuit de agro Campano diuidundo: ad quod ciendum curatores conſtituit viginti viros, qui maxime idonei pu-rentur. In his reperio fuiſſe Coſconium, quo mortuo Cæſar M. E ullium in eius locum ſubſtituere conatus eſt, vt eſt 2. ad At-cum.

b *C. Coſtonius.*

Quid deinde?) Aliud teſtimonium ab vniuerſa Italia.

More maiorum.) Conſules magiſtratusq; cæteri res à ſe geſtas in ommentarios referebant, & domi aſſeruabant.

Sed deſcribi ab omnibus.) Deſcribere eſt in multa exempla tranſcri-ıere. Oratione pro Cluentio, tranſcribere dixit: *Teſtamentum in alias abulas tranſcriptum ſignis.*

In quo

A *In quo ego)* Repetit cauſſam conſilij ſui, Deorum prouidentiam.

Ne quis poſſet) At ait ſe *a* prouidiſſe, ne falſis criminationibus boni ciues & innocentes circumuenirentur, id eſt, vt ante dixit, ne mali & improbi venios in optimum quemq; excitarent. Nam ante publicarum tabulatum vſum, multi falſi indices Romæ verſabantur, qui bonis & inſontibus viris periculum conflabant. Vnum memorat Salluſtius L. Tarquinium; alterum Dion, L. Vectium vel Vettium equitem, lib. 37.

a *Cur in tabulas publicas relata indicia de coniuratione.*

Sed tamen abs te, Torquate) Inficiatio adhuc fuit: deinceps texitur B reſponſio ſecunda per conceſſionem ironicam ad ἀντικατηγορίαν Torquati: Si falſæ ſunt tabulæ, tum reprehendi maxime debebant, cum ſumma opportunitas erat: non autem reprehenſæ ſunt: non ſunt itaque falſæ.

Tu, cum tua vox) Sententia eſt aſſumptionis. q. d. At non reprehendiſti, cum maxime opportunum erat. Huc refer præceptionem Rhetorum de indicio conſtituendo in genere iudiciali, cuius hæ formulæ, Plus petiſti, aut, ſero petiſti, non fuit tua petitio, non hoc tempore.

C *Repente tantam rem)* Complexionis ſententia vna cum recriminatione in Torquatum, qui negligentia ſumma in Remp. admiſſa tantum crimen celauerit.

Mihi cuiuſquam ſalus) Redit ad inficiationem falſitatis, & eſt tertia refutatio ex varijs repugnantibus. Non *b* eſt certe credibile M. Tullium Conſulem, virum tantum, tam patriæ ſtudioſum, tam ſolertem coniurationis inueſtigatorem, tam deniq; ſalutarem & diligentem libertatis vindicem, tam ſui patum fuiſſe memorem, vt ijs quadam parte fideret, quos infeſtiſſimos, hoſtes &, vt ita loquar, iuratiſſimos inimicos haberet ſed vt natura fuit & moribus facillimis, conijcere D eſt eum nonnullos, qui fuerant affines coniurationi, vel ſuo texiſſe præſidio, vel ſilendo, eorum nomina non prodidiſſe. Si quis hic mihi reclamet, id alienum plane videri ab hiſtorica fide, & ab ipſa Tulliana ſententia: dico in hiſtorijs permulta vera contineri, ſed & fortaſſe longe plura non minus vera ſubticeri. Ipſe autem ſuis improbationibus, non veritatem rerum, ſed probabilitatem & ſimilitudinem aliquam veri conſectatur.

b *Cicero minime fauit alicui ex coniuratis: ſed quoſdam ſuo præſidio texiſſe potuit.*

Veritatem c contaminarem mendacio) Hoc euidenter & acute dictum E per antitheſim & metaphoram inſignem ab ijs quæ fœdantur: Alluſio eſt expreſſa ad adagium, *Capra ſcyria*, in eos dictum, qui virtutes, reſq; honeſtas turpibus & vitioſis actionibus commaculant, quique recte inſtituta deterius finiunt.

c *Veritas mendacio contaminata.*

Fero ego te, Torquate) Ad concludendum ſecundum crimen, quod tabulæ falſæ non ſint, ponitur *d* inuidioſa & vehemens caſtigatio, qua varie vrgetur Torquatus vt calumniator, & minæ quædam admiſcentur. Prima contemptus ſententia eſt ex cauſſis. Hoc loco poſſumus obſeruare veram eſſe ſententiam, quæ inter Publij mimos memo-

d *Digreſſio, qua Torquatus acriter caſtigatur.*

oratur, *Grauiorem a eſſe viri boni iracundiam: & furorem fieri laſa patientia.* Cicero lenius & mitius aliquantum obiurgat Atra- A
n in Cæliana: *Tecum, Atracine, agam lenius, quod & pudor tuus mo- r orationi meæ, & meum erga te, parentemq́; tuum beneficium tueri de- ud tamen te eſſe admonitum volo, primum, qualis es, talem te eſſe exiſti- it quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate ut: deinde vt ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falſo reſponſa ſint, eru-*

rauior iracundia viri boni.

nisi tibi aliquem) Sententia minitationis ex alijs cauſſis.

es oblitum me) Concinnitas ex antitheto & iſocolo. B

no vnquam me) Altera contemptus ſententia ex diſſimilium aratione. Cæteris reſpondeo diligentiſſime, inferiores con- o.

m non prauerterim) Præuertere b interdum vſurpatur in curſu; perare & anteire Virgilius 1. Aeneid.

---- Volucremq́; fuga præuertitur Hebrum;

occupare, vt apud eundem.

--- Et viuo te tat prauertere amore,

Iampridem reſides animos.

n ſenſu dicitur in Catone maiore, Fannius anteuertit. C

Prauertere.

quoniam minime) Altera minitatio, ex viribus M. Tullij.

illa valent) Tertia contemptus ſententia, qua ſuperiores cauſ- eruntur, & noua quædam additur, imbecillitas c Torquati. ſi explicare liceat ſyllogiſmo, in contexu aſſumptio prima eſt: ur propoſitio: concluſio tertio loco ponitur, ſed nos hoc mo- ſatis virium haberes, facile & lubenti animo tecum vellem cō- Sed non eſt tibi virium ſatis: Itaq; pugnam detrecto. Sic in Cæ- obiurgat actorem Atracinum, ſed magis amice tamen. *Quam accuſati nis*, inquit *admiratus ſum, & moleſte tuli, potiſſimum eſſe* D *no datam, neque enim decebat, neque à te illa poſtulabat, neq́; id quod luertere potuiſſes, pudor patiebatur optimi adoleſcentis in tali illum ora- erſari. Vellem aliquis ex vobis robuſtioribus hunc maledicendi locum ſet: aliquanto liberius, & fortius, & magis more noſtro, refutaremus t- aledicendi licentiam.*

on eſt quod fortior imbecilliorem aggrediatur.

ue vero quid) Iteratur ſatis importune apologia Ciceronis per cinationem: in qua texitur argumentum à pari: Honeſtius fuit aro d ſimultatem deponere, quam Ciceroni amicum nō de- e. Qui ignoſcit, qui veniam dat, id nunquam facit ſine adiun E adam inſigni nominis ſui laude: amicum qui non defendit, a- pante, cum ex officio boni viri eius patrocinium in ſe recipere t, certe vituperandus, & tanquam homo demiſſo animo atq; ito eſt inceſſendus.

multatem deponere, honeſtum: amicum non defendere, turpe.

ſi conſiderare cœperis) Eiuſdem apologiæ amplificatio ab ex-

ullius amicitia) Locus communis: Nemo eſt, quin melius ſibi quam alteri.

at huic iudicio) Confert diſſimiles cauſſas iracundiæ: In primo iudicio

A iudicio magna erat cauſſa ſuccenſendi, honos videlicet ampliſſimus Conſulatus: At in iſto nulla eſt. Contendit certe quantum poteſt, mitigare impotentem & iratum Torquati animum.

Vt victi in campo, in foro) Magiſtratus Romani creabantur in campo Martio, confirmabantur autem in foro. Didici equidem comitia Centuriata, in campo ſolita fieri: Curiata vero in foro.

Ego vero quibus ornamentis) Redditio diſſimilium, quod a nulla ſit hîc iracundiæ cauſſa. Sic fere, id eſt, eodem genere argumenti, loquitur neſcio quis apud Terentium in Adelphis: *Sum, fateor, pernicies communis adoleſcentum: tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.*

B a *Non eſt ſuccenſendum immerenti.*

Tu ornatus ærumnis) Huc referri non inconcinne poteſt conqueſtio illa M. Ciceronis è Rabiriana:, quo loco ſe cum Labieno comparat, qui ciuem damnari vltimo ſupplicio volebat: cum nihil magis contenderet Cicero, quam vt ciuis bene de Rep. meritus ſuo patrocinio ſeruaretur. Id autem quicquid ſit, eo pertinet, vt aduerſario creetur inuidia.

Atq; hic tu) Concluſio apologiæ ſic conficitur: Non itaq; me debebas accuſare.

C *Te enim exiſtimo*) Ad finem pungit aculeo b reuera feſtiuo & acuto, in quo multum ironiæ eſt, qua ſtultitiam Torquati naſo adunco ſuſpendit, vt eius, qui ſe valere ingenio prudentiaq; putaret, vt etiam ſine aliorum indicio, quid ſibi faciendum eſſet, acute poſſet proſpicere. Dialogo de claris oratoribus. *Eſt minime inepti hominis, & eiuſdem etiam faceti, cum de ſapientia diſceptetur, hanc ſibi ipſam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant: vt apud Platonem, Socrates in cælum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: ſe autem omnium rerum inſcium fingit & rudem.*

b *Mordacitas Ciceronis.*

D *At accuſat C. Cornelij*) Tertia c obiectione dicebat Torquatus indicio C. Cornelij equitis filij, Syllam duplici nomine accuſatum, & quod in comitatu Catilinæ fuiſſet, cum cædes ab eo parabatur in campo Martio: & quòd gladiatores ad cędem illam faciendam comparaſſet. Primum leniter teſtem reprehendit ex repugnantib. deinde refellit ipſum teſtimonium.

c 2. *Obiectio in Syllam:* Quòd fuiſſet à filio Cornelij accuſatus.

O Patrem Cornelium) Ironica d reprehenſio eiuſdem teſtis: Non eſt veriſimile Cornelium voluiſſe rem indicare per filium, quia indicij præmium non accepiſſet, ſed dedecus inde ſibi acciuiſſet: *Præmium* E *autem indici ſeruo libertas fuit & ſeſtertia centum: libero impunitas, & ſeſtertia ducenta millia,* auctor Salluſtius.

d *Præmia indicibus propoſita, qui aliquid de coniuratione referrent.*

Sin, vt ais) Refutatio teſtimonij ſyllogiſmo à conſequentibus ex partibus: Si Autronium & Catilinam Sylla ſequutus eſſet, vna cum ijs viſus fuiſſet: At viſus non eſt: Non eſt ergo ſequutus. præcedit aſſumptio.

Ecquid dixi vidiſſe) Ἐπανόρθωσις ad explicandum periculum & diligentiam Ciceronis.

Ego tectus præſidio) Tota hæc hiſtoria copioſe à Marco Tullio narratur, prima in Catilinam oratione: *Dixi ego idem in Senatu cædem te optima.*

atum contuliſſe in antediem quintum Calend. Nouembr. &c. Num in-potes te illo ipſo die meis præſidijs, mea diligentia circumcluſum & de-os: *Hac ego omnia vix dum iam cœtu veſtro dimiſſo comperi: demum maioribus præſidijs muniui atque firmaui.* Et pro Muræna: *Deſcendi npum tectus lorica.* A

tqui ſi tum ſe) Propoſitio, in qua obſeruamus axioma parium ꝺ̃ticum, quam vulgo Maximam appellant.

ed quoniam Cornelius) Alterum argumentum ex temporis ımſtantia, quod nocturno conſilio domi Marci Lææ habi-dfuerit. Hiſtoria perſpicua eſt apud Salluſtium, & prima Cati-ia. B

Qua nox omnium temporum) Varie auget atrocitatem illius no-ex peſtiferis Catilinæ & coniuratorum conſilijs. Vt pro Flac-d finem pene: *O nox illa, qua fere æternas huic vrbi tenebras attul-*

nc tuus pater) Apoſtrophe inuidioſiſſima.

ıc tempore) Eadem conſilia coniurationis iterantur.

m Catilina egrederetur) Hic obſeruandus eſt numerus admo-concinnus & elegans orationis, ornatus inſignibus ſententiis-figuris.

tri bis legionibus) Legio primum tribus millibus conſtitit, dein-uatuor: tempore Cæſaris, quinque millia continebat. De legio-ıs & earum differentijs longe multa Lazius Commentarijs Rei-icæ Romanæ. Liberum erit inde petere qui volet: non enim ex ım immenſo fluuio, noſtros hortulos irrigare mihi animus vn-m fuit. C

ımerti, Piceno, Gallico) Regiones ſunt Galliæ togatæ, quas hodie ellamus Tranſmontanas.

'orbus quidam illius furoris) Breuis ſimilitudo à morbi *a* conta-e, vt prima in Catilinam: *Vt ſæpe homines ægri morbo graui, cum æ-brique iactantur, ſi aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, le multo grauius vehementiusq́, affligantur: ſic hic morbus, qui eſt in Re-ica releuatus iſtius pœna, vehementius viuis reliquis ingraueſcet.* In 4. ve-c: *Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum: manauit non ſolum per am, verumetiam tranſcendit Alpes; & obſcure ſerpens multas iam pro-ias occupauit.* D

a Coniuratio cum morbo comparata.

uid ergo indicat) Complexio ſic intelligitur: Falſum eſt igitur Cor-j teſtimonium.

ladiatores emptos eſſe) Secundum indicium Cornelij, de gladiato-ıs refutatur ex diſſimili cauſſa: quia non ad cædem faciendam, ad teſtamentum perſoluendum comparata eſt familia gladiato-ı. Id primum tractatur ironice. Mos autem fuit, vt in funere *b* orum virorum ludi fierent in quibus etiam plerunque gladia-s depugnabant: quod de Scipione Africano commemorat libr. Liuius. E

b Gladiatores empti ad funus.

auſti ſimulatione) Lucius Sylla Dictator ex Metella vxore geminos epit, & marem Fauſtum, puellam Fauſtam nominauit.

it empta eſt familia) Altercatio deinceps eſt varia occupatione. æ ſolutio eſt ex minore: Si non ſatisfecit in ludis, multo minus ſatisfa

ſatisfacere potuit in tumultu coniurationis. Vetabat lex Tullia (de qua etiam nonnihil poſtea) biennio, quo quis peteret aut petiturus eſſet, gladiatores dare, niſi ex teſtamento, præſtituta die, vt obſeruo è Sextiana, & contra Vatinium orationibus.

Properatum vehementer) Soluitur altera prolepſis ex aduerſis.

Necopinante Fauſto) Tertia prolepſis diluitur teſtimonijs.

At præfuit familiæ) Quarta prolepſis ſoluitur conceſſione & inficiatione. Conceſſio refutatur antecedentibus circumſtantijs: Si non fuit turpe emere, neque ducere: at illud non fuit: neque hoc B igitur.

Ad ferramenta proſpicienda) Per *a* ferramenta intelligit ſicas & gladios, aliaq; armorum genera ferrea, vt 3. Catil. *Cethegus Senatui de coniuratione, deq; telorum, ſicarum & gladiorum maximo numero, quem domi habebat, quærenti, reſpondit, ſe bonorum ferramentorum ſtudioſum ſemper fuiſſe.* Alias vſurpantur pro inſtrumentis quibuſdam ferreis, vt 1. de Natura deorum: *Quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, &c.*

a *Ferramenta.*

At enim Cincius) Alia obiectio *b* Torquati, de Cincio in Hiſpaniam miſſo, varie refellitur, primum circumſtantijs profe- C ctionis.

b *ſ. Obiectio in Syllam*: quod Cincium miſiſſet in Hiſpaniam, &c.

L. Iulio C. Figulo Coſſ.) Fuere ij Conſules proximo anno poſt Torquatum & Cottam: quo anno Cicero Conſul deſignatus eſt, vt conſtat ex Salluſtio & Faſtis conſularibus.

Ac profecto eſt non modo) Secundo refellit ex vetera cauſſa profectionis, ob debitam nimirum ſibi pecuniam à rege Mauritaniæ. *c* Mauritania ea pars eſt Africæ, quæ finitima eſt, Hiſpaniæ iuxta Gades.

c *Mauritania.*

D *Tum autem illo profecto*) Tertio refutat ex diſſimili cauſſa coniurandi Cincio & *d* coniuratis: Iſti ne poſſeſſiones venderent, coniurabāt: Cincius per Syllam vendidit. In coniuratis ſæpenumero apud Salluſtium notatur inopia rei familiaris & auaritia, vel potius rapacitas, & nos ſupra ex Catilinarijs adnotauimus, &c.

Vtque cauſſa cæteros ad facinus) Actione 2 in Catilinam: *Alterum genus eſt eorum, qui quanquam premuntur ære alieno, dominationem tamen expectant.* & deinde: *Quarum genus eſt certe varium, & mixtum, & turbulentum, qui iampridem premuntur, qui nunquam emergent, qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam ſumptibus in vetere ære alieno* E *vacillant.*

Iam vero illud) Quarto ſoluit ex repugnantibus: Si Sylla coniuraſſet, amiciſſimum Cincium non dimiſiſſet. Inter quos enim maxima neceſſitudo vitæ intercedit, non poſſunt non eiuſdem fortunæ participes eſſe.

Vtrum quo facilius) Ratio repugnantiæ per prolepſim, à remotione cauſſæ dimittendi Cincij.

An in tantis rebus) Eandem repugnantiæ ſententiam iterat per amplificationem variorum adiunctorum, Coniurationis, & Cincij. Hæc periodus concinno & numeroſo ambitu orationis varie polita (vt permultæ aliæ) ſtudioſis eloquentiæ diligenter eſt adnotanda, non modo verborum, ſed & ſententiæ gratia. Iterat enim & inculcat idē ad ma-

iorem fidem. Nonnulli Rhetores orationis genus ita conclu- A
Commorationem appellant.

ſimile non eſt.) Locus hic *a* communis tractatur in præceptis o-
arum Partitionum, quo loco de coniecturæ ſtatu præcipit:
;,inquit,non erunt (intelligit autem ſigna conſequentia,quæq;
lat facti veſtigia) *tamen cauſis ipſis & efficiendi facultate niti oporte-
uncta illa diſputatione communi,non fuiſſe illum tam amentem, vt in-
acti aut effugere, aut occultare non poſſet,vt ita apertum eſſet, vt locum
ri relinqueret.*

ir prouidus, ſui minime immemor eſſe poteſt.

è autem Cincius.) Quinto refellit à perſona Cincij, quem com- B
lat procreantibus cauſis,adiunct s,& vita.

n enim eſt deſerenda cauſa veteris amici.) Is amicus eſt, b *qui in re du-
iuuat,vbi re eſt opus*,ait Plautus. Ouid.t.de Triſtibus idem omni-
que Cicero hic:

Qua potes,excuſa,nec amici deſere cauſam.

Amicus non deſerendus in re dubia.

hoſpitu.) Hoſpitalitatis ius c apud veteres, magno in honore
declarant monumenta veterum, qui eo nomine Iouem
id eſt, hoſpitalem, vel hoſpitum præſidem, eſſe putauerunt. C
Æneid 1.

*Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur,
Adſis.--*

u hoſpitalitatis.

cero tertio officiorum: *Recte à Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas,
im,vt mihi videtur, valde decorum patere domos hominum illuſtrium
ibus hoſpitibus; idque etiam Reip. eſt ornamento, homines externos hoc
litatis genere in vrbe noſtra non egere.*

familia,ea diſciplina.) Apte quaſi nexu accurato coniungit duas
s efficientes probum & innocentem virum, optimam *d* natu- D
quam à parentibus,& parem diſciplinam,quam ab inſtitutori-
ccepit. Vt Plato alicubi colligit, non fuiſſe vitijs addictum
llem, vt ab Homero fingitur, quia optimam naturam conſe-
us eſſet, patre iuſtiſſimo homine, matreq; Dea natus:& ab op-
ſapientiſſimoque præceptore Phœnice dicatur educatus.

Optima natura, & optima diſciplina.

m cæteri deficerent.) Intelligit defectionem belli ſocialis, quo ſe
Italia in Romam commouit.

ius ad alienum.) Præoccupatio ad remouendam æris alieni ſu-
onem & turpitudinem: & declarandam Cincij probitatem atq; E
n.

ſam vllam moram.) Mora *d* dicitur in iure,ceſſatio,fruſtratio,&
oba dilatio.Papinian l.in fideicommiſſ.3 D.De vſuris.Fieri au-
moram duobus modis, ex re & perſona tradit Paulus l. Cum
am.17.cod tit. *Ex re mora fit, cum abſque denunciatione,vel aliqua
pellatione,ex ſolo curſu temporu qua moram facere intelligitur: qua mo-
rem appellatur.* Paul.in l.Videamus.38.D.De vſuris.*Ex perſona mo-
, quoties opportuno loco & tempore interpellatus debitor non ſoluerit:*
ra fieri. D.De vſuris. Sic enim Martianus Iuriſc. in ea lege:

mment.in Cic. Orat. Tom.2. PPP *Mora*

e *Mora quid in iure.*

A *Mora fieri intelligitur, non ex re, ſed ex perſona*: id eſt, ſi interpellatus opportuno loco non ſoluerit, quod apud iudicem examinabitur.

A quo quidem genere.) Cincij probitas amplificatur ex collatione diſſimili cum coniuratis: Illi erant pertimeſcendi, non Cincius, neq; ei ſimiles. redditio antecedit.

Cincius nunquam.) Redditio iteratur, & Cincij venditio eſt aucta maioribus & diſſimilibus

Iam vero.) Quinta obiectio *a* Torquati, de Pompeianis à Sylla impulſis ad coniurationem, refutatur effectis ſublatis, vt cauſa tollatur, hoc modo: Si non coniurarunt Pompeiani, neq; Sylla auctore E & hortatore coniurarunt. Pompeiani autem municipes erant oppidi Pompeij Neapoli vicino, de quo Plinius cap. 5. lib 3 & Mela cap. 4. lib. 2. De municipibus & colonis hæc pauca: Municipes quanquam certæ cuiuſdam tribus eſſent, atque ad honorum petitionem admitterentur, tamen quia domicilio caruere, non ingenui ciues habebantur, niſi poſtquam Romæ ſuarum fortunarum domicilium collocaſſent. Exemplum iam appoſuimus in M. Catone Tuſculano, *b* qui municeps fuit, quandiu Tuſculi manſit: neque tamen ingenui ciuis nomen & ius habere potuit, quanquam Romana ciuitate donatus eſſet. Vbi vero cum ſuis omnibus fortunis Romam C commigrauit, ciuis Romanus factus eſt Is enim *c* vere ciuis habebatur, qui domicilium, qui tribum, qui honorum petitionem & poteſtatem adeptus erat. quanquam enim *d* inquilini domicilium haberent, & tribum libertini obtinerent, illi tamen nullum ius ciuitatis, hi vero non ſummum habuerunt. Ergo municipes illi quidem munerum & honorum participes, qui tamen ſuis legibus & moribus vterentur: eoque *e* differt imprimis à municipio colonia, quia municipes aliunde, vt ex oppidis & vicis in ciuitatem venirent: coloni verò è ciuitate maxime alio traducerētur. Sed *f* multiplex fuit coloniarum ratio. Aliæ enim fuerunt Romanorum ciuium, aliæ La- D tinæ, aliæ è Latinis & Romanis: quædam erant peditum, aliæ, cum in agrum & regionem bello captam ad incolendum mittebantur. Sed hæc ſatis. Longa eſt certe & erudita de colonijs diſputatio Caroli Sigonii lib 1. De antiquo iure Italiæ, capitibus. 2. 3. 4. & 5. De Municipiis autem, eiuſdem lib. cap. 6 7 8. & 9. quæ ſi quis ſtudioſe legat, ea de re, quid magnopere deſideret, nihil erit.

a 5. *Ratio in Syllam.* Quod Pompeianos ad coniurationē pellexiſſet. b *Municipes qui.* c *Quis ciuis.* d *Inquilini.* e *Quid à colonia municipium differat.* f *Colonia multiplex.*

B *Diſiunxit, inquit, eos.*) Occupatio de diſſenſione facta ſoluitur tribus modis: primum, circunſtantia temporis, deinde, remotione cauſæ diſſenſionis. poſtremo, ex pari ſtudio Syllæ erga vtraſq; partes: quod probat municipum & colonorum teſtimonio.

Ad patronos eſt.) Patroni *g* colonorum, erant Triumuiri, qui deduxerant coloniam Pompeianorum, qui oppidum id Romano populo ſubiecerant. Sic Marcellus Ciliciæ, Cato Hiſpaniæ, Pompeius Orientis patroni fuere, quoniam eas gentes primi ſubegerant. vel apertius ita ex doctiſſimis Sigonij commentarijs. De antiquo Italiæ iure: *Patronos coloniarum Romulus in Remp. induxit. Vt enim ciues patricios* plebe-

g *Patroni colonorum.*

rum conſtituit: ſic colonis ac ſocijs populi Romani quos vellent ex ciui- A
ſibi patronos deligendi copiam fecit, quorum ope in ciuitate vterentur,
i eſſet quod ſua intereſſet, ac Roma curandum eſſet. Meminit Halicar-
us Dionyſius in Romulo, & in Philippicis Cicero, cum ait,
nium vexaſſe Puteolanos, quod C. Caſſium, quod Brutos patronos adep-
t. Et Suetonius in Auguſto, cum ait, Bononienſes antiquitus in An-
um clientela fuiſſe.

ui adſunt, laborant.) Legati enim *a* publice miſſi fuerant à Pom-
nis & colonis ad iſtud iudicium cum Syllæ laudatione. qui mos
prouinciarum omnium, quoties earum patroni vel magiſtratus
ſcrimine capitis verſaretur. Id obſeruamus in permultis M. Tul-
ationibus vt Verrinis, Pro Cælio, Pro Flacco, &c. B

egati publice miſſi è municipijs & colonijs cur.

t ne hac quidem.) Egreſſio ad Syllæ laudem comparata, qui in a-
um diuiſione colonis aſſignanda, quanquam odium Pompeia-
im ſubiturus videretur, diſceſſit tamen vtrique parti charus &
ndus.

puli Romani fortuna) Pompeiani *b* deuicti à Romanis, parte agri
tati ſunt, quæ colonis eſt aſſignata.

b Pompeiani.

It enim & gladiatores.) Criminatio *c* ſequitur de comparatis gla- C
oribus, ex alia cauſa, ob legem videlicet de ambitus pœna mi-
nda, quam Cæcilius Syllæ frater Tribunus plebis ferebat, quo
rem iudicio eriperet.

+. In Syllam obiectio. Quod Iudicium de ambitu euertere tentaſſet.

mnis iſta vi rogationis.) Rogatio, lex erat nondum à populo pro-
, ſed ad cognoſcendum & ad probandum propoſita, ſub hac for-
la, Velitis, iubeatis, &c.

Atque in hoc loco.) Cæcilium primo purgat ex facto, & facti honeſta
ſa. D

romulgarit.) Leges *d* trinundino die, id eſt ter nono die, propo-
antur populo cognoſcendæ & ſpectandæ, num quid addi place-
aut demi: atque id promulgare dicebant, quaſi prouulgare.
od ita planum facio ex veterum monumentis. Conſuetum *e* fuit,
uam, apud Romanos, vt poſt edicta comitia, trinundini ſpatium
nqueretur ante comitiorum diem ſcilicet vt ad eam diem popu-
vndique ex Italia conuenire poſſet, vtque candidati, qui magi-
tum peterent, populo frequentiori, tam vrbano quam ruſticano,
plicarent. Idem etiam trinundini præſcriptum tempus fuit legi-
s proponendis, rogandis, promulgandis, & ſanciendis. E

Promulgata lex qui. e Qui lex promulgaretur & ſanciretur.

Non de tollenda, ſed leuanda calamitate.) Locum hunc erudite illu-
uit Gruchius de comitijs Romanorum lib. I. quo loco colligit
s, *f* qui turpi iudicio damnati eſſent in perpetuum omni honore
uatos fore. vt è Cluentiana Ciceronis reſtatur. Tum ſi *g* qui pu-
co iudicio, cuius pœna exilium non eſſet, ſed ignominia tantum
ulctaue damnaretur, eis magiſtratum petere non licuiſſe. Ambitus
m h dānati (ante legē Tulliam latā à Cicerone Cōſule de ambitu)

 omni

Turpi iudicio damnati. g Iudicio publico damnati. h Ambitus
mnati.

A *omni honoris petitione priuabantur.* Notat hunc ipſum locum Gruchius, additque ſtatim, quæ lex illa Tullia fuerit de ambitu, ex Dione nempe, latam tum fuiſſe, cum Catilina moliretur omnia, & referente Cicerone placuit Senatui, vt ad pœnam ambitus exilium decem annorum adderetur. Huius legis meminit ipſe Cicero alijs locis, tum actione in Vatinium: *Cupio*, inquit, *audire ex te, quare cum ego legem de ambitu ex S. C. tulerim ſine vi tulerim, ſaluis auſpicijs tulerim, tu eam eſſe legem non putes?*

Per L. Cæcilium.) P. Sylla Cæcilij frater fuit, vel quod ex eadem matre ſint, vel quod alter alterius ſororem duxerit.

B *Primum Cæcilius qui id promulgarit.*) Loci huius lacunam ab eruditis hominibus longe ante obſeruatam, ingenioſe compleuit Lambinus, partim coniectura, partim libris antiquis adiutus, hoc modo: *Primum Cæcilius, qui fratris calamitatem leuare, pœna legis mitiganda voluerit, laudem meretur: deinde Cæcilium, qui id promulgarit, in quo res iudicatas videbatur voluiſſe reſcindere, vt Sylla reſtitueretur, Sylla recte reprehendit.* Neque vero his aſſentior, qui conijciunt, in verbis, quæ deſiderari putant, fuiſſe laudem Cæcilij, & fraternum amorem expreſſum, quo maxime impulſus, legem eam promulgarat.

C *Status enim Reip. maxime iudicatis rebus.*) a Recte hoc quidem & vere, vt & Calliſtratus, l. 37. D. De legibus Imperator noſter Seuerus ſcripſit in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritatem, vim legum, obtinere. Celebratur Imperatoris Antonini conſtitutio lib. 7. Cod. tit. De re iudicata. *Rebus quidem iudicatis ſtandum eſt.* & leg. 2. eiuſd. tit. *Res iudicatæ ſi ſub prætextu computationis inſtaurantur, nullus erit litium finis.* Poſſunt quidem leges abrogari: res vero iudicatæ, diſquiſitis omnium ſententijs, rerum, temporum & perſonarum rationibus æqua lance præponderatis, nunquam niſi ſummo Reip. periculo reſcindi poſſunt. *Exciſæ ciuitates*, inquit Cic. Verrina 5. *deſperatis*

D *rebus omnibus hos ſolent exitus exitiales habere: damnati reſtituuntur in integrum, vincti ſoluuntur, exules reducuntur, res iudicatæ reſcinduntur.* Philippus Macedo Craterem damnatum iniuriarum noluit infamia liberare, hoc addito: *Satius eſſe Craterem ſuo facto male audire quam Philippum alieno.* Alexandri etiam facinus longe præclarum laudatur, qui Athenodoro mulctam ſoluere, quam ei condonare maluit. Extat apud Liuium lib. 3. Cincinnati Conſulis vehemens actio in Senatum ſua decreta immutantem. *Quid ego mirer*, inquit, *ſi vana veſtra P. C. apud plebem auctoritas eſt? Vos eleuatis eam: quippe quia plebs ſenatuſconſultum in continuandis magiſtratibus ſoluit; ipſi quoque ſolutum vultis.*

E a *Rerum iudicatarum auctoritas.*

Nihil de iudicio ferebat.) Redit ad factum Cæcilij, idque expurgat ex diſſimili. Syllogiſmus integer eſt, antecedit aſſumptio. propoſitio ſequitur, poſtrema concluſio. b Pœna ambitus primis legibus pecuniaria fuit: poſtea pœnam renocari volebat. Locum hunc etiam notauit Gruchius ex Dione 37.

b *Pœna ambitus.*

Nemo labefactare.) Sententia repetitur aſſumptionis.

Sed quid ego.) Elegans eſt tranſitio, qua ſecundo purgat Cæcilium

per

per conceſſionem ex maiore: Quanquam peccaſſet Cæcilius, ignoſcendum tamen ei erat: at non peccauit: multo igitur magis ei eſt ignoſcendum. Antecedit propoſitio, probata cauſis, paribus, & genere. A

Implorârem ſenſus veſtros.) Hic latet vis parium: Quales vos in fratres veſtros eſſe velletis, talem L. Cæcilium in Syllam fuiſſe concedite. Pathetica certe oratio hæc, qualis omnino ad finem Cælianæ, cum patrem M. Cælij miſerum & abiectum ſenem iudici Domitio, eiuſque collegis ſpectandum proponit: *Conſtituitote*, inquit, *vobis ante huius ſenectutem, qui hoc vnico filio nititur, in huius ſpe requieſcit, huius vnius caſum pertimeſcit, quem vos ſupplicem veſtræ miſericordiæ abiectum non tam ad pedes, quam ad mentes ſenſuſque veſtros vel recordatione parentum veſtrorum, vel liberorum iucunditate ſuſtentate.* B

Ex humanitate commun.) Locus eſt à genere. Ratiocinatio ita texitur: Omnes homines decet humanitas: Cæcilius eſt homo: Ergo Cæcilium decuit humanitas.

Lex dies fuit.) Differitur aſſumptio argumentationis paulo ante poſitæ: ait enim Cæcilium non peccaſſe. Probatur diſſimilibus ſupra repetitis, teſtimonijs varijſque factis Cæcilij pro Reipub. ſalute.

Syllam illam.) Teſtimonium Syllæ, hic obſeruamus duram compoſitionem ἀκακολυθίας vocum; Syllam illam, &c. ſed hæc vt alia permulta, quæ incidere vitia in medio curſu orationis poſſunt, noſtrûm quiſque facilius obſeruat, quam virtutes conſectetur meliores. C

Ex illo tempore.) Sequuntur facta Cæcilii de lege Agraria impedita, de qua 2. Offic. Sed id facilius & verius à Dionis hiſtoria repetimus. Seruilius Rullus Trib. pleb. legem Agrariam tulit, cuius hæc capita præcipua fuiſſe Plutarchus memorat: Vt Decemuiri ſummo cum imperio crearentur, qui haberent in ſua poteſtate Italiam, Syriam, quæque virtute Pompeii recens imperio Romano adiecta erant: iidem venderent quicquid publicum Romani populi eſſet, exules dicerent, colonias deducerent, pecuniam caperent ex ærario, milites conſcriberent, iudicarent de omnibus de quibus ipſi vellent. Hanc legem Cicero ſtatim inito Conſulatu labefactare cœpit: qua intentione Senatores, omneſque bonos maximarum largitionum metu liberauit. Tres fuere orationes, huius ſtudij Ciceroniani im... teſtes: quarum priore, aduerſus Rullum Trib. pleb. differit in ... eum publicarum venditionem, emptionem agrorum, & coloniarum deductionem: Altera, legem Seruiliam tollendam eſſe ſuadet, quod ſimulatione largitionis Tyrannidem Rullus conſtitueret, & libertatem populo eriperet, Decemuirorum creatione. Quæ actio M. Tullii Tribunos in deſperationem coniecerunt, vt legem mi... ne ſtatuere potuerint. Fuere & aliæ duæ breues eadem de re ...nes, quarum fragmentum extat. D E

a *Lex Agraria qua*

...tque in ipſa rogatione.) Hactenus de Cæcilio: nunc de gladiatori... & vi. Reſpondet Cicero ex diſſimili: Quod non à Sylla, aut Cæ... ſed ab Autronio compararentur.

A *Eius voces, eius mina.*) Amplificatio terroris ex partium enumeratione.

Itaque P. Sylla.) Complexio, quod omnium Syllæ malorum cauſa fuerit Autronius.

Hic tu epiſtolam.) Sexta & vltima *a* obiectio Torquati in Syllam, qua vt firmiſſimo argumento colligebat accuſator P. Syllam coniuratum eſſe, idq; Ciceronis ipſius teſtimonio, qui epiſtola quam ad Pompeium Magnum, Syllam criminis huius inſimularet. Suſpicionem hanc primum cauſis refutat: Satis erat facultatis improbique animi in principibus coniurationis, vt grauiſſimum ſcelus iſtud

B ſine P. Sylla & conciperent, & conceptum perficerent. Eodem genere argumenti vtitur Antoniana ſecunda: quo loco ſe purgat de Cæſaris Iulij cæde, cuius quidem auctorem & ſuaſorem Ciceronem dictitabat Antonius. Ait enim permultos alios omnium ætatum & ordinum homines fuiſſe, qui neque alieno conſilio, neque facultatibus externis indigerent, imprimiſque Brutos, & Caſſium. *Quid? C. Caſſius in ea familia natus, quæ non modo dominatum, ſed ne potentiam quidem cuiuſquam ferre potuit, me auctorem, credo, deſiderauit.*

a 6. *Argumentum in Syllam*, ex quadam epiſtola Ciceronis *conſtare Syllam eſſe coniuratum.*

C *De quo etiam.*) Secundo refellit dicto ipſius Torquati, hoc modo: Si Sylla coniuraſſet, recuperare Conſulatum cogitaſſet: At hoc negat Torquatus; Ergo & illud.

Suſtuliſti hanc ſuſpicionem.) Argumentationis aſſumptio per euerſionem conſequentis.

Quod ſi tibi ego.) Hucuſq; M. Tullius diu multumq; contendit in refellendis ſex criminationibus in Syllam obiectis à Torquato, quibus eum coniuratum eſſe volebat: ſequitur deinde vice confirmationis diſputatio de moribus Syllæ, qua contendit eum ab hoc crimine coniurationis aleniſſimum eſſe.

D *Iam enim faciam.*) Tranſitionem facit, qua redditur cauſa, quamobrem eum dicendi ſit ordinem ſequutus.

Omnibus in rebus, Iudices.) Diſputatio de moribus & vita Syllæ *b* ſic inſtituitur: Vita ſua quemque demonſtrat Syllæ optima vita eſt: hæc igitur eum innocentem demonſtrat. Propoſitionis argumentum eſt ex cauſa veri iudicii, quæ eſt perpetua vitæ conſtantia, ad quod illuſtrandum adhibetur inductio exemplorum, quæ petuntur à coniuratis. opponit enim euidenter & artificioſe turpiſſimum vitæ genus coniuratorum, P. Syllæ modeſtiæ & integritati, vt perſpicue confirmet eos, qui tot eſſent alijs naturæ vitæq; flagitijs implicati,

E non abhorruiſſe à coniuratione: Syllam vero bene memoratum & modeſtum hominem, longe abfuiſſe ab ea cogitatione, quæ ſuæ naturæ tam aperte repugnaret.

b *Vita Syllana ratio.*

Catilina contra Remp.) Primum exemplum ex Catilina, *c* in quo ſtuptum Aureliæ Oreſtillæ, cædeſque priuigni notatur. Catilina ſub Sylla Dictatore meruit, homine rapaciſſimo, & libidinoſiſſimo: vnde non eſt mirum, ſi è malo coruo malum ouum. *Iam primum*, ait Salluſtius, *adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat, cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſta, & alia huiuſcemodi cōtra ius faſq;. Poſtremo captus amore*

c *Catilina facinora.*

Aurelia Oreſtilla, cuius præter formam nihil vnquam bonus laudauit A
z nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, pro certo cre-
necato filio vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe. Qua quidem mibi
nis videtur cauſa fuiſſe facinoris maturandi. hæc Salluſt. Porcius ve-
tro, auctor non incelebris, *a* ſua in Catilinam declamatione id
copioſeq; oſtendit: *Lux illa præclari atq; excellentis ingenij nonne in-*
diſſimas voluptatum ſordes reſtincta eſt? Omitto peſtis huius impuriſſi-
voces, mollitiem ſcenicam, obtuitus impudicos, blanditias muliebres, &
m deniq; copiam non mediocrium vitiorum ſub illa frontis erudita ſimul
nſigni pulchritudine deliteſcentem, Præterea mentem illius pluſquam gla-
riam, ſitim incredibilem humani cruoris, vultum nunc remiſſum, nunc B
em, nunc anhelantem ſcelus, nunc gratia meretricia floreſcentem, ſum-
pecuniæ deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem & contemptum in-
bilem bonorum omnium, itemq; exmiam cum ſummis atq; ornatiſſimis
us familiaritatem. Nihil enim fuit iſto monſtro verſipellius aut mutabi-
hominum memoria, ita vt res diuerſiſſima ſæpenumero crederentur in eo-
ingenio, tanquam in ſentina quadam teterrima ſimul redundare. Quis
r dubitandum eſſe putauerit, hominem præditum huiuſce inſtitutionis vi-
ametiſſimum ab omni genere humanitatis, perfacile ſeſe teterrimo atq; im-
iſſimo facinori fuiſſe accommodaturum?
ſcriptio morum Catilinæ ex Percio declamatore. C

Quis Lentuli.) Alterum exemplum de P. Cornelio *b* Lentulo Sura,
fuit vnus è præcipuis Catilinæ ſociis, imo vero princeps Reip. oc-
andæ. Iactitabat enim ex libris Sybillinis, tribus Corneliis re-
um portendi, Cinnam primum, Syllam Dictatorem alterum, ſe
tium eſſe, cuius fatum foret vrbe potiri. Quod vaticinium ſæpe in
tilinariis exagitat actionibus.
entulus Sura qui.

Quis de Cethego.) *c* Hunc natura fuiſſe vehementi, feroci, manu
mptum, ſcribit Salluſtius. Vt enim *d* Statilio & *e* Gabinio deman-
a cura erat vrbis opportunis locis incendendæ, ita Cethego inter- D
iendi Conſulem, & optimum quemq; opprimendi.
ethegus. d *Statilius.* e *Gabinius.*

Ac de vulnere Q. Metelli.) Coniicere eſt Cethegum in Hiſpaniam
ofectum eſſe ad Sertorium Romanis bellum facientem: vbi etiam
Metellum vulnerauit. Lege quæ de Q. Metello retulit 3. Saturnal.
acrobius.

Cui non ad illius pœnam carcer) Sic Catilin. 2. & 4. ſignificat *f* ad pœ-
m ædificatum fuiſſe carcerem: Vlpianus tamen, ad continendos
ntaxat reos. Ex quibus intelligimus alium Ciceronis tempore,
ium Vlpiani ætate vſum fuiſſe vinculorum. Certe Liuius lib 1. ait, E
rcerem ad terrorem creſcentis audaciæ media vrbe foro imminentem ædifica-
m. Cicero noſter ad pœnam fuiſſe putat: vt & noſtri canoniſtæ
cap. forus, Ext. de verb. ſignif. & cap. quamuis, de pœnis lib. 6.
xempla damnatorum ad perpetuos carceres leguntur apud Valer.
Max. cap. 3. lib. 6. de Caio Varieno: & lib. 6. cap. 1. de Cornelio primi-
ilo.

f *Carcer ad quid.*

Omitto cæteros) Quartum exemplum præteritione ſubticetur, atq;
n his concluditur propoſitionis ſententia.

A *Vnumquemq; illorum prius*) Præclara ſententia de conſcientiæ verbere: cum quo confer quæ diſputat 1. Leg vt & Iuuenal. Satyr. 13.

Ipſum illum Autronium.) Quintum exemplum & vltimum de Autronio.

Petulans, libidinoſus.) De Cethegi libidinibus & flagitiis Plutarch. in Lucullo. his autem Ciceronis verbis oratorem fuiſſe Cethegum colligimus.

Pugnis & calcibus.) Græcum illud exprimitur πὺξ καὶ λάξ, ex Pace, Ariſtophanis comœdia. Lege adagium, *Pugnis & calcibus.*

Cædem facere.) Iſtæ cædes & latrocinia fuerunt in Syllana proſcri-
B ptione, quæ etiam M. Craſſo obiiciuntur vltimo paradoxo.

Manifeſtiſſimis rebus.) Id eſt probationibus & firmis argumentis, vt paradoxo 4. *Rebus addicam neceſſariis.*

Teneretur.) Sic 1. Catilin. *Conſtrictam omnium conſcientia coniurationem tuam teneri non vides?*

Agedum, conferte.) Fuit hactenus propoſitio: ſequitur aſſumptio, Quod optima ſit probatiſſimaq; vita Syllæ, per comparationem cum Autronio.

Ecquod huius factum.) Primum laudat in Sylla ſobrietatem, tum in factis, tum in dictis: deinde manſuetudinem.

C *Verbum ecquod.*) Locus hic laudis eximius, ex adiunctis manſuetudinis. Rhetores appellant ἠθοποιΐαν.

Quis P. Sylla mitior?) Longe alia ſententia eſt Ciceronis a de P. Sylla 2. Offic. *Nec vero vnquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt; quam P. Sylla cum vibraſſet, Dictatore propinquo ſuo, idem ſexto & triceſimo anno poſt, à ſceleratiore haſta eadem non receſſit.*

a *P. Sylla vt deſcribatur à Cicerone in officiis.*

Vitam eſt à L. Sylla deprecatus.) b Locus hic citatur à Gellio cap. 16.
D lib. 6. vbi diſputat de vi verbi Deprecor, quod hac in oratione ſignificat propulſo periculum alicuius, atq; precibus auerto. Sic pro Rabirio perduellionis reo: *Non ſupplicium deprecarer, ſed præmium poſtularem. Nam ſi Rabirius fraudem capitalem admiſit, quod arma contra Saturninum tulit, huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, quæ tum fuit.* Deprecationem interpretor, excuſationem, vel depulſionem. Idem 1. Catil. *Vt à me quandam prope iuſtam patria querimoniam deteſter atq; deprecer*, &c. Ouid. 2 Faſt vbi de Arione Citharœdo, quem piratæ in ſalum præcipitem dare conſtituebant:

—Mortem non deprecor, inquit,
E *Sed liceat ſumpta pauca referre lyra.*

b *Deprecor, verbum quid.*

Ennius Erechtheo: *Quibus nunc ærumna mea libertatem paro? Quibus ſeruitutem mea miſeria deprecor?* Gellius 6. cap. vlt. paullo tamen aliter Nonius in Deprecor. Suetonius Octauio, 5. *in deprecanda grauiore adulterij pœna.* Eo ſenſu accepit Seneca de benefic. 3. cap. 24.

Quos ego nominarem.) Præteritio, qua tacite occupatur inuidia tantæ potentiæ.

Vt quod potuit.) Concinnitas compoſitionis ex paribus membris.

Quid reliquam.) Tertio loco laudantur variæ virtutes & ornamenta Syllæ.

Quæ

Quæ domus?) Egreſſio eſt valde elegans & opportuna ad lugendam Syllæ *a* miſeriam, vt iudices ad miſericordiam trahat. Amplificatur itaq; miſeria variis modis, primum magnitudine rerum amiſſarum, deinde circumſtantia temporis & perſonæ, poſtremo cauſa miſeriæ, & comparatis. A

a *Miſeria deſcriptio.*

Vna eripuit hora) Locus commiſerationis. Certe nihil infelicius quam ex beato miſer: ſed eo miſeria maior exiſtimatur, quo magis repentina, & felicibus hominibus nihil tale cogitantibus accidit. Quæ repente ruunt, grauiorem afferre perniciem ſolent: quæ ſenſim, non tam lædunt: quod prudentes homines, ſi non omnino auertere fata, vt ita dicam, tamen quodam modo lenire poſſunt. B

Poſtea vero quu.) Redit ad Syllæ laudes, & quarto loco eſt moderatio *b* & pudor: Poſtquam damnatus eſt, nullus eum niſi animo demiſſum & mœſtum eſſe vidit.

b *Modeſti εἰκὼς.*

Magis odio, quam pudore.) Remouet cauſam ſuſpicioſam demiſſi & afflicti animi in Sylla, qui non hominum odio (nemo enim bonus vnquam bonos odiſſe poteſt) ſed verecundia quaſi latebras quæreret, & ab hominum aſpectu ſe ſubtraheret. Sic enim putabat, quæ veniſſet ex merito, pœnam dolendam eſſe. C

Et cum lege retineretur.) Augetur pudor Syllæ ex variis adiunctis & diſſimili, quia cum manere poſſet, non manſit.

In hoc vos pudore.) Concluſio ratiocinationis per apoſtrophen ad iudices: Itaq; cum Syllæ vita ſit optima, non coniurauit. Citauimus alias ex Seneca, *eum quem peccaſſe pudeat, pene innocentem videri.*

Aſpicite ipſum) Deinceps Orator varia & copioſa oratione commoratur in augenda complexione. Prima quidem amplificatio fit iteratione ſuperiorum argumentorum, de perſona Syllæ, de vita, & amicis. D

Hosne amicos) Collatio minorum: Non modo Remp. noluiſſet interire, ſed ne amicos quidem Redditio antecedit: augetur propoſitio adiunctis, effectis, repugnantibus.

Non inquam cadit.) Iteratur complexio breui epilogo ſummorum argumentorum.

Noua quadam illa.) Secunda amplificatio multo vehementior priore, ſumitur ex atrocitate coniurationis, quam deſcribit genere & cauſis. Obſeruanda eſt Ciceronianorum verborum apta & accommodata, vt ita dicam, granditas.

Bellua quadam illa) Locus hic certe præclarus, quo per ἐνάργειαν deſcribuntur adiunctis effectisq́ nefariorum hominum mores, qui fidem, qui ius, qui religionem, humanæ ſocietatis vinculum nulla in parte ponunt: *c* quiq; non homines (id enim humanitatis & honoris nomen eſt) ſed belluæ potius immanes & feræ recte appellantur. Ea maxime cauſa natum puto adagium vetus, *Homo homini lupus.* & rectiſſime M. Tullius 3. de Offic. *Quid intereſt, vtrum ex homine ſe conuertat in belluam, an in hominu figura immanitatem gerat bellua?* Itaq; cenſet detrahere aliquid alteri, & hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſſe contra naturam, quam ſit mors, quam paupertas, E

 quam

c *Qui in patriam hoſtili animo dimicant, non ſunt homines ſed belluæ.*

A quam dolor. Lactantius idem omnino diſputat 6. de vero cultu: *Primum officium iuſtitiæ eſt, coniungi cum Deo: ſecundum, cum homine. ſed illud primum, religio dicitur: hoc ſecundum, miſericordia, vel humanitas nominatur.* & deinceps: *Pro belluis ergo immanibus habendi ſunt, qui hominibus nocent: qui contra ius humanitatis, & fas omne ſpoliant, cruciant, occidunt, exterminant.*

Perſpicite etiam.) Confirmatio deſcriptionis poſitæ ex adiunctis flagitiis coniuratorum.

Ex magnis & diuturnis.) Diſputat iterum cauſas coniurationis, vbi eſt allegoria à morbis inſanabilibus, quæ traducitur ad vitia Remp. B vexantia.

Furiæ quædam incitauerunt.) Facinus hoc execrandum diſſimilium comparatione auget, vt quod non tam à natura menteq; hominum profectum, quam Furiarum impulſu machinatum ex cauſa finali oſtendit, nempe vt facinoroſi dignas Reipub. pœnas penderent. Certe non prætermittam quid ipſe Cicero per a Furias intelligat duobus aliis locis. ſic enim in Piſonem: *Nolite putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impie ſceleratèq; commiſerint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemq; fraus & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemq; ſcelus agitat, amentiáq; afficit: ſuæ ma-* C *læ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent. hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ.* Seneca 1. de clementia: *ferina iſta rabies eſt ſanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in ſylueſtre animal tranſire.* Lege eiuſdem epiſt. 104.

a *Furiæ quæ in homine.*

In hunc igitur gregem.) Tertio repetitur concluſio ſyllogiſmi per interrogationem, quaſi diceret: Non ergo Sylla coniurauit.

Vbi erit igitur) Amplificatio tertia, qua iteratur idem argumentum de vita Syllæ: Si quando vita profuit, hoc certe tempore prodeſſe debet. Frequentes ſunt apud Oratorem eiuſmodi amplificationes, vt D pro Sextio, Flacco, Plancio, & aliis nonnullis.

Quæſtiones nobis.) Perſequitur amplificationem tertiam, & b quæſtiones reiicit per diſſimile: Non eſt tormentis, ſed vitæ anteactæ habenda fides. Explicatur protaſis diſſimilium ex adiunctis quæſtionum. *De ſeruis autem nullæ quæſtiones habebantur in dominos, niſi in criminibus inceſtus & coniurationis*, ait Cicero in Partitionibus. Præclarus hic eſt contra quæſtiones locus, qui non minimum iuuatur Imperatoris Adriani reſcripto, quod eſt Pandectarum lib. 48. l. 1. tit. De quæſtionibus. § Quæſtioni. Sic enim ille: *Quæſtioni fidem non ſemper, nec tamen nunquam habendam, conſtitutionibus declaratur. Etenim res eſt* E *fragilis & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Nam pleriq; patientia ſiue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab iis veritas nullo modo poſſit. Alij tanta ſunt impatientia, vt quiduis mentiri, quam pati tormenta malint: & ita fit, vt etiam vario modo fateantur, neque tantum ſe, verum etiam alios criminentur.* Et hæc quidem Adrianus. Cæterum M. ipſe Cicero perſpicue id docuit in Partitionibus oratoriis, quo loco agit de argumentatione, deq; aſſumptorum locorum artificio: *Sæpe quæſtionibus reſiſtendum eſt*, inquit, *quod & dolorem fugientes multi, in tormentis, ementiti perſæpe ſunt, moriq; maluerunt falſum fatendo, quam infitiando dolere*, &c.

b Lo[illegible] b *Locus in Quæſtiones.*

Vita P. Syllæ.) Redditio diſſimilitudinis, *a* quod vita Syllæ duntaxat A hoc in iudicio ſpectari debeat. Recte dixit quiſpiam è veteribus non minus inſpiciendos eſſe accuſatorum & conuiciatorũ mores, quam eorum qui viruperantur aut accuſantur. Etenim videndum ſemper, quo animo, quaq; occaſione quidq; dicatur, quia non ſemper verum eſt, quod obiicitur crimen, vtq; ait Fabius: *Conſtare quidem ſibi poteſt innocentia, ſed nunquam ita ſibi poteſt conſtare fama.* Accuſatus itaq; aliquando maior Africanus de præda male ſociis partita, ad accuſationem non alia via reſpondit, quam quod ſuas res egregie geſtas ob oculos audientium poſuerit. Et Vario Sucronenſi accuſatori Æmilius Scaurus ſibi bene conſcius grauiter & argute reſpondit: Varius B accuſat Æmilium proditionis: Æmilius negat: vtri creditis? Exemplum eſt cette memorabile Q. Metelli Numidici, qui ſenex magnæ auctoritatis de ciuitate decedere quam de ſententia maluit. Cum cauſam de repetundis diceret, & tabulæ ipſius ab accuſatore poſtulatæ eſſent, ad nomen inſpiciendum in iudicio, vti mos Romanus erat, Senatus vniuerſus ab earũ inſpectione amouit oculos, ne forte quod in tabulas publicas retuliſſet, dubitaſſe quiſpiam, verumne an falſum eſſet, videretur. hoc ergo pacto euaſit. Recte enim & ex æquitate iudices exiſtimarunt, non in tabulis aut rationibus, ſed in vita Q. Metelli argumenta prouinciæ adminiſtratæ legenda ſibi eſſe: indignumq; cenſebant tanti hominis integritatem exigua cera & tabellis comprobari. Val. Max. cap. 10. lib. 2. C

a *Vita hominis ſpectanda, non crimen quod intenditur.*

Sed tamen ſi nihil.) Continuatur eadem amplificatio ex pari: Periculum eſt commune omnibus. quare habeatur ratio vitæ anteactæ. Reiiciuntur autem hic teſtes. vt ſupra quæſtiones.

Valeat ad pœnam) Primum argumentum repetitur de vitæ conſtantia & perpetuitate.

Quid vero hac auctoritas.) Defenſionis vltimum argumentum eſt à teſtimonio ipſius Ciceronis, quod amplificatur diſſimili: Cæteris D coniuratis non adfui, Syllæ adſum: quare id valere ad Syllæ ſalutem debet.

Graue, ſi appetimus.) Commode poſita occupatio: At non debes de te dicere. ſoluitur ita: Imo debeo me ipſum defendere Laudatus certe *b* meritaq; commendatione ornatus ob res egregie geſtas M. Tullius, ſed & amicis viris grauibus, nedum aduerſariis reprehenſus aliquando & ſæpe fuit, quod in ore frequentius ſuas Nonas Decembres haberet. Is fuit reſtinctæ coniurationis dies. Id confirmat Plutarchus grauis auctor, cum ſcribit, odioſum ſe M. Tullium reddidiſſe multis, non quod mali quidpiam faceret, ſed quod ſe laudaret ſæpius & importunius. vix enim vnquam Senatus, aut populus, aut iudicum concilium coire poterat, quin audiretur aliquid de Catilina, de Lentulo, deq; aliis factionis eiuſdẽ ſociis. Idem etiam permultis ſuis ſcriptis fecit, vt quæ oratio ſuauiſſima eſſet, & plurimum gratiæ habebat, hac vna minime opportuna commemoratione laudum, quę ſæpe repeterẽtur, moleſta redderetur. Sed Ciceronem noſtrũ ab ea iniuria vindicare quadam parte poſſumus. Id enim nõ ſine ratione fecit: aut enim & ſe & eos tuetur, quibus in reſtinguendo coniurationis incendio vſus erat: aut inuidiã placare nitebatur, cui tamen non potuit eſſe par. E Indi-

b *Cicero ſuarum laudum iactator immodicus.*

Digitized by Google

A Indigniſſimum enim ille perpeſſus eſt exilium, qui ornari pro merito debebat: vt earum rerum, quas in Conſulatu geſſit frequens commemoratio, non tam gloriæ quàm defenſioni data videri poſſit. Sic enim oratione pro domo ſua: *Quoniam hoc reprehendis, quod ſolere me dicas de me ipſo glorioſius prædicare, quis vnquam audiuit, cum ego de me, niſi coactus, ac neceſſario dicerem? Nam ſi, cum mihi furta, largitiones, libidines obijciuntur, ego reſpondere ſoleo, meis conſilijs, periculis, laboribus eſſe patriam conſeruatam, non tam ſum exiſtimandus de geſtis rebus gloriari, quàm de obiectis non confiteri.*

Accuſati ſunt) Occaſione dignitatis commemoratæ delabitur in B defenſionem quorundam Conſularium, quos ſua oratione Torquatus perſtrinxerat: idemq; eos antea Catilinæ adfuiſſe dixerat, vt nūc Cicero Syllæ adeſt. In defenſione pro Cælio perſpicue oſtendit permultos ex omni *a* ætate & ordine ſtuduiſſe Catilinæ. Quo loco contendit crimen, quod cùm multis, & quidem multis viris bonis eſt commune, in vnum Cælium non eſſe conferendum. Aliàs admonuimus ex Salluſtio fuiſſe eiuſdem ſuſpectum ſocietatis, indicio cuiuſdam L. Tarquinij, quem ad Catilinæ caſtra proficiſcentem retractum ex itinere aiebant. hic cum in ſuo indicio Craſſum nominaſſet, hominem nobilem, magnis diuitijs, ſummaq; potentia, plerique C rem minime veram iudicarunt: alij quanquam pro vero haberent, quia tamen in tali tempore tanta vis hominis magis leniēda, quàm exagitanda videbatur, nonnulli Craſſo addicti, conclamarunt indicem falſum eſſe. Graue autem qui exiſtimarent indicium illud, à P. Autronio, de quo ante ſatis multa, machinatum, quo facilius appellato Craſſo per ſocietatem periculi, reliquos illius potentia tegeret. Fuerunt deniq; qui à M. Tullio immiſſum Tarquinium affirmarent, ne Craſſus more ſuo, ſuſcepto improborum patrocinio, Remp. perturbaret. Addit Salluſtius Ciceronem nullis precibus aut gratia impelli potuiſſe, vt per Allobrogas, aut per alium indicem, C. Cæſar falſo nominaretur. D

a *Permulti etiam boni viri Catilinæ ſtuduerunt.*

Quinetiam parens tuus) Alterum argumentum ex pari: Torquatus pater tuus Catilinam defendit: Conſulares igitur defendere pari de cauſſa potuerunt.

Reo de pecunijs repetundis) Catilina prætor Africam vexarat, & à Publ. Clodio *b* accuſatus eſt repetundarum: cumque petiturus eſſet Conſulatum, prohibitus eſt. Huic in iudicium pertracto adfuit Torquatus pater, quo anno Conſul fuit prætore Cicerone, vt diximus.

E b *Catilina repetundarum accuſatus.*

At idem non adfuit) Occupatio ex diſſimili: Torquatus pater non adfuit Catilinæ, quando eſt accuſatus parricidij: Conſulares nonnulli adfuerunt. Locus hic ſic intelligendus ex Dionis hiſtoria *c* Anno Conſulatus M. Tullij memorabile id accidit, quod is qui Syllæ Dictatoris iuſſu, Lucretium occiderat, & alius qui multos proſcriptos interfecerat, rei facti inter ſicarios, damnati ſunt, auctore maxime Iulio Cæſare. Reperio & Catilinam, quod permultos à Sylla proſcriptos occidiſſet, in iudicium adductum, & abſolutum. Id autem iudicium eſt, de quo hîc Cicero loquitur cui iudicio cur nō adfuerit Torqua-

c *Catilina parricidij accuſatus.*

Torquatus pater, non ſatis conſtat: niſi colligamus ex ſequentibus A Marci Tullij verbis, eundem Torquatum noluiſſe partes Catilinæ ſequi, ſemperque illi adeſſe, quem nefarium & ſceleſtum manifeſtis argumentis obſeruabat. Cui quanquam alias adfuiſſet, quis non videt potuiſſe virum bonum decipi ſimulatione virtutum, quas permultas in Catilina fuiſſe adumbratas palam eſt? Hæc ſi quis conſideret, mecum vnà, ni fallor, ſentiet. Parum enim me mouet Lambini coniectura, qui putat hunc locum deprauatum eſſe, dicitq; Catilinam de inceſtu accuſatum, fuiſſe à Torquato defenſum. Quod an verum ſit, alij viderint: minus certe probare poſſum quod adjicit, addubitando tamen. An probabile videri poſſit, Torquatum adfuiſſe Catilinæ de prima coniuratione accuſato, præſertim cum Torquatus ipſe Conſul in magna periculi ſuſpicione verſaretur. Sed hæc leuiora fortaſſe. Iam illud nulla parte poteſt excuſari, cum confundi putat coniurationis crimen cum crimine repetundarum. Conſtat itaq; Catilinam bis accuſatum, parricidij nempe, & repetundarum: nam coniurationis crimen non eſt cum alijs quæſtionib. permiſcendum. Quæ minime à me dicta ſunt, vt viri doctiſſimi luminib. officiam, ſed vt philologus intelligat hunc Ciceronis locũ aliqua parte ſalebroſum, nõ facile, niſi hiſtoriæ lumine, declarati poſſe. Lege Cic. ad Att. 1. epiſt. 16 orationem in Piſonem non longe à fine: Dion. 37. & Franc Robortelli, viri ſane acuti emendation. lib. 1. c. 4. vbi hæc tota lis mihi diſceptari videtur. B C

Si poſtea cognorat) Latet hîc argumentum à maioribus Si iuſta putetur venia danda Torquato, qui Catilinam deſeruit, poſtquam illum certis indicijs flagitioſum eſſe agnouit; multo magis ignoſcendum eſt ijs qui poſtea nihil audierunt.

Sin illa res) Colligit argumentum parium hac argumentatione: ſi defenſio veteris repetundarum criminis valuit; valeat etiam recentis defenſio: At prior valuit: poſterior itaque.

At idem ijs) Proxima concluſio amplificatur ex diſſimili, cuius protaſis exprimitur: Conſulares cæteris coniuratis non adfuerunt, quia ſcelerati eſſent. Deeſt apodoſis, ſeu redditio, quam ita colligimus: Catilinæ vero adfuerunt, quia non talis putabatur. D

Atq; vt de eorum) Perſequitur defenſionem Conſularium per virtutum, quibus præditi erant, explanationem. Idem & alijs locis permultis, ſed maxime oratione pro Sextio inculcauit.

Neq; ego præcipue) Correctionem adijcit loco commodo: Cum Conſulares laudo, cæteris ſuam gloriam non eripio.

Prætores fuerunt) Lucius Valerius Flaccus, & L. Pontinus Prætores in ponte Miluio Allobrogas Gallorum legatos vna cum coniuratis ad Catilinam properantes interceperunt. E

Sed quid ego) Reuocatione ad ſuum teſtimonium Cicero redit, ſurſumque probat ex repugnantibus, quod non fuerit defenſurus inimicum ſuum. Quam ſententiam auget diſſimilibus, adiunctis, factis.

Si medius fidius) Altera eſt argumentatio ad eandem teſtimonij probationem ex maiore: Si res meæ geſtæ non me cogerent odiſſe coniuratos, tamen natura mea me cogeret: At res ſunt meæ magnæ & multæ: multo igitur magis coniuratis infenſus ſim, neceſſe eſt.

Vt quem

A *Vt quem timuerit*) Ea fuit Aeſopi ſententia in apologo de Agricola & ſerpente. Contrà tamen exempla ſunt apud Valerium Maximum lib. 4. cap. 2. de Reconciliatione.

Caſu magis & felicitate) Quæ fortunæ *a* quadam proſperitate fiunt, eorum auctores nos non ſumus, neque propterea laudem meremur, vt oſtenditur exemplo Timothei Athenienſis, quem etiam dormientem vrbes capere ſolitum finxit pictor, vt refert in Sylla Plutarchus.

a *Fortuna magis quam virtute facta non laudantur.*

Non modo mihi nihil) Prolepſeos eſt ſolutio, per inficiationem auctam à maiore.

B *Non ea in Rep.*) Ratio ſolutionis ex varijs circumſtantijs tantæ inſolentiæ atq; arrogantiæ repugnantibus.

Graue eſſe enim) Poſtrema eſt Ciceroniani teſtimonij confirmatio ex maiore: Si dicerem omnia quæ poſſem ad confirmationem meæ auctoritatis, merito id facerem, multumque valere id teſtimonium deberet: At id non facio: Ergo multo valere magis debebit.

Cui vni Togato) Tertia Catilinaria copioſe Cicero declarat, quomodo coniuratos *b* in ponte Miluio deprehenſos cum Allobrogibus in ædem Concordiæ adduxerit Conſul, ibique patefacta coniuratione gratias ei Senatus ampliſſimis verbis egerit. Idem ſæpe inculcauit in Catilinarijs, vt ad finem 2. *Bellum inteſtinum ac domeſticum me vno Togato duce & imperatore ſedetur.* In tertia ſic: *Erepti ex crudeliſſimo ac miſerrimo interitu, me vno Togato duce ac imperatore viciſtis.* Quarta denique huius ipſius ampliſſimi honoris ſplendide meminit: *Quod meo nomine ſupplicationem decreuiſtis, qui honos Togato habitus eſt ante me nemini.* Sed & ſe mihi locus offert è 2. Antoniana: *L. Cotta ſupplicationem decreuit verbis ampliſſimis, qui honos poſt conditam hanc vrbem habitus eſt Togato ante me nemini.*

D b *Quomodo patefacta coniuratio.*

Non dico id) Aſſumptio per præteritionem laudum, de quibus iam ante. Similis prudentia ſupra notata eſt, ad illum locum. *Multum deberet valere hac vox*, &c & deinceps: *Sed tamen nondum*, &c

Quamobrem vos Dij) Peroratio *c* incipit, cuius duo præcipua membra, quæ totidem præcipuis orationis capitibus reſpondent: Primum quidem continet apologiam M. Tullij iureiurando confirmatam: poſtremum vero Syllæ: Quæ peroratio fere ad miſerationem tota confertur.

E c *Peroratio.*

Dij patrij ac penates) Deos *d* patrios ac penates eoſdem intelligit, nempe vrbis cuſtodes, vt Iupiter Capitolinus & Minerua, qui à Cicerone nominantur in extrema oratione Pro domo ſua: *Quocirca, te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim, maximum nominauit: teque Iuno Regina, & te cuſtos vrbis Minerua, quæ ſemper adiutrix conſiliorum meorum, teſtis laborum extitiſti, precor ac quæſo, &c. Veſque patrij penates, familiareſque, qui huic vrbi & Reipublicæ præſides eſtis, vos obteſtor: teque Veſta mater, cuius caſtiſſimas ſacerdotes ab hominum amentia, furore & ſcelere defendi.* Virgilius ad finem etiam primi Georgici.

d *Dij patricij.*

Dii pa-

Dii patrii indigetes, & Romula, Veſtaq́ mater, A
Quæ Thuſcum Tiberim, & Romana palatia ſeruas.

Teſtor integro meo animo) Formula quædam iuriſiurandi fuit olim iudicibus obſeruata.

Itaq; ego idem ille) Pro concluſione, quare Syllæ defenſionem ſuſceperit, repetitur lenitas, de qua iam ante, cum excuſatione ſeueritatis in coniuratos.

Nihil feci, niſi coactus) Optimi *a* iudicis eſt, non perſonæ, ſed ſceleris odio, ſeuerum ſe præſtare. Eſſet enim plane inhumanum, ſi quis odio nocentis innocentiam perderet.

a *Officium iudicis.* B

Reipub præcipitantis) Id eſt periclitanti, & in exitium ruenti: vt initio huius orationis, *Præcipitante Rep. me vehementem fuiſſe.*

Miſericordia ciuium adducti) Eam fuiſſe neceſſariam omnino in factioſis Catilinæ ſocios animaduerſionem, ſupra iam ſatis docuimus.

Salus eſſet omnium amiſſa) Epiphonema patheticum, & certe energiticum. Satius fuit paucorum hominum ſupplicio Rempubl. pene iam oppreſſam ſeruare.

Sed vt ad ſceleratorum) Argumentum à pari, in quo etiam latet vis diſſimilium: Reip. ſtudio in ſceleratos animaduerti: ſponte vero & volens ſalutem innocentum tueor. C

Nihil vi... eſſe) Fuit adhuc perorationis prius membrum de Cicerone ipſo. Reliquum nunc ſequitur de Sylla, in quo varie Orator miſericordiam iudicum captat ex Syllæ calamitate, quam priore iudicio de ambitu pertulerit, & præſentis infamiæ atque probri periculo.

Neq; enim) Occurrit tacite obiectioni ex diſſimili: Non vt calamitatem leuet, ſed ne dignitatem, & nobilitatis *b* amittat titulos, ad vos ſupplex accedit Sylla. Sic enim honeſti viri amiſſo ſplendore, & dignitate nominis detracta, vitam ſibi putant acerbiſſimam: atq; cum non ſint amplius, qui fuerant, non eſt cur velint viuere. D

b *Vita ſplendore amiſſo vita peracerba.*

Aperientur maiorum imagines) *c* Intelligimus hac ironica ſententia, reos non modo veſtitum mutare ſolitos, cum cauſſam capitis dicerent, verumetiam ſi quid eſſet in familia domoque ſplendidi & illuſtris, celare conſueſſe. Hunc locum ita primum illuſtro, beneficio maxime ac ope Sigonij, qui me docuit erudita ſua commentatione, quæ eſt cap. 20. lib. 2. de ciuium Roman antiquo iure: Profert enim locum è Polybij 6. Romanos nempe diebus feſtis, apertis armariis imagines exornaſſe: Cum vero ex domeſticis quiſpiā mortuus eſſet, eas in funere extuliſſe, addito reliquo corporis trūco, vt magnitudine quam ſimillimæ apparerent. Viderā certe Plinii locum è l b. 35. cū ait ille: *Apud maiores in atriis imagines erant, quæ ſpectarentur, nō ſigna externorum artificū, nec æra, aut marmora. Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebātur armariis, vt eſſent imagines, quæ comitarētur gentilitia funera: ſemperq́ defuncto aliquo, totus aderat familia eius qui vnq́ fuerat, populus.* Imagines autē erant inſignium virorū ſimulachra ad oris ſimilitudinē artificioſe effīcta, colorib. pigmentiſq; adumbratum referentia, quę In domus inſigniore & celebriore parte poſita ligneo armario includebāt. E

Licuit

c *Imagines maiorum.*

A Licuit autem non omnibus habere imagines, ſed iis qui magiſtratus curules geſſiſſent: eæq; valuere ad memoriam poſteritatemque prodendam, imo vero vt iis quaſi inſignijs nobiles ab ignobilibus diſcernerentur.

Hic vos orat) Alter locus miſericordiæ ex paruuli filij ætate, precibus & miſera conditione. *a* Multum autem profuiſſe hanc rationem producendi liberos, aut quidpiam ſimile, quod iudices intuerentur, Fabius docet lib. 6. cap. 2. & Valerius Max. lib. 8. cap. 1. Notum eſt exemplum Seruij (alij Sergium malunt) Sulpitij Galbæ, qui cum reus à Libone Trib. pleb. accuſaretur, quod Prætor contra fidē quaſ-B dam Luſitanorum copias interemiſſet, cum nihil haberet quod ad ſe purgandum, reſponderet, paruos ſuos liberos flens commendare cœpit. Quo facto ita iudices permouit, vt nihil in eum grauius ſtatuerint. Cum hoc Ciceronis pathetico loco coniungo & alium ex poſtrema oratione pro Flacco. Orator enim cum repetundarum reū Valerium Flaccum à D. Lælio accuſatum ratione omni defendit, vt iudices omnino permoueret, tandem paruulum Flacci filium ſuſtulit: quo oſtenſo Cicero plangore & lamentatione omnia compleuit. Sed non pigeat locum Ciceronis huc apponere: *Præclara illi hac oratio quidem, ſi huic, huic miſero puero, veſtro ac liberorum veſtrorū ſupplici, Iudi-*C *ces, hoc iudicio viuendi præcepta dabitis: cui ſi patrem conſeruatis, qualis ipſe debeat eſſe ciuis, præſcribetis: ſin eripitis, oſtendetis bonæ rationi & conſtanti & graui nullum à vobis fructum eſſe propoſitum, qui vos, quoniam eſt id ætatis, vt ſenſum iam percipere poſſit ex mœrore patrio, auxilium non tum patri ferre poſſit: orat ne ſuum luctum, patris lachrymis, patris mœrorem ſuo fletu augeatis.* Huius quidem certe defenſionis aut pro Flacco, aut pro Sylla, M. Tullius Oratore ad Brutum perſpicue meminit (non enim ſatis liquet, de quo potius intelligat.) *Nec vero miſeratione ſolum,* inquit, *mens iudicum permouenda eſt, qua nos ita dolenter vti ſolemus, vt puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus: vt alia in cauſſa excitato reo nobili, ſublato*D *etiam ſi io paruo, plangore & lamentatione compleremus forum, &c.* Locus eſt longe præclarus oratione Seſtiana: *An ego,* inquit, *in hac vrbe eſſe poſſum, his pulſis, qui me huius vrbis compotem fecerunt? Non ero: non potero eſſe, Iudices: neq; hic vnquam puer* (oſtēdebat Seſtii puerum Cicero, cum hæc diceret) *qui his lachrymis, qua ſit pietate declarat, amiſſo patre ſuo, propter me, me ipſum incolumen videbit.*

Non iam de vita) Superior locus de Syllæ calamitate repetitur, augeturque verbis hyperbolicis, quorum explicatio mox ſubiungitur.

E *Vt cum parente*) Huius obſecrationis ſententia eſt, Ne Sylla pellatur in exilium: quæ *a* pœna iis ciuibus irrogabatur, qui de vi damnati eſſent, vt initio admonebamus.

a Pœna damnatorum de vi.

Te ipſum iam, Torquate) Apoſtrophe tanquam ad mitigandum Torquatum, cum potius ſit quædam crudelitatis obiectio Orationis huius initio eodem crimine Torquatum; ſed generalius; notarat: *Et tamen quoſdam haberet,* inquit, *quos ne ſupplicio quidem ſuo ſatiare poſſet.*

Lucis hanc vſuram) Duplex eſt prolepſis, vnā de vita, de exilio altera. *b* Metaphora verbi, Vſura, eadem eſt in prima Catilinaria: *Vnius*

b Lucis vſura.

Unius hora uſuram ad viuendum iſti gladiatori non dediſſem. Præclara A quidem & opportuna ſimilitudo à fœneratoribus, qui ne minimum quidem ſpatium temporis poſt præſtitutum ſoluendę pecuniæ diem creditoribus permittunt. Sic ad nos non attinet vitæ proprietas, ſed Deus & natura conceſſit ius viendi fruendi: quod quam breue ſit & momentaneum, nemo neſcit.

Omiſerum & infelicem.) Tertio repetit Syllanam calamitatem, afflictamque fortunam, in qua Cicero vehementer exclamat, vt indignatus iudices commoueat.

Omnibus centuriis.) Populus a Romanus à Seruio Tullio rege in claſſes & centurias diſtributus erat, id eſt centenos homines. Hæ B autem centuriæ ita diſtinctæ magiſtratus maiores creabant in campo Martio comitiis centuriatis. Conſule Gellium cap. 27. lib. 15.

a *Centuria Romana.*

Quid enim erat mali.) Augetur proxima conqueſtio ex minore: in iudicio de ambitu afflictus Sylla maxime fuit & nunc magis etiam affligitur. Fuit enim graue & odioſum damnari de ambitu, excludi nempe ab omni magiſtratuum petitione, mulctamque pendere pecuniariam: ſed multo fuit acerbius & calamitoſius damnari coniurationis, nec modo honore quouis & dignitate C priuari, ſed vna cum facultatibus ciuitatem cum infamia ſempiterna & dolore inexpiabili amittere.

Vrget eadem fortuna.) Ex Mimis Publij celebratur illud, *Fortuna beſſe nulli contenta eſt ſemel.* b Obſeruamus ſæpe nullum infortunium cadere ſine incurſu alterius infortunij. Non abſceſſit ab eo Martialis, *cum curas & labores catenates dixit*: vt etiam qui finem doloris vnius ad ſequentem dolorem gradum eſſe pronunciauit.

b *Nunquam fere cadit ſolum vnumque infortunium.*

Sed iam impedior.) Pro Milone ſic: *Sed iam finis ſit: neque enim præ lachrymis loqui poſſum.* Sequitur autem præceptum Rhetorum, & D præſertim Apollonij, quod in conquerendo debeat Orator commoueri, ſed breuiter. *Nihil enim citius areſcit, quam lachryma.* Vide Fabium lib 6. cap. 1.

Veſtra iam ſunt partes) Claudit perorationem per apoſtrophen ad iudices vt miſereantur Generalis & vltimus finis eorum qui in iudicio defendunt, eſt iudicis miſericordia. tota enim oratione, maximeque concluſione conantur animum flectere, vt miſereatur: ſecus quam accuſator, qui pro fine ſeueritatem iudicis ſibi ſtatuit. Quod præceptum Rhetoricum hic perſpicuum & euidens eſt. E

Repentini in nos.) Vt eſt apud Aſconium Pædianum, Diuinatione in Verrem. c *Prætor iudicum facta ſortitione eos proponebat reo & actori, & poteſtas eſſet reijciendi ex eo numero quos vellent, aut approbandi.* Totquaſi autem reiectis quibuſdam hos delegit, quos P Syllam damnaturos eſſe credebat. Quod ſi hoc de d ſelectis iudicibus intelligamus, qui appellantur à Cicerone in Cluentiana? Sed præſtat Aſconij verba huc apponere: *Cum multi iudices* (inquit ad primam Verrinam) *conſilio cum Prætore ſuo iudicaturi eſſent, qui quæſitor fuiſſet in cauſa publica, neceſſe fuerat eos primum de curia ſenatoria conſcribi, cum Senatus iudica-*

c *Sortitio iudicum.* d *Selecti iudices.*

A *iudicaret: deinde in vrnam ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: tertio permitti accuſatori ac reo, vt ex illo numero reijciant, quos putauerint ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore.* Hæc ille. Quod ſi id non de ſelectis, certe de edititijs iudicibus non male hic locus intelligetur. *a* Fuerunt enim iudices edititij, quos non quæſitor ſortiebatur, ſed accuſator edebat: neque ex certis decurijs, ſed ex omni populo ſumebat. Eos M. Tullius oratione pro Plancio videtur oppoſuiſſe delectis ſeu ſelectis iudicibus, de quibus modo B dicebam. Locus quia longior eſt, minimè repetam: tantum exſpecto doctiorum hominum iudicium, qui mihi hunc ſcrupum eximant. quanquam enim fortaſſe quibuſdam per me factum ſatis eſt, mihi tamen nondum hac parte ſatisfacio; niſi vt pedanei olim iudices, ita ſtatuam, vt eruditi quidam, qui iudicem edititium interpretantur, quem altera tantum pars eligat, quique æſtimet ex æquo & bono, quomodo ſatis fieri actori oporteat.

a *Iudices edititij.*

Vt ego.) Prima ratio adhortationis eſt à ſimili: Vt ego ſeueritatis opinionem lenitate mea ſuſtuli; ſic & vos facite. Manifeſta eſt repetitio, id eſt ἀνακεφαλαίωσις eorum quæ initio de ſua lenitate & ſeueritate dixit: Me natura miſericordem, patria ſeuerum: crudelem C nec patria, nec natura eſſe voluit.

Quæ prima innocentis defenſio.) Velim ſtudioſos obſeruare diligenter, quam hæc poſtrema orationis verba prioribus exordij verbis reſpondeant: *Magnam animo moleſtiam capio, tamen facile patior oblatum mihi tempus, in quo viri boni lenitatem miſericordiamque notam omnibus quondam, nunc quaſi intermiſſam agnoſcerent.*

Quæ per hos menſes.) *b* Significat orationem hanc non multo poſt extinctam coniurationem habitam fuiſſe. ſiquidem facile aſſentior Conrado, qui ait id iudicium Coſſ. Syllano & Muræna, id eſt anno ſequenti Conſulatum M. Tullij incidiſſe.

D b *Quando hæc Oratio habita.*

Homines audaciſſimos.) De Catilinario tumultu id eſſe dictum arguunt illa Ciceronis ex Oratione Cæliana ipſo initio: *Idem cum audiat legem eſſe, quæ de ſeditioſis conſceleratiſque ciuibus, qui armati Senatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, rempublic. oppugnarint, quotidie quæri iubeat, &c.* Sed euidentius ad finem: *Quam legem* (inquit) *Q. Catulus armata diſſenſione ciuium, Reipub. extremis pene temporibus tulit: quaque lex ſedata illa flamma Conſulatus mei, fumantis reliquias coniurationis extinxit.* Scribit autem Dio, ſocios Catilinæ qui in vrbe re-E manſerant, partim præſentes, partim cum citati non reſpondiſſent, fuiſſe damnatos: interque eos Autronium, Seru. Syllam, Varгunteium, Læcam, Cornelium nominatos. Id ergo Cicero appellat hoc loco ſeueritatem iudiciorum in homines factam audaciſſimos.

Hoc cum impetrare.) Alterum argumentum ex circunſtantiis rei & perſonarum.

Deuenire conuenerit.) Ante ſic: *Nec teſtimonio fidem tribui conuenerit.* & I. Catil. *Quo ſenatuſconſulto confeſtim interfectum te eſſe Catilina conuenit.* quo loco quidam eruditi certe & accurati homines ita legi malunt: *Quod ſenatuſconſultum confeſtim interfectum te eſſe, Catilina, cũ velit.*

uis,

vnu,&c. Quam emendationem, ſeu coniecturam potius antiquæ A lectionis,nōdum adduci poſſum vt omnino probem. Vt enim (quod ſemel dicam) mihi placet exacta veterum ſcriptorum correctio, ſic interdum ſtomachum mouet quorundam plus ſatis ſuperſtitioſa diligentia, qui vulgatas lectiones tam propere & curioſe expungunt, vt nouas quaſdam & inſolentes ſubſtituant, vt intelligendi viam nobis præcludere videantur, ſuis nimium coniectaneis indulgentes.

Famam à nobis crudelitatis famam.) Continent hæc poſtrema verba inſignem & ciuilem ad magiſtratus adhortationem, quos lenes & placabiles potius eſſe, quam nimium ſeueros aut crudeles decet. Is B enim ordo vt probro vitioque, quoad eius fieri maxime poteſt, vacare debet, ita in omnes qui laborant in iudicio, qui accuſati ſunt, qui periclitantur, animum paternum præ ſe ferant, ſex officio eſt neceſſe: vt ſi quando ſerui fuerint, & graues, & inhumani, id non ab animi quadam impotentia, ſed maturo quodam iudicio, & quidem coacti feciſſe videantur.

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA C

ORATIO XXVI.

D

ARGVMENTVM Fr. O.

M. *Pupio, M. Valerio Coss.* Gracchus *quidam Archiam Græcum hominem Antiochiæ natum, lege Plautia Papiria de ciuitate reum fecit, quod falſo ſe pro ciue R. gereret. Hanc Cicero ita defendit, quaſi eadem lege ciuis eſſet, nam cum ea lege cautum eſſet, vt qui fœde-* E *ratis ciuitatibus, adſcripti erant, ſi tum cum lex ferebatur in Italia domicilium haberent, & LX. diebus apud Prætorem eſſent profeßi, contendit eum in ciuitatem Heracleam, de cuius fœdere conſtabat, adſcriptum fuiſſe, domicilium in Italia habuiſſe, & apud Q. Metellum Prætorem profeſſum eſſe. Ad Gracchi autem obiectionem qui Heracleenſium tabulas adſcriptionis teſtes poſtulabat, reſpondet eas Italico bello interiiſſe. ſed de domicilio leuiter admodum & perfunctorie reſpondet: profeßionis tamen tabulas edit. Reſtabat de*

A *iudicaret: deinde in vrnam ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus
confici poſſet: tertio permitti accuſatori ac reo, vt ex illo numero reijciant, quos
putauerint ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore.* Hæc ille.
Quod ſi id non de ſelectis, certe de edititijs iudicibus non male
hic locus intelligetur. a Fuerunt enim iudices edititij, quos non
quæſitor ſortiebatur, ſed accuſator edebat: neque ex certis decurijs,
ſed ex omni populo ſumebat. Eos M. Tullius oratione pro Plancio
videtur oppoſuiſſe delectis ſeu ſelectis iudicibus, de quibus modo
B dicebam. Locus quia longior eſt, minimè repetam: tantum ex-
ſpecto doctiorum hominum iudicium, qui mihi hunc ſcrupum
eximant. quanquam enim fortaſſe quibuſdam per me factum ſatis
eſt, mihi tamen nondum hac parte ſatisfacio, niſi vt pedanei olim
iudices, ita ſtatuam, vt eruditi quidam, qui iudicem edititium inter-
pretantur, quem altera tantum pars eligat, quique æſtimet ex æquo
& bono, quomodo ſatis fieri actori oporteat.

a *Iudices edititij.*

Vt ego.) Prima ratio adhortationis eſt à ſimili: Vt ego ſeueritatis
opinionem lenitate mea ſuſtuli, ſic & vos facite. Manifeſta eſt repe-
tio, id eſt ἀνακεφαλαίωσις eorum quæ initio de ſua lenitate & ſeue-
ritate dixit: Me natura miſericordem, patria ſeuerum: crudelem
C nec patria, nec natura eſſe voluit.

Quæ prima innocentis defenſio.) Velim ſtudioſos obſeruare diligen-
ter, quam hæc poſtrema orationis verba prioribus exordij verbis re-
ſpondeant: *Magnam animi moleſtiam capio, tamen facile patior oblatum
mihi tempus, in quo viri boni lenitatem miſericordiamque notam omnibus
quondam, nunc quaſi intermiſſam agnoſcerent.*

Quæ per hos menſes.) b Significat orationem hanc non multo poſt
extinctam coniurationem habitam fuiſſe. ſiquidem facile aſſentior
Conrado, qui ait id iudicium Coſs. Syllano & Muræna, id eſt anno
ſequenti Conſulatum M. Tullij incidiſſe.

D

b *Quando hæc Oratio habita.*

Homines audaciſſimos.) De Catilinario tumultu id eſſe dictum
arguunt illa Ciceronis ex Oratione Cæliana ipſo initio: *Idem cum
audiat legem eſſe, quæ de ſeditioſis conſceleratiſque ciuibus, qui armati Sena-
tum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, rempublic. oppugnarint, quoti-
die quæri iubeat, &c.* Sed euidentius ad finem: *Quam legem* (inquit)
*Q. Catulus armata diſſenſione ciuium, Reipub. extremis pene temporibus tu-
lit: quaque lex ſedata illa flamma Conſulatus mei, fumantis reliquias coniu-
rationis extinxit.* Scribit autem Dio, ſocios Catilinæ qui in vrbe re-
E manſerant, partim præſentes, partim cum citati non reſpondiſſent,
fuiſſe damnatos: interque eos Autronium, Seru. Syllam, Var-
gunteium, Læcam, Cornelium nominatos. Id ergo Cicero ap-
pellat hoc loco ſeueritatem iudiciorum in homines factam auda-
ciſſimos.

Hoc cum impetrare.) Alterum argumentum ex circunſtantiis rei &
perſonarum.

Deuenire conuenerit.) Ante ſic: *Nec teſtimonio fidem tribui conuenerit.*
& 1. Catil. *Quo ſenatuſconſulto confeſtim interfectum te eſſe Catilina conue-
nit.* quo loco quidam eruditi certe & accurati homines ita legi ma-
lunt: *Quod ſenatuſconſultum confeſtim interfectum te eſſe, Catilina, cũ velit.*

[illegible]

Digitized by Google

vnus,&c. Quam emendationem, ſeu coniecturam potius antiquæ lectionis, nōdum adduci poſſum vt omnino probem. Vt enim (quod ſemel dicam) mihi placet exacta veterum ſcriptorum correctio, ſic interdum ſtomachum mouet quorundam plus ſatis ſuperſtitioſa diligentia, qui vulgatas lectiones tam propere & curioſe expungunt, vt nouas quaſdam & inſolentes ſubſtituant, vt intelligendi viam nobis præcludere videantur, ſuis nimium coniectaneis indulgentes. A

Famam à nobis crudelitatis famam.) Continent hæc poſtrema verba inſignem & ciuilem ad magiſtratus adhortationem, quos lenes & placabiles potius eſſe, quam nimium ſeueros aut crudeles decet. Is B enim ordo vt probro vitioque, quoad eius fieri maxime poteſt, vacare debet, ita in omnes qui laborant in iudicio, qui accuſati ſunt, qui periclitantur, animum paternum præ ſe ferant, ex officio eſt neceſſe: vt ſi quando ſerui fuerint, & graues, & inhumani, id non ab animi quadam impotentia, ſed maturo quodam iudicio, & quidem coacti feciſſe videantur.

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA C

ORATIO XXVI. D

ARGVMENTVM Fr. O.

M Puppio, M. Valerio Coss. **Gracchus** *quidam Archiam Græcum hominem Antiochiæ natum, lege Plautia Papiria de ciuitate reum fecit, quod falſo ſe pro ciue R. gereret. Hanc Cicero ita defendit, quaſi eadem lege ciuis eſſet, nam cum ea lege cautum eſſet, vt qui fœderatis ciuitatibus adſcripti erant, ſi tum cum lex ferebatur in Italia* E *domicilium haberent, & LX. diebus apud Prætorem eſſent profeſſi, contendit eum in ciuitatem Heracleam, de cuius fœdere conſtabat, adſcriptum fuiſſe, domicilium in Italia habuiſſe, & apud Q. Metellum Prætorem profeſſum eſſe. Ad Gracchi autem obiectionem qui Heracienſium tabulas adſcriptionis teſtes poſtulabat, reſpondet eas Italico bello interiiſſe. ſed de domicilio leuiter admodum & perfunctorie reſpondet: profeſſionis tamen tabulas edit. Reſtabat de*

Digitized by Google

A *Cenſu: nam qui à Cenſoribus in luſtro condendo cenſi non erant, ciues dici non poterant. Reſpondet igitur Archiam eo tempore in bello Aſiatico cum L. Lucullo adfuiſſe. Denique ſatis patet, maximam defenſionis partem non tam in æquitate cauſæ, quam in Archia commendatione conſumi: qui eum, quod poeta excellenti ingenio res Romanas ſcribat, ciuitate R. dignum & pro ciue R. retinendum eſſe contendit.*

E

COMMENTARIVS Fr. O.

In qua me non.) Mirum eſt ſtatim in ipſo exorſu hexametrum imprudenti excidiſſe. Sed hoc magis notandum eſt, moris fuiſſe, vt qui peregrini in ciuitatem R. recipiebantur, prænomen & nomen aliquod familiæ R haberent, id eſt eius cuius beneficio vel auctoritate ciues R. fiebant.

Huiuſce rei ratio.) *Rationem* pro *Arte* poſuit, & illam attingit nobilem diſputationem, de qua lib. de Orat. I. virum arte ac præceptis eloquentia pariatur, an tota in quodam ingenii atque exercitationis
C genere ponenda ſit. Tria igitur complexus, *naturam, artem & exercitationem*, ex partium enumeratione docet, ſe Archiæ hoc defenſionis officium debere.

Hunc principem.) Auctorem, hortatorem, ducem.

Suſcipiendam & ingrediendam.) *Suſcepit*, capto ab Archia conſilio: *ingreſſus* eſt, labore & exercitatione.

Cuncti penitus.) Bis idem dixit: vt aliquis de gloſſa ſuſpicari poſſit. Alij *vni* pro *cuncti* reponunt.

Commune vinculum) Hæc eſt illa Græcis ἐγκυκλοπαιδεία nominata: de qua Vitruuius initio lib. I. Fab lib. I. & Cic. in III. de
D Orat.

Sed ne cui) Opportuna & plane neceſſaria excuſatio, cum in foro exorſus eſſet tractare locum communem philoſophiæ περὶ ἐγκυκλοπαιδείας.

Quæſtione legitima.) Legibus conſtituta. lege aliqua publicorum iudiciorum conſtituta.

Prætore exercente iudicium.) Notanda locutio iudiciorum publicorum propria. nam in priuatis cauſis iudex cognoſcere dicitur, & eius iudicium, *cognitio*. In publicis iudicium exercere & quæ-
B rere.

Tanto conuentu hominum.) Qui circum iudicum ſubſellia ſtantes coronam faciebant.

Erat Italia.) Perſpicue *Latium* ab *Italia* ſeparat, nam vniuerſa *Italia* ſic diuiditur, vt eius pars proprie *Latium* dicatur à Tiberi vſque L. millium paſſ longitudine. qua in parte *Roma* fuit. *tam tenues primordio imperij fuere radices* (ait Plin.) Altera pars vniuerſale nomen retinuit *Italiaque* dicta eſt Hinc alij *Latini*, alij *Italici*. Tertia, *Gallia* citerior in prouinciæ formam redacta. Hinc iura quatuor, *Prouincialium, Italicorum, Latinorum, Quiritium* ſiue ciuium Rom. nam cum ex illis populis quidam bellum cum populo Rom. geſſiſſent, alij in

pace

pace manſiſſent, victor populus Rom. aliam atque aliam conditionem iuris ac libertatis ijs permiſit. Hinc iuris gradus quatuor fuerunt. Optima conditio fuit Quiritium, incommodior Latinorum, infra Latinos Italicorum, duriſſima prouincialium, deterior etiam peregrinorum & exterorum. At anno vrbis DCLXII. bello Italico confecto vniuerſa Italia in ciuitatem Rom. & XXXV tribus recepta eſt. Tum autem eadem illa iuris varietas exteris populis tribui cœpta, vt alijs ciuitas, alijs ius Latij, alijs ius Italicum concederetur. A

Ciuitate donarunt.) Nota, licuiſſe quidem in alijs gentibus plurium ciuitatum ciuem eſſe. at de ciuitate Rom. Cicero in ea pro Cæcina [illegible]cribit; *Nam cum ex noſtro iure nemo duarum eſſe ciuitatum poſſit, tum amittitur hac ciuitas cum is qui profugit receptus eſt in aliam ciuitatem.* Item in ea pro Balbo: *O iura præclara atque diuinitus iam inde à principio Rom. nominis à maioribus noſtris comparata, ne quis noſtrum plus quam vnius ciuitatis eſſe poſſit. Diſſimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat neceſſe eſt.* B

Hoſpitio.) Moris fuit veterum, vt quos amicitia dignos iudicarent, cum ijs ius priuati hoſpitij contraherent.

Prætextatus.) Artificioſe ſic loquitur pro, cum adhuc eius eſſet ætatis qua ſunt noſtri prætextati: neq; enim niſi firmata ætate Archias ciuis R. factus eſt. C

Forte ſimulabant.) Cum reuera à politioribus literis abhorrerent; tamen ne indocti haberentur diſſimulabant.

Data eſt ciuitas.) Lex Plautia Papyria lata eſt à M Plantio Siluano C. Papirio Carbone Tribunis pleb. neque dubitandum eſt quin hoc loco *Siluani* reſtituendum ſit. Hi autem fuerunt Tribuni pl. Cn. Pompeio, L. Catone Coſs. anno DCLXIV. Sed quæri poteſt, cur non lege Iulia potius quæ biennio ante lata eſt, ciuis Rom. factus dicatur. nam in ea pro Balbo ita ſcribit: *Lege Iulia, qua ciuitas ſocijs & Latinis data eſt, magna contentio Heraclienſium & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis ciuitatibus iuris ſui libertatem ciuitati anteferrent.* Reſpondendum igitur, Archiam nondum illo tempore in eam ciuitatem adſcriptum fuiſſe. D

Heracleam.) In Orat. pro Balbo ſcribit, cum hac ciuitate propè ſingulare fœdus Pyrrhi temporibus C. Fabricio Coſ. ictum fuiſſe.

Si qui adſcripti.) Idem valet ac ſi dixiſſet, ijs qui adſcripti: & puto huc pertinere illud quod lib. Fam. XIII. ſcribit his verbis: *L. Manlius eſt Soſis, is fuit Catinenſis: ſed eſt vna cum reliquis Neapolitanis ciuis R. factus, decurioque Neapoli.* erat enim adſcriptus id municipium, ante ciuitatem ſocijs & Latinis datam. E

Profeſſi eſſent.) Suum nomen; id eſt, profeſſi eſſent velle ſe ciues R. eſſe.

Sexaginta diebus.) Tria legis capita fuerunt, Si quis fœderatæ ciuitati adſcriptus eſſet, ſi in Italia domicilium haberet, ſi LX. diebus cenſum apud Prætorem profeſſus eſſet: id eſt, intra diem ſexageſimum poſt latam legem.

De ciuitate ac lege.) Cl. Puteanus vir doctiſſ. cenſet legendum, *Hac ciuitate.* quod Lambinus improbat, ego probo: nam hac lege

A reus erat Archias, deinde non de Heraclienſi ſed de Rom. ciuitate loquitur.

Italico bello.) Latini, hoc eſt Italiæ populi ciuitatis R. multos annos expetiuerunt. tandem facta conſpiratione populo Ro. bellum intulerunt, quod modo *Sociale* dictum eſt, modo *Marſicum*, quod à Marſis primum ſit excitatum.

Tabulario.) Locus in quo tabulæ publicæ adſeruabantur. Iuriſconſulti *Archiua* nominant le. 9. §. nonnunquam, D. de pœn.

Sedem fortunarum.) Sic I. C. *Domicilium ibi quis habere intelligitur,*
B *vbi larem rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit.* l. 7. C. de incol. l. in lege. 203. De verb ſig.

In tabulis.) Q. Metelli Prætoris, vt ſup. dixit.

Appij Gabinij.) Hi Prætores fuerunt, apud quos incolæ domicilium profitebantur.

Papiam.) Quam C. Papius Tribunus pl. tulit, vt peregrini vrbe expellerentur.

Cenſus noſtros.) *Cenſores à cenſu agendo*, Liuius dictos ſcribit. Varro, *Cenſorem dictum ad cuius cenſionem, id eſt, arbitrium populus cenſebatur.*
C

Iulio & Craſſo.) L. Iulius Cæſar, P. Licinius Craſſus Cenſores fuerunt Cn Pompeio, L. Porcio Catone Coſs. anno DCLXIV.

Superioribus.) L. Marius Philippus, M. Perpenna tertio poſt anni luſtrum L X V I. fecerunt. quo tempore in Aſia fuit Archias cum Lucullo quæſtore. Cenſura deinde intermiſſa fuit vſque ad annum DCLXXIII. quo L. Gellius Cn. Lentulus CESS luſtrum LXVII. fecerunt. cum Lucullus in Aſia bellum contra Mithridatem adminiſtrabat. Hi ſunt quos Cic proximos appellat.

Teſtamentum fecit.) Teſtamenti factio ciuium Rom. propria eſt.
D Itaque neque teſtamentum quiſquam facere neque teſtamento capere poterat, niſi qui ciuis R. eſſet, peregrinus non poterat. l. 8. D. de teſtam. Militare quoque in legione Rom. non alijs quam ciuibus licebat. Ideo que ſoli ciuis ad ærarium in beneficio deferri ab Impp. & beneficiarij milites fieri poterant. Qui enim cum imperio è prouincijs veniebant, ſi cuius militis fortis egregiaque opera in bello aut prælio vſi erant, eius nomen ad ærarium deferebant, vt ex præda beneficium ei aliquod tribueretur. Porro cum de teſtamento loquitur, ius Quiritium ſignificat, quod Varro lib de re ruſt. 11. Sex hiſce partibus conſtare ſcribit: aditione hæreditatis, mancipatione,
E in iure ceſſione, vſucapione, emptione è præda ſub corona, & emptione in bonis ſectione ve. Ergo cum teſtamenta per æs & libram fierent, id eſt per nexum & mancipationem, qui teſtamentum illo ritu faciebat, ciuem ſe R. eſſe oſtendebat.

In beneficijs.) Locum hunc in Comment. de verb. iur. ſub voce *beneficium* interpretati ſumus.

Conuicio defeſſa) Patet igitur *conuicium* à vocum multitudine dictum eſſe. qua de re dictum in eod comm de verb. iur.

Creſcat oratio.) Poëtarum lectionem oratoribus conferre docet Quinctil. lib. x. cap. 1.

Teriuela

Pericula exilij.) Omen de calamitate quam paucis poſt diebus accepit. A

Profligatorum.) Intelligit Catilinarios.

Roſcij morte.) Quem Q. Catulus etſi eſſet oculis peruerſiſſimis, tamen oriente ſole pulchriorem eſſe iudicabat. Porro Macrobius ſcribit, Ciceronem Roſcio hiſtrione tam familiariter vti ſolitum, vt res rationesq; ipſius ſua ſolertia tueretur. *Satis conſtat*, inquit, *eum contendere cum illo ſolitum, vtrum ille ſæpius eandem ſententiam variis geſtibus efferret, an ipſe per eloquentiæ copiam ſermone diuerſo pronunciaret.*

Poetam natura valere.) Multa exſtant in hanc ſententiam: ſed illa præclara quæ ſcribit Horatius ſub finem libri de arte poet. *Natura fieret laudabile carmen*, &c. B

Homerum Colophonij.) Vide Agell. lib. III. cap. II.

Delubrum eius.) Inſania hæc Græcorum fuit, vt delubra viris inſignibus ædificarent, non tantum, verum etiam Romanis magiſtratibus, qui prouincias adminiſtrabant: feſtumque diem illis conſecrarent. Vnde *Verrea* feſtus dies in Verris honorem, ſæpe in Verrin.

Lucullo imperante.) Hæc omnia late expoſita ſunt in Maniliana. C

Carus Africano Ennius.) Sic Valerius Maximus lib. VIII. cap. I. *Superior Africanus Ennij poetæ effigiem in monimentis Corneliæ gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret.*

Huius proauus Cato.) Hic eſt M. Cato maior, cuius hoc elogium eſt apud Liuium: *In hoc viro tanta vis animi ingenijq́; fuit, vt quocunq; loco natus eſſet fortunam ſibi ipſe facturus videbatur. nulla ars neq; priuata neq; publica rei gerendæ ei defuit. Vrbanas ruſticasq́; res pariter callebat. ad ſummos honores alios ſcientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres, quodcunq; ageret. in bello manu fortiſſimus, multisq́; inſignibus clarus pugnis. Idem poſteaquam ad magnos honores peruenit ſummus Imperator. Idem in pace, ſi ius conſuleres, peritiſſimus: ſi cauſa oranda eſſet, eloquentiſſimus.* D

Rudium hominem.) *Rudia*, vetus Calabriæ oppidum. Silius Ital. *Rudia genuere vetuſta, Nunc Rudia ſolo memorabile nomen alumno.*

Latina ſuis) At Plinij tempore alia ratio, nam lib. III. cap. V. *Italia* inquit, *tot populorum diſcordes ferasq́; linguas ſermonis commercio contraxit ad commercia, & humanitatem, homini dedit, breuiterq́; vna cunctarum gentium in toto orbe patria facta eſt.* E

Eodem gloriam.) Deſiderari videtur quippiam eiuſmodi: *eodem nominis noſtri gloriam.*

Theophanem Mitylenæum.) Strabo lib. XIII. hunc ſcribit Pompeio familiariſſimum fuiſſe, eiusq; res geſtas verſibus mandaſſe.

Corduba.) Opido Hiſpaniæ, Senecæ & Lucani patria: quam tamen Martialis *Facundam* appellat: *Duosq́; Senecas vnicumq́; Lucanum Facunda loquitur Corduba.*

Trahimur laudis ſtudio.) Inſignem hac de re Xenophontis locum ex Tyranno deſcripſimus in Manilianæ commentariis.

A *Nomen inſcribunt.*) Sic Tuſcul. 1. *Quid noſtri philoſophi? nonne in ipſis libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt?*

Decimus Brutus.) D. Iunius Brutus Cos. cum Scipione anno DCXVI. in Hiſpaniam cum imperio profectus ſexaginta Galleciorum millia oppreſſit, vnde *Gallecius* dictus eſt. Oroſius, Paterculus, Strabo.

Templorum ſuorum.) Valerius libr. 8. cap. 1. hac de re ſcribens, *templa ſua* interpretatur, quæ ex manubiis ſuis conſecrauerat.

B *Fuluius.*) Hic eſt Q. Fuluius Nobilior appellatus, de quo in 1. Tuſcul. *Honorem tamen huic generi non fuiſſe declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum M. Nobiliori, quod is in prouinciam poetas duxiſſet. duxerat autem Conſul ille in Ætoliam, vt ſcimus, Ennium.* Item in libro de claris Oratoribus: *Q. Nobiliorem M. F. iam patrio inſtituto deditum ſtudio literarum, qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Ætolia militauerat, ciuitate donauit.*

Qua detracta.) Sic de Offic. 1. *Vix inueniri qui laboribus ſuſceptis periculisq; aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.*

C *Præſentiret in poſterum*) Sic in ea pro C. Rabirio: *Itaque cum multis aliis de cauſis virorum bonorum mentes diuinæ mihi atque æternæ videntur eſſe, tum maxime quod optimi & ſapientiſſimi cuiuſque animus ita præſentit in poſterum, ut nihil niſi ſempiternum videatur.*

 A

IO. LÆZII RV- B
PELLANI COMMENTARIVS IN ORATIONEM EANDEM CICERONIS PRO ARchia Poeta.

ORATIO XXVI. C

EXtant in hanc orationem doctorum hominum Commentarij, quibus mens & conſilium Ciceronis alioqui per ſe non obſcurum & reconditum Iuuentuti ſatis innoteſcit. quo in genere interpretandi ſi mihi verſari hic decretum eſſet, hoc eſt crambe bis repetita, quod aiunt, miſere lectores enecare, certe cum hac mea impudentia merito magnis cachinnis explodendus viderer. Quid enim eſt illud protrita iſta & vulgaria omnibusq; decantata toties inani D loquacitate inculcare, ſicq; & ocio & literis abuti? Mihi certe quum longe aliud conſilium fuit huius Orationis enarrandæ (quum primum profeſſionem hanc amicorum quorundam hortatu Louanij ſuſcepi) tum in præſentia multum diſſimilem habeo rationem hoſce meos Commentarios ſub tuo nomine, Hoppere doctiſſime, edendi. Non poſſum enim non moleſte ferre Poëſim ſuauiſſimam ſimul & vtiliſſimam ſtudiorum noſtrorum partem tam contemptam iacere & neglectam, immo ſi Diis placet, prophanorum hominum calumniis & Sycophantiis turpiſſime proſcindi, quum tam numeroſa bonarum omnium rerum ſupellex, optima- E rumque præceptionum velut ſeges ex hac vna colligatur. Sed de his accuratius, certe prolixius alibi egimus. Quum igitur viderem elegantiſſima hac Oratione Poëtarum defenſionem Romanæ eloquentiæ Principem M Tullium ſuſcepiſſe, magnaque cura & orationis contentione, atque admirando rerum, verborum, ſententiarum ſplendore cauſam hanc noſtram peregiſſe; operæprecium facturum me putaui, ſi & ipſe à pueris huic literarum generi naturæ quadam inclinatione deditus controuerſiam eandem arriperem, Muſasque ab iſtorum contumelia & iniuriis vindicarem. Neque enim parum fallitur, qui putat de ſolo Ar-

A chia contentionem hic eſſe ſuſceptam, de Poeticis ſtudiis, immo in vniuerſum de omnibus artibus, quæ homine libero ſunt dignæ, diſputatur. Quare non eſt quod quis nouo & inuſitato genere interpretandi vehementius commoueatur: Diſputatio eſt plane philoſophica; eam etiam philoſophice nobis diſcutiendam putamus: quo in genere nec minutiota iſta, quæ tamen plurimum vtilitatis & ingenij non parum complectuntur, Rhetorum præcepta ad Elocutionem maxime ſpectantia fuſius perſequi voluimus. Quod ſi plærunq; liberius & copioſius (neq; enim me iſtorum terminis coerceri volo) diſputationis filium protraxero, non eſt etiam, Hoppere, quod mi-

B rum tibi id videatur. Argumentum eſt mire fœcundum, quodq; quum omnium artium & ſcientiarum præſidio fulciatur ἀνθηρογχ-φειᾶς gaudeat. Quare videndum mihi fuit, ne fœcunditas illa rei propoſitæ nimia mea ſterilitate areſceret, Certe, niſi vehementer fallor, ſi quis attente diſputationis noſtræ fines, huiusq; orationis ſcopum conſideret, non me aliena conſectantem reperiet ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. Sed ad rem veniamus. Vir quidam eruditus & in hoc diſciplinarum genere optime verſatus, paucis & dilucide, vt ſolet, totius huiuſce Orationis Diſputationem & οἰκονομίαν demon-

C ſtrauit, quem, vt opinor, poſtea ſunt alij inſecuti. Eorum igitur, quia rem iſtam accurate tractarunt, veſtigiis inhærebo, ſic tamen, vt hæc ab illis ipſis malim ſtudioſos petere. In omni genere ſcripti quod aut legendum aut imitandum, aut excutiendum aſſumimus, in primis nobis eſt inquirendum, diligenterq; animo concipiendum præcipuum illud in quo velut cardo totius cauſæ vertitur, hoc eſt, inueſtiganda eſt nobis prima illa & generalis propoſitio, vnde tota reliqua oratio dependet, & ad quam confirmandam & corroborandam omnibus argumentorum & ſententiarum viribus Orator contendit. Hæc *conſtitutio cauſæ* dicitur, vulgo *ſtatum* appellant noſtri Rhetores.

D Hunc vbi deprehenderimus, ſtudioſe cauendum eſt, ne in reliqua oratione nobis excidat, alioquin enim vbiq; cæcutiemus, nec aſcititium illum verborum & ſententiarum ornatum ad proprium certumq; auctoris ſcopum referemus, atq; vt inconſiderate acta neruo ſagitta temere nimis errabimus. Deinde accurate eſt notanda & attente, totius orationis Diſpoſitio & οἰκονομία, vt videamus, quæ partes quomodo ſibi inuicem cohæreant. Hac methodo profecto longe facilius conſilium & mentem ſcriptoris deprehendemus, nulloq; negotio quorſum hæc aut illa, hoc aut illo loco attexuerit, videbimus.

E Habet & alia plurima emolumenta, hæc induſtria & diligentia obſeruandi in quolibet ſcripto ſeriem ſententiarum, certamq; omnium partium & membrorum orationis connexionem. Sic enim & de aliorum ſcriptis iudicium formatur noſtrum, & certiora ipſi magisq; cohærentia ſcribere aſſueſcimus. Huius autem rationis ignoratione plæroſq; videas adeo confuſas, perturbatas, & ſibi diſſimiles orationes edere, vt plane ſcopæ diſſolutæ videantur. Sunt enim monſtroſi partus, qui nec caput, nec pedes. nec cætera membra naturali ordine diſpoſita habeant. Eo nomine male etiam audijt vir alioqui doctiſſimus Annæus Seneca, quem quidam non illepide dixit *funiculos ex arena nectere.* Ego ſane multos vidi, qui quum & optime de rebus ſentirent, & facultate dicendi vale-

rent, &

rent, & propriis atq; clectis verbis vterentur, tamen quod nullo or- A dine procederent, animiq; ſui concepta confuſe & perturbate exprimerent, non potuerunt dilucide & aperte, quæ in animo habebant, edocere. Nimirum illud vitij ignaua illa ſocordia & negligentia ſibi contraxerunt, vtpote, qui leui bracchio, & extremis tantum digitis (vt aiunt) aliorum ſcripta attingant, nullamq; ordinis & diſpoſitionis rationem habeant; ſed tanquam Chaos aliquod confuſanea rerum omnium permixtione conflatum cæcutientibus oculis intueantur. Conſtitutio cauſæ, id eſt, totius huiuſce orationis ſcopus hic eſt, *Archias eſt ciuis Rom.* Omnem vero diſpoſitionem, quacunq; de re demum ſuſcipiatur, neceſſe eſt ſyllogiſmo aliquo B comprehendi. Is nudus & ſimplex talis hic eſt: *Quicunq; ſociis ciuitatibus aſcriptus eſt, is eſt ciuis Romanus, Archias autem ſociis ciuitatibus aſcriptus eſt, Igitur Archias eſt ciuis Romanus.* Ad hunc modum ſi in omnibus ſcriptis ornamenta illa externa, quæ ad Cauſæ confirmationem, & à plæriſq; etiam auditorum eluſionem adducuntur, ornatumq; & ſplendorem verborum, quo res per ſe tenues & exangues decorantur, ſubtraxeris, longe ſyncerius & promptius de omni re propoſita iudicium ferre poteris. Quod quum pauciſſimi hodie obſeruent, fit vt ridicula & inepta plurimorum ſcripta in magno precio habeantur, quæ hac cenſura diligenter excuſſa, & velut ad Lydium lapidem C explorata ſtatim conciderent, & communi omnium conſenſu exploderentur. Neruos & ſuccum, ipſumq; orationis ſanguinem ſpectare oportet iudicaturos, non fucatæ cuti, aſcititiiſq; coloribus, vt ocioſis & inanibus picturis inhærere. Illius igitur Syllogiſmi concluſio, vocatur *ſtatus cauſæ*, qui etiam idem eſt in oratione pro Cornelio Balbo, qua eum defendit eſſe ciuem Romanum. Ratio tamen qua aduerſarius ius ciuitatis iſtis adimere conatur, in vtraq; oratione non eſt eadem. Ibi enim accuſator non negabat Balbum à C. Pompeio ciuitate donatum, ſed licuiſſe hoc Pompeio id vero acriter pernegabat. quod quum euinceretur certe ciuis non erat Bal- D bus. Igitur Ciceroni laborandum fuit, vt hoc Pompeio licuiſſe comprobaret. *Hic autem Gracchus negat Archiam ſociis ciuitatibus aſcriptum eſſe, ac proinde ius Ciuitatis Romanæ ei eripuit. Tabulas Heracleinſium publicas deſiderat, domicilium Romæ eum habuiſſe, profeſſumq; negat, Cenſus Romanos requirit.* Quibus omnibus diligenter Cicero reſpondet, nec de Archiæ ciuitate dubitandum eſſe docet. Argumenta ducta ſunt à *lege* & *teſtibus*, quæ in Iudiciali genere plurimum commendantur. Sic enim in Topicis: *Sed quoniam lege firmius in controuerſiis diſceptandis eſſe nihil debet, danda eſt opera, vt legem adiutricem & teſtem adhibeamus.* Porro quia res per ſe ſatis ſterilis, & inamœna erat, *cauſam* E ſeu *controuerſiam*, quam ὑπόθεσιν vocant, ad *propoſitum*, vel, vt alij nominant, ad *quæſtiones ciuiles* & philoſopho conuenientes. quæ dicitur θέσις, traducit. Ornatq; cauſam & amplificat, præclaris illis locis communibus de Poeticis ſtudiis, & in vniuerſum *de humanioribus literis, de gloria cupiditate virtutisq; mercede.* Et hoc eſt, quod in Oratore ſcripſit, & in Topicis præcepit, vt à propriis perſonis atque temporibus auocemus controuerſiam, quia latius liceat dicere de genere, quam de ſpecie, & quod in vniuerſo probatum eſt, id in parte probatum eſſe neceſſe ſit.

Vt, ſi

A Vt, ſi omnes literati ſunt colendi & ciuitate donandi, maxime autem Poetæ, propter huius artis diuinitatem: certe maximo honore erit afficiendus Archias horum ſtudiorum commendatione clariſſimus. Reliqua & copioſius & doctius ille, quem ſupra laudaui. Genus autem dicendi in hac oratione eſt tenue, acutum, molle, tenerum, omnia docens & dilucidiora non ampliora faciens, aliquando tamen concinnius & ornatius, ſubtiliq; quadam & preſſa oratione limatius. Addit enim ſubinde aliquos vt in corona toros, & orationem modicis verborum ſententiarumq; ornamentis diſtinguit. Nõnullis id *Atticum* dicitur, multum tamen reclamante Cicerone. Ma-
B gna eſt profecto ſuauitas & iucunditas huiuſce orationis, qua citra vehementiores & turbulentiores motus leniter flectuntur animi, & quaſi ducentem ſequuntur Oratorem. Quemadmodum in picturis Apelleis illæ delectant multum, & ſupra cæteras omnes arridet, quæ tenuiſſimas maximeque delicatas habent lineas. In eo genere apud Græcos principatum obtinet *Lyſias* egregie ſubtilis ſcriptor atq; elegans. *Demetrius* etiam *Phalereus* (idem enim vtrunque genus hic facio, etſi ille forſan tenuior) plurimum laudatur, cuius oratio cum ſedare placideque loquitur, tum illuſtrant eam quaſi ſtellæ quædam translata verba atque immutata. Apud Latinos vehementer & ſa-
C ne non ſatis commendantur Terentius, & Iulius Cæſar præſtantiſſimi proprietatis auctores. Apud hos locutio eſt emendata, latina, nitida, lenis, terſa, iucunda, ſuauis, amœna, denique talis vt ſi quid addideris aut mutaueris, aut detraxeris vitioſius ac deterius ſit futurũ. Quare ſtudioſos omnes hortor & moneo, vt hos duos ſcriptores ſibi familiariſſimos habeant, nec vnquam ſcripta illorum de manibus deponant. Recentiorum nullum noui, qui ſit aliquid veræ laudis in hoc genere conſecutus, viuentium tamen nominibus parco. Eodem pene filo conſcriptæ ſunt à Cicerone epiſtolæ ad Atticum, inter alias
D enim, quas imperiti *familiares* nominant, nonnullæ magis aſſurgũt. Item Philoſophici aliquot libri, maxime inſignis ille *de Amicitia, & de Officijs*, vbi magnopere hortatur Cicero filium, vt non ſolum orationes, ſed hos etiam de Philoſophia libros, qui iam ſe illis fere æquarant, ſtudioſe legat. *Vis dicendi*, inquit, *maior eſt in illis, ſed hoc quoq; colendum eſt aequabile & temperatum orationis genus. Et id quidem nemini adhuc Græcorum video contigiſſe, vt idem in vtroque genere laboraret, ſequereturq; & illud forenſe dicendi, & hoc quietum diſputandi genus.* Porro Archiæ accuſator Gracchus quidam fuit, homo ſane improbus qui Licinium ocio literario indulgentem, ac de vniuerſa Italia ingenua-
E rum artium profeſſione optime merentem, in hoc diſcrimen ciuitatis amittendæ protraxerit. Noſtri vero, hoc eſt, Poetarum, immo literatorum omnium aduerſarij qui ſunt, obſecro, aut quales? Imperiti & ἀμουσώτατοι homines, qui (quum vel alabaſter vnguenti plenus illis puteat (iudicij quadam deprauatione, naturæque ſuæ improbitate, & rerum optimarum imperitia doctis faceſſunt negocium, nec ſolum τὴν δίκην verumetiam τὸν πόλεμον γράφουσι, hanc que vtiliſſimam literaturæ partem nefandis conuicijs & calumnijs turpiſſime contaminant. Sed iam tempus eſt Ciceroni ad dicendum accincto nos aures dare.

DE EX-

DE EXORDIO. A

Totum hocProœmium dependet ex loco communi de referenda gratia. Quæ ſane ratio eſt optima certiſſimaque conciliandæ auditorum beneuolentiæ. Quis enim illi non faueat, qui non vereatur quælibet diſcrimina iudiciorumq; pericula ſubire, vt meritam alicui gratiam perſoluat, ſeq; memorem accepti beneficij teſtetur? Solet hoc vbique Cicero diligenter obſeruare principioque honeſtam maxime ſuæ defenſionis cauſam proponere. Sic in oratione pro Cornelio Balbo, vt grati animi officia exhiberet, ad B dicendum ſe acceſſiſſe teſtatur. *Multis enim magnuque beneficijs Balbo obſtrictus volebat videri. Principio orationis*, inquit, *hoc oppono, me omnib, qui amici fuerint ſaluti meæ & dignitati, ſi minus ad referendam gratiam ſatiſfacere potuerim, ad prædicandam & habendam certe ſatis eſſe facturum* Sic autem hic agit Cicero. *Decet vnumquemque beneficiorum ſuorum fructum colligere* quemadmodum & alibi dixit: *Liberæ officium eſt, ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum, fidei conducit in loco debitum retribuere: illic enim animi voluntas propenſa comprobatur, hic memoria collaudatur.* Igitur Archias ſuo iure huius eloquentiæ, quam informauit & inſtituit, mercedem poteſt repoſcere. Hoc ita exprimit: *Si quid eſt in me ingenij,* C *ſi qua exercitatio dicendi, aut ſi huiuſce rei ratio aliqua, id omne Archiæ acceptum fere.* Hanc autem periodum, vt patet, incremento illuſtrauit, addidit enim *Ingenium, Exercitationem, & rationem.* Poſtea confirmat illud circumſtantijs, idque breuiſſima circumductione, quod primus hic Ciceronem doctrinis, quibus puerilis ætas imperriri debet, erudierit *Nam quoad poteſt longiſſime mens mea reſpicere.* &c. Iam ſequitur vtriuſque propoſitionis connexio, eamque loco à minori amplificat. *Quod ſi hac dicendi facultate, quam ille præceptis informauit, nonnullis ſui præſidio, multoſque ex inſidijs & periculis hac voce eripui, profecto*, inquit, *longe magis decet quicquid illud eſt, cuius auctor & princeps mihi extitit, ad Licinij* D *ſalutem & opem conferre.* Hæc Cicero Ita & nos in hac concertatione: Si quid ingenio & induſtria (quæ tamen in nobis infrà omnem mediocritatem eſſe agnoſco) ſi quid exercitatione aſſidua, vehementique animi contentione (in qua me non inficior maximã ætatis meæ partem confeciſſe) in bonarum diſciplinarum ſtudijs ſumus conſecuti, earum omnium rerum fructum & quaſi mercedem à nobis in præſentia repoſcere prope ſuo iure debent Poetæ. Quum enim diligentius apud me puerilium meorum ſtudiorum rationem recolo, illiuſque meæ inſtitutionis memoriam recordor vltimam, inde vſque repetens, quum primum os tenerum & adhuc balbum magiſter figuraret, video eos mihi ad inchoanda & excolenda maiora ſtudia principes & auctores extitiſſe. Incredibili enim rerũ varietate, ſumma verborum ſuauitate & copia, admirabili rerum excogitandarum acumine, præcipua explicandarum animi conceptionum dexteritate, ita ſum allectus & bonarum diſciplinarum amore incenſus, vt ab eo tempore nullum conquieſcendi, intermittendiq; ſtudij ſpatium à meipſo impetrare potuerim. Quare quicquid illud eſt quo plurimi per nos illuſtrantur, multorumque in Republica actiones conſilia, inſtituta magnis multiſq; præconijs ad cælum extolluntur, hoc certe totum nobis ad horum (ex quorum fontibus facultatẽ illam hauſimus) E

A mus) patrocinium & commendationem, ſi volumus eſſe grati, con-
ferre debemus. Cur enim Poetas omnium meorum ſtudiorũ princi-
pes & auctores dicere verear, quum ipſe Cicero Romanorum Orato-
rum Virgilius totam ſuæ eloquentiæ & eruditionis facultatem ad il-
los reuocare non erubuerit? Certe *Grammatica* (quæ niſi omnibus alijs
artib. fideliter fundamenta iecerit, quicquid ſuperſtruxeris corruet)
profeſſio diuiditur in duas partes à Quintiliano, *rectè loquendi ſcien-
tiam, & Poetarum narrationem*, eoq; plus habere dicitur in receſſu, quã
in fronte promittat, qua ſane in parte ab illis iſtis μισομυθολόγοις qui
Poetas criminantur, tam longe diſſidet, quam multum illi ſibi viden-
B tur ſapere. Ac ne quem noua hæc & inſolita interpretandi ratio per-
turbet, vel orationis noſtræ vehementia offendat, queſo à Lectoribus
vt hanc mihi veniam dent, vt pro ſummis Poetis, eruditiſſimisq; ho-
minibus dicentem, ſumma literatorum omnium expectatione, hac
illorum humanitate, deniq; Hoppero totius noſtræ contentionis iu-
dice, patiantur de ſtudijs humanitatis, ac literarum paulo loqui libe-
rius, & in ea re, quæ tenui illo & laconico dicendi genere explicari
nõ poteſt, vti maiore quadã & copioſiore orationis vbertate, atq; ad-
eo mihi adoleſcenti, qui & ætatis ardore, & ingenij celeritate forſan
ſum concitatior, illud non denegandum putent. Quod ſi tribui con-
C cediq; mihi ſenſero, efficiam profecto, vt Regibus rerumq; guberna-
toribus non ſolum vtilem, verumetiam neceſſariam eſſe Poetarum
lectionem vno omnes ore iudicioque confirment.

Si quid eſt in me ingenij) Modeſtia in Oratore, ſuiq; ingenij & facun-
diæ eleuatio, mirifice hominum animos afficit, vt contra oſtentatio,
quæ quum in omnib. tum maxime in Oratore eſt turpiſſima, graui-
ter offendit, & alienat. Ideoq; periti harum rerum artifices initijs o-
rationum ſolent ſua extenuare, & quaſi iudicum auxilium implora-
re, quod infirmos ſe, & contra agentium ingenijs impares oſtendãt.
Huius generis, teſte Fabio, fuerunt plæraq; Meſſalæ procemia. Et no-
D ſtri etiam Ciceronis, qui quũ fuerit alioqui magnus rerũ à ſe geſta-
rum iactator, eloquentiam tamen nunquam ſibi immodice in dicẽ-
do arrogauit, quum eam ſummam concederet aduerſariæ partis ad-
uocatis. Vt in nobili illa oratione pro Quintio: *Eloquentia*, inquit, *Q.
Hortenſij ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor. Gratia S. Næuij ne P.
Quintio noceat id vero non mediocriter pertimeſco. Neq; hoc tantopere queren-
dum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltẽ mediocria. Verum
ita ſe res habet, vt ego qui neq; vſu ſatis & ingenio parum poſſum, cum patro-
no diſertiſſimo cõparer.* Et paulo poſt. *Ita quod mihi conſueuit in cæteris cau-
ſis eſſe adiumento, id quoq; in hac cauſa deficit. Nũ quo minus ingenio poſſum,
E ſubſidio mihi diligentiam comparaui.* Et pro Cornelio Balbo vbi dixiſſet
cauſa me eandem ab integerrimis, & exercitatiſſimis viris eſſe pera-
ctam, ſubiungit. *Quæ ſunt igitur meæ partes? auctoritatis tanta quantã vos
in me eſſe voluiſtis, vſus mediocris, ingenij minime voluntati paris.* Sed à ſuſ-
cepta noſtra ratione non erit alienum, Quintiliani hac de re graui-
ter & plane Philoſophice diſputantis verba adſcribere. Sic igitur ha-
bet lib. 11. cap. 1. quod eſt de apte dicendo. *In primis omnis ſui vitioſa ia-
ctatio eſt, eloquentiæ tamen in Oratore præcipue, adfertq; audientibus non faſti-
dium modo, ſed plærumq; etiam odium. Habet enim mens noſtra natura ſublime
quiddam & erectum, & impatiens ſuperioris. Ideoq; abiectos aut ſubmittentes
ſe libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores videmur, & quoties
diſceſſit*

diſceſſit æmulatio, ſuccedit humanitas. At qui ſe ſupra modum extollit, premere ac deſpicere creditur, nec tam ſe maiorem, quam minores cæteros facere. Inuident humiliores: (nam hoc vitium eſt eorum, qui nec cedere volunt, nec poſſunt contendere) rident ſuperiores, improbant boni. Hæc mihi propter ſententiarum grauitatem digniſſima ſunt viſa quæ aſcriberentur. A

Hic A. Licinius) Licinij vitam poſtea eleganter deſcribit. Huius temporibus fuiſſe lego *Chilium* & *Theophanem* Mitylenæum Poetas nobiles Cicer. ad Attic. lib. 1. *Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti contenti erimus, præſertim cum & Chilius nos reliquerit, & Archias nil de me ſcripſerit.* Item alibi: *Velim te ex Theophane reſpicere quonam in me animo ſit Arabarches.* Quo in loco Pompeium docti intelligunt, in his B Lilius Gyraldus hiſtoriæ Poetarum, Dialogo IV. Siquidem Tacitus dicit eum inter intimos Pompei fuiſſe connumeratum, & ſatis conſtat quod res geſtas illius Epico carmine fuiſſet complexus, à Pompeio in concione militum fuiſſe donatum ciuitate. tum quidem quum *lege Gellia* fuiſſet decretum, vt illi ſoli ciues haberentur, quibus ciuitatem fuiſſet impertitus Pompeius. vt poſtea dicetur.

Vltimam) Id eſt, *primam*. Virgilius 2 *uque parentem.*
Te Saturne refert: tu ſanguinis vltimus auctor.

Hic autem eſt digniſſima obſeruatione prima illa inſtitutio, qua C Ciceronis puerilis ætas eſt ad humanitatem informata, quæque primum, & quomodo iacta ſint fundamenta tantæ eloquentiæ, quanta certe nunquam fuit. Magna eſt ſæpiuſque agitata inter doctos contentio, num primum pueris ſit Poetarum lectio proponenda. Contendunt alij non recte illud fieri, quod nimiam illam verborum licentiam laſciuiamque inde aſſumunt, quæ in oratione ſoluta vitio datur. Plærique vero confirmant à Poetis commodiſſime puerilia primum ſtudia informari, idque eſſe vtile & iucundum. Ego multis hac in re ſententiam non interpono meam, breuiter diſputationis capita complectar. D In primis igitur vel Ciceronis noſtri exemplo, quod omnibus vt perfectiſſimam quandam Ideam propoſitum eſſe volo, conſultum erit puerorum aures teneras & delicatas Poetarum cantibus demulceri, ſic enim illa voluptate & orationis mollitie deliniti, longe promptiores & alacriores ad reliquas ſtudiorum partes ingrediendas & excolendas ſe conferunt; & quod maxime eſt optandum his ſtudiorum blanditijs conſequ. mur, vt ſchola non aliud illis quam ludus & amœna quædam recreatio videatur. Adde quod domeſticum illum & familiarem ſermonem maxime purum & terſum e Comœdijs exhauriunt, ſenſimque aures ſuas E imbuunt grata illa numerorum ſuauitate: in perſonis decorem iam tum obſeruare, affectuum commouendorum rationes in promptu habere aſſueſcunt. Cicero quidem in libris de Oratore copioſe docet verba prope Poetarum in Oratore eſſe debere, ideoque à Poetis genus hoc forenſe alioqui incultum & horridum expoliri & ornari. Quintilianus etiam peritiſſimus inſtituendi Oratoris artifex, nobis ſuffragatur, Virgilijq; & Homeri lectionem præcedere, optime inſtitutum eſſe ait.

Quo in genere tñ, ſi mihi à tãto viro nõnihil deflectere licet, Terẽtiũ præponi malim. Plautus enim doctiores & cautiores reqrit auditores,

A tores, tum propter verba, quæ multa ſunt in illo vetuſta & obſoleta, tum proptet inſignem multarum rerum obſcuritatem, quæ ex antiquitatis aut rerum naturaliũ ignoratione plurimos impingere cogit. Sunt igitur Ciceronis exemplo, & Fabij auctoritate & ratione ita iubente à Poetarum lectione ſtudiorum noſtrorum velut crepundia deducenda.

Ac ne quis à nobis) Iam ſequuntur duæ occupationes, quarum prior eſt quod forte poſſet quis mirari, qua ratione dicat, ſe Archiæ ſtudio & conſuetudine tantum in eloquentia profeciſſe, quum Archias ſit Poeta, plurimumq; abſit hoc forenſe dicendi genus triſte & coactum
B ab illa Poeticorum carminum ſuauitate & licentia. Hanc ſoluit loco cõmuni de totius humanitatis nexu & cognatione. Altera vero præmunit & excuſat nouum & inuſitatum genus dicendi, quod à cõſuetudine iudiciorum forenſiq; ſermone plane abhorreat: eiusque rei cauſam ex circunſtantijs elicit, quod de ſtudijs humanitatis & literarum paulo loqui debeat liberius, quum tantus ſit doctorum hominum concurſus, quumq; ipſi Iudices huic ſtudiorum generi maxime ſint addicti, & maxime in eius Rei defenſione qui nunquam incerta iſta iudiciorum diſcrimina expertus, terreretur nouo illo & tetrico genere defenſionis.

C *Etenim omnes artes*) Præclarus eſt profecto digniſſimusque explicatione hic locus, quem ex Platone deſumpſit Cicero. Sic enim lib. 3. de Orat. *Eſt etiam illa Platonis vera, & tibi, Catule, certe non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium vno quodam ſocietatis vinculo contineri. Vbi enim perfecta vis eſt rationis eius, qua cauſa rerum atque exitus cognoſcuntur, mirus quidam omnium quaſi conſenſus doctrinarum concentusque reperitur.* a Grammatica reliquis artibus viam ſternit & præmunit ſine hac ne pedem quidem promouere quis in vllo diſciplinarum genere poteſt. Æque neceſſariæ ſunt eius cognatæ & conſanguineæ, facultates intelligo benedicendi & diſſerendi.
D Quis enim poterit animi ſui conceptu expromere, atq; alijs dilucide & aperte explicare abſq; illa diſciplina, quam à dicendo b *ῥητορικὴν* nominarunt? Quis inuenta ſua comprobare, dicta confirmare, oppoſita diluere, obſcura definire, intricata diſtinguere, citra c Dialectices cognitionem? Huius ignoratione primas illas omniũ artium præceptiones, quæ maxime diſtincte & aperte edoceri debuerãt, ita confuſas & intricatas nobis literatores propoſuerũt, vt mihi magis videantur Iuuentutẽ à diſcendo deterrere quàm docere, auctoresq; tenebris magnis inuoluere, quàm illis lucem aliquam adferre. Adeo omnia ſunt perturbata, contorta, & vt Græci loquuntur, *ἀνακόλουθα, καὶ ἀ-*
E *σύμφωνα, καὶ ἀναντιαπόδοτα* vt nihil magis defuiſſe illis apertum ſit, quàm mentẽ, hoc eſt, neceſſariã hãc *diuidendi artẽ*, quã iure Plato vocauit *τῶν μαθημάτων θριγκὸν*, i. diſciplinarũ loricã & munitionem. Hac deſtituti qui ſe ad Iuris vel Medicinę vel Theologię vel cuiuslibet doctrinę ſtudia cõferunt, nõ minus videntur ridiculi, q̃ ille, q cribro puteũ exhaurire conabatur, aut, vt lepide dixit Simocratus, *κοτύλῃ τὸ ἀτλαντικὸν, ἅπαν ἐκροφῆσαι πέλαγος.* De Iuriſprudẽtia q's te melius, Hoppere, cuius in hoc genere extãt præclara ſane, & erudita ſcripta, poterit iudicare? Noſti q̃ luculenti ſint & inſignes illorũ errores, qui

a *Grammatica.* b *Rhetorica.* c *Dialectica.*

res, qui ſine Græcarum literarũ, totiuſq; antiquitatis, & huius, quam A tantopere celebramus, artis cognitione illotis, vt aiunt, manibus hæc ſtudia ſint aggreſſi. In Medicina qui præter hæc omnia, exactam rerum naturalium Mathematicarumque artium cognitionem non attulerit, in pleriſq; omnib. miſere cogetur ἰλλοπεῖν καὶ παραβλέπειν. Extant quidem doctorum hominum hac in parte lucubrationes, quibus multum ſubſidij poſſit ſtudioſis adferri, at tanta eſt ſe his bonarum literarum fulcimentis, præmunierit, neceſſario cum illis in eandem foueam protrahatur. De rebus Theologicis, taceo: notum eſt illud Saturniæ lemæ. Omnium vero harum diſciplinarum, qui primas obtinent, & ſcriptores, & profeſſores, è Poëtis B carmina velut condimenta quædam mutuantur, quibus tetricum illud & auſterum genus orationis leniant & mitigent, lectorumque aures defeſſas, & rerum aſperitate offenſas recreent. Hinc videas Iuriſperitos, Medicos, Theologos paſſim Poëtarum noſtrorum verſus aliquot ſuis ſcriptis inſerere, hiſque velut floſculis & luminibus mirandum in modum exultare. Neque vero puduit Platonem, Ariſtotelem, Galenum alioſque veteres philoſophos dogmata ſua *Homeri, Heſiodi, Pindari* cæterorumque Poëtarum auctoritate & teſtimonio corroborare. Porro mirificam illam diſciplinarum omnium connexionem Poëtæ quoque nobis ſuis figmentis & inuolucris adumbrarunt. Siquidem quamuis nouem illis virginibus cuiq; C ſuum peculiare attribuant εὕρημα, Clio enim, vt aiunt, *Rhetoricã*, Euterpe, *tibiarum cantum*, Thalia *Comœdiam*, Melpomene *Tragœdiam*, Terpſichore *cythara ſonum*, Erato *poëſim*, Polymnia *Geometriam*, Vrania *Aſtronomiam*, Calliope *verſus* inuenit, quæ omnia diuerſa ſunt & diſcrepantia, tamen ex iſtis vna compoſitis, cumulum quendam & aceruum conficiunt: quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν, Quintilianus *orbem doctrinæ* vocat. Siquidem velut in circulum omnes diſciplinæ voluuntur, & in ſe mutuo conuertuntur, vt altera ſine alterius præſi- D dio nullo modo conſtare poſſit. Mutuis enim auxilijs hic ſtant omnia, quemadmodum ait Hippocrates: τὰ μόρια τοῦ σώματος πάντα ἀλλήλοις εἶναι συμπαθῆ. Huc alluſit etiam Heſiodus, quum in Theogonia ait, Mnemoſinem nouem dierũ cõcubitu Ioui peperiſſe ἐννέα κούρας ὁμόφρονας, *nouem virgines vnanimes*. Recteque putat Io. Zetzes eius interpres apprime eruditus & accuratus ὅτι δείκνυσι τὰς λογικὰς ἐπιστήμας ἀλλήλας ἐπικοινωνούσας. id eſt, ſcientias omnes in ratione poſitas ſibi viciſſim omnia communicare & impertiri. Veluti in Muſica omnis harmonia ex diuerſarum vocum & E diſcrepantium neruorum concordia exiſtit, quæ omnia ſi diuulſeris & diſtraxeris, iam perit illa ſuauitas cantus & delectatio. Adhibentur *lyra, cythara, fiſtula*, aliæque inſtrumentorum ſpecies, quæ & ſi propriam & peculiarem quandam obtineant Muſicam, tamen ex illa communi velut conſpiratione optimus quidam efficitur concentus: quod in diſciplinis quoque accidit. Eſt igitur nobis ſatis accurare, vt quidem fert præſens diſputatio, in genere explicata illa periodus. de omnium artium ſocietate, nunc & ſpeciem, quæ ad hunc locum facit, diſcutiamus, proprioremque cauſam illius ex ipſo Cicerone eliciamus: *Eſt*, inquit I. de Orat. *finitimus Oratori Poëta*, *numeris*

A *numeris aſtrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus ſocius ac pene par, in hoc quidem certe prope idem, nullis vt terminis circumſcribat & definiat ius ſuum, quo minus ei liceat eadem illa facultate & copia vagari, qua velit.* Et paulo poſt vbi in Oratore acumen Dialecticorum ſententias Philoſophorum requirendas eſſe dixiſſet, adiunxit verba etiam prope Poëtarum. *Ab his commouenderum affectuum ratio, numerus, decor plurimarumque, rerum cognitio petitur.* Itaque non ſolum propter communem illam & vniuerſam omnium diſciplinarum conſenſionem ac velut conſpirationem Oratoris ſtudia confirmat & alit Poëta, verum etiam propter proprias, & peculiares

B ſuas dotes. Quod vero ait: *omnes artes quæ ad humanitatem pertinent*: dignum mihi viſum eſt hic aſcribi, quod etiam alij annotarunt ex Gellio, qui libro 13. cap. 15. Noct. Att. docet. a *Humanitatem* non ſolum ſignificare id quod Græcis dicitur φιλανθρωπία, & ſignificat dexteritatem quandam beneuolentiamque erga omnes homines promiſcuam, ſed etiam id propemodum quod Græci παιδείαν, nos eruditionem inſtitutionemque in bonas artes dicimus: vel quod diſciplinæ cura & ſcientia vni ex vniuerſis animantibus ſit homini data: vel quod qui ingenium liberalibus artibus excoluerunt, ij

C ſunt vel maxime humaniſſimi. Vnde illud venuſtiſſimi Poëtæ:

a *Humanitas.*

Ouid. 2. Pont.

Scilicet humanas didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Et 3. de Arte a.

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte
Et ſtudio mores conuenienter eunt.

Forenſi ſermone.) Qui eſt horridior & incultior, minuſque amœnus & ſuauis. Hunc *refractiolum* vocat ad Att lib 2. vbi ſic ait: *Fuit enim*

D *mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes, & quod ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit.*

Iudicio publico.) Eſt enim de iure ciuitatis quæ res maxime ad Rempub. ſpectat ſicut *repetundarum, ambitus, maieſtatis* & ſimiles cauſæ. Extat etiam titulus apud Valerium Max. lib. 8. *de iudicijs priuatis.*

Hoc concurſu hominum literatiſſimorum.) Conuenerant enim eo fere omnes illi, qui bonarum literarum ſtudijs erant addicti, quod non ſolum Archiæ, verumetiam literarum, literatorumque omnium

E cauſa agi videretur.

Quod ſi mihi à vobis) Concluſio eſt exordij, qua reddit attentos auditores. Sic pro Cornelio Balbo: *Hic ego nunc cener ſic agere, Iudices, non eſſe fas dubitari, quin quod Cn. Pompeium feciſſe conſtitit, id non ſolum decuiſſe, ſed etiam debuiſſe fateamur.*

Nam vt primum ex pueris.) Narratio eſt mire elegans, pura, ſimplex, & ſatis amœna ac hiſtoricæ ſimilis qua mores, vitam, ſtudia Archiæ breuiter deſcribit. Rem autem à prima eius ætate repetit, in qua quoque mirabiles ad virtutem & omnem honeſtatem motus enarrat, vt Iudicum beneuolentiam illi conciliet. Poſt, qua ratione iam paulolum ætate prouectior, in Italiam in qua Græca tum primũ ſtudia

ſtudia vigebant, ſe contulerit. & à Tarentinis, Rheginis, Neapolitanis honorifice hoſpitio exceptus fuerit, & ab Heracliensibus ciuitate donatus. Vbi tota contentio ſita eſt. Quam paucis *legum & teſtium* (vt iam diximus) auctoritate diſcurit. A

Ex pueris.) Sic dicunt Græci ἐκ παίδων Xenophon. ἐπειδὴ ἐκ παίδων ἐξέβαιν ὡρμᾶτο. *poſtquam à pueritia ad pubertatem perueniſſet.*

Primum Antiochia.) a *Antiochia* ciuitas eſt Syriæ nobiliſſima clariſſimaque, & omni rerum copia inſtructiſſima. Huius tamen facit mentionem ſatis leuiter Strabo. Meminit & Procopius lib. 1. de bello Perſico. Et Ammianus Marcellinus li. 14. vbi vicinas vrbes enumerat. Eſt alia eiuſdem nominis ciuitas quæ *Antiochia Mygdonica* eſt appellata, à Barbaris *Niſibis* dicitur, eam Plutarchus in Lucullo dicit & opibus & hominum multitudine fuiſſe valde opulentam. facit & illius mentionem Strabo lib. 11. & 16. ſcribitque eam ſitam ſub Maſio monte, qui ab Auſtro in Meſopotamia Mygdonibus imminet. B

a *Antiochia.*

Plena Græcarum artium.) Ex *Græcia* tanquam ex vberrimo omnis ſapientiæ fonte diſciplinæ omnes in Italiam profluxerunt. Vnde & alibi ait Cic. *Sed ſint iſta Græcorum, ab his enim Philoſophiam & humaniores artes accepimus.* Quanquam hac in re parum ſibi conſtat Cicero, vt abunde docuimus in ea oratione quam *de Græcarum literarum ſtudijs* conſcripſimus. C

Propter tranquillitatem Reipub.) Veteres enim illi Romani, homines inculti & vere ferrei, multis magniſque bellis diſtricti; rei militaris maximam, literarum penitus nullam habuerunt rationem aut diſciplinam. Hoſtem ferire, ictum auertere, vineas promouere, haſtam vibrare, oppida expugnare, deniq; fortiter belli munia obire pulchrum & honorificum Romanoque digniſſimum habebatur. at orationem eleganter contexere, bellum & ſuaue carmen pangere, aſtrorum curſus obſeruare, rerum naturalium cauſas indagare, mollis, effœminati & degeneris ducebatur. Tota hominum exiſtimatio, omnis præſtantium virorum gloria ex vna illa militari diſciplina pendebat. Ideo ſerius Poeticam bonaſque omnes diſciplinas à Græcis acceperunt. Cic in princip. 1. lib. Tuſcul. *Poetas* vero etiam fuiſſe illis odioſos ſatis declarat oratio Catonis, in qua obiecit vt probrum Marco Nobiliori, quod in prouinciam *Poetas* duxiſſet, quos & *graſſatores fuiſſe* vocatos, ab eodem Catone puto annotatum. apud A. Gell. lib. 1. cap. 2. Nol. Hæc etiam attingit Horatius eleganti illa Epiſtola ad Auguſtum de Poeticis ſtudijs: D E

Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agreſti Latio ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
Munditiæ pepulere ſed in longum tamen æuum
Manſerunt hodieque manent veſtigia ruris
Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles & Theſpis, & Æſchylus vtile ferrent.

A Igitur ſedatis compoſitiſque bellis, quum Romani ocio & pace
fruerentur, minuſque bellica ſtudia, vt accidit in publica tranquilli-
tate, florerent, contulerunt ſe ad excolendas & excipiendas Græcas
iſtas diſciplinas, quo tempore ſe Licinius commodiſſime in Italiam
contulit.

Tarentini, Rhegini.) Sunt hi omnes populi in maiore Græcia, hoc
eſt, in *Calabria* & *Campania* ad oram maritimam verſus Siciliam, vbi
& hodie eſt Neapolis, quæ & *Parthenope* vocatur. Porro iure ciuili
Romanorum duarum ciuitatum eſſe ciuis nemo poterat, vt docet
Cicero in Orat. pro Cornelio Balbo, & pro A. Cecinna, aliarum
B vero ciuitatum iure poterat quis plurimis ciuitatibus aſcribi. De
iure ciuitatis ſi quis cupiat aliquid cognoſcere, legat orationem
pro Cecinna, & Balbo, & Alexandrum ab Alexandro lib. genialium
dierum 4. cap. 10. & fuſius Catolum Sigonium Sunt autem obſer-
uandæ locutiones iſtæ: *Aſciſcere ciuem, ciuitate donare, in ciuitatem re-
cipere, ciuitate excipere, in ciuitatem ſuſcipere, largiri ciuitatem alicui, impar-
tire ciuitatem cuipiam, dicare ſe in aliquã ciuitatem, furari ciuitatẽ, ciuitate
immutari, amittere, perdere ciuitatẽ,* & reliquæ quæ hic paſſim occurrũt.

Cognitione.) Noiandum hic *cognitione* pro notitia dici, quod rarius
apud Ciceronem reperiatur. Alioqui notum eſt, *cognitionem* eſſe
C peritiam & ſcientiam, vt, Cornelius Valerius mnltatum artium
cognitione inſtructiſſimus. Dicitur & *dies cognitionis*, id eſt, iudicij,
quum de cauſa debet cognoſci.

Mario Conſule & Catulo.) Plurarchus in Mario ait, quartum Con-
ſulatum Marium geſſiſſe cum Qu. Luctatio Catulo, qui aſtipulantur
Florus, Caſſiodorus & Plinius lib. 17. capite 1. Id putat accidiſſe Gla-
reanus anno ab vrbe condita 652. à quo tamen diſſidet, vt in pleriſ-
que omnibus, Sigonius, qui inde demit quadriennium, Conſula-
tumque illum annumerat anno 648. De *Marij* rebus geſtis vide
Plutarchum in eius vita. De *Catulo* ſic Tullius in libro de Claris O-
D ratoribus. *Iam Qu. Catulus non antiquo illo more, ſed hoc noſtro, niſi quid fieri
poteſt perfectius, eruditus, multa litera ſumma non vita ſolum atque Natu-
ra, ſed orationis etiam comitas, incorrupta quadam latini ſermonis inte-
gritas, quæ perſpici cum ex orationibus eius poteſt, tum facillime ex eo
libro quem de Conſulatu, & de rebus geſtis ſuis conſcriptum molli & Xeno-
phonteio genere ſermonis miſit ad A. Furium Poëtam familiarem ſuum.* facit
& eius admodum honorificam mentionem in libris de Oratore,
vt conſtet Oratorem fuiſſe admodum elegantem & purum, quare
non mirum ſi ſtudioſe & amanter ſit proſecutus Licinium. Quis
enim bonis literis expolitus, horridamque illam barbariem exutus
E non Poëtis cupide & libenter aures ac ſtudium adhibeat?

Statim Luculli.) L. & M. De *Luculli* ſtudio & beneuolentia in om-
nes doctos, quum plurima adducit Plutarchus in eius vita, tum illa
ſunt commemoratione digniſſima quæ hic appingam, vt Veterum
Romanorum inſignem humanitatem & φιλομαθίαν, ſtudioſi con-
ſpiciant & admirentur. *L. Lucullus plurimos pulcherrimeque ſcriptos coe-
git libros, quorum profecto vſus maiorem ſibi quam ipſa profeſſio gloriam ven-
dicabat. Studioſo enim cuique & bibliotheca & quæ circa eas erant ſcholæ
atque deambulacra libere perpetuoque patebant. quo ſe Græci, cum per o-
cium licuiſſet velut in amœniſſimum quoddam Muſarum diuerſorium, con-
ferre ſolebant: ibi loquendo, legendo, diſputando, diem iucunde terebant. Et Lu-
cullus*

cullus

Google

ſus plerunque vbi eruditiſſimos viros diſputare vidiſſet, eo ſe petiſſimum ingerebat. Si qua etiam ope illis in Repub. opus fuiſſet, auctore Lucullo, quamprimum aſſequebantur, vt vix credibile ſit quod fuit illud quantumve in Græcos homines ſtudium atque humanitas, fouebat eos, colebat eos, conuiuijs excipiebat eos, & proprios Lares liberam Græcorum Romam venientium aulam faciebat Ab huius moribus, Dij boni, quam longe abſunt Principes noſtri & Magnates? A

Prætextatus.) *Prætexta* fuit veſtis nobilium & ingenuorum puerorum apud Romanos, quam Patritij etiam purpuream induebant, fuitque prima ineuntis ætatis commendatio. hac vtebantur maſculi vſque ad annum ætatis decimum ſeptimum, quo tempore *togam puram ſeu virilem* induebant, puellæ vero quoad nuberent. B

Natura atque virtutis.) Nam niſi ſingularem in eo probitatem, eximiamque morum integritatem deprehendiſſent Luculli, eum non ad extremam vſque ſenectutem fouiſſent. Solemus autem plerunque ob celebrem ingenij & eruditionis famam plurimorum colloquia & conſuetudinem expetere, quorum vbi poſtea penitus mores & animum cogitationeſque introſpexerimus, conuictum horremus. Tantus eſt impoſtorum fucus, & plerunque eximijs virtutibus ingentia vitia obteguntur, quæ tandem natura cogente in lucem prorumpunt. C

Iucundus.) Quod plus eſt quam *gratus*. Multa enim ſunt *grata*, quæ non *iucunda*, at contra, nihil *iucundum* eſſe poteſt, quod non ſit *gratum*. Cic. ad Att. *Veritas quidem etſi non iucunda, tamen ſemper grata fuit.*

M. Æmilio.) *Scauro.* Fuit is princeps Senatus vir magnæ auctoritatis & religionis. facit illius mentionem. Cicero in Oratione pro Scauro eius filio, *Non enim tantum admiratus ſum ego illum virum ſicut omnes, ſed etiam præcipue dilexi. Primus enim me flagrantem ſtudio laudis in ſpem impulit poſſe virtute ſine præſidio fortunæ quo contendiſſem labore & conſtantia peruenire.* Lucius Craſſus fuit eloquentia clariſſimus, & fori, vt ille curiæ, princeps. D

Venit Heracleam) *Heraclea* ciuitas eſt in ea parte Italiæ quæ magna Græcia appellabatur, vbi *Tarentum*, *Rhegyum* & cæteræ quas paulo ante nominauit. Eam prius dictam fuiſſe *Troiam*, ſed poſtea inductis colonijs Tarentinorum Heracleam appellatam ſcribit Strabo, Ariſt. tamen in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, (ſi modo Ariſtotelis eſt,) ait, μετὰ τὸ παραλαβεῖν τοὺς ταραντίνους ἡράκλειαν. τὸν τόπον κεκλῆσθαι, hoc eſt, *locum illum poſtquam Tarentinos excepiſſent fuiſſe Heracleam appellatum*, qui antea πλεῖον (forſan à nauigandi opportunitate) ab Ionibus, & primo ab incolis σίγειον eſt dictus. E

Non opinari.) Leuiter enim plerunque opiniones à rei veritate plane alienæ concipiuntur, hic autem Cicero videtur indicare εὐπορίαν quæ illi opinionum incertitudini opponitur. De ea egregie philoſophatur Ariſt. lib. 2. τῶν μετὰ τὰ φυσικά.

Adſunt Heraclienſes legati.) Locus eſt *à teſtibus*, qui procul dubio in hoc genere multum poteſt. Sic pro Cornelio Balbo. *Atque hanc, Iudices, non à me fingi orationem, ſed me dicere quæ Gaditani iudicarint res ipſa declarat. proferam teſtes, proferam legatos, excitabo laudatores, ad hoc iudicium*

A *cium ſummos homines ac nobiliſſimos deprecatores huius periculi miſſos videtis. Itaque & adſunt principes ciuitatis, & defendunt amore vt ſuum ciuem, teſtimonio vt noſtrum, officio vt nobiliſſimum & ſanctiſſimum hoſpitem, ſtudio vt diligentiſſimum defenſorem commodorum ſuorum.* Recte autem dixit *vir ſumma religione & fide.* Teſtem enim oportet exploratæ eſſe fidei & integritatis, nullaque infamiæ nota aſperſum, alioqui nulla eius habenda erit ratio.

Hic tu tabulas.) Teſtibus ſe ſuperatum non fatebatur Gracchus. B oportebat quum Archias eſſet ciuis Heraclienſium, eius nomen in tabulis publicis extare. incendio autem conflagrarant illæ, ideo non poſſe proferri demonſtrat Cicero. acute autem & ingenioſe addit illud, Etiam ſi extarent tabulæ illæ tamen non eſt quod eas à nobis requiras. Id probat à fine; Tabulæ publicæ in eum vſum & finem conficiuntur, vt de rebus ſuperiorum ætatum poſteritatem moneant, præteritorumque memoriam conſeruent: ideo in illis rebus proferuntur, quæ propter vetuſtatem alta ſunt obliuione inuolutæ, at de Archiæ ciuitate recens eſt hominum memoria, quid igitur neceſſe eſt eam à tabulis repetere? Ad hæc, poſſunt illæ corrumpi, quod etiam aduerſarius aſſeruerat, integritas autem & bonorum virorum fides nullo modo poteſt labefactari.

C *Municipij.*) De *Municipio* vide Alexandrum ab Alexandro loco eo quem ſupra aſcripſimus. & Gellium lib. 16. cap. 13.

At domicilium.) Ironicôs iſta dicuntur. Eſt enim abſurdum & ab omni ratione alienum, eum qui vitæ ſuæ certam Romæ ſedem fixerit, ibique ætatem omnem tranſigere decreuerit, domicilium ſibi non comparaſſe. Vel etiam cum interrogatione legendum hoc erit, *An domicilium, &c.*

His tabulis profeſſus.) Docet etiam *profeſſum* eſſe Licinium hoc eſt, nomen ſuum edidiſſe, & in tabulas publicas aſcribi curaſſe, quod requirebat lex: atque adeo non tabulis profeſſum, quæ propter leD uitatem & negligentiam Prætorum (qua plurimi furtim in eas irrepſerant, ſeque falſo ciues vendicabant) in publicis iudicijs nullam auctoritatem habebant, quibuſque nuſquam fides adhibebatur, ſed in illis quæ diligentiſſime erant ſeruatæ à Metello homine ſanctiſſimo & incorruptiſſimo. Hunc autem credo eſſe *Q. Metellum* de quo ſic habet Cicero pro Cornelio Balbo: Cum *Qu. Metellus L. F. cauſam de pecunijs repetundis diceret, ille, ille vir cui patria ſalus dulcior, quam conſpectus fuit, qui de ciuitate decedere, quam de ſententia maluit, hoc igitur cauſam dicente, cum ipſius tabulæ circumferrentur inſpiciendi nominis cauſa, fuiſſe iudicem ex illis equitibus Romanis grauiſſimis viris neminem,* E *quin remoueret oculos, & ſe totum auerteret, ne forte quod ille in publicas tabulas retuliſſet, dubitaſſe quiſnam verumne an falſum eſſet videretur.* Subnectit poſtea non diſſimilem hiſtoriam de quodam Græco, is fuit *Xenocrates*, vt ipſe Cicero ſcribit ad Atticum, & Valerius Maximus nominat. quem Græci teſtimonium ferentem iurare prohibuerunt.

Etenim cum mediocribus.) Etiam ſi de Heracleienſium ciuitate controuerſia eſſet, quæ iam eſt diſcuſſa, tamen & alijs quoque ciuitatibus eſt aſcriptus. Siquidem quum Græci obſcuros & ignobiles homines, humilioribuſque artibus præditos ciuitate donarent, veri non eſt ſimile fuiſſe hoc honoris denegatum præſtantiſſimo & omni

omni humanitatis genere politiſſimo *Archia Poeta*. Illa vero Græcorum facilitas vel potius leuitas in largienda ciuitate vel hinc facile deprehenditur quod Athenienſes *Ariſtonicum Caryſtium*, qui cum Alexandro pila ludere ſolebat, ob artem pilæ (vt ait Athenæus lib. 1. Dypnoſo) ciuem fecerunt, & ſtatuam inſuper ei crexerunt. idem etiam ex Alexidis Comici verſibus, qui apud Athenæum quoq; lib. 3. ſic leguntur. A

Τοὺς χαιρεφίλου δ᾽ ἢ εἷς ἀθηναίους, ὅτι
Εἰσήγαγε τάριχος: οὓς καὶ τιμοκλῆς
Ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων, δύο σκόμβρους ἔφη
Εν τοῖς σατύροις εἶναι. B

Quod ſcenicis artibus.) Apud Romanos quidem ciuitate donati debebant illiberalibus illis & abiectis artibus, quæ ciue Romano indignæ videbantur, abſtinere, cultumq; & mores Romanorum immo etiam nomina, qualia ſunt illa veterum & illuſtrium familiarum, aſſumere. Quod in aliis ciuitatibus fuiſſe ſeruatum non legimus.

In Gracia.) Maiore, cuius deſcriptionem vide apud Strabonem lib. 6.

Poſt legem Papiam.) Quum ius ciuitatis Romæ temere nullaq; perſonarum habita ratione viliſſimis quibuſq; concederetur, quod contra maieſtatem populi R. eſſe videbatur *Lege Papia* cautum eſt, ne *peregrini* & alienigenæ ciuitatis Romanæ iura poſſent aſſequi, hacq; ratione illis etiam aditus ad omnes honores præcludebatur. Eandem legem antea tulerat *Petronius*, quam iniquam eſſe & inhumanam ſic ſcribit Cicero lib. 3. Offic. *Male qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosq; exterminant, vt Petronius apud patres noſtres fecit, Papius nuper. Nam vrbis vſu prohibere peregrinos, ſane inhumanum eſt.* Putat Vlricus Zaſius *legem* hanc *Papiam* latam eſſe paulo ante Gracchana tempora: quod falſum eſſe ſatis docet ipſa temporum ſeries. Tulit hanc igitur *C. Papius Tribunus pl.* Cotta & Manlio Coſ. id eſt, anno vrbis cond DCLXXXVIII. Neminem autem eſſe puto, qui ignoret ea, quæ à Tribunis pl. eſſent ſancita etiam legum nomen obtinuiſſe. Cic. ad Att. lib. 3. *In altera epiſtola prater conſuetudinem tuam diem non aſcribis, ſed ſatis ſignificas tempus. lego enim ab octo Tribunis pl. promulgata ſcribis te eas literas eo ipſe die dediſſe.* C D

In tabulas irrepſerunt.) Vel Prætorum negligentia, vel eorundem dolo in tabulis publicis clanculum nomen ſuum aſcribi curauerunt. Cic. pro Balbo: *Non enim furatus eſſe ciuitatem, non genus ſuum ementitus, non aliquo impudenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur.*

Cenſus noſtros.) *Cenſores* apud Romanos quinto quoq; anno capita ciuium Romanorum cenſere ſolita erant. Aſconius: *Quinque annorum ſpacio inſtaurari ſolet cenſus apud Cenſores, quorum adminiſtratio per luſtrum, hoc eſt per quinquennium tenditur.* Soli autem ciues cenſebantur, ideoq; etiam cenſu libertate donari ſeruos teſtis eſt Cicero Legis autem Cenſoriæ verba hæc fuerunt: *Cenſores populi ſoboles familiasq; cenſento, pecuniasq; vrbis, templa, vias, ærarium, vectigalia tuento, Populiq; partes in tribus diſtribuunto, cœlibus eſſe prohibento, mores populi regunto, probrum in Senatu ne relinquunto, bini ſunto, Magiſtratum quinquennium habento, reliqui Magiſtratus annui ſunto, eiq; poteſtas ſemper eſto.* De his plura qui *de Magiſtratibus Romanorum ſcripſerunt.* E

A *Quæres à nobis.*) Cauſa hæc per ſe tenuis erat & exigua, ſiquidem vbi probaſſet circumſtantias illas quibus lex Syllani & Carbonis continebatur, Archiam ciuem eſſe probauerat, illiq; ciuitatis iura attribuerat Illud enim erat ſolum κεχινόμδρον, in quo diſcutiendo totum eſſe oportebat: quod vbi diligenter & accurate fecit, digreſſionem adiungit amplificandæ & ornandæ cauſæ gratia, quod ſæpe & libenter fecit alias. hinc illa pro C. Cornelio copioſa & elegans virtutum Cn Pompeij commendatio. Quæ quidem extra rem fuit, ſed tamen ad vtilitatem cauſæ pertinebat. Omnis enim παρέκβασις tantum debet cum cauſa cognationis habere, vt ex ea plane dependere B videatur. Alioquin quid aliud quam tædium moleſtiamq; auditori poteſt adferre? Ideoq; recte dixit Fabius hoc expatiendi genere vel maxime illuſtrari ornariq; orationem, ſed ſi cohæret & ſequitur, non ſi per vim conetur, & quæ natura iuncta erant diſtrahat. Hic autem, bone Deus, quam ingen oſe captat occaſionem attexendi *locum* illum *communem?* dicas Ciceronem orationis curſu eo compelli, nec poſſe locum hunc niſi abrupta male oratione præmitti. Quum ea omnia refutaſſet quæ Gracchus obiecerat, iamq; cauſa omnibus ſui partibus probe eſſet munita, aduerſarium vrget, & illudit, illiq; quum vehementius inſtaret, *Sed quæres*, inquit, *à nobis Gracche cur tantopere* C *hoc homine delectemur? quia ſuppeditat nobis vbi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuitio defeſſæ conquieſcant.* Hic certe poteſt commode in horum ſtudiorum commendationem excurrere, multaq; in hanc partem & ἠθικῶς & εἰδῆ attexere, quod tanta arte præſtitit, vt nihil magis accommode dici potuiſſe videatur.

Quia ſuppeditat nobis.) Peruenimus tandem ad eum locum cuius potiſſimum gratia orationem hanc explicandam deſumpſimus, is eſt *Poetarum lectionem* Principibus ſummisq; viris a non vtile modo, verumetiam neceſſariam eſſe, quem nunc explicare non fuerit inutilis D aut ſuperuacaneæ operæ. Nos tamen in hac diſputatione humaniorum artium commendationem attexentes rem altius non repetemus, quod hanc partem plurimi doctis & eruditis ſcriptis ſint perſecuti; illam vero pauciſſimi vel attigerint vel comprobarint: de Poeticis tantum ſtudiis breuiter &, vt propoſitę commentationis ratio feret, accurate agemus. In primis igitur nobis ſunt innumera fortiſſimorum virorum exempla, à Græcis & Latinis ſcriptoribus, maxime autem Poetis, ad imitandum propoſita, quibus Principum animi in adminiſtranda Republ. confotmantur & ad gloriam & honeſtatem excitantur. Quemadmodum de Iulio Cæſare legimus, quod cum ad E Alexandri Magni ſepulchrum perueniſſet, grauiter ingemuit lacrymasq; emiſit, quod ea ætate quà ille orbem terrarum ſubegiſſet, nihil commemoratione dignum feciſſe ſibi videretur. Itaq; tanti ducis cogitatione ad laudem & gloriam tanto impetu contendit, vt eum etiam ſuperaſſe, albisq;, vt aiunt, equis præceſſiſſe dicatur. At ille idem Alexander diuinum *Homeri* poëma omnium ſuarum expeditionum comitem eſſe voluit, vtpote præſtantiſſimum fortitudinis, moderationis, decoris, morum, virtutumq; omnium doctorem, cuius præceptis cum eo gloriæ ſe perueniſſe videret, quo forſan antea nemo, nec ſe meritam illi gratiam habere poſſe, ſcrinium Datij Perſarum

a *Copioſa Poetica laus ab vtilitate & fructu.*

ſarum Regis admirabili arte conſtructum, multoq; auro ac gemmis A
preciosum, horum librorum cuſtodiæ dedit. Hos ita adamauit, coluit, admiratus eſt, vt ſemper dormiens puluino ſubiectos cum gladio habuiſſe dicatur. Qua in re prudentiſſimus Princeps, vt in aliis omnibus incredibilem eſt laudem conſecutus. Homerum enim dum gladio adiungeret, rationis imperio voluit iram compeſci & frænari. Nimirum recte intellexit illud Iliados α. de Pallade Achillem furibundum iamq; manus illaturum Agamemnoni reuocante. Sed iam de Homero Virgilioq; Poetarum apud Græcos Latinosq; Principibus dicamus. Quam eleganter, quam accurate, quam expreſſe hominum mores, cogitationes, inſtituta, conſilia, fraudes, dolos, actiones, re- B
rum, caſuum, euentorum, imitationes, varietates, diſcrimina depingunt, & ob oculos intuenda proponunt? Quam ingenioſe & vrbane Magiſtratuum, officiorum, functionum, dignitatum, honorum ordines & diſtinctiones obſeruant? Quid eſt in humana ſocietate & ciuili cœtu, diuerſisq; hominum, ætatum, ſexuum ordinibus, quod non omnibus partibus abſolutum nobis effinxerint? Omnia Politiæ & Virtutis veſtigia non adumbrata, ſed ita ad viuum ſunt ab illis expreſſa, vt rectiſſime de Homero dixerit Horatius:

Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non
Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit. C

De optimo Reip ſtatu quicquid poſtea verboſe & perplexe ſunt perſecuti *Plato, Ariſtoteles*, cæteriq; Philoſophi, en tribus verſiculis harum rerum petitiſſimis complectitur Vlyſſes, Iliad β.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἷς κοίρανος ἔστω
Εἷς βασιλεύς. ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

At quam egregie ibidem philoſophatur *Vlyſſes*, dum ait imperium hominibus à Deo conceſſum eſſe. Regesq; illi curæ eſſe, quod etiam dixit D. Paulus Rom. XIII.

Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος D
Τιμὴ δ' ἐκ διός ἐστι. φιλεῖ δὲ ἑ μητίετα ζεύς.

Principis inſtitutionem quæris? Ne philoſophorum quidẽ omnium ſcriptis vnquam fuit tale exemplar informatum, quale eſt ab Homero abſolute & perfecte expreſſum.

Λαῶν δ' οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν
Οὔτέ τινα ῥέξας ἐξαίσιον, οὔτε τι εἰπὼν
Ἐν δήμῳ ἥ τ' ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων.

Item illud Iliad. β de vigilantia curaq; Principis. E

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Illa vero Agamemnonis vox, Iliad. α. quam generoſa eſt & vere regia, eoq; digna qui ſe ποιμένα λαῶν profiteatur.

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Neq; vero ſunt omittenda verba illa quibus Peleus Achillem filium è Phthia ad Agamemnonem demittit, & ab iracundia & ſimultate deterrens ad lenitatem, clementiam & beneuolentiam hortatur, breuia quidem illa, ſed plane aurea, ſic leguntur Iliad. ι.

A Τέκνον ἐμὸν. κάρτ⊙ μὲν ἀθηναίη τε καὶ ἥρη
Δώσυσ᾽, αἴ κ᾽ ἐθέλωσι, σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν
ἴσχειν ἐν στήθεσσι. φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων
Ληγέμθραι δ᾽ ἔριδ⊙ κακομηχάνυ, ὄφρα σε μᾶλλον
Τίωσ᾽ ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες.

Iam quales viros, quam prudentes, quam graues, quam moderatos conſultationibus adhibet? Quam egregias conciliorum καὶ βυλεύσιως leges deſcribit? Quanta eſt Ducum illorum in ſubeundis periculis fortitudo, in auertendis induſtria, in prouidendis prudentia? Sed Senatorum Ducumq; mores intueamur, quos de Achille placando e-
B gregie diſputantes libro nono inducit, quem propter rerum, verborum, ſententiarumq; copiam admirabilem ad verbum præter cæteros omnes ediſci volo. Diomedes fortis eſt, generoſus, audax, & in dicendo liber, plus animi quam conſilij adfert, feruet, tonat, omnia ſurſum ac deorſum commiſcet. Sic ille Regem alloquitur,

Ατρείδη, σοὶ πρῶτα μαχήσομαι ἀφραδέοντι
Η θέμις ἐςὶν ἄναξ ἀγορῇ. σὺ δὲ μήτι χολωθῇς. &c.

Hunc ſequitur Neſtor homo temperatus, grauis, lenis, ſed animoſus, pacis & tranquillitatis amans, rerum experientia multum edoctus,
C hic egregias inſerit ſententias, Regemq; grauiter ſui officij admonet. Illinc eſt celebris illa ſententia, grauiumq; auctorum monimentis commendata, & à Cicerone initio 13 Philip. expreſſa.

Αφρήτωρ, ἀθέμιςος, ἀνέςιός ἐςιν ἐκεῖν⊙
Ος πολέμυ ἔραται ἐπιδημίυ ὀκρυόεντ⊙.

Paulo poſt hic ait imperium Regi à Ioue conceſſum, vt aliis recte prudenterq; conſulat, ideoq; oportere etiam eum aliis publicæ vtilitati conſulentibus aures præbere, & ſi iuſta vtiliaq; protulerint ea non grauate ſequi. Hic eſt ille qui Agamemnonem & Achillem diſ-
D ſidentes ſapientiſſima illa oratione componere ſtuduit, de vtriuſq; dignitate & officio grauiter diſſerens libro primo. Idemq; breuiter repetens libro nono. Huic non multum diſſimilis eſt Vlyſſes callidus, vafer, ſagax, ad omnes dolos, & ad omne conſilium, vel excogitandum vel explicandum aptiſſimus miruſq; harum rerum artifex, quod in ea maxime oratione, mea quidem ſententia, indicauit, qua Græcos fugam Agamemnonis ſuaſu molientes deterret, eoſq; docet mentem Agamemnonis non intelligere, eum enim hac ratione ſuorum animos & virtutem experiri velle, quod adeo mihi legen-
E ti placuit, vt non putem potuiſſe vnquam diuinius aliquid in hominis mentem venire.

Nec minus elegans eſt illa qua Achillem flectere, & mollire, & Græcis reſtituere conatur. Iam quid de amica illa, ſuaui, blanda, eleganti Phœnicis obſecratione dicam? Nihil hac eruditius & exactius, nihil ad commouendum Achillem efficacius, non dicam ſcribi ſed cogitari quidem poteſt. Quam appoſite illud, quam eleganter, quam argute de Precibus quas Iouis eſſe filias fingit.

Καὶ γὰρ τε λιταί εἰσι διὸς κῦραι μεγάλοιο
χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπες τ᾽ ὀφθαλμώ. &c.

Sed

Sed omnia quæ ex Homero ad Reipub. gubernationem, Principumq́; A inſtitutionem excerpi poſſunt, ne nimium excreſcat hoc ſcriptum, diligentius non perſequar, fortaſſis huic rei aliquid temporis alias impendemus, Principiſq́; optimi & qualis nunquam fuit Idæam ac ſimulacrum ex Homero eliciemus. Nunc ad *Virgilium* Latinorum Homerum veniamus, qui Æneam nobis perfectiſſimum & abſolutiſſimum virtutum omnium exemplar viuis coloribus depinxit. Talem Principem inſtituerat ſuum Cyrum præſtantiſſimus ille Græcorum Xenophon, huic tamen, tanti viri pace liceat hoc mihi dicere, Æneæ ne quaquam vllis partibus conferendum. Quis in Ænea inſignem illam pietatem non amet & admiretur? Quis non totus illis B vocibus commoueatur patrem alloquentis filij in extremo rerum omnium diſcrimine?

Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit
Quo res cunq; ca'ent, vnum & commune periclum,
Vna ſalus ambobus erit.

Quanto dolore, quanto luctu, quanta reuerentia paterni luctus commemorationem inducit? Quam pie, quam diligenter, quam religioſe exequiarum ſacra peragit?

Iamq; dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum C
Semper honoratum (ſic Dij voluiſtis) habebo.
Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animæq; vmbræq; paternæ,

Quantæ vero fuit virtutis & continentiæ Didonem omnibus animi corporis & fortunæ dotibus ornatiſſimam, illiusq́; amore raptam & incenſam, fœdusq; matrimonij omnibus modis ambientem deſerere? nullis blanditiis, nullis illecebris, nullis precibus moueri? nulla voluptate retardari? nullo inſtantium periculorum metu perturbari? Neq; vero Mercurius ille, quem tam eleganter deſcripſit Poeta, aliud exprimit & denotat, quam vim & imperium rationis, ſuperiorisq́; in D homine partis, de rebus optime iudicantis. Hic eſt ille Deus qui placidas aures obſtruit, qui diſceſſum ſuadet & impetat, qui moras nectentem grauiter obiurgat.

Sic pius Æneas quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictu auertere curas
Multa gemens magnoq; animum labfactus amore
Iuſſa tamen Diuum exequitur, claſſemq; reuiſit.

Iam diſſidium illud rationis & cupiditatis quis Philoſophorum tam eleganter, tam dilucide & aperte expreſſit, ac Virgilius his verſibus? E

Ac veluti annoſam valide quum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant, vt ſtridor & alte
Conſternunt terram, concuſſo ſtipite frondes,
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit.
Haud ſecus aſsiduis hinc, atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas,
Mens immota manet, la:rymæ voluuntur inanes.

In bellicis rebus quanta animi magnitudo, prouidentia, conſtantia, ſele-

A tia, celeritas, promptitudo vbique in Ænea elucet? Quis melius aciem inſtruere, exercitum educere, ciuitatem oppugnare, caſtrũ defendere, hoſtem inuadere, ictus declinare, milites collaudare, hortari, conciliare, lenire, deniq; omnia belli munia obire vno Ænea nequit? Totus horreo & contremiſco quoties lego quanto impetu & furore ille ruptis à Turno fœderibus irritatus, belloque nefando laceſſitus

Multa Iouem & læſi teſtatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte ſecundo
B *Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem*
Suſcitat, irarumque omnes effundit habenas.

Neque vero facile dici poteſt quantum deterreat profligatos homines ab iniuſtitia violentisque facinoribus, illa pœnarum ſuppliciorumque deſcriptio quæ apud inferos vidiſſe Æneam ſcriptum eſt libro ſexto. Neque enim credo quenquam eſſe tam belluinæ & abiectæ naturæ, tamque ab omni ſenſu poſteritatis alienæ qui non vehementer ſit ſollicitus, quid de ſe ſit poſt miſeram hanc vitam futurum.

C

Phlegiasq́; miſerrimus omnes,
Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras,
Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumq́; potentem
Impoſuit, fixit leges precio atque refixit.

Anchiſem quoties intueor quacunque occaſione oculos mentemque ad cœlum erigentem Deosque inuocantem, vel gratias illis agentem, pudet me Chriſtianos homines immenſis à Deo beneficijs
D acceptis, non modo ipſum non laudare, & auctorem omnis noſtræ ſalutis & fœlicitatis agnoſcere, verum etiam contemnere, ac Cyclopica quadam audacia conuitijs turpiſſimis plærunq; afficere.

At pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit,
Iuppiter Omnipotens, precibus ſi flecteris vllis,
Aſpice nos, hoc tantum; & ſi pietate meremur
Da deinde auxilium pater, atque hæc omina firma.

E Eiuſdem admiranda eſt clementia facilitasque qui Achæmenidem Græcum Deorum hominumque fidem implorantem, parum memor Simonis illius qui ſimili dolo Troiam prodiderat, amiciſſime nauibus excepit,

Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus
Dat iuueni atque animum præſenti pignore firmat.

Eleganter etiam libro primo depingit præſtantem aliquem magnæque auctoritatis δημαγωγὸν, qui populum concitatum & tumultuantem poſſit oratione ſua componere & ſedare,

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitq́; animis ignobile vulgus.

Iamq́;

Iamq́ faces & ſaxa volant furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem A
Conſpexere, ſilent arrectiſq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Hanc eloquentiam in Alcibiade requirit Socrates apud Platonem & grauiſſimus morum cenſor Perſius, in adoleſcente illo qui ad Reipublicæ moderationem immatura ætate ſe contulerat, hunc ſic irridet Satyra tertia,

Ergo vbi commota feruet plebecula bile, B
Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Maieſtate manus: quid deinde loquere? Quirites
Hoc puta non iuſtum eſt, illud male, rectius iſtud.

Eſt enim elegans & erudita tota illa Satyra, qua de optimo Reipublicæ gubernatore diſputat. eſt autem imitatus Platonem apud quē Socrates grauiſſime Alcibiadem plenum faſtus & ambitionis adoleſcentem reprehendit, quod nullis virtutibus commendatus, nulla rerum experientia edoctus, nulla bene dicendi facultate præditus Reipub. gubernacula temere adierit, aliiſq; imperare voluerit quum ſibi ipſi nullo modo poſſet imperare, vt & in miſcellaneis Politianus C obſeruauit: Ita & Poetæ noſtri Principum magnatumque animos ad omnem virtutem & honeſtatem incendunt, & ad munia Reipub. recte ſubeunda pulcherrimis præceptionibus informant. Qua in re omnium maxime egregiam nauarunt operam Satyrici, qui libere & acerbe corruptos hominum mores inſectātes, nobis quæ ſint in hac ciuili ſocietate ſeruanda, aut vitanda; quæ iuſta, quæ iniuſta; quæ honeſta, quæ turpia; quæ decentia, quæ indecora; quæ grauia, quæ ridicula; quæ laudanda, quæ vituperanda ceu Mercuriali digito indicant & commonſtrant. Nec minus ad vitam recte inſtituendam conducunt Comici, qui probos vicioſoſque omnium ætatum, ordinum, ſexuum mores vel imitandos, vel fugiēdos velut ob oculos nobis proponunt. Quod genus vitæ, quam partem ſocietatis ciuilis non attigit *Plautus*? In *Curculione* adulatorum & paraſitorum impoſturæ & incredibiles exprimuntur fraudes. *Moſtellaria*, quàm ſint incerta & fluxa, quàm facile pereant & collabantur improborum conſilia edocet. *In captiuis* eximia raraque ſerui in dominum fides & in tolerandis ærumnis patientia elucet. Verum perfectumque ſynceri ac fidelis amici exemplar requiris? hoc *Trinummus* ſumma ſententiarum verborumque grauitate proponet. Iam *in milite glorioſo* quam venuſte, & facete omnibus ſuis coloribus ambitioſos iſtos, & inſolentes, gloriæque immeritæ cupidiſſimos homines (ignauum & inutile genus hominum) depinxit. Nec vero dici ſatis poteſt quanta arte, quātoque ingenio *Pſeudolus* ſenum illorum, adoleſcentiſq; amore perditi, & ſerui dolis omnibus inſtructiſſimi mores & ingenia componat. Denique ſic omnes humanæ vitæ partes perſequitur & exprimit, vt qui illo doctore diu multumq; ſit vſus eum non niſi officiorum humanæque ſocietatis peritiſſimum dimittat. *Terentium*, cui nemo in explicandis hominum moribus opponi debet, vitandæ prolixitatis gratia omitto. Adferunt & inſignes grauesque ſententias è medijs Philo-

A Philoſophiæ campis decerptas quibus ad virtutis Iuſtitiæque ſtudia nos excitant & informant, vt ſunt illæ,

Nam iniuſta à iuſtis impetrare non decet.
Virtute ambire oportet non fautoribus,
Sat habet fautorum ſemper qui recte facit,
Si illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu,

Et,

Virtus præmium eſt optimum
Virtus omnibus rebus anteit profecto,
Libertas, ſalus, vita, res, parentes,
B *Patria, & prognati tutantur ſeruantur:*
Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona quem penes eſt virtus.

Eodem pene conſilio *Ariſtophanes* quum rectis conſilijs Athenienſes ſupra modum belli ſtudioſos locum dare non videret, comœdijs, verſibusq́; facetis & iocoſis ad pacis & tranquillitatis ſtudia eos conuertere tentauit. Habent & Lyrici graues mereq; Philoſophicas ſententias, quas ſemper ob oculos habere, diligenterque memoria conſeruare vitæ humanæ fuerit vtiliſſimum. Quid enim præclarius & vtilius dici potuit.
C

Vis Conſili expers mole ruit ſua,
Vim temperatam Dij quoque prouehunt
In maius, ijdem odere vires
Omne nefas animo monentes.

Et,

Dulce & decorum eſt pro patria mori.
Mors & fugacem perſequitur virum,
Nec parcit imbellis iuuentæ
D *Poplitibus trepidoque tergo.*
Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit, aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

Et,

Iuſtum & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis Tyranni:
Mente quatit ſolida, neque Auſter
E *Dux inquieti turbidus Adriæ,*
Nec fulminantis magna Iouis manus,
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Sed innumeræ ſunt huiuſce generis ſententiæ quibus ſolent Poetæ ſua ſcripta velut ſtellulis quibuſdam exornare, noſq́; ad omne Virtutis & honeſtatis ſtudium adhortari, quæ omnia verboſius perſequi immenſæ eſſet operæ, etſi à propoſito non omnino alienæ: nos hic illuſtriores aliquot, *reique politicæ* accommodatiores collegimus, vt omnibus innoteſceret quanto in errore verſentur qui res tantum leues & ludicras aurium demulcendarum gratia à Poetis putant explicari, im-

cari, impudenterq́; calumniantur, Eratoſthenis cuiuſdam demen- A
tiam inſecuti, Poeſim nihil aliud eſſe quàm γραώδη μυθολογίαν, quorum nos errorem accuratius liberiusq́; in Declamationibus noſtris reuellemus. Lõge profecto melius de hoc ſtudiorum genere indicauit magnus ille Alexander, qui diuinam *Homeri* Poeſim totam ad verbum edidicit, eumque præſtantiſſimum Regis διδάσκαλον & virtutis præconem optimum vocitare conſueuit. Hypparchus quoq; celeberrimus ſtudiorum laude, Piſiſtrati filius, qui primus Homeri poemata Athenas detulit (vt quidem eſt auctor Ælianus) illiſq́; in certum ordinem redactis Iliada & Odyſſeam diſtinxit, ille igitur o- B
ptime vidit quantum prudentiæ & humanitatis ex Poetarum familiaritate & colloquio Principi compararetur, qui ad Anacreontem Teium legatos miſit oratum vt ad eum ſe conferret, cuius rei nomine πεντηκόντερον μίαν eamq; inſtructiſſimam miſit. Simonidi Cæo ſemper adhæſit eumq; lucri & quæſtus auidiſſimum magnis muneribus apud ſe detinuit. Præſtiterit etiam Poetarum in hoc genere dignitatem Platonis philoſophorum Dei auctoritate confirmare ſic ille in eo dialogo qui λύσις inſcribitur, ἤδε ἐγὼ ἅπτημαι δοκεῖ μοι χρῆναι ἢ ὅσαι σκοποῦνται τὰ κατὰ τοὺς ποιητὰς, οὗτοι γὰρ ἡμῖν ὥσπερ
πατέρες τῆς σοφίας εἰσί καὶ ἡγέμονες. Quid quod Cretenſes, quorũ C
Remp. antiquiſſimam eſſe teſtatur *Homerus*, leges publicaq; inſtituta & decreta verſib. conſcripta edebant? Siquidem Iuuentutis inſtitutionem in tres partes diuiſerant, quas omnes carmine complectebantur, Primum leges ciuitatis ediſcendas, deinde hymnos in honorem Deorum factos, poſtremo fortium virorum encomia proponebant. Quod non improbare videtur Socrates apud Xenophontem, qui ait prudentes homines ea quæ Reipubl. ciuiumq; ſaluti & tranquillitati conducunt blandis quibuſdam verborum lenocinijs & illecebris populo perſuadere debere, eumq; in ſuam ſententiam ad-
ducere, non aſpera & acerba oratione cogere vimq; adhibere. Nam D
qui coguntur, & odio proſequuntur eos qui cogunt, & ſe minus obſequentes illorum iuſſis præſtant: contra qui benignitate & facilitate inducuntur & tanquam inuitantur, legiſlatorem vltro amant, eiusq; imperium amplectuntur. A qua ratione non fuiſſe alienũ Platonem ſatis conſtat, quum ſingulis legibus voluerit proœmiũ quoddam amoris & beneuolentiæ plenum, quo populus ad parendum alliceretur, adiũgi. Nihil vero poſſe fingi ad perſuaſionem efficacius Poetarum cantibus, ſatis teſtantur ea quæ de Orpheo & Amphione
narrantur. Hæc enim etſi ficta ſint, tamen non dubium eſt vim elo- E
quentiæ huiusq; orationis fabulis illis indicari, quod homines feri & agreſtes, nullaq; religione & fide aſtricti, veterum Poetarum blanditijs & ſuauitate allecti, ciuitates ſocietatisq; & religionis iura inſtituerint, barbariemq; illam & feritatem naturæ his ſtudijs exuerint. *Quid vero eſt iucundius, quid ſuauius, quid elegantius Poeticis illis narrationibus? Qua doctrina animi Principum forenſi contentione ſtrepituq́; defatigati melius & vtilius relaxantur? Quo acroamate, qua voce, aures acclamatione conuitioque defeſſa libentius conquieſcunt?* Sed iam tempus eſt orationis noſtræ vela ſubmittere, ſatis enim puto ex ſuperiore noſtra diſputatione iam patere, quantum vtilitatis ad Rerumpublicarum inſtitutionem & adminiſtrationem ex Poetis colligatur, vt iam proferre

A ferre hoc non dubitem, quod tamen ſalua iſtorum hominum pacē dictum volo, melius faciliuſque ſuauiſſimis Poetarum ſcriptis quam Philoſophorum ſpinoſis acerbiſque diſputationibus optimum informari Principem.

Cæteros pudeat) Ex imius eſt in Philoſophia locus de *fine artium* quē leuiter hic attingit vel potius indicat Cicero, nos paucis eum explanabimus, omnia enim diligentius perſequi etſi vtiliſſimum foret, tamen vereor ne in calumniatorum reprehenſiones (quorum noſtra ſæcula ſunt feraciſſima) hæc mea diligentia tandem incurrat. *Homo*, inquit, *Plato: natus eſt ad ſocietatem, igitur debet omnes ſuas actiones, omnia*

B *conſilia eo referre vt quam maxime fieri poterit Reipublicæ conſulat, vt publicam tranquillitatem & concordiam conſeruet. quod nulla alia re magis aſſequimur quàm bonarum omnium artium & ſcientiarum profeſſione.* Nam ſi altius principia humanæ communitatis & ſocietatis repetantur, primum eius vinculum reperietur *ratio* & *oratio*, quæ (vt rectiſſime dixit Cicero in officialibus libris) *docendo, diſcendo, communicando, diſceptando, iudicando conciliat inter ſe homines coniungitque naturali quadam ſocietate.* Hanc autem videntur abrumpere humanique & diuini Iuris conditionem infringere, qui velut à publico abhorrentes, communique vtilitati & ſaluti inuidentes, totos ſe literis addiderunt; & priuato

C vmbratilique ſtudio inhærentes nihil inde ad communem adferre fructum, neque in hominum aſpectum lucemque proferre ſtudent. Hi non aliter mihi videntur facere quàm ſi quis in prærupto aliquo ſaltu & obſcuro magnificas ædes extruat, eaſque marmore Pario & alabaſtrite, vermiculatis foribus, laquearibus aureis, varijs emblematis, teſſellatis pauimentis, periſtromatibus ſericeis, ſpirantib. ſtatuis, deniq; omni arte & ingenio exornet, nullum tamen intromittat, nec vlli mortalium harum omnium rerum aſpectum concedat. aut ſi ingentes theſauros magna cura, magnoque labore in cryptam aliquam horridam & inacceſſam noctu diuque congerat, nulli vn-

D quam vſui futuros. Digni homines qui ad ficum Timonis publico afficiantur ſupplicio. Longe rectius & prudentius *Cicero* qui quando à publicis negotijs ocium ſuppeteret, ad haſce Muſas manſuetiores ſe alacriter conferebat, non tam, vt alij Romani reficiendi & relaxandi animi gratia quam vt inde aliquid colligeret, quod ad publicam vtilitatem & ſalutem poſſet conuertere. ad hanc enim curam omnes omnium cogitationes eſſe referendas non dubitabat. Nullo loco ſunt eæ artes habendæ, quæ non hunc ſcopum ſibi propoſitum habent. Pernicioſa ſunt ea ſtudia quæ nos ab hac voluntate vel deterrent, vel retardant.

E *Vt ab illis nullo me*) Petrus Victorius vir eruditiſſimus omniq; genere humanitatis mirifice expolitus, locum hunc corruptum putat, hocque pacto omnino legi debere, *vt à nullius vnquam me tempore aut commodo, aut otium meum abſtraxerit*, & quæ ſequuntur; lib. 2 variarum lect. cap. 9. vide & lib. 7. cap. 8. quam lectionem elegantiſſime confirmat & exponit lib. 2. c. 9. variarum lectionum. & lib. 7. cap. 8.

Si quantum cæteris) Admiranda fuit veterum illorum in excolendis bonarum literarum ſtudijs diligentia & aſſiduitas, vt ſcribit etiam Cicero lib. 3. de Orat. his verbis, *Sed vt homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti, cum tempeſtatis cauſa opere prohibentur, ad pilā ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt, aut etiam nouum ſibi ipſi aliquem excogitant in otio*

ludum,

ludum, ſic illi à negotijs publicis tanquam opere, aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati, totos ſe alij ad Poëtas, alij ad Geometras alij ad Muſicos contulerunt, alij etiam, vt Dialectici, nouum ſibi ipſi ſtudium ludumque pepererūt. atque in ijs artibus quæ reperta ſunt vt puerorum mentes ad humanitatem fingerentur, atque virtutem, omne tempus atque ætates ſua conſumpſerunt. Hæc ille. Ita Catonem, qui vticenſis eſt dictus, ferunt dum Senatus cogeretur, in curia Græcos libros lectitaſſe, ne illud ipſum temporis, quod exiguum alijs videbatur, ſine fruge literaria elaberetur (Fabius de Cathone.) Auguſtum quoque Cæſarem refert Suetonius in difficultatibus illis Mutinenſis belli; quibus grauiſſime obſeſſus non ſolum imperij verumetiam vitæ periculum ſubierat, B nihilominus quotidie legiſſe, ſcripſiſſe, & declamaſſe, immo & librum Heroicis verſibus conſcripſiſſe aſſerunt. Cicero vero (vt ipſe in Academicis ſcribit) *dum illum ambitio, dum honores, dum cauſa, dum Reipublicæ non ſolum cura, ſed quadam etiam procuratio multis officijs implicitum & conſtrictum tenebat, hæc humaniorum artium ſtudia incluſa habebat, & ne obſoleſcerent, renouabat, cum liceret, legendo. Quum vero eſſet fortuna grauiſſimo percuſſus vulnere, & adminiſtratione Reipublicæ liberatus, doloris medicinam à Philoſophia petebat, & ocij oblectationem hanc honeſtiſſimam iudicabat.* Poëtica autem facultate maxime eum fuiſſe delectatum, quum ipſe ſatis teſtatur hac oratione, tum Plutarchus in eius vita aperte confirmat; vbi & eius Poëma quod *Pontius Glaucias* inſcribitur multum celebrat, vertit & *Arati Phænomena* cuius fragmentum hodie etiam ſupereſt. Scripſit & libros tres verſibus de ſuo conſulatu; & ad Cæſarem Poemá libris aliquot comprehenſum, C niſi forſan ſint illi ipſi *de Conſulatu.* Seruius quoq; in Buccolicis citat verſum ex Ciceronis elegia quæ *Thalemaſtis* inſcribitur. Sunt & alia eius Opera Poetica quæ feriatus à publicis negotijs luſit, quorum paſſim in ſuis ſcriptis mentionem facit. Mirari autem hic ſatis non poſſum quid ſibi voluerit Martialis quum ſic ait,

Carmina quod ſcribis Muſis & Apolline nullo
Laudari debes, hoc Ciceronis habes. D

Quanquam non ea eſt Martialis in hoc genere auctoritas vt non dicam Ciceroni ſed nec cuiuis alteri poſſit ſuo indicio Poeticæ facultatis gloriam detrahere.

Hæc quoque creſcit oratio.) Quantum proſit Poetarum lectio Oratori antea breuiter diximus. Incredibilis eſt in illis rerum varietas, ſumma explicandi copia, magna euagandi libertas. Nihil in Republica & ciuili ſocietate dici poteſt & fingi, nihil ad officiorum & functionum diuerſitatem, nihil ad naturæ explicationem, quod non ad vi- E uum expreſſerint, ab his igitur doctrina veraque rerum omnium cognitio petenda eſt, quod in Cratylo dicere non dubitauit Plato. Cuius vero orationis maior eſt ſuauitas quam poeticæ? vnde maior poteſt delectatio & voluptas peti quam ex illorum narrationibus? quid plus ad excutiendum tædium, reficiendoſq; & recreandos hominum animos virium habet? In mouendis vero hominum animis, & quocunque voluerint, flectendis tanti ſunt artifices, vt in hoc genere pene ſoli regnare videantur. Quis eſt tam ferreus & ſaxeus, & vt loquitur Perſius, cornea fibra qui non commoueatur oratione illa Sinonis, aut cui lacrymas nō excutiat expoſtulatio illa &

A querimonia morientis Didonis? cui non indignationem pariat execratio Priami filium Achillis (qui Polydorum ante eius ora interfecerat) deuouentis? A Poëtis igitur Orator docendi, delectandi, mouendi, quibus tota eius vis continetur, rationem haurit. De hac re ſic diſputat Quint. lib. 10. *Plurimum dicit Oratori conferre Theophraſtus lectionem Poëtarum; multique eius iudicium ſequuntur, neque id immerito: namque ab his & in rebus ſpiritus & in verbis ſublimitas; & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur, præcipueque velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur*, ideoque in hac lectione Cicero requieſcendum putat.

B *Quaſi cui leuior videtur.*) Quod ſi, inquit, *leue* hoc videtur & exiguum, minimeque hoc nomine tanti faciendam Poëſim, quod inde confirmetur augeaturque noſtra eloquentia: at certe ex iiſdem video me fontibus haurire ea quæ ſunt maiora, nempe rectam conſiliorum in adminiſtranda Republica rationem quam illorum ex præceptis & inſtitutionibus totam collegi. Sunt enim & Græcorum & Latinorum ſcriptis fortiſſimorum prudentiſſimorumque hominum expreſſa ſimulacra, non vt ea ocioſi & diſcincti ſtupenteſque intueamur, ſed vt tantarum virtutum cogitatione animos noſtros ad omnem virtutem & honeſtatem excitemus. Ea eſt enim

C vera & ſolida ratio legendæ *hiſtoriæ* vt virtutum vitiorumque quamplurima colligamus exempla, & in aliorum actiones, conſilia, mores, euentuſque intuentes vitam recte inſtituamus. Multum ſane hæc in legenda antiquitatis hiſtoria; reuocandiſque in mentem veterum imperijs, ſolertia & priuatim prodeſt & publice. Sic & à vitijs deterremur, & ad virtutem incendimur quumque tantorum virorum exitus animo cogitamus, longe prudentius rationem conſiliorum noſtrorum inimus, & in rebus gerendis ſuſcipiendiſque multum confirmamur. Illud vero maximum eſt quod nuſquam melius relucet ſingularis Dei prouidentia quam in hac imperio-

D rum translatione. *L. Lucullum* ſcribit Cicero quum exercitui Romano contra Mithridatem præficeretur, rei militaris plane rudem fuiſſe, tantam tamen prudentiam lectione hiſtoriæ, huiuſque peritorum hominum congreſſu ſibi conciliaſſe, vt bellicoſiſſimi Regis omniumque ſuorum teſtimonio, nulli Imperatorum veterum bellicæ fortitudinis gloria eſſet ſecundus.

Quæret quiſpiam.) Sequitur altera occupatio, num illi præſtantiſſimi viri quorum ſimulacra ſunt nobis ad imitandum propoſita; hac ipſa doctrina fuerint eruditi, an ſolo Naturæ ductu ad honeſtatem & gloriam contenderint. Ad virtutem enim vel diſciplina infor-

E mamur, vel ipſa Naturæ bonitate ducimur. Vtrius autem maior ſit energia & efficacia, multis magniſque Philoſophorum altercationibus iamdiu agitatum eſt. Sunt quædam naturæ ita contortæ & deprauatæ, vt nulla doctrina, nulla inſtitutione, nulla conſuetudine poſſint molleſcere, & à feritate illa & ferocia ad manſuetudinem & humanitatem traduci. Tales fuerunt Nero, Caligula, Heliogabalus, & cætera antiquitatis monſtra. Contra Heroica ſunt alia & præſtantia ingenia quæ ſua ſponte ad decus & honeſtatem rapiuntur: celereſque & admirandos ad omnem honeſtatem habent naturæ impetus. Inſtitutionem vero parum in hanc partem habere momenti illud ſatis docere videtur, quod magnorum virorum filij plerun-

que

que ignaui & ſtolidi reperiantur, vt de *Scipionis*, *& Quinti Fabij* filijs A legimus. Extat & apud Val. Max. caput, *de ijs qui à claris parentibus degenerauerunt.* Cuius rei fidem quoque facit vulgatum illud prouerbium, ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα. quod Homerus lib. Ody. 2. eleganter expreſſit. Galenus quoque in libello, *Quod mores animi ſequantur temperamenta corporis*, ait filios Hippocratis adeo fuiſſe vecordes & ſtupidos, vt de eximie ſtollidis ὑπερχρέτους τοῖς νέοις ἐξεῖς. prouerbialiter diceretur. At illis inſtitutio & diſciplina non defuerat, quemadmodum nec Cleophanto Themiſtoclis filio, nec Paralo & Xanıyppo quos erudijt Pericles, nec Lyſimacho qui Ariſtidem præceororem habuit Quid igitur! Natura repugnabat, *quam licet expellas furca tamen vſque recurret.* Alij vero educationi primas tribuunt, B quod nulla videatur eſſe tam fera & barbara natura quæ ſtudio non manſueſcat, & velut cicuretur, quod venuſte dixit Horatius,

Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator.
Nemo adeo ferus eſt vt non mitſſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem prabeat aurem.

Quod ſi ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio & conformatio quædam doctrina, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere.) Hoc quoque ſic expreſſit ſummus ille Poëtarum Philoſophus, C

Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promouet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant: D
Vtcunque defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ.

Interrogatus aliquando Simonides qua potiſſimum ratione ad tantum virtutis proceſſiſſet, *Natura*, reſpondet: ſed Naturam ſtudioſe adiuuari. Quintilianus hæc duo ita coniungit, vt tamen naturæ maius velit eſſe momentum, maxime vero cum in mediocribus naturis ex æquo concurrunt: nam qui ſunt in aliquo genere abſolutiores, eos plus debere inſtitutioni & diſciplinæ quam Naturæ non diffitetur. Denique naturam materiæ, artem formæ comparat. Hæc fingit, illa fingitur. Nil ars ſine materia, materiæ etiam ſine arte pretium eſt. Sed hæc eleganter & acute lib 2. cap. 20. ab eodem explicantur. Hic vero aperte dicit Cicero in ea ſe eſſe ſententia vt putet ſæpius ad laudem atque virtutem naturam ſine doctrina quam ſine natura valuiſſe doctrinam, Multa poſſunt in hanc ſententiam veterum Romanorum exempla adduci. *Tulli Hoſtilij* tota ferme adoleſcentia in Pecore paſcendo fuit occupata. *Qu. Cincinnatus* ab aratro ad Dictaturam eſt auocatus. *Tullium Seruium* ex obſcuro & ſeruili genere ad regiam maieſtatem euexit fortuna. *Varro* ex macellaria patris taberna ad conſulatum conſcendit. E

 At il-

A At illis omnibus ingenua & liberalis educatio, qua nobilium animi ad virtutem ſolent informari defuerat. *Natura* tamen ſolius adminiculis illud ſunt ampliſſime conſecuti, ad quod alij ne adſpirare quidem potuerunt. Inter cæteros Platonis, extat Dialogus breuis quidem ſed eruditus, incerti auctoris, quo diſputatur *num virtus poßit doceri*. Cuius quæſtionis ſolutio & pia & vera attexitur. Virtutis poſſeſſionem maxime rem diuinam eſſe, bonoſque viros eodem pacto fieri, quo vates & fatidici, hoc eſt, non natura, aut diſciplina, ſed inſpiratione quadam & inflammatione Deorum tales exiſtere. Ideoque & præſtantes viros *diuinos* appellamus, quod Homero fa-
B miliariſſimum eſt, Quo alluſit Cicero, quum dixit *nullum vnquam magnum virum fuiſſe ſine afflatu diuino*.

Ex hoc eſſe hunc numero.) *Natura bonitas* niſi ſtudio & diſciplina regatur parum prodeſt. Vt maxime fertilis ager, niſi cultoris ars & induſtria acceſſerit, fruges vel nullas vel inutiles producit. Ideoque veteres illi præſtantiſſimi ac plane diuini homines *Scipio Aphricanus, C. Lælius* eius amiciſſimus, *L. Furius*, quum nacti eſſent vehementes & heroicos naturæ motus ad virtutem, eos putauerunt eſſe doctrina cultuque regendos & confirmandos. *Cato* ille *maior* vir grauiſſimus fortiſſimuſque ſi in natura iudicaſſet ſatis eſſe ad perci-
C piendam colendamque virtutem momenti, nihilque ad hanc rem humaniorum artium ſtudia prodeſſe, nunquam ſe ad ea tanto animi ſtudijque impetu contuliſſet. Nam & eum legimus in extrema ſenectute Græcis literis operam nauaſſe, immo & Latinas pene ſenem didiciſſe. Sic autem ſtudia ſua commemorat in libro de Senectute, *Septimus mihi Originum liber eſt in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo, cauſarum illuſtrium quaſcunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes, Ius augurum, pontificum ciuile tracto, multum etiam Græcis literis vtor: Pythagoreorumque more exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi. Hæ ſunt*
D *exercitationes, hæc curricula mentis. Hæc ille.* fuit vero & eruditus, & argutus, ſed, vt tum loquebantur, antiquior fuit eius ſermo, & quædam horridiora verba, quæ ſi compoſueris & quaſi coagmentaris, numeroſque addideris neminem reperies quem anteponas, Catoni. De eo ſic in Bruto, *Quis illo grauior in laudando? acerbior in vituperando? in ſententijs argutior? in docendo ediſſerendoque ſubtilior? Referta ſunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidem adhuc inuenerim, & legerim, & verbis & rebus illuſtribus licet ex ijs eligas ea quæ notatione & laude digna ſunt, omnes Oratoriæ virtutes in eis reperientur. Iam vero Origines eius quem florem aut quod lumen eloquentiæ non habent?*
E Conſtat igitur quam ſtudioſe Cato vetereſque illi heroes naturam putarunt adiuuandam & excolendam. Neque ſane concedam Alexandrum Macedonem plus naturæ debere, quam Ariſtotelis aut Homeri, quem mutum præceptorem habuit, inſtitutioni. Nec Traianum manſuetudinem illam & clementiam moderationemque morum magis ex naturæ indole quam Plutarchi conſuetudine & informatione imbibiſſe Phœnix etiam apud Homerum Ilia. ί. dicit ſe Achilli à patre datum præceptorem non ſolum dicendi, verum etiam faciendi. ſic enim ait,

Σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα πηλεὺς

Ηματι

A

Ἤματι τῷ ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι πέμπε
Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο
Οὐδ' ἀγορέων ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι
Τοὔνεκά με προέηκε, διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Recte enim iudicabat ſenex ille Peleus excellentem hanc filij ſui naturam egere tamen ductore aliquo & formatore, vt tandem aliquando vires ſuas exereret. Naturæ bonitas ſine diſciplina facile languesſit & extinguitur, vel etiam plerunque in contrariam partem conuertitur. B

Quod ſi non hic tantus.) Etiam ſi tantarum rerum commoditatem hæc ſtudia non continerent, tamen quod maxima ex eis delectatio colligitur, ſine qua animi noſtri forenſium rerum aſperitati ferendæ non eſſent, magni ſunt facienda diligenterque excolenda. *Quis* enim eſt tam barbaro feroque ingenio qui non hanc animaduerſionem (Al. animi remiſſionem) humaniſſimam & liberaliſſimam, in qua aliquid operæ & temporis collocetur dignam putet? Cæterarum rerum ſtudia non omnium ſunt locorum, temporum, perſonarum: eſt vbi noceant, eſt quum non delectent, ſunt quos non deceant: at iſta nuſquam intempeſtiua, nuſquam moleſta, nuſquam indecora. Omnes decent, omnes oblectant, omnibus proſunt. Adoleſcentiam fouent, tegunt, inſtruunt, & ad tutum Senectutis portum tranquille perducunt. Malæ illius ætatis moleſtias & incommoda mira quadam ſuauitate leniunt, mitigant, ſopiunt. Opulentis & quotum venti ſunt ex voto ſecundi nullum poteſt eſſe maius fortunæ ornamentum. Rebus aduerſis nullum certius refugium, deploratis ſolatium poteſt excogitari. A foro & concione arceris? domi oblectat, vna rident, mœrorem excutiunt, nauſeam abigunt, tempus decipiunt. foris inter peregrinandum, ruſticandum, ſpatiandum quid minus incommodum magiſque expeditum? cuius comitis, confabulatio iucundior & quietior, cuius rei certior promptiorque vſus. C D

Quis noſtrum tam animo.) Si Roſcius agilitate corporis, & geſticulationum dexteritate tantum amorem à nobis omnibus ſibi conciliauerat, vt quum extrema ætate defeciſſet, tamen dignus iudicaretur propter artis venuſtatem & excellentiam in quem mors iuris nihil haberet: certe longe iuſtius & honeſtius huius Archiæ incredibiles animi motus, ſingularemque ingenij celeritatem nos rebus optimis inſtitutos decet admirari, & omni beneuolentiæ officijque genere proſequi. Tanto enim Roſcio præſtantior eſt hic Licinius, quanto animus præſtat corpori. Verum hac tempeſtate, quę eſt illius infelicitas, quemadmodum plurimi turpiſſimis iſtis voluptatibus irretiti ſolius corporis curam habentes, animas pro ſale, vt ait ille, obtinent: ita maior eſt hiſtrionum, mimorum, huiuſque farinæ hominum gratia & auctoritas, quam doctorum eruditorumque virorum. Quam iudiciorum deprauationem olim ſunt grauiſſime inſectati Philoſophi. Thebis nullum eſt in gratiam Pindari nobiliſſimi Poetæ monumentum extructum, at Cleonis cuiuſdam cantoris in medio foro extabat ſtatua, eaque valde honorifico epigrammate E

A ornata. legitur illud apud Athenæum lib.1 Cæterum *Roſcius* ille, fuit hiſtrio mite agilis, tantæque artis & excellentiæ, vt in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere *Roſcius* diceretur. Itaque non puduit Ciceronem ad hanc ſimilitudinem huius hiſtrionis oratoriam laudem dirigere, in elegantiſſimis illis libris de Oratore. Extat & pro *Roſcio Comœdo* oratio Cic.

Quoties ego hunc Archiam.) Solet Cicero vbi *parentheſi*, quam *interpoſitionem* vocamus, orationem abruperit, ad idem verbum quo in principio vſus eſt reuerti, vt docuit Laurentius Valla. Eſt autem obſeruanda etiam ratio illa qua vſus eſt lib. 1. ad Att. *Cum eſſem in*
B *Tuſculano (erit hoc mihi pro illo tuo, cum eſſem in Ceramico) veruntamen quum ibi eſſem, &c.*

Dicere ex tempore.) Promptitudo iſta facilitaſque quamplurimos effundendi verſus impræmeditate non multum alioqui laudatur à viris eruditis. eſt enim certa ferme perpetuaque malorum Poetarum nota. Nec poteſt æquo animo ferre hanc gloriam Horatius, exactiſſimus poeticorum ſtudiorum cenſor, ideoque cum carpit & irridet.

Qui pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus amat ſcripſiſſe ducentos
C *Ante cibum verſus, totidem cœnatus: Hetruſci*
Quale fuit Caſſi rapido ferventius amne

Ingenium.) Lucilium quoque Satyricum falſe reprehendit.
Qui in hora ſæpe ducentos
Vt magnum verſus dictabat ſtans pede in vno.

Sed nec Suffenus ille Catullianus hac laude caruit, idem enim plurimos faciebat verſus nulloque id negotio, adeo, vt non multis diebus millia aut decem aut plura perſcripſerit Sed enim

D *Hæc cum legas, tum bellus ille, & vrbanus*
Suffenus, vnus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur, tantum abhorret ac mutat.
Idem infaceto eſt infacetior rure.

Noſter vero Archias ab horum infantia & leuitate alieniſſimus non ſolum plurimos, verumetiam optimos verſus ex tempore fundebat, idque appoſite & ad id de quo agebatur accommode, quod ſane non niſi maximi fuit ingenij: immo interturbatus, vel vt repeteret ſollicitatus, diuerſis omnino rerum, verborum, & ſententiarum
E luminibus res eaſdem explicabat. Magna quidem laus & ſolida, raræque & admirandæ ingenij celeritatis. Ciceronem quoque legimus ſubito quodam ſcribendi calore vna nocte quingentos verſus effudiſſe. Sed locus hic me admonet vt prodam non indoctiſſimi cuiuſdam viri (cuius nomini parco, vt ſoleo in taxandis aliorum erroribus) vanitatem, qui ſcripſit nullum vnquam fuiſſe doctum hominem, cui valde in promptu fuerit colloquendi diſſerendique ratio, ideoque nullam prælectionem ſibi tanti eſſe, vt cogitationis aliquid illi velit tribuere, nec ſi ſit loquendum cum viris ſummis, & in maximo cœtu verbum ſe vllum præmeditari velle, tam libenter inepte quam apte ſententiam ſuam expreſſurum. Nec veretur ſtudioſos

hortari, vt ſi natura ſint facundi, dedita opera loquantur incompoſite. Mirari ſatis nequeo, quæ intemperies hominem egerint alioqui non inelegan̄ti & bardo ingenio, vt παράδοξον tam ineptum & ridiculum ſcriptis conſignaret. Quid enim multus vſus, continua exercitatio, aſſidua lectio, longa ſtudiorum ætas proderit, ſi manet eadem dicendi quæ fuit incipientibus difficultas? Periiſſe profecto fatendum erit omnem eum laborem, quem ſtudiis impendimus, ſi ſemper hæſitandum eſt, & in iiſdem laborandum. Quid? Num Cicero, Hortenſius, Demoſthenes alijq́; præſtantes oratores, ſi quid ex tempore ſit dicendum, ſi rerum innouatio aut inſperatus caſus orationem immutare compulerit, vt Ciceroni in nobili illa oratione pro Milone accidiſſe aiunt, num inepte & incompoſite animi ſui concepta explicabunt? Si Cæſari, ſi Scipioni, ſi Duci cuipiam fuerint aut adhortandi milites, aut collaudandi, aut reprimendi, aut conciliandi nunquid inepta & inani oratione vtentur? Neſcio vnde iſtud homini in mentem venerit. Longe melius Fabius qui ſic multo ac fideli ſtylo formari orationem præcipit, vt ſcriptorum colorem etiam quæ ſubito effuſa ſunt, reddant, vt cum multa ſcripſerimus etiam multa dicamus. At, inquit ille, dum rerum talium voluptate afficimur, imperfectiores oportet ſimus in altero. Nemo pari cura res duas vnquam tractauerit. Verum, ô bone vir, ne Fabio quidem videtur ille dicere, qui non diſpoſite, ornate, copioſeq́; dicit. Neq; enim tumultuarij aut fortuiti ſermones contextus per ſe eſt in precio, quum iurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere eum videamus. Pectus eſt, quod diſertos facit, & vis illa concitatioq́; mentis. Ad hæc ingenio induſtriaq́; conſequemur, vt illud ipſum quod in ſe rationem non habet, in ratione verſetur, vt erudite diſputat Quintilianus lib. 10. Inſtitut Orat. qui in hoc genere multum celebrat Antipatrum Sidonium. Sed & Conradum Goclenium doctiſſimum hic quondam bonarum literarum profeſſorem multum laudis hac extemporanea dicendi facultate fuiſſe conſecutum, intelligo. Porro quod plæriq; non æque ſint expediti & felices in ſcribendo, ac dicendo, dicit illud Cicero ingenioſis quidem & argutis, ſed non ſatis doctis & eruditis contingere, vt ipſi Galbæ quem fortaſſe vis non ingenij ſolum, ſed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incendebant, efficiebantq́; vt & incitata, & grauis, & vehemens eſſet oratio: dein cum ocioſum ſtylum prehenderat, motusq́; omnis animi tanquam ventus hominem defecerat, flacceſſebat oratio, quod iis qui limatius dicendi conſectantur genus, accidere non ſolet, proprerea quod prudentia nunquam deficit Oratorem, qua ille vtens eodem modo poſſit & dicere & ſcribere. Ardor animi non ſemper adeſt, isque cum conſedit, omnis illa vis & flamma Oratoris extinguitur.

Atq; ſic à ſummis viris) Poetica ſtudia commendat, quod ſingulari Deorum benignitate nobis attribuantur. Nam cæteræ omnes artes diſciplina, methodo, & ratione quadam conſtant, poſſuntq́; doceri: at Poeſis ſola natura comparari, nullis præceptionibus, nullis regulis, nullis axiomatibus pariter ſe coerceri, & transfundi. Omnem operam luſeris, fruſtra noctes inſomnes tranſegeris, niſi labor iſte tuus naturæ felicitate adiuuetur. Maior res eſt Poeſis, quam

A quam vt poſſit humana induſtria comparari. Permultos quidem videas eruditos viros verſus emunctos, accuratos, puros, plenos eruditionis reconditæ pangere, ſed quis non videat inuita Minerua, &c, vt loquitur ille, Muſis & Apolline nullo, hæc illis ſtudia excoli? *Silij Italici* ſcripta ſi quis euoluat, facile deprehendet, opinor, indole Poetica illum plane deſtitui, verſus cogi non ſequi, multum artis; minimum naturæ ineſſe. Veruntamen doctus eſt ſcriptor, accuratus, varius, elegans. ſit ita, neq; enim tantum illi detraho, quantum hodie plurimi. Plures etiam habeat virtutes, Poetam tamen eſſe nego, (vide & iudicium Iulij Cæſaris Scalegeri) neq; fortaſſis iure B ſibi titulum hunc arrogarit grandiloquus ille *Lucanus*. Sed hæc alias. *Horatius*, cuius in hoc genere maxima eſt apud me auctoritas, plurimum arti attribuit, cuius etiam optima & elegantiſſima nobis reliquit præcepta Neq; enim alius Latinorum accuratius & doctius hanc rem tractarit. Naturam tamen adeſſe vult, eaq; deſtitutum vix Poetam agnoſcit.

Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite vena,
Nec rude quid proſit video ingenium, alterius ſic
Altera poſcit opem res & coniurat amice.

C Porro quod ait Cicero *à ſummis eruditiſſimisq; hominibus Platonem & Democritum* intelligit, ſiquidem huius argumenti reliquit ille nobis Dialogum cui titulus eſt, *Ion*, vel *de furore Poetico*. de hoc autem ſic Horatius,

Ingenium miſera quia fortunatius arte
Credit, & excludit ſanos Helicone Poetas

Democritus, & quæ ſequuntur. *Spiritus* vero, ſeu furor ille quo ſe dicunt afflari Poetæ & incaleſcere, ἐνθουσιασμὸς à Græcis dicitur. Vates autem afflatus ἔνθεος. Quod autem ait Lilius Gyraldus maxime vir D literaturæ à Cicerone etiam dici μουσοπάταγον locus eſt in epiſtolis ad Q. fratrem lib. 2. *Non me hercule quiſpiam μουσοπάταγος libentius ſua recentia poemata legit.* Vbi non puto illud Græcam vocem ſignificare, ſed eum qui *obſtrepera clamoſaq; voce carmina ſua recitaret. Verſificatorem obſtreperum* alij vertunt.

Sanctos appellat Poetas.) *Sancti* & *diuini* vulgo dicuntur Poetæ à Platone etiam υἱεῖς τῶν θεῶν. Ouid.

At ſacri vates, & diuum cura vocamur
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

E *Saxa & ſolitudines.*) Quintilianus lib. 9. Inſtit. Orat. de compoſitione differens vult ita contexi orationem, *vt id quod validius eſt & ad concitandos animos efficacius ſubſequatur, infirmiorq; adiungatur. Res enim debent oratione augeri & excreſcere, non minui, & remitti. In his, inquit (de ſingulis autem verbis agit quæ ἀσύνδετα vocantur) cauendum ne decreſcat oratio, & fortiori iungatur aliquid infirmius, vt ſacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri enim debent ſententia & inſurgere, vt optime Cicero, Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio ſuperuenit. At ſi cœpiſſet à toto corpore, non bene ad latera fauceſq; deſcenderet.* Recte hoc ſane dixit Fabius, ſed non perinde eſt illud quod paulo poſt ſequitur. *Et contra, Saxa atq; ſolitudines voci reſpondent,*

dent, beſtia ſæpe immanes cantu flectuntur atq; conſiſtunt. Magis id inſurgebat, ſi verteretur. Nam plus eſt ſaxa quam beſtias commoueri. Putat Fabius parum rectam eſſe hanc compoſitionem, quod grandiori maioriq; addatur id, quod tenuis eſt & imbecillius. id ſi ita eſſet, vicioſum ſane foret. ſed nihil omnino vidit, pace tanti viri dixerim, hoc in loco ſummus ille Rhetor. Neq; enim Cicero hic indicat ſaxa & ſolitudines voce & cantu commoueri, quod plus eſt quam beſtias immanes carmine conſiſtere, ſed illam reſonantiam & vocis expreſſionem, quæ fit in locis concauis & prærupti & montoſis, (Græcis ἠχὼ dicitur, quod vocabulum vſu Latinum iam factum eſt) indicare ſolum voluit: nulli autem res eſt ignota, cuius etiam ratio à natura petitur. Illud autem *beſtias immanes cantu flecti & conſiſtere*, maiori certe dignum eſt admiratione, adeo vt plæriq; totum illud falſum eſſe & confictum arbitrentur. Vacat igitur hic locus eo vitio quod deprehendiſſe ſe putabat Quintilianus, recteq; Cicero maius & validius imbecilliori ſubiunxit, & vt præcipit ille, orationem increſcere fecit. Quod autem ait *beſtias ſæpe immanes cantu flecti & conſiſtere*, credo Ciceronem ad illa veterum de Orpheo figmenta alludere, quem dicunt tigres, leones, ſyluas, arbores teſtudinis ſuæ ſono demulſiſſe. Virgilius (illi enim hæc vulgo adſcribuntur)

Threcius quondam vates fide creditur canora
Mouiſſe ſenſus acrium ferarum
Atq; amnes tenuiſſe vagos,
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa.
Suauiſonosq; modos teſtudinis arbores ſecuta
Vmbram feruntur præbuiſſe vati.

Nam quæ de Arione & Delphino literis mandarunt Herodotus, Lucianus, alijq; plurimi non poſſunt ad hunc locum referri, quum adeo à feritate illa & immanitate abſit Delphinus, vt φιλάνθρωπος ab omnibus dicatur. Nec video cur Petrus Victorius illud ex ecloga octaua adducat,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Neq; enim hic Cicero de incantatione agit, cuius rationem eruditiſſimus ille Poeta ex ſecretis Magiæ adytis tota illa ecloga proſequitur.

Homerum Colophonij.) De Homeri patria plurimi ſcripſerunt, quorum tamen vix duo conſentiunt: ideoq; difficillimum eſt certi aliquid adferre. Ipſe enim nihil penitus hac de re ſcriptum reliquit: ita fit vt à præſtantiſſimis quibuſq; ciuitatibus, vt Atalanta illa aut Hippodamia à procis, magna contentione ambiatur. Nam præter eos quorum hic facit mentionem Cicero, Argiui, Rhodij, Theſſali, Ægyptij, Ietæ ſibi aſſerunt, hunc contra Troiani, Cenchræi, Lydij, Ithacenſes, Gnoſij, Mycenæij, alijq; plures vindicant, ab illis vero omnibus Athenienſes tanquam ſuum ciuem repetunt. Extat in hanc ſententiam elegans Antipatri epigramma, quo cœlum illi patriam eſſe, Calliopen matrem oraculo Phœbi aſſerit, illud propter venuſtatem hic aſcribere non pigebit,

A Οἱ μὲν σευ κολοφῶνα τιθυνήτειραν ὅμηρε

Οἱ δὲ καλὰν σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι χίον.

Οἱ δὲ ἴον, οἱ δ' ἰβόασαν εὔκλαρον σαλαμῖνα

Οἱ δέ νυ τᾶν λαπιθᾶν ματέρα θεσσαλίαν.

Ἄλλοι δὲ ἄλλο μέλαθρον ἀνίαχον, εἰ δέ με φοίβου

Χρὴ λέξαι πινυτὰν ἀμφαδὰ μαντοσύναν.

Πάτρα τοι τελέθει μέγας οὐρανὸς, ἐκ δὲ γυναικὸς

Ου θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας.

B Leguntur & duo verſiculi Græci eiuſdem argumenti apud A. Gellium lib. 3. cap. 11. fortaſſis ab his deſumpti. vbi pro ἴος legi debere χῖος ſatis hunc Ciceronis locum documento eſſe putat interpres noſter. frigide quidem illud parumq; conſiderate, neq; enim ita leuiter debet aliqua lectio immutari. Bracchylides, & Ariſtoteles, & ille Antipater Ionem eum faciunt, aliiq; nonnulli. Plutarchus quoque, quem iſte citat, duas eius patrias adducit Smyrnam, & Ionem, in illa natum, in hac tumulatum dicit. Sunt autem illa duo nomina rebus odoratiſſimis attributa. σμύρνα enim myrrha dicitur, ἴον C autem florem ſignificat. fuit autem illud diuini Poetæ certum augurium. Plutarcho aſtipulatur Strabo, qui lib. 11. ſic ait: *Ion parua eſt inſula, in qua ferunt Poetam Homerum eſſe ſepultum* Quia vero non diſplicet lectionem immutari, forſan ratio illa ſolidior erit, qua ſunt vſi alij, quod dicitur ἑπτὰ πόλεις. Ion autem eſt inſula, Chios vero ciuitas. Sed de Homero qui plura patit, adeat Herodotum, & Plutarchum, cuius ſcriptum Latinitate donatum parum candide nuper pro ſuo edidit Politianus vir alioquin eruditus. Quod autem ait *Smyrnaeos delubrum eius in oppido dedicaſſe*, refert quoq; Ælianus Argiuos in ſacris hoſpitalitiis Homerum cum Apolline inuocaſſe.

D *Ergo illi alienum.*) Quod ſi tot tantæq; ciuitates Homerum eumq; mortuum quum iam prodeſſe non poſſit, & exterum, neq; enim in omnibus illis ciuitatibus naſci potuit, eo ſolum nomine expetunt, quod Poeta fuerit: nos profecto hunc viuum, qui magno nobis & rebus publicis & priuatis tum ornamento, tum vſui eſſe poteſt, quiq; voluntate & legibus noſter eſt, repudiare minime debemus: maxime quum eo ſit in Rempublicam Romanam animo, vt omne ſuum ſtudium, omne ingenium, omnem induſtriam ad eius illuſtrationem & glotiam conferat. Nam cum adhuc adoleſcens eſſet bella E contra Cimbros geſta deſcripſit. Tanta autem fuit illius ſuauitas & gratia, vt C Mario non ſolum gratus, verum etiam iucundus exſtiterit, qui Marius ab hoc ſtudiorum genere abhorrere videbatur, & quod mirum eſt, ab illa ipſa Græca lingua, qua vtebatur Archias, & ſtudio, & voluntate, vt teſtatur Salluſtius, alieniſſimus. Quare magnam oportuit eſſe in Archia venuſtatem, & ad delectandos hominum animos dexteritatem, qui tetricum illum Ducem & ἄμουσον delectaret. Eius rei reddlt rationem Cicero, *Quod nullus eſt tam barbaro & à Muſis alieno ingenio, qui non maxime cupiat res à ſe geſtas æternis Poetarum monumentis committi.* Cuius rei potiſſimum gratia magno fuerunt omnibus ſæculis in honore ſancti Poetæ, primoq; apud Reges &

ges & Principes loco. vt de *Mario, Scipione, Pompeio, Alexandro, Bruto* paulo poſt refert Cicero, qui Poetas omni genere honoris & officij ſunt proſecuti. A

Themiſtoclem illum ſummum.) Quod hic de *Themiſtocle* narrat Cicero, dicit Victorius ſe nunquam legiſſe apud Græcum vllum ſcriptorem, nec ſane me recordor vſpiam apud illos reperiſſe, magisq; miror prętermiſſum eſſe, niſi me fallit memoria, à Plutarcho in eius vita, vbi multa adducit in hanc ſententiam. Quale eſt illud, Interrogatum aliquando Themiſtoclem quis dies illi tota vita gratiſſimus feliciſſimusq; exſtitiſſet, Eum reſpondiſſe, *quum ſe triumphantem infinita hominum multitudo admirabundis oculis intueretur.* Verbum autem illud B ἀκρόαμα vocem, narrationem, recitationem ſignificat: ſed quæ Muſicis inſtrumentis ſit permixtą. quæ ratio in ludis apud veteres ſeruabatur, vt actionem hiſtrionum harmonia & modulatione huiuſcemodi commendarent. ideoq; hic à voce diſtinguitur. Neq; enim temere Cicero Synonima coacernat. *nonnunquam etiam eos donetat, qui delectationis voluptatisq́ gratia aliquid inter conuiuandum memoriter recitant aut ludunt*: qua ſignificatione accipit Cicero in Verrem Act. 6. vbi ait, *Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario diſcederet, ibidem conuiuis inſpectantibus emblemata auellenda curauit.* Et Macrobius, *Delectatus Cæſar inter cenam ſymphoniacis, eos frumento tantum donauit, quum in alia acroamata fuiſſet nummis liberalis.* C

L. Plotium dilexit) Fortaſſe hic eſt ille *Plotius* Criſpinus poeta & philoſophus non ignobilis, ſed immodicæ loquacitatis; cuius facit mentionem Horatius,

Iam ſatis eſt ne me Criſpini ſcrinia lippi
Compilaſſe putes.

Nihil tamen habeo, vnde illud confirmem, nec quicquam compertum ſe habere ingenue fatetur Lilius Gyraldus, vir diligentiſſimus: Siue is eſt, qui Suetonio claros inter Rhetoras numeratur, quemq; D M. Tullius audierit.

Mithridaticum vero bellum) Illud eleganter & copioſe, quantum quidem ad huius loci explicationem pertinet, deſcriptum vide in oratione pro lege Manilia, & pro L. Murena.

Belli ore ac faucibus) Elegans eſt metaphora, à feris animantibus ducta, quorum in fauces incidere extremi eſt periculi. Hanc autem ciuitatem quum ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore puſaret, qua effracta & reuulſa tota pateret prouincia, eo omnem belli impetum, dimicationisq; furorem conuerterat.

Quare quorum ingeniis.) Ait Cicero eos qui Romanorum Ducum geſta laudibus efferunt, non ſolum illos quorum nomina adſcribuntur, verum etiam populi Romani virtutem, imperijq; maieſtatem celebrare, laudemq; illam publicam eſſe & communem, non priuatam. E

Depreſſa hoſtium claſſis.) Græci partim vno verbo iuncto αὐτάνδρους ναῦς, partim duobus integris & ſeparatis σὺν αὐτοῖς ἀνδράσιν dicunt. Exempla adducit Victorius lib. xxv. variarum. Cæſar lib. 1. bell. ciuil. *partem nauium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt.*

Carus

A *Carus fuit Africano*) Liuius lib. 48. & Plinius lib. 7. ſcribunt *Scipionem* hunc, qui *Aphricanus* à deuicta *Aphrica* dictus eſt, imperaſſe ſuo ſepulcro imponi ſtatuam Q. Ennij Poetæ. Item Ouidius,

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Erat autem Scipionum monumentum via Appia intra primum ab vrbe lapidem. cæterum omnino male legunt nõnulli *marmoratis laudibus*, ſic enim debet periodus iſta diſtingui. *Itaq; etiam in ſepulcro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus è marmore, at ijs laudibus*, & quæ ſe-

B quuntur.

In cælum huius) Aliquem iudicum veluti digito indicat. Conſcripſit Ennius Annales, & bella populi Romani, quorum duodecimum librum (vt ſunt auctores Varro & Gellius) anno ætatis ſuæ ſexto & quadrageſimo compoſuit, in his dum Catonem ſeniorem, *Fab. Maximum, M. Marcellum Fuluium Nobiliorem* celebrat, communi etiam laude Romanos omnes exornat. Quare magnis honoribus ſunt afficiendi Poetæ, quorum ingenio tantum decus rebus Romanorum accedit.

Rudium hominem) *Rudinum* vocat Auſonius. Silius Italicus lib. 12.

C de Ennio

Rudiæ genuere vetuſtæ
Nunc Rudia ſolo memorabile nomen alumno.

Eſt autem vetuſta ea ciuitas in Appulis, magni quondam nominis Eutropius, & diuus Hieronymus *Tarentinum* eum faciunt. *Rudia* autem à *Tarento* non multum diſtat, eſtq; ſita citra Bruduſium in mediterranea, vbi *Lupia* & *Salapia* oppida fuerunt.

In ciuitatem receperunt) A filio M. Fuluij, quem contra Ætolos bellum gerentem ſecutus erat, ciuitate donatus eſt, quum triumuir co-

D loniam deduxit.

Nam ſi quis minorem) Occupatio eſt qua grauiter docet eos errare qui minorem putabant ex Græcorum quam Latinorum ſcriptis gloriæ fructum colligi, ideoque non eodem loco habendum, tantiſque præmijs afficiendum Archiam, vt veteres illi Latini Poetæ, quod res Romanorum vernacula lingua deſcripſerant, ſunt exornati. Immo, inquit Cicero, maius eſt Archiæ in Rempubl. Romanam meritum. Illorum enim ſcripta ab exteris nunquam leguntur, quod Romanũ idioma nondum ad eos peruenerit, nec noſtro hoc ſermone delectẽtur remotæ nationes: at Græcus ſermo omnes fere terrarum partes

E iam permeauit. Nulla eſt gens tam barbara quæ non velit ea cognoſcere, quæ Græcorum ſcriptis ſunt conſignata, hocque velut humanitatis ſucco tingi. Omnes illius venuſtate & ſuauitate linguæ mirum in modum alliciuntur, adeo vt obſcurum eſſe poſſe non videatur, quod Græcorum ingenia celebrandum deſumpſerint. Quamobrem ſi Romani imperij fulgor & gloria anguſtis terrarum limitibus debet coerceri, nec vltra poteſt diffundi, certe omni ſtudio & diligentia & velle & conari debemus, vt ad quas nationes, propter immenſa ſpatiorum interualla, non poſſunt arma noſtra penetrare, ad eos ſaltem fortitudinis noſtræ fama, reique bellicæ gloria aduolet: & qui manus vireſque noſtras experiri non poſſunt, ipſius nominis metu

gloriæ.

glorięque terrore contremiſcant. Quod facile aſſequemur ſi præſtantes illos Poetas Græcos, eloquentięque ſtudijs clariſſimos viros, hoc eſt, Archiæ noſtro quam ſimillimos, vltro ſplendidis honorum munerumq; præmijs in ciuitatem Romanam alliciamus, populoq; Romano ſingulari liberalitate deuinciamus. Idque futurum eſt non ſolum nobis, quorum gloria celebratur, iucundum, verumetiam remotiſſimis illis gentibus (quæ pro gloria vitam profundere pulcrum exiſtimant) & gratum, & vtile, quod tantorum virorum cogitatione ſuorum animos ad omnem virtutem & pulcritudinem incendi videant, omniaque dimicationum pericula ſimilis mercedis adipiſcēdæ gratia promptiſſimos lætiſſimosque ſubire. Locum hunc paraphraſi tantum illuſtrandum putauimus. cætera, quam exiguis finibus Latinorum ſermo temporibus illis contineretur, quantusq; eſſet Græcæ linguæ in Aſia, Italia, Gallia cæteriſq; peregrinis nationibus vſus, copioſe ſatis docuimus in oratione, quam *de Græcæ linguæ ſtudijs* conſcripſimus. ijs hoc loco repetendis ocio abuti piget.

Quam multos ſcriptores) Principum omnium feliciſſimus *Alexander Macedo*, vt rebus ſtrenue fortiterque gerendis egregiam nauauit operam, ita incredibili flagrabat cupiditate res à ſe geſtas æterno Poetarum præconio celebrari. Quare magnam eorum multitudinem ſemper ſecum habuit, quorum etſi plærique eſſent impoliti, tamen multùm eorum ſcriptis afficiebatur, ſummaque liberalitate & munificentia operàm ſtudiumque proſequebatur. vt de Cherilo narrat Horatius,

Gratus Alexandro regi magnò fuit ille
Cherilus incultis qui verſibus & male natis
Retulit acceptos regale numiſma philippos.

In Sigæo) Promontorium eſt Troiæ. *à ſilentio* ſic dictum, vt ſcribit Seruius in Aeneida Virgilij, quod Græce σιγὴ vocatur. Vnde iocus Gnatænæ ad quendam garrulum & loquacem, qui cum ſe ex Helleſponto primum venire narraret, nugandiq; finem non faceret. *Quid*, ait illa, *te Helleſpontum dicis, & ibi Sigæum clariſſimam ciuitatem non noſti?*

O fortunate adoleſcens) Duabus de cauſis felicem beatumque prædicabat Achillem, quod poſt obitum eſſet nactus Homerum ſuæ virtutis præconem, & viuo Patroclus tantæ fidei & conſtantiæ amicus contigiſſet. qua quidem in parte ſe illo inferiorem non putauit, Hephæſtionis obſequio & amicitia exultans, ideoque Achillis ipſe ſtatuam coronauit; Hepheſtion vero Patrocli. Quam fuerit Homeri ſtudioſus Alexander, alio loco dictum eſt.

Qui cum virtute fortunam) De hac re plura in oratione pro lege Manilia, vbi res illas quatuor quas in ſummo imperatore ineſſe oportet, *ſcientiam rei militaris, Virtutem, auctoritatem, fælicitatem*, in hoc Pompeio Magno pleniſſime eluxiſſe docet.

Nonne Theophanem Mitylenæum) L. Gellius Publicola, & Cn. Cornelius Lentulus legem tulerant, qua poteſtas dabatur Cn. Pompeio in Hiſpaniam ad graue periculoſumq; bellum proficiſcenti, eos ciuitate donandi, qui ſe pro Reipub. Romanæ defenſione ſtrenuos præſtitiſſent, vt refert Cic. in Orat. pro Cornelio Balbo. Hac tempeſtate

Theopha-

A *Theophanem Mitylenæum* qui res eius geſtas deſcripſerat Epico carmine, in concione militum omnibus approbantibus factumq; laudantibus ciuitate donauit. Eum Theophanem inter intimos Pompei annumeratum, diuinosq; illi mortuo à Græcis honores habitos ſcribit Cornelius Tacitus, & nos ſupra initio.

Itaque credo) Iꝛonicώs hæc dicuntur. Etenim ſi lege Romanus non fuiſſet ciuis Archias, facillime illud poterat vel à Sylla, qui etiam in malos Poetas liberaliſſimus fuit, vel à Q. Metello Pio, qui fuit illi familiariſſ. vel ab alio aliquo imperatore vel per ſe, vel per Lucullos obtinere.

B *Alternis verſibus longiuſculis*) Id eſt, elegiacis. Ouidius,

Venit odoratos Elegeia nexa capillos,
Et puto pes illi longior alter erat.

Vel etiam genus aliud intelligit quale in Horatio ſæpe reperitur. Epos autem vocatur, vt annotauit Acron interpres Horatij.

Cui præſertim vſque eo) Quum videret ſibi Metellus diuinorum Poetarum præconium deeſſe, laudiſque incredibili deſiderio teneretur, peregrinos quoſdam & incultos vates ad ſuas res celebrandas allexit, illisq; aures ſumma cum voluptate præbuit: Sic Alexandrum legimus quum in pictoribus & ſtatuarijs excellentem requireret artis
C venuſtatem, non perinde tamen fuiſſe ſollicitum rerum à ſe geſtarum magnitudinem ridiculis imperitorum hominum ſcriptis contaminari. ſic enim Horatius,

Idem rex ille Poema
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit
Edicto vetuit ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Corduba natis) Ciuitas eſt ea Hiſpaniæ, quæ doctos viros permultos
D olim edidit, Annæum, Senecam, Gallionem, Melam Senecæ Rhetoris filios, aliosq;. Item Poetas Senecam Tragicum & Lucanum, de quibus tamen idem hodie video doctiſſimos viros iudicare, quod hic Cicero de ſui temporis Poetis. Sonant enim opimum quiddam, turgidum, inflatum, inæquale, & à proprietate illa Romanæ linguæ longiſſime detortum.

Pingue) *Opimum*, quale genus orationis Cicero *adipatum* vocat in libris de Orat. Aſciuere ſuis artibus opimum quoddam & tanquam adipatæ dictionis genus.

Trahimur omnes laudis ſtudio) Recte ſane & prudenter Poeta ille, ſi
E non potius hiſtoricus eſt vocandus, *gloriam* dixit eſſe *facem mentis* honeſtæ. Hæc & heroicas illas præſtanteſq; naturas magis ac magis incendit & inflammat, abiectasq; iſtas & ſtupidas mentes quibuſdam velut aculeis pungit & excitat. Ad hanc vnam aſpirarunt veteres tũ Romanorum tum Græcorum Duces, huius ſtudio nihil aſperum, nihil difficile, nihil inuium ſibi putarunt à rebus fortiter gerendis nec otio aut commodo abſtrahi, nec voluptate auocari, nec ſomno retardari, potuerunt. Themiſtoclem narrant adoleſcentiam omni genere luxus molliſſime tranſegiſſe, poſt vero vbi in *Miltiadis* trophæa incidiſſet, repente totam vitæ rationem immutaſſe, illamq; molliciem abieciſſe, ac ſæpe ſolidas integrasq; noctes inſomnes peregiſſe: cuius rei cau-

tei cauſam cum ab eo ſciſcitaretur aliquis, *Miltiadis*, inquit, *trophæa ſomnum me capere non patiuntur.* Poetæ quoq; æternitatis cura maxime tanguntur, Hinc illud Ennij, A

Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis vrnam
*Hic veſtrum * pinxit maxima facta patrum.*

Itemque,

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit, cur? volito docta per ora virûm.

* *al.* Panxit.

Sed & opifices quoq; poſt mortem nobilitari volunt. vt *Cnidium* architectum narrant quum maximam illam pulcherrimamq; turrim Regi Ægyptiorum in Pharo conſtrueret, clanculum in ſaxum nomẽ ſuum inciſiſſe, Regis autem gypſo inducto, vt cogebatur, adiecifſe. præuidebat enim, vt poſtea euenit, quod ſolidiori materiæ inſculptũ fuerat ſuperfuturum. Erat autem huiuſmodi, *Soſtratus a Dexiphanis Gnidius dijs ſalutaribus ob nauigantes.* Sed quid iſtos profero quib. fortaſſe minus iudicij veræq; rationis ineſt? Ipſi quoq; philoſophi, in ijs ipſis libris quos *de contemnenda gloria* ſcribunt, nomina ſua appingũt, eoq; ipſo quo famam & celebrationem ſpernere videntur, laudari ſe & nominari maxime ambiunt. Vide Tuſculana I. & in Fragmentis ex Hortenſio, & de gloria. Ariſtotelem refert Ælianus, vel potius Valerius Maximus lib VIII Memorabilium, c. 15. extremo, libros de arte bene dicendi Theodectis nomine edidiſſe, poſtea eius rei pœnitentia ductum, quum aliud ſcriptum præ manibus haberet, libros illos pro ſuis initio Rhetorices ad Alexandrum citaſſe, eoq; lectorem remiſiſſe. Sed videamus qualis ſit illa *gloria* quam tantopere omnes expetunt, & cuius ſtudio optimus quiſq; maxime ducitur. Hanc ſic definit Cicero libro Tuſculanarum diſputationem tertio, *Eſt enim gloria ſolida quadam res & expreſſa non adumbrata, Ea eſt conſentiẽs laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute, ea virtuti reſonat tanquã imago gloria. Quæ quia recte factorum plerunq; comes eſt, nec poteſt ſine virtute expeti, non eſt à bonis viru repudianda. Illa autem quæ ſe eius imitatricem eſſe vult, ambitionem intellige, & fama popularis ridiculam cupiditatem, temeraria atq; inconſiderata, & plerunq; peccatorum viciorumque laudatrix, ſimulatione honeſtatis & pulcritudinis vera gloria formam corrumpit, quare vitioſa nec bono viro expetenda.* B C D

a SOSTRATVS.

Brutus Accij amiciſſimi ſui.) Idem quoq; refert Valerius Maximus lib. 8 capite XV. quod eſt *de cupiditate gloria.* Bruto autem maxime fuit familiaris adeo vt alibi ſcribat Cicero, *ſe de eloquentia Bruti ab Accio didiciſſe*: quibus verbis motum dicit ſe Lilius Gyraldus. vt putaret eũ eſſe *Accium* qui C. Cæſari ad concilium poetarum accedenti non aſſurrexerit, quod ſe illo maiorem in hac facultate putaret, nec de gloria bellica ibi ageretur. diuerſumq; ab eo qui Pacuuij temporibus, illo tamen multo minor, vixit. Vide Lilij octauum Dialogum de Hiſtoria Poetarum. E

Ennio comite) M. Fuluium Nobiliorem ad bellum contra Ætolos proficiſcentem inſecutus eſt Ennius, vt iam diximus. honorifice autem illud dictum eſt Ennio comite, quaſi eum omnium conſiliorum cogitationumq; participem habuiſſet. Quæ ſint *Manubia* docet Phauorinus apud Gellium.

A *Quare in qua urbe*) Locum hunc concludit à maiore. Quum fortiſſimi illi Imperatores armati & multis magniſq; rei militatis negocijs diſtricti, & ab his humanitatis ſtudijs auocati, plurimum tamen in bello, in caſtris, & in ipſa acie Poetas coluerint, & in eorum honorem omni ſtudio & cogitatione incubuerint: non decet nos togatos iudices in ſumma rerum omnium tranquillitate, qua ad hæc ſtudia excolenda, inuitamur, à Muſarum honore Poetarumque ſalute aborrere.

Atque vt id libentius faciatis) Redit ad locum communem *de expetenda gloria.* Eſt autem diligenter obſeruandum quanta arte & induſtria res diuerſas connectat, & vno velut faſce complectatur. Humaniorum literarum laudem attexuit, poetica ſtudia maxime celebrauit, de cauſis virtutis illiuſque mercede diſputauit, Romanorum exempla adiunxit, laudationis poeticæ genus appoſuit. eaque omnia ſic ſibi mutuo agglutinat vt diſiungi non videatur. Eſt autem ea maxima virtus in oratione, quæque maxime tædium auditori excutiat.

B

Nimis acri fortaſſe) Immodico laudis ſtudio flagrauit *Cicero*, adeo vt dum ſupra modum & intempeſtiue ſe ſuaſque res celebrat & exornat, nil aliud quam inuidiam ſibi conciliet, & tædium moleſtiamq; auditoribus adferat. Nulla fuit concio, nullus Senatus, nullum iudicium in quo non præclara ſui conſulatus facinora longa copioſaque oratione oſtentaret. Quin & his floſculis ſua paſſim ſcripta aſpergit. plenæ ſunt epiſtolæ, plenæ orationes, plenæ diſputationes harum laudum. *Vnde*, inquit in vita Plutarchus, *ſuam orationem dulciſſimam alioqui, & omni refertam ſuauitate grauem ac moleſtam reddidit, quaſi illud ipſum fato quodam ineſſet.* Scripſit ipſe *de Conſulatu ſuo Græce commentarium*, tam elegantem & venuſtum vt Græci omnes, quemadmodum ipſe ait, non datam ſed præreptam eſſe ſibi ſcribendi materiam dicerent. Extat & epiſtola belliſſima profecto, & omnibus eloquentiæ floſculis exornata ad Luceium, lib. V. ad famil epiſt XII. qua illum orat vt res ab ipſo geſtas celebret, & ſcriptis illuſtret ſuis.

C

D

Nullam enim virtus) Virtus gloriam expetit tanquam mercedem iuſtumque præmium laborum ac diſcriminum ſuorum. Gloriam autem non popularem illam & vanam, quæ ſtolidæ plebis ſuffragio conſtat. hæc enim fluxa eſt & caduca, nam ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidūt, nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum. ſed veram & ſolidam, quæ radices agit atq; etiam propagatur, quæ æterna eſt, & ex populi arbitrio non dependet. quod venuſte expreſſit Latinorum Pindarus hoc modo,

E

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ;
Virtus recludens immeritis mori
Cælum, negata tentat iter via:
Cætuſq́, vulgares & vdam
Spernit humum fugiente penna.

Qua quidem detractata) Simile eſt illud in libro de Senectute ad finem.

finem. Nemo vnquam mibi Scipio perſuadebit aut patrem tuum Paulum, A
aut duos auos, Paulum & Aphricanum, aut Aphricani fratrem aut patruum
aut multos præſtantes viros, quos enumerare neceſſe non eſt, tanta eſſe conatos,
quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent, niſi animo cernerent poſteritatem
ad ſe pertinere poſſe. An cenſes (vt de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me
tantos labores diurnos nocturneſque domi militiaque ſuſcepturum fuiſſe ſi iiſ-
dem finibus gloriam meam quibus vitam eſſem terminaturus. Nonne melius
multo fuiſſet otioſam ætatem & quietam ſine vllo labore & contentione tradu-
cere? Sed neſcio quomodo animus erigens ſe, poſteritatem ſemper ita proſpicie-
bat, quaſi cum exceſſiſſet è vita, tum denique victurus eſſet. Quod quidem ni
ita ſe haberet, vt animi immortales eſſent, haud optimi cuiuſq; animus maxi- B
me ad immortalem gloriam niteretur. Sunt autem præclari & eruditi lo-
ci iſti apud Ciceronem, quibus probare nititur & animam eſſe
immortalem, quod maxime ſit ſollicita de rebus futuris, quas ad ſe
pertinere poſt obitum iam cogitat. quarum rerum ſenſu ſi corpore
ſoluta nullo afficeretur, profecto non tot tantiſque laboribus, curis,
anxietatibus futuræ felicitatis fundamenta iaceret. Multum ſane
hoc argumento piæ modeſtiæque mentes commouentur, veruntamen
men quoniam ficulneum monſtris illis videtur, qui præſtantiſſimam
hanc & diuinam naturam infra belluarum conditionem proſternũt
& abijciunt, alia quoque Philoſophorum ſapientumque hominum C
teſtimonia *in Somnij Scipionis explicatione*, adferemus. Oportet enim
has ſententias ſæpius Iuuentuti inculcari, hac præſertim tempeſtate
quum fanatici quidam homines & furioſi omnia ſurſum ac deor-
ſum commiſcere, hancque vitæ futuræ cogitationem radicitus è
mentibus noſtris extirpare conentur. Quare & alterum locum è pri-
ma Tuſculana, quod res iſta maiori verborum ſplendore & copia
tractari non poſſit, ſitque iucunda ſtudioſis & vtilis futura horum
locorum collatio, hic ſubiungere non grauabor. *Maximum vero argu-*
mentum eſt naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam iudicare,
quod omnibus curæ ſunt, & maxime quidem quæ poſt mortem, futura ſunt. D
Serit arbores quæ alteri ſæculo proſint, vt ait Statius in Synephebis, quid ſpe-
ctans niſi etiã poſtera ſaecula ad ſe pertinere? Ergo arbores ſeret diligens agrico-
la, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam? vir magnus Rempublicam, leges,
inſtituta conſerit. Quid procreatio liberorum? Quid propagatio nominis? Quid
adoptiones filiorum? Quid teſtamentorum diligentia? Quid ipſa ſepulchro-
rum monumenta? Quid elogia ſignificant niſi nos futura etiam cogitare?
Quid illud num dubitas quin ſpecimen naturæ capi debeat ex optima quaq;
natura. Quæ eſt igitur melior in hominum genere natura, quam eorum qui ſe
natos ad homines iuuandos, tutandos, conſeruandos arbitrantur? Quid in hac
Repub. tot tantoſque viros ob Rempub. interfectos cogitaſſe arbitramur? iiſ- E
demne vt finibus nomen ſuum quibus vita terminaretur? Nemo vnquam ſe
ſine magna ſpe immortalitatis propriam offerret ad mortem. Licuit eſſe ocioſo
Themiſtocli, licuit Epaminondæ, licuit, ne vetera & externa quæram, mihi. Sed
neſcio quomodo inhæret in mentibus quaſi ſæculorum quoddam augurium fu-
turorum idque in maximis ingenijs, altiſſimiſque animis & exiſtit maxime, &
apparet facillime, quo quidem dempto quis tam eſſet amens qui ſemper in la-
boribus & periculis viueret. Hæc totidem verbis Cicero. Neque enim
tantam rerum grauitatem infantia mea volui deprimere. Teneamus
mus igitur hoc fixum certumque nec de hac ſententia deturbari fa-
cile nos ſinamus, Animam immortalem eſſe & æternam, vtpote

A æterni Dei viuam imaginem, nec corporis ſolutam compage interire, & euaneſcere: quin potius vt ſe res habet, & vt diuinus ille philoſophus exiſtimauit, apud ſuperos actionum cogitationumque ſuarum digna referre præmia: bonorum quidem & piorum æternis delicijs; malorum vero & eorum qui corporibus immerſi nullam poſteritatis curam habuerunt, non intermiſſo ſupplicio affici. Miſerrimum profecto foret optimos quoſque tantis ærumnis, curis, ſollicitudinibus noctes & dies vexari, opprimi, necari; malos vero & improbos exultare, omnique voluptatum genere affluere, ſi nulla rerum talium commutatio eſſet ſubſecutura, iiſdemque terminis B ſpes noſtræ quibus calamitates finirentur.

De vita ipſa dimicaret.) Animus de vita dimicare non poteſt, eſt enim immortalis, nec corruptionis huiuſce corporeæ particeps. Animum autem hic hominem vocat, atque adeo inferiorem, & ignobiliorem hominis partem, corpus videlicet: qui homo vere dici non poteſt, quum ſit verius ſepulcrum hominis. Dicitur enim σῶμα παρὰ τὸ σῆμα, quod anima ſit in corpore velut ſepulta. Plato autẽ dicere ſolitus erat ὀυκ ἐςὶ ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον. Sic quoque primo de Orat. Cicero *hominem* poſuit pro *ingenio. Ingenia vero (vt multu re-* C *bus poſſumus iudicare) noſtrorum hominum, multum cæteris hominibus omnium gentium præſtiterunt.*

Tam parui animi.) Id eſt, tam parum cogitare poſteritatem, & tam ſtupido bardoque eſſe ingenio, vt quum ſciamus omnia nobiſcum interitura, velimus hoc quantulumcunque eſt vitæ à natura conceſſum aſſiduis laboribus & periculis conterere, nullumque à curis tempus vacuum relinquere.

An, cum ſtatuas.) Iam vero quum ſtatuas & corporum noſtrorum imagines, quæ vetuſtate facile collabuntur & pereunt, tanto ſtudio tantaque cura efficitas nepotibus relinquamus: nonne multo ſatius D eſt animorum noſtrorum, quibus ſolummodo ſumus homines, viua & æterna ſimulacra, quæ perpetuo noſtri memoriam apud poſteros retinent, omni ingenio & induſtria expreſſa & expolita relinquere, & ad poſteritatem transfundere? Eſt autem locus hic ſumptus ex Iſocrate cuius ſunt in fine, Euagoræ hæc verba, ἐγὼ δὲ ὦ νικόκλεις ἡγοῦμαι μὲν εἶναι καλὰ μνημεῖα καὶ τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας, πολὺ μέν τοι πλείονος ἀξίας, τὰς τῶν πράξεων καὶ τῆς διανοίας, ἃς ἐν τοῖς λόγοις ἄν τις μόνον τοῖς τεχνικῶς ἔχουσι θεωρήσειε.

E *Spargere me ac diſſeminare.*) Poteſt hic quoque videri Cicero imitatus Iſocratem, vt etiam annotauit Victorius, qui in libello ad Philippum Macedonẽ eodem modo locutus eſt. ἐὰν ὑπόσχῃ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς καὶ τοὔνομα τοῦτο διασπείρῃς εἰς τὴν Ἀσίαν. Eſt autem Metaphora ducta ab Agricolis qui ſemina in terram ſpargunt. Ea quoque vſus eſt Plato in X. de legibus. καὶ γὰρ εἰ μὴ κατεσπαρμένοι ἦσαν οἱ τοιοῦτοι λόγοι ἐν τοῖς πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώποις, οὐδὲν ἂν ἔδει τῶν ἐπαμυνόντων λόγων, ὡς εἰσὶ θεοί. Duo autem verba rem eandem denotantia appoſuit Cicero, quo rem magis declararet vel etiam exornaret. quemadmodum & in oratione pro Plancio.

Illud

Illud vnum vos magnopere oro atque obſecro, Iudices, ne fictis auditionibus, ne diſſeminato diſperſoque ſermoni fortunas innocentium ſubijciendas putetis. Nihil eſt tam volucre quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur. Vocat autem hic *diſſeminatum diſperſumque ſermonem* rumores plebeios, quæ Catullo fabula dicitur. A

Nam fabula fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.

Hæc vero à meo ſenſu.) Quod ſi morte omnia noſtra ſimul extinguerentur nullusque eorum quæ hic gerimus ſenſus eſſet ad nos poſt obitum peruenturus, tamen hac ſpe & cogitatione ſola immortalitatis vehementer delector, videorque mihi iam prolixe frui præmijs illis quæ animo concepimus & expectamus. B

Quare conſeruate.) Peroratio eſt, qua memoriam Iudicum reficit, & totam ſimul cauſam breuiter colligens, ponit ante oculos rerum omnium quæ copioſius ſunt dictæ ſummam quandam, idque per *repetitionem* & *congregationem*, quam ἀνακεφαλαίωσιν primus vocauit Iſocrates, teſte Phalereo.

Ingenio autem tanto.) Oportet enim eum fuiſſe maximis & admirandis ingenij dotibus, raraque mentis acrimonia & dexteritate præditum, quem præſtantiſſimi quique Romanorum, & bonarum artium peritia cultiſſimi excolant, & omni honore veneratione que proſequantur: vnde magna illi dignitas & auctoritas comparatur, tot magnatum ſummorumque virorum præſidijs fulto. C

Quæ cum ita ſint.) Hic quoque ea colligit quæ ad beneuolentiam & fauorem Iudicium Licinio conciliandum pertinent: quod non ſolum hominum, verumetiam Deorum fauore hæc cauſa Poetarum omnibus commendetur. Sunt enim illi ſancti, maximæque Dijs curæ eſſe perhibentur: tum Archias à prima adoleſcentia ingenium ſtudiumque ſuum ad gloriam populi Romani illuſtrandam contulit, ac iam etiam profitetur, ſe recentiora illa, quæ nuper ſua memoria ſunt à populo Romano geſta, æternis monumentis poſteritati commẽdaturum. Quare quum tot tantaque ſint Poetarum in Rempub. ciuilemque ſocietatem merita, vt ſine his ſtudijs vix humanitas conſtare poſſe videatur, leges auctoritatem nullam habeant plebs effrænis coerceri ſe non patiatur, maximi quique viri in adminiſtratione rerum ciuilium bona ab illis conſilia mutuentur, illorumque informati præceptis ad omnem pulchritudinem & honeſtatem inſtructiſſimi prodeant. Principum ferocientes animi compeſcantur, iura diuina & humana ſarta recta conſeruentur; denique quum hominum, Deorumque commendatione nobilitentur, non ſolum non ſunt è ciuitatibus exterminandi (quid enim magis barbarum & impium fingi poteſt?) & in ordinem redigendi. Verum vltro ſummis diuiniſque honoribus publice priuatimque afficiendi, & rerum adminiſtrationi principumque inſtitutioni, maxime ex ijs omnibus qui humanitatem profiterentur, præficiendi. D E

* *
*

A

B

AVLI LICINII ARCHIÆ POETÆ TANTOPERE à CICERONE CELEBRATI

EPIGRAMMATA.

C

INTERPRETE DANIELE ALSVORTO, ANGLI: QVI ET MARONIS Bucolica Græcis reddidit verſibus Romæ, an. 1595.

Quibus, & Ciceronis Oratio pro Archia Poeta lu-
D culenter illuſtratur, & eiuſdem in hominibus laudandis adulationis expers ſinceritas, & vera in ſcriptis doctiſſimorum virorum diiudicandis cenſura & linguæ Græcæ peritia cernitur.

DE Archia Cicero in oratione ſua ita loquitur: *Quoties ego hunc vidi, cum litteram ſcripſiſſet nul-*
E *lam, magnum numerum optimorum verſuum de ipſis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? Quoties reuocatum eamdem rem dicere, commutatis verbis, & ſententijs?* Cuius rei fidem faciunt hæc quattuor Epigrammata ſequentia.

In Pa-

A

I

In Pana venatorum, aucupum, & Piſcatorum Deum, trium fratrum anathemata, ſiue dona in templo eius appenſa.

Σοὶ τάδε Πὰν σκοπιῆτα, παναιόλα δῶρα σύναιμοι
Τρίζυγες, ἐκ τρισσῆς θέντο λινοστασίης.
Δίκτυα μὲν Δᾶμις, θηρῶν. Πίγρης δὲ, πετεινῶν
Λαιμοπέδας. Κλείτωρ δ' εἰναλίφοιτα λίνα. B
Ὧν τὸν μὲν, καὶ ἐσαῦθις ἐν ἠέρι, τὸν δ' ἔτι θείης
Εὔστοχον ἐν πόντῳ. τὸν δὲ, μετὰ δρυόχους.

Pan ſpecula reſidens, fratres hac ſanguine iuncti,
Tres tribus ex variis munera dant laqueis.
Damis rete feræ, Pigres, auiumq. volucrum
Tendiculas: Clitor vincla marina dedit.
Quorum hunc felicem fac ſiluis, aeris illum C
Venatu reliquum fluctibus in mediis.

In eumdem.

Ἀγραύλῳ τάδε Πανὶ βιαρκέος ἄλλος ἀπ' ἄλλης
Αὔθαιμοι τρισσοὶ δῶρα λινοστασίης.
Πίγρης μὲν, δειραχθὲς εὔβροχον ἅμμα πετεινῶν,
Δᾶμις δ' ὑλονόμων δίκτυα τετραπόδων,
Ἄρκυν δ' εἰναλίων Κλείτωρ πόρεν, οἷς σὺ δι' αἴθρης, D
Καὶ γᾶς, καὶ πελάγευς, εὔστοχα πέμπε λίνα.

Hac fratres vigili tres munera Pani dedere,
Ex variis laqueis, quod ſatis vnde parant.
Pigres dat nexum volucres per colla ligantem,
Damis datq. feræ retia quadrupedis.
Clitor rete maris donat: quibus ipſe per æthram,
Per terram, & pelagus, vincla ſecunda dato.

In eumdem.

E

Ταῦτά σοι ἔκτ' ὀρέων, ἔκτ' αἰθέρος, ἔκτε θαλάσσης,
Τρεῖς γνωτοὶ, τέχνης σύμβολα Πὰν, ἔθεσαν.
Ταῦτα μὲν εἰναλίων Κλείτωρ λίνα. κεῖνα δὲ, Πίγρης
Οἰωνῶν. Δᾶμις τὰ τρίτα τετραπόδων.
Οἷς ἅμα χερσαίῃσιν, ἅμ' ἠερίῃσιν ἐν ἄγραις
Ἀγρεῦ, ἅμ' ἐν πλωτοῖς ὡς πρὶν ἀρωγὸς ἴθι.

Hac tibi tres fratres ex montibus, athere, ponto,
Argumenta artis Pan poſuere ſua.

A *Clitor rete maris poſuit, Pigreſque volucrum,*
Damis quadrupedum tertia vincla tulit.
Cum quibus in terra, & venatibus aeris, vna
Venare, atque vndis; vt prius, affer opem.

In eumdem.

Τρίζυγες οὑρεσίαικοι κασίγνητοι τάδε τέχνας,
Ἄλλος ἀπ' ἀλλοίας σοὶ τάδε Πάν, ἔθεσαν.
B Καὶ τὰ μὲν, ὀρνίθων Πίγρης. τὰ δὲ, δίκτυα θηρῶν
Δᾶμις. ὁ δὲ Κλείτωρ, εἰναλίων ἔπορεν.
Τῶν, ὁ μὲν, ἐν ξυλόχοισιν ὅδ' ἠερίῃσιν ἐν ἄγραις
Αἰέν, ὅδ' πελάγει εὔστοχον ἄγραν ἔχοι.

Arte ex diuerſa montani munera fratres,
Hinc, atque hinc alius, Pan poſuere tibi.
Et volucrum Pigres, & Damis rete ferarum,
Aſt pelagi Clitor linea vincla dedit.
Quorum hic in ſiluis, venatibus aeris ille
C *Semper ſit fœlix, tertius in pelago.*

In eadem Oratione pro Archia Poeta ſic ait Cicero: *Quæ vero accurate, cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenerint.* Quod veriſſimum eſſe, hæc pauca Epigrammata, quæ ſequuntur, argumento eſſe poſſunt.

D

In quattuor Græciæ certamina.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαιμονος, Ἀρχεμόροιο,
B Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς

Bis duo ſunt Græcis certamina, bis duo ſacra,
Et duo ſunt hominum, ſunt ſuperumque duo.
Latoi, Iouis, Archemori, atque Palæmonis: horum
Præmia ſunt laurus, pinus, oliua, apium.

In E-

A

3

IN EQVVM nomine Aquilam ſeneſcentem.

Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον αἰετὸς ἵππων,
  Ὁ πρὶν ὑπὸ μίτραις κῶλα καθαψάμενος.
Ὃν Φοίβου χρησμῳδὸς ἀέθλιον ἔστεφε Πυθώ,
  Ὀρνύμενον πταναῖς ὠκυπέταις ἴκελον.
Καὶ Νεμέη βλοσυροῖο τιθηνήτειρα λέοντος,
  Πῖσά τε, καὶ δοιαῖς ἠόνας ἰσθμὸς ἔχων.
Νῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος οἷα χαλινῷ,
  Καρπὸν ἐλᾷ Δηοῦς ὀκρυόεντι λίθῳ.
Ἴσην μοῖραν ἔχων Ἡρακλεῖ. καὶ γὰρ ἐκεῖνος
  Τόσσ' ἀνύσας, δούλην ζεύγλαν ἐφαρμόσατο.

Qui celeres ſuperauit equos Aquila vndiq; fulgens,
  Ornatus phaleris concita membra prius.
Quem Pytho cinxit vates Phœbea corona,
  Victor cum celeres equiparaſſet aues. B
Et Nemea horrendam, qua nutrit ſilua leonem,
  Et Piſa, atq; Iſtmus littora bina tenens. C
Nunc veluti vinclo religatus colla capiſtro,
  Dona molit Cereris frigida ſaxa rotans.
Herculis eſt fato ſimilis: ſeruire ſubiuit
  Qui tandem poſt tot maxima facta iugum.

4

IN MEDEÆ patricidium.

Οὐ τόσον Ἀθάμας ἐπεμήνατο παιδὶ Λεάρχῳ,
  Ὅσσον ὁ Μηδείης θυμὸς ἐτεκνοφόνει.
Ζῆλος ἐπεὶ μανίης μεῖζον κακόν. εἰ δὲ φονδίος
  Μήτηρ, ἐν τίνι νῦν πίστις ἔτ' ἐστὶ τέκνων; D
Athama in puerum rabies haud tanta Learchum,
  Quanta necans natos Colchidis ira fuit:
Nam peior rabie eſt zelus: genetrice necante
  Cui poſthac natos fidere poſſe putas?

5

IN HIRVNDINEM nidum cum pullis, ſuper tabula, in qua erat Medeæ imago depicta, ponentem. E

Αἶαν ὅλην, νήσους τε διιπταμένη σὺ χελιδὼν,
  Μηδείης γραπτῇ πυκτίδι νοσσοτροφεῖς.
Ἔλπῃ δ' ὀρταλίχων πίσυν σέο τήνδε φυλάξειν,
  Κολχίδα, μηδ' ἰδίων φεισαμένην τεκέων;
Per mare, per terras volitando vagaris Hirundo
  Medea picta condis aues tabula,
An tibi cuſtodem pullorum Colchida fidam,
  Speras, quæ natos ſuſtulit ipſa ſuos?

A

6

In Corvvm ſcorpio inſidiantem.

Ἔν ποτε παμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι νωμῶν,
Σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε θορόντα κόραξ.
Ὃν μάρψων ὥρουσεν, ὁ δ' αἴξαντι ἐπ' οὔδας,
Οὐ βραδὺς, οὐ κέντρῳ πῆξεν ἔτυψε βέλει,
B Καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν. ἰδ' ὅσσον ἔτευχεν ἐπ' ἄλλῳ,
Ἐκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόρον.

Olim dum liquido volitaret in æthere Coruus,
Scorpius è terra proſilit: ille notat,
Deuolat, vt rapiat, verum hic tellure ruenti,
Tela repente citus fixit acuta pedi,
Et vita orbauit: ſic quam prior ille parabat
Infœlix alij, rettulit inde necem.

C

7

In Infantem euntem in præcipitium.

Λυσίππης ὁ νεογνὸς ἐπὶ κρημνοῦ πάϊς ἕρπων,
Ἀστυανακτείης ἤρχετο δυσμορίης.
Ἡ δὲ, μεθωδήγησεν, ἀπὸ στέρνων προφέρουσα
Μαζὸν, τὸν λιμοῦ λύτρον, καὶ θανάτου.

Infans Luſippes ſcopulu nuper ſatus errans,
Aſtianactis ibi forte pericla ſubit:
D *Mater at eduxit mamillam è pectore: duxit*
Mamma retro, vindex & famis, atq; necis.

8

In hvmanæ vitæ miseriam.

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
E Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας
Ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες, ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
Ἐς κακά, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Thracas iure probes natos deflere ſuetos,
In lucem è matru dum prodeunt vtero.
Hoſce beant contra, ſubitè, tellure relicta,
Quos famuli mortis fata dedere neci.
Omnia nam ſemper procedunt in mala viui,
Mortui at inde mali morte leuamen habent.

In Vi-

 A

9

In Venerem è ſpuma maris natam.

Αὐτὰν ἐκ πόντοιο τιθηνητῆρος Ἀπελλῆς
  Τὰν Κύπριν γυμνὰν εἶδε λοχευομέναν.
Καὶ τοίαν ἐτύπωσε διὰ βρέχον ὕδατος ἀφρῷ;
  Θλίβουσαν θαλεραῖς χερσὶν ἔτι πλόκαμον.
E genotrice mari, Venerem conſpexit Apelles
  Nudam, cum nuper nata, recensq; fuit. B
Et talem pinxit roſperſam rore marino,
  Torgentemq; comas floridulis manibus.

10

In vaccarum, & Iaſpidis lapidis imagines, in annulo affabre impreſſas.

Τὰς βοῦς, καὶ τὸν ἴασπιν ἰδὼν περὶ χειρὶ, δοκήσεις
  Τὰς μὲν, ἀναπνείειν, τὸν δὲ, χλοηκομέειν. C
Vaccas ſi digito cernas, & Iaſpin acute,
  Has ſpirare putes, gramen & hanc viride.

11

In virum fortem morbo lethali laborantem.

Ὃν πόλεμος δεδιὼς οὐκ ὤλεσε, νῦν ὑπὸ νούσου
  Θλίβομαι, ἐν δ' ἰδίῳ τήκομ' ὅλως πολέμῳ. D
Ἀλλὰ διὰ στέρνων ἴθι φάσγανον ὡς γὰρ ἀριστεὺς
  Θνήξομ', ἀπωσάμενος καὶ νόσον ὡς πόλεμον.
Quem bellum metuens non perdidit, en ego morbo
  Conflictor: bello iam proprioq; domor.
Enſis at in pectus ruo, tanquam miles obibo,
  Et morbum veluti bella fugabo grauem.

12

In Echo. E

Εὔφημος γλῶσσα ἡ παραμείβεο τὰν λάλον ἠχὼ,
  Κοὐ λάλον. ἢν τι κλύω τοῦτ' ἀπαμειβομέναν.
Εἰς σὲ γὰρ ὃν σὺ λέγεις, στρέψω λόγον. ἢν δὲ σιωπᾷς,
  Σιγήσω. τίς ἐμεῦ γλῶσσα δικαιοτέρη;
Echo tuto fauens lingua tranſito ſtrepentem,
  Nec ſtreperam, ſi quid percipio, id refero.
Verbum, quod dices, vertam in te: ſin reticebis,
  Conticeo: an lingua hac iuſtior eſſe queat?

A

In Echo.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ἀδομένην,
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἄπιθι.

Pani ſimul petris ſociatam conſpicis Echo,
Reflexam vocem, quæ reſonare ſolet.
Oris imago loquax omnis: paſtoribus aptus
B *Ludus, quæ loqueris, percipiens abeas.*

13

In MERVLAM retibus captam.

Αὐταῖς σὺν κίχλῃσιν ὑπὲρ φραγμοῖο διωχθεὶς
Κόσσυφος ἠερίης κόλπον ἔδυ νεφέλης·
C Καὶ τὰς μὲν, συνοχηδὸν ἀνέχεδρομος ὄχμασε θώμιγξ.
Τὸν δὲ, μόνον πλεκτῶν αὖθι μεθῆκε λίνων,
Ἱρὸν, ἀοιδοπόλων ἔτυμον γένος. ἦ ἄρα πολλὰ
Καὶ κωφαὶ πτηνῶν φροντίδ᾽ ἔχουσι πάγαι.

Cum Turdis Merulam ſequitur, dum ſepibus auceps,
In nebula ſubeunt aeria gremium,
Funiculus refluens hos conſtringendo ligauit,
Hanc vnam plexiis eximit inde plagis:
Sacrum, cantorum verum genus: indita ſurdis
D *Cura etiam eſt volucrum maxima tendiculis.*

14

In GARRVLAM picam occiſam.

Ἁ πάρος ἀντίφθογγον ἀποκλάγξασα νομεῦσι
Πολλάκι καὶ δρυτόμοις κίσσα, καὶ ἰχθυβόλοις,
E Πολλάκι δὴ κρέξασα πολύθροον, οἷά τις ἀχὼ,
Κέρτομον ἀντῳδοῖς χείλεσιν ἁρμονίαν,
Νῦν εἰς γᾶν ἄγλωσσος, ἀναύδητός τε πεσοῦσα,
Κεῖμαι. μιμητὰν ζᾶλον ἀνηναμένα.

Pica ego, frondator, Piſcator, Paſtor ad auras,
Audiuere ſibi, quam reſonare prius.
Et variis, quæ ſæpe modis ſtrepui, velut Echo,
Mordacem alternans harmoniam labiis.
Nunc elinguis humi iaceo, prolapſaq; vocem
Nunc imitatricem reddere muta nego.

In Ci-

A

15

IN CICADAM cantu vitam agentem, & à formicis occiſam.

Πρὶν μὲν ἐπὶ χλοεροῖς ἐριθηλέος ἔρνεσι πεύκας
Ἥμενος, ἢ σκιερῆς ἀκρεμόνος πίτυος,
Ἔκρεκες εὐταρσοῖο δι' ἰξύος ἀχέτα μολπὰν
Τέττιξ οἰονόμοις, τερπνότερον χέλυος.
Νῦν δέ σε μυρμάκεσσιν ὑπ' εἰνοδίοισι δαμέντα,
ἄϊδος ἀπροϊδὴς ἀμφεκάλυψε μυχός.
Εἰ δ' ἑάλως, συγγνωστόν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὕμνων
Μαιονίδας, γρίφοις ἰχθυβόλων ἔθανεν.
Floridulus picea viridis paulo ante recumbens
In ramis, Pinus alticomæue ſinu,
Paſtores ſtrepera recreabas voce cicada,
Per lumbos reſonans, dulcior ipſa chely:
Nunc te formicæ triuiis domuere, receſſus
Orci improuiſus intimus occuluit.
Capta condone: cum dux hymnorum Homerus,
Piſcatorum etiam retibus interiit.

16

IN THERIM naufragum in littore ſepultum. B

Οὐδὲ νέκυς ναυηγὸς ἐπὶ χθόνα Θῆρις ἐλασθεὶς
Κύμασιν, ἀγρύπνων λήσομαι ἠϊόνων.
Ἡ γὰρ ἁλιρρήκτοις ποτὶ χοιράσιν ἀγχόθι πόντου
Δυσμενέος, ξείνων χερσὶν ἔκυρσα τάφου.
Αἰεὶ δὲ βρομέοντα καὶ ἐν νεκύεσσι θαλάττης
Ὁ τλήμων ἀΐω δοῦπον ἀπεχθόμενον.
Μόχθων δ' οὐδ' ἀΐδης με κατεύνασεν. ἡνίκα μοῦνος
Οὐδὲ θανὼν λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ.
Mortuus in terras ego Theris Naufragus actus,
Haud ceſſo vigilis literis eſſe memor.
Qua fluctus feriunt prope ponti ſaxa inimici,
Nam tumulum ſtruxit mi peregrina manus.
Mortuus atq; maris ſonitum miſer audio ſemper,
Qui fremit impellens me magis, atq; magis,
Ærumnis nec me ſoluit mors: quando quiete
Nec poſſum placida mortuus inde frui.

In

A

17

In Aiacem, fortiter apud naues pugnantem.

Μοῦνος ἐναιρομβροισιν ὑπὲρ μακρὴν ἀσπίδα τείνας
Νηυσί, βαρὺν Τρώων αἰὲν ἔμεινας ἄρη·
B Οὐδέ σε χερμαδίων ὦσε κτύπος, οὐ νέφος ἰῶν,
Οὐ πῦρ, οὐ δοράτων, οὐ ξιφέων πάταγος,
Ἀλλ' αὔτως προβλής τε, καὶ ἔμπεδος ὥς τις ἐρίπνη
Ἱδρυνθεὶς, ἔτλης λαίλαπα δυσμενέων.
Εἰ δέ σε μὴ τεύχεσιν Ἀχιλλέος ὥπλισεν Ἑλλὰς,
Ἄξιον ἀντ' ἀρετᾶς ὅπλα πορῶσα γέρας,
Μοιράων βουλῇσι τάδ' ἤμπλακεν, ὡς ἂν ὑπ' ἐχθρῶν
Μή τινος, ἀλλά τε ᾗ πότμον ἕλῃς παλάμῃ.
Solus apud naues tu Troica ſuſcipis arma,
C *Fortia pro caſis undique ſcuta mouens.*
Non te ſaxorum fragor, aut nubes iaculorum,
Reppulit, aut ignis, vel gladij ſtrepitus.
Sed veluti quadam prarupta, atque aſpera rupes,
Siſtis, & haud hoſtis turbine quaſſus, abis:
Græcia ſi non te clipeis armauit Achillis
Virtuti reddens præmia digna tuæ:
Parcarum iuſſu errauit: ab hoſtibus vllis
Nec pereas, propria ſed moriare manu.

D

18.

In Hectoris ſepulchrum.

Καὶ γνοίταν τοῦ νέρθε, καὶ οὔνομα, καὶ χθόνα φαίνει
Στάλα, καὶ ποίᾳ κηρὶ δαμεὶς ἔθανεν.
Γεννήτωρ, Πρίαμος, γᾶ δ', Ἴλιον. οὔνομα δ', Ἕκτωρ.
Ὦ ξεῖν', ὑπὲρ πάτρας δ' ὤλετο μαρνάμενος.
E *Et Patrem, & patriam, nomenque effare columna*
Eius, quem premis, & qua nece victus obit.
Ilion eſt tellus, Priamus Pater, Hector, amice,
Nomen, pugnando pro patria occubuit.

19

In Hercvlem poſtquam leonem in Nemea interfeciſſet.

Μηνί·

Μηκέτι ταυροβόροιο βαρὺ βρύχημα λέοντος A
Πτήσσετε ληινόμοι γειδρόται νεμέης.
Η γὰρ ὑφ᾽ ἡρακλῆος ἀριστάθλοιο δέδυπεν,
Αὐχένα θηροφόνοις ἀγχόμενος παλάμαις,
Ποίμνας ἐξελάσασθε, πάλιν μυκηθμὸν ἀκούει
Ηχω, ἐρημαίης ἐνναέτειρα νάπης,
Καὶ σὺ λεοντόχλαινε πάλιν χωρήσεο ῥινῷ,
Ηρης πρηΰνων μισονόθοιο χόλον,
Taurivori haud poſthac vos formidate leonis B
Horrendum fremitum, qui Nemeam colitis.
Nam cecidit fericida peremptus ab Hercule forti,
Suffocata graui ſunt fera colla manu.
Huc agitote greges: reboat mugitibus Echo
Rurſus, deſertis qua manet in ſcopulis:
Pelle leonina tectus tu ſcuta reſume,
Iunonem placa, cui nothus eſt odio.

---

20 C

In boues nauium ductores.

Οὐ μόνον οὖν ἄροτρον βόες οἴδαμεν αὔλακα τέμνειν,
Αλλ᾽ ἴδε καὶ πόντου νῆας ἀφελκόμεθα.
Εργα γὰρ εἰρήνης δεδιδάγμεθα. καὶ σὺ θάλασσα,
Δελφῖνας γαίῃ ζεῦξον ἀροτροφορεῖν.
Non ſolum ſcimus bene aratos findere ſulcos,
E pelago naues ducimus ecce boues. D
Namque operas pacis docti ſumus: at mare contra
Delphinos terra iunge, ut aratra ferant.

21

IN TRES SORORES Mineruæ lanificas.

Αἱ τρισσαί, Σατύρητε, καὶ ἡράκλεια, καὶ Εὐφρώ, E
Θυγατέρες Ξούθου, καὶ Μελίτης, σάμιαι,
Α μέν, ἀραχναίοιο μίτου πολυδίνεα λάτριν
Ατρακτον, δολιχᾶς οὐκ ἄτερ ἠλακάτας.
Α δέ, πολυσπαθέων μελεδήμονα κερκίδα πέπλων,
Εὔθροον ἁ τριτάτα δ᾽ εἰροχαρῆ τάλαρον,
Οἷς ἔσχον χερνῆτα βίον δηναιόν, ἀθάνα
Πότνια, ταῦθ᾽ αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες.
Euphro, cum ſatire, ſimul heraclia, creata
Ex Xutho, ac melite, tergemina Samia.

A *Licij Arachnæ famulum tulit vna rotantem*
Fuſum, cui compar addita longa colus.
Denſi ſollicitum radium tulit altera pepli
Stridentem, calathum tertia lanigerum.
Queis ſibi nendo diu manibus, Tritonia, victum
Quærunt, ancillæ hac iam poſuêre tibi.

22

B ## In hortorum cuſtodis ſimulachrum caſta, & honeſta.

Τοῦ δέ με κυματοπλῆγος ἐπὶ στηπίλοιο Πρίηπον
Ναῦται θρηΐκιοι θέντο πόρου φύλακα.
Πολλάκις οἷς ἤϊξα ταχὺς καλέουσιν ἀρωγὸς
Ξεῖνε, κατὰ πρύμνης ἡδὺν ἄγων ζέφυρον.
Τοὔνεκεν οὔτ' ἄκνισον, ὅπερ θέμις, οὔτ' ἐπιδευῆ
Εἴδεος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων,
C Ἀλλ' αἰεὶ θυόεντα, καὶ ἔμπυρον. οὐδ' ἑκατόμβη
Τόσσον, ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἁνδάνεται.
Cuſtodem hoc ſcopulo, quem percutis vnda, Priapum
Nauta Threicij me poſuêre freti.
Sæpe quibus velox orantibus auxiliator
Acceſſi, Zephyrum puppibus atque dedi:
Hinc nunquam noſtram nidere, & floribus aram
Fruſtratam vernis, vt decet, eſſe vides.
Igne ſed aſſiduo fragrantem: tanta hecatomba
D *Diuis, vt ſit bones, quanta placere ſolet.*

23

In Marsyam tibiis cum Apolline certantem, & ab eo ſuſpenſum.

Αἰωρῇ θήρειον ἱμασσόμενος δέμας αὔραις
Τλᾶμον ἀορτηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
E Αἰωρῇ Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης
Πρῶνα κελαινίτην ναιετάων σάτυρε.
Σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκ ἔτι νύμφαι,
Ὡς πάρος ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.
Corpore ſublatus captiuo, agitatus ab auru,
E denſa pinus pendulus es miſere.
Pendulus es: cantando auſus contendere Phœbe,
Monte Celænarum, cui domus eſt, Satyre.
Nec tua poſt nobis Nymphis velut ante ſonabit,
Montibus in Phrygiæ tibia melliſona.

In cu-

A

24

In cuſtodis hortorum ſimulachrum caſta, & honeſta.

Βαιὸς ἰδεῖν ὁ Πρίηπος, ἐπ' αἰγιαλίτιδι ναίω
Χηλῷ, αἰθυίαις οὔποτε ἀντιβίης,
Φοξὸς, ἄπους, οἷόν κεν ἐρημαίῃσιν ἐπ' ἀκταῖς
Ξέσσειαν μογερῶν υἱέες ἰχθυβόλων.
Ἀλλ' ἤν τις γριπεὺς με βοηθόον, ἢ καλαμευτὴς B
Φωνήσῃ, πνοιῆς ἵεμαι ὀξύτερος.
Λεύσσω καὶ τὰ θέοντα καθ' ὕδατος. ἦ γὰρ ἀπ' ἔργων
Δαίμονες, οὐ μορφᾶς γνωστὸν ἔχουσι τύπον.

Incolo paruus ego prope litus pila Priapus,
Mergus vbi nullus peruolitare ſolet.
Cilo, pedes mutilus, deſerto litore, qualem
Me piſcatorem perpoliêre manus.
Sed ſi, quis Meſſor me Piſcatorve rogabit
Auxilium, ventis ocyor aduenio. C
Et per aquas video, quæ currunt: cognita nempe
Ex opere, haud forma, nam ſit imago Dijs.

Recte igitur Cicero in Oratione pro Archia Poeta inquit.
Hunc ego non diligam? Non admirer?

25

In tauros nauium ductores ex lib. 1. Antholog. c. 33.

Οὐ μόνον εἰν ἀρότροις βόες οὐδαμὴν αὔλακα τέμνειν,
Ἀλλ' (ἴδε) κἀν πόντῳ νῆας ἀφελκόμεθα· D
Ἔργα γὰρ εἰρήνης δεδιδάγμεθα, καὶ σὺ θάλασσα
Δελφῖνας γαίῃ ζεῦξον ἀροτροχοεῖν.

PAVLVS MELISSVS.

Non faciles ſcimus tauri modo ducere ſulcos,
Sed trahere è grandi nautica roſtra ſoli.
Nempe bonas artes edocti pacis, arando
Tu quoque Delphinos, ô Theti, iunge ſoli. E

In furem auarum. Ex lib. 1. cap. 71. 26.

Ὁ σταφυλοκλοπίδας Ἑκατώνυμος εἰς ἀΐδαο
Ἔδραμε, μαστιχθεὶς κλήματι φωριδίῳ.

Nicodemus Friſchlinus.

Vuarum qui fur Hecatonymus, ad Styga tandem
Furtiua cæſus palmite vitis, ijt.

ARCHIÆ XXVI.

Epigrammatum Syllabus.

1. IN Pana venatorum aucupum, & piſcatorum Deum, trium fratrum anathemata, ſiue dona in templo eius appenſa 4 Epigr.
2. In quatuor GRÆCIÆ certamina.
3. In equum nomine Aquilam, ſeneſcentem
4. In Medeæ parricidium.
5. In Hirundinem nidum cum pullis ſuper tabula, in qua erat Medeæ imago depicta, ponentem.
6. In coruum ſcorpio inſidiantem.
7. In infantem euntem in præcipitium.
8. In humanæ vitæ miſeriam.
9. In Venerem è ſpuma maris natam.
10. In vaccarum & iaſpidis lapidis imagines, in annulo affabre impreſſas.
11. In virum fortem morbo lethali laborantem
12. In Echo. 2. epigr.
13. In merulam retibus captam.
14. In garrulam picam occiſam.
15. In cicadam, cantu vitam agentem, & à formicis occiſam.
16. In Therim naufragum, in littore ſepultum.
17. In Aiacem, fortiter apud naues pugnantem.
18. In Hectoris ſepulcrum.
19. In Herculem, poſtquam leonem in Nemeam occidiſſet.
20. In boues nauium ductores
21. In tres ſorores Mineruæ lanificas.
22. In hortorum cuſtodis ſimulacrum.
23. In Marſyam tibijs cum Apolline certantem, & ab eo ſuſpenſam.
24. In cuſtodis hortorum denuo ſimulacrum.
25. In tauros nauium ductores.
26. In furem auarum.

BENE-

BENEDICTI HERBESTI POLONI

EXPLICATIO ORATIONIS CICERONIS POST REDITVM ad Quirites.

ORATIO XXVII.

CVM omnis eloquentiæ doctrina *a* in Orationibus debeat contineri, eaque tota in tres *b* diſtributa ſit partes, (quemadmodum Cicero, in partitione Oratoria ſcribit) in vim Oratoris, in Orationem, atq; Quæſtionem: neceſſarium eſt omnino, vt etiam in hac Ciceronis Oratione, quam explicaturi ſumus, illa tria potiſſimum videantur.

a *Rhetorica in orationibus continetur.* b *Rhetorica partes 3.*

VIS ORATORIS.

Primum in arte dicendi ſpectandum *c* Vis Oratoris eſt, Inuentionem, Diſpoſitionem, aliaque Rhetoris officia continens. In hac itaque Ciceronis Oratione, quæ ſit Inuentio, atque Diſpoſitio, inter explanandum ſpectare oportebit. Elocutio ſimiliter, quoniam per totum Orationis corpus, vna cum ſuperioribus diffunditur, ſingulatim melius poterit cognoſci. De genere tamen dicendi, quem χαρακτῆρα Græci vocant, hic nobis conſiderandum eſt, propterea quod tota Elocutio, ex ipſo maxime pendeat. Hæc igitur Ciceronis Oratio, *d* tota Mediocris eſt Genens dicendi, quemadmodum inde cognoſcas licebit. Cicero in Oratore, *e* Eloquentem eum definit, qui in foro, cauſiſque ciuilibus ita dicat, vt probet, vt delectet, vt flectat. *f* Ex his vero tribus officijs, tria colligit *g* Genera Dicendi, vt Subtile in probando, Modicum in delectando, & Vehemens in flectendo ſit. Si ergo Ciceronis hæc Oratio, in delectando poſita eſt,

c *Vis Oratoris in quo conſiſtat.* d *Oratio hac Mediocrem habet characterem.* e *Eloquens quis.* f *Eloquentis officia 3.* g *Genera dicendi 3.*

A a Mediocrem characterem habeat oportet. Huc decedit, quod in hac Oratione, Genus Dicendi idem eſſe conuenit cum illo, quo pro lege Manilia vſus eſt. Sicut nanque ibi Pompeius ornatur, ita quoq; populus Romanus, cui gratias hic agit Cicero, quodammodo laudandus fuit. Quis autem dubitat, in ſimili materia, non diſſimilem eſſe Characterem? Hanc enim ob cauſam Tullius, in altera definitione, Eloquentem eum dicit, qui & humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperate poſſit dicere.

a *Oratio pro L. Manilia mediocris characteris.*

B Cum itaque Pompeius, eodem Tullio teſte, b Media Dicendi Figura ornetur, vtrique etiam Orationi, quam tum ad Senatum, tum ad Quirites habuit, Perſonis etiam hoc ipſum poſtulantibus, idem ſtylus competit, id quod experienti, & illam cum his conferēti, planum eſſe poteſt. Porro qualis eſſe debeat c Mediocris Character, in Oratore deſcribitur. Eſt enim medius inter Subtilem, & Grauem, neruorum vel minimum, ſuauitatis autem vel plurimum habens, cui omnia dicendi conueniunt ornamenta. Quanquam autē Cicero tacet, obſeruandine ſint hac in Oratione Numeri, quos ab humili Figura excludit, dubium tamen non eſt, quin hic vel maxime locum C habeat Numerus. Numerus enim atque Sonus, qui aures permulceant (vnde ſuauitas naſcitur) eſſe dicuntur. d Non ſolum autem Numerus, tertia Collocandorum verborum pars, huic dictionis generi conuenit, verum & Compoſitio, & concinnitas, quæ etiam numeroſam Orationem efficit, hic præcipue dominantur. Quare cum hæc Ciceronis Oratio cuncta, quæ diximus, contineat, (quemadmodum ſuis locis in enarrando videbimus) habet Mediocrem dictionis Characterem. Quod autem ad Actionem e ſeu Pronunciationem attinet, quæ in apta Vocis, Geſtus, & Vultus compoſitione verſatur, illam cum Cicerone mortuam eſſe nullus ignorat: pro viD rili tamen inter explicandum indicabitur. Idem vero & de Memoria ſentiendum: niſi quod Orationes Tullij ediſcentes, quanta in ipſo fuerit, experiri poſſumus: ſi modo omnes iiſdem verbis pronunciauit, quibus ſcripſit: quod tamen eum facere non potuiſſe, vel ex Epiſtola 3. lib. 3. ad Qui. Fr. cognoſcimus. Singulis enim diebus certis verbis tam longas Orationes habere, veriſimile non eſt. Hinc itaque eſt, quod Orationes pro Scauro, & Plancio, alio tempore habuiſſe, alio abſoluiſſe, lib. 2. vltima, & lib. 3. prima Epiſt. ad eundem fatetur.

b *Oratio ad Senatum, Medij characteris.* c *Medius character qualis.*
d *Collationis verborum partes.* e *Actionis partes*

ORATIONIS PARTES.

Alterum, quod in orandi facultate conſiderandum eſt, Orationis partes ſunt. Sunt autem in hac Oratione quatuor: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, & Peroratio; quarum ſingulæ quid habeant artis, ſuo loco docebitur. Non deeſſe videtur & Narratio, ſed Confirmationi intermiſta. Quoniam vero ex Propoſitione, ſummam rei de qua agitur cognoſcimus, & hæc ante cuiuslibet autoris enarrationem, cumprimis videnda eſt, hoc etiam in loco, huius Orationis

argu-

argumentum commode referemus. Eſt igitur huiuſmodi: Agit Cicero magnas populo Rom. gratias, quod ipſius beneficio, patriæ ſuæ, ſua maxima cum gloria reſtitutus ſit. A

QVAESTIO.

Tertium denique artem orandi continens, Quæſtio eſt. Hæc autem Oratio nobis prælegenda cum temporibus & perſonis finita ſit, ad Cauſam referri debet. Genus Cauſæ Deliberatiuum eſt, ſub quo continetur Gratiarum actio: cuius etiam artificium ſingulæ Orationis partes indicabunt. Sed cum in omni Cauſarum genere, diligenter videndum ſit illud in quo quaſi certamen eſt controuerſiæ, quod à Græcis κεινόμενον, à Cicerone Diſceptatio vocatur: num hic etiam aliquid in diſceptationem veniat, inquirendum eſt. Quanquam autem illa, quæ de Statibus traduntur, in forenſibus controuerſijs maxime locum habent, nullus tamen dubitare debet, etiam in his Orationibus, in quibus aduerſarium non cernimus, aliquid inueniri, quod obtineat nomen Status, ſeu Diſceptationis. Reperias enim vbique, quo totus Orationis contextus, ceu in ſcopum ſibi præfixum tendat. Eſt itaque huius Orationis Status Coniecturæ, cum Diſceptatione idem, huiuſmodi: An debeat Cicero, qui beneficio populi Romani, cum honore maximo, patriæ reſtitutus eſt, populo Romano gratias agere, gratitudinemque ſuam teſtari? Cum enim in Coniectura *a* quæritur, An ſit, non modo An factum ſit, verum etiam An fiat, Futurumue ſit quæritur. In Deliberationibus autem plerumque ex Futuri, raro etiam ex Inſtantis, aut Facti controuerſia naſcitur, Autor Cicero lib. 2. De Orat. Loci coniecturæ qui traduntur, ad controuerſias forenſes ſpectant. Nulla enim ars eſt, in qua omnia, quæ illa arte effici poſſunt, à doctore tradantur, ibidem Antonius inquit. Hic etiam meminerimus, Ciceronis præceptum ſecuti, Theſim ex Hypotheſi facere. Sic ergo Statum ſuperiorem in Theſim commutabimus, An debeat is, qui cum maximo honore reuocatus eſt, bene meritis gratias agere, & ſuam gratitudinem teſtari? Quamobrem ex his perſpicere licebit, quandam vtilitatem ſedulus auditor, ex hac Oratione, quam explicandam ſumpſimus, expectare debeat: præcipua tamen hæc erit, quod ex ipſa cognoſcemus, quo artificio, in Gratiarum actione vti conueniat. Nam quæ ad artem dicendi illuſtrandam pertinent, omnium Orationum communia ſunt. Huc accedit, quod hac Oratione intellecta, & illam ad Senatum commode intelligemus. Vt autem commodius tantas conſequamur vtilitates, *b* hanc in enarrando methodum ſeruabimus. Singulas Orationis partes in periodos, (quæ ad Collationem Verborum pertinent) diuidemus: punctiſque ipſis, quemadmodum par eſt, diſtinguemus. Periodos ibidem in Membra, Membra vero in Commata partiemur. In Periodis rurſum ſingulis, primum quæ Grammaticæ ſunt, inquiremus, idque partim ſcripto, partim viua voce: deinde quæ Dialecticæ: mox quæ Rhetoricæ: ad extremum quæ philoſophiæ Moralis: vt vel inde quæ ſint ſingularum artium officia, poſſit iudicari. Sed hæc hactenus, quæ ad doctrinam dicendi pertinent, & ex ea Ciceronis Oratione petentur. ſupereſt tituli, & contextus Orationis explanatio. B C D E

a *Coniectura quæſtiones 3.* *b* *Methodus interpretandi Orationes.*

A

TITVLVS.

Quirites.) Romulum, *a* qui primus vrbis conditor fuit, Quiri-
num fuiſſe vocatum nemo dubitat, verum vnde id nominis accepe-
rit, diuerſi diuerſa tradunt. *b* Quidam ex eo deducunt, quod haſta,
quæ Sabinorum lingua Quiris, *c* ſeu Curis dicitur, aſſidue vſum
fuiſſe perhibent. Alij, quod vicerit Cures, *d* qua voce & Sabinorum
B oppidum, vt eiuſdem oppidi ciues appellati fuerunt. Non deſunt de-
niq; qui à patre Romuli Marte, hoc nominis deriuent. Hunc enim
Romani Quirinum vocabant, cum tranquillus eſſet, hoc eſt, cum
nulla cierentur bella. *e* Gradiuum vero, cum ſæuiret. Vtcunque
fuerit, *f* Quirites à Romulo nomen traxiſſe ſciemus: qua quidem
voce populus Romanus ſignificatur.

a *Romulus dictus Quirinus.* b *Quirini etymon.* c *Quiris ſeu Cures
quid.* d *Cures qui.* e *Gradiuus quid.* f *Quirites qui.*

Poſt reditum.) Vt planior fiat Orationis ſententia, neceſſarium
eſt, *g* de Ciceronis exilio ac reſtitutione, hiſtoriam perſtringere.
C *h* P. Clodius pulcher iuuenis claris parentibus ortus, dignitateque
audaciæ coniuncta præſtans, *i* cum Pompeiæ, quæ Cæſaris vxor
fuit, amore teneretur, in Bonæ Deæ ſacris, (quæ tunc in æde Cæſa-
ris eiuſdem, mulieres frequentabant) veſtem & habitum pſaltriæ
indutus deprehenſus eſt. Nefas enim erat, viros myſterijs illis adeſ-
ſe. Vulgata igitur ea re, Iulius Cæſar vt Clodium accuſaret, *k* Pom-
peiam repudiat: Clodiumque (anno Vrbis 693. M. Piſone & M.
Meſſala Coſs. vt ex lib. 1. Epiſt ad Att. apparet) in iudicium vocat.
Erat interim Clodius Ciceroni amicitia iunctus, eo quod ipſius o-
pera, cum cæteris in rebus, tum in Catilinaria coniuratione, ad capi-
D tis ſui periculum, Cicero vſus fuiſſet. Cum itaque Clodius apud iu-
dices probaret, illorum ſacrorum tempore ſe abfuiſſe Roma: Cice-
ro contra ipſum teſtatus, Clodium ad ſe domum tunc veniſſe, eaq;
de re ſecum ſerio egiſſe affirmabat. Siue autem id veritatis tuendæ
cauſa fecerit, *l* ſiue coniugi Terentiæ, ob ſuſpicionem de Clodiæ
nuptijs amouendam, ſe purgare voluerit: Clodium eo facto reddi-
dit ſibi infenſiſſimum. Iudicibus tandem, ob plebis in Clodium
fauorem, metu perculſis, ſeu muneribus, vt ferebatur (qua de re
Cic. lib. 1. Epiſt ad Atticum) corruptis: Clodius deinceps Tribunus
plebis factus, diem Ciceroni dixit, quod in Conſulatu ſuo, ciues Ro-
E manos, iudicio nullo damnatos, necauerit. Alliciebat autem in
ſuam ſententiam plebis animos, cum in Magiſtratu ſuo nuſquam ei
non obſequitur, multoſque priuatorum ad honores publicos eue-
hit, Conſulibus L. *m* Piſone, & A. Gabinio, alteri Macedoniam,
alteri Syriam, prouincias ſatis opimas, decernit. Tunc etiam vincula
(vt lib. 3. de Legibus Cicer. ſcribit) ſoluta ſunt, & ſeruitia incitata,
adiuncto terrore etiam militari.

Ex

g *Ciceronis exilij hiſtoria.* h *Clodius.* i *Pompeia Bona dea ſacra.*
k *C. Cæſar. Clodium adulterij accuſat.* l *Terentia vxor. Cic, Clodia ſoror
Clodij.* m *L. Piſo, & A. Gabinius Coſs.*

Ex triumuiris præterea (qui tunc in vrbe plurimum poterant, & quorum potentiam, vt libertati publicæ periculoſum, ſi Appiano credimus, Cicero criminabatur) M. *a* Craſſus palam Ciceroni aduerſabatur: *b* Iulius Cæſar (quod in Galliam legatus ſecum proficiſci, vt promiſerat, Cicero noluit) Clodium magis incitabat: & Cn. *c* Pompeius, in gratiam Cæſaris ſoceri, ad omnia conniuebat. Sic ergo non à mediocris potentiæ viris oppreſſus, ac in iudicium actus, atram veſtem aſſumit, profluenteque coma, ſupplex plebem orare cogitur, tanta timiditate in cauſa ſua corruptus, vt cum miſerabilis videri vellet, ridiculus fieret. Quanquam autem quamplurimi, Equeſtris ordo ferme totus, veſtem cum Cicerone mutauit iuuentutis Romanæ viginti propemodum millia promiſſis itidem comis, paſſim per vrbem preces fundebant, Senatuſque frequens, vt populus veſtem, velut ex publica mœſtitia, mutaret, decernere volebat: Cicero tamen, ne bello ciuili cauſam præberet, ſuo ſuorumque conſilio, (cuius eum in exilio pœnituit) in exilium profectus eſt: idque menſe Aprili factum, quinto poſt Ciceronis Conſulatum anno, cum multi beneuoli, & familiares eum comitarentur. Videbat enim, quod, etiamſi aliquis Collegarum Clodij, vt non Cicero in exilium eat, prohibere vellet, Clodius vi vteretur. Mox ergo illi Clodius habitis comitijs Tributis ſeu Curiatis, aqua & igni interdixit, neue intra quingenta, ſeu potius quadringenta miliaria (ita enim lib. 3. Epiſt. 4. ad Atticum ſcribitur) Italiæ recto ſuſciperetur, edicto publico vetuit. Villas eius, atque domum incendit, & in domus area, *d* Libertatis Deæ templum erexit. A B C

a *M. Craſſus.* b. *Cæſar.* c *Cn. Pompeius, Triumuiri, quales in Cic. exilio.* d *Libertatis templum.*

Reliqua bona ipſius, haſtæ ſubiecta, licet integros dies aſſidua præconis voce proclamarentur, qui emere vellet inuentus eſt nemo. Nullus autem mirabitur, potuiſſe Clodium hoc efficere, cum quanta Tribunorum pleb. *e* poteſtas apud Romanos fuerit, cum ex alijs, tum ex lib. 3. de Legibus apud Ciceronem cognoſcet. Exilium ita tulit, vt nullus exiſtimaret, tot in literarum ſtudijs eum aliquando verſatum. Declarant imbecillum eius animum epiſtolæ, quas Attico ſuo mittere ſolebat. Quare cum tanta potentia Clodius elatus, etiam primatibus vrbis terrori eſſet, ſimulque Pompeio ſe parem exiſtimans, acta eius quædam, in exercitu nuper edita proſcinderet, Pompeius, quod Ciceronem in exilium abire paſſus ſit, facti pœnitens, de ipſius reſtitutione, cum amicis ſuis, adhuc in Clodij Tribunatu, referente L. *f* Mummio Calendis Iunij, non multo poſt diſceſſum Ciceronis, quando Senatus frequens de eius reditu decreuit, tractabat, nihil tamen, ob Conſules & Clodium repugnantem, perfecit. *g* Apparet a. ex Ciceronis Oratione, P. Lentulum Conſulem, Clodio Tribunatu iam perfuncto, Gabinio ac Piſone in prouincias profectis, Calen. Ian. rurſus negotium hoc aggreſſum eſſe: Senatūq; deinceps nihil ſancire, nihil publicū agere voluiſſe, quouſq; de Ciceronis reditu ſtatueretur. Referentibus autem ea de re Trib. plebis, D E

 a Milo-

e *Tribunorum pleb poteſtas.* f *L. Mummius.* g *P. Lentulus reſtituendi Ciceronis autor cum alijs.*

A *a* Milone, Seſtio, cum alijs ad populum, idq; VIII. Calendas Febr. Clodiani tantam ſeditionem in vrbe concitarunt, vt multorum ciuium corporibus trucidatis, etiam Tribuni de foro ſaucij diſcederent, & *b* Quintus Ciceronis frater extrema paſſus, inter occiſorum cadauera lateret. Quam quidem ob cauſam, nihil ab hoc tempore ciuibus, ſocijs, & Regibus reſponſum eſt, animi etiam plebis in Ciceronem flecti cœperunt, primuſque T. Annius Milo *c* audaciore ingenio vir, ſpe Conſulatus à Pompeio ſibi propoſita, Clodium vi in ius traxit. Ad Pompeium itidem, cum è plebe ac municipijs multi confluerent, Clodio iam è foro ſublato, ad ferendam de
B Ciceronis reditu ſententiam, plebs conuocata fuit, nihilq; vnquam cum tanto omnium conſenſu, pridie Nonas Sextiles, in Comitijs Centuriatis ſtatutum eſt. Itaque ſua maxima cum gloria, ædibus ac villis publico ſumptu reſtitutis, (quanquam non ita, vt Cic. ſperabat, Lentuloque hac de re, Epiſtolâ 9. ſcribit) ſeptimodecimo menſe Romam reuerſus eſt. Ante Idus enim Aprilis iam Cicero in exilium Roma exiuerat, pridie autem Nonas Septembris, altero anno reuerſus fuit, vt ex lib. 4. Epiſt 2. Ad Atticum cognoſces. Nam hiſtorici in multis hallucinantur, ſicut & hoc loco Appianus, Milonē Clodii Collegam vocat: Cicerone diuerſum tradente. Lege lib. 3.
C & 4. Epiſt. Ad Atticum Epiſtola 9 ad Lentulum. Orationemque ad Senatum, & pro P. Seſtio. Scribit quoque multa Plutarchus, in Ciceronis vita: aliqua lib. 2. De Bell. ciui Appianus. Multa denique inter expli[illegible]ndum dicitur.

a *Seſtius.* b *Q. Cicero.* c *Milo.*

Oratio.) Quam *d* Cicero habuit, Nonis forſitan Septembris, vt poſtea dicemus. Quamquam autem *e* omnis locutio oratio eſt, tamen vnius Oratoris locutio, hoc proprio ſignata eſt nomine inquit Cic. in Oratore, vbi Philoſophorum orationem, ſermonem potius
D quam orationem vocat.

d *Oratio hac quando habita.* e *Oratio quid.*

M. TVLLII CICERONIS, AD QVIRITES post reditum Orationis Explicatio.

E

AD GRAMMATICAM *Hiſtoricam.*

Q*Vod precatus à Ioue Optim. Max.*) Exordium Orationis huius Periodos continet octo. In prima, animi ſui lætitiam inde Cicero declarat, quod preces eius finem ſuum ſortitæ ſint.

Diui-

Diuiditur in membra 9. Quod autem *a* longiore periodo vtitur, ex induſtria facit, veluti qui præ nimia lætitia, è ſuo reditu concepta, quam & in verborum ſono licet deprehendere, modum in oratione ſeruare non poſſit. Hunc itaq; ſenſum, & ordinem habet: Lætor Quirites, quod iudicio tum deorum, tum omnium hominum, voti compos ſim factus, in eo, quod Iouem precatus ſum. Quid vero precatus ſit exponens, ambitum facit longiorem. A

a *Periodus longior quibus conuenit.*

A Ioue Opt. Max.) Iupiter hic, quem lib. 3. De Nat. Deor. *b* Iouem tertium vocat, Cretenſis fuit, Saturni filius, cuius & ſepulchrum in illa inſula, eodem autore, oſtendebatur. Loquitur ergo multa, ſecundum vulgi opinionem, quemadmodum & in præfatione lib. 2. Tuſc. Quæſt. ipſemet fatetur) *c* non ignarus, vnam eſſe mentem, cuius nutu & arbitrio, cœlum, terra mariaq; reguntur: quod etiam eidem Ioui, pro Roſc. Amerin aſcribit. Sic etiam lib. 1. Tuſc. Quæſt. Ipſi illi, inquit, maiorum gentium dij qui habentur, hincà nobis profecti in cœlum reperientur. At de vero Deo, lib. 2. De Diuin. Eſſe, inquit, præſtantem aliquam æternamq; naturam, & eam ſuſpiciendam admirandamq; hominum generi, pulchritudo Mundi ordoq; rerum cœleſtium cogit confiteri. Sed nos ad Iouem, quem populus R. propter beneficia *d* Optimum, propter vim & opes Maximum nominauit, Cicerone pro Domo ſua, & lib. 2. De Nat. Deor. teſte. B C

b *Iupiter quis.* c *Deus vnus Ciceroni non ignotus.* d *Iupiter cur Opt. Max.*

Eo tempore.) Votum ſuum exponit.

Rationes) Id eſt, vtilitates.

Antepoſuiſſem.) Antepoſuiſſet autem, ſi non iuiſſet vltro in exilium.

Ante geſſeram.) Coniurationem Catilinæ oppreſſam intelligit. De qua Saluſt.

Vt quod) Exponit, quomodo Quiritum ſalutis cauſa ſuſceperit exilium.

Scelerati &c.) Clodius, cum hominibus ſuæ factionis. D

Iamdiu.) A tempore coniurationis oppreſſæ.

Hæc ſi animo.) Et iſta ad voti expoſitionem adhuc pertinent, cuius ſumma hæc eſt: Si, Iupiter, commoda mea publicæ ſaluti præpoſui, ſim perpetuò exul: ſin minus, in me quidem vnum, ſceleratorum odium deflectatur. Sed ita, vt aliquando Quirites deſiderio meo teneantur. Eadem leges in fine orationis pro Domo ſua.

Patres conſcriptos.) Pulſis vrbe Regibus, Conſul Brutus cum videret, Senatum bonis viris exhauſtum, Equeſtris ordinis primores, in numerum Senatorum conſcripſit, *e* Patreſq; conſcriptos appellauit, eo nomine & apud poſteros manente. Lege Feneſt. lib. 2. cap. 1. de Magiſtr. Rom. E

e *Patres conſcripti qui.*

Iudicio deorum) Qui frugum vbertate, Ciceronis reditum (vt infra dicet) approbarunt.

AD GRAMMATICAM METHODICAM.

Maior pars eorum, quæ ad quatuor Grammaticæ partes pertinent, viua voce dicetur. Hic namq; præcipuæ potiſſimũ figuræ notabuntur.

A *Quod precatus.*) Hyſteron proteron eſt. Relatiuum enim *Quod*, præpoſitum eſt demonſtratiuo pronomini, Eius deuotionis me eſſe conuictum.

Precatus ſum.) *a* Hyperbaton, Oratoribus in compoſitione verborum frequens.

a *Hyperbaton Oratoribus frequens.*

Pro veſtra.) *b* Sylleplis, & Zeugma, Figuræ nuſquam non obuiæ.

b *Sylleplis & Zeugma figuræ frequentiſſimæ.*

Quod eorum.) Alterum hyſteron proteron.

B

AD DIALECTICAM.

Propoſitio periodi primæ hæc eſt: Maxime lætari debet Cicero. *c* Ratio propoſitionis, quæ Syllogiſmi medium eſſe ſolet, iſta: Quia voti honeſti compos factus eſt. Eſt itaq; *d* locus ab effectu, (Rhetores dixiſſent ab honeſto & vtili) argumentationem hanc habens: Voti honeſti compos, lætari debet. Cicero voti honeſti eſt compos: Ergo Cicero lætari debet. Sed vtitur in cõtextu *e* Enthymemate, quod Oratoribus eſt familiariſſimum: Voti honeſti factus ſum compos, C Ergo maxime lætor Quirites.

c *Ratio propoſitionis eſt ſyllogiſmi medium.* d *Locus ab effectu Rhetoribus honeſtum & vtile.* e *Enthymema Oratoribus familiaris.*

Quod precatus.) Antecedens.

Maxime lætor.) Conſequens.

AD RHETORICAM.

Exordium prima pars Orationis, in præſenti gratiarum actione D hoc exordium continet.

Inuentio totius Exordij.

Sumptum eſt principium, tum ex perſonis, tum ex re. Beneuolentia, cum Attentione, manifeſto captata, vt mox indicabimus. Non omiſſa eſt & docilitas, cum ad Propoſitionem delabitur: quanquam & in attentione, docilitas ſemper eſt.

Diſpoſitio Exordij.

E In diſponendo perſonas rei præpoſuit, prius beneuolentiam quam attentionem captans. Ad hæc in comparatione, qua res amplificatur, primum locum liberi & frater: medium, res familiaris, amicitiæ, cum cæteris: vltimum patria, ſeu reſp. poſtedit.

Elocutio Exordij.

Genus dicendi in Exordio mediocre eſt. In periodo prima, primum membrum definit poſt *Quirites*: ſecundum poſt *Deuoui*: tertium poſt *ſuſceptam*: quartum poſt *Geſſiſſem*: quintum poſt *Suſcepiſſem*: ſextum poſt *Deflecterem*: ſeptimum poſt *Fuiſſem*: octauum poſt *Teneret*: nonum periodum claudit. Hic autem neceſſitas nos cogit, vt Colon

Ion *a* duplex eſſe ſtatuamus, alterum ſimplex, alterum compoſitum. A Huius enim periodi membrum tertium & ſextum ob longiorem verborum circumductionem atq; traiectionem compoſita ſunt, reliqua ſimplicia. Si namq; ſic ordines: Vt ſempiternam pœnam ſuſcipetem, mea voluntate ſuſceptam: ſi meas rationes vnquam ſaluti veſtræ antepoſuiſſem: ex vno compoſito, duo ſimplicia membra facies. Idem de aliis ſentiendum. Quomodo autem *b* diſtinguenda ſint, iudicio ſcribentis committatur, neceſſe eſt. Nam ſi breuiora fuerint, in vnum colligentur: ſin paulo longiora, diſtinguentur, quemadmodum infra in exemplis videbimus. Commata in membris quot ſint, lector facile diiudicabit. Quod attinet ad verborum collocationem B in compoſitione huius periodi, ſicuti in tota hac oratione, neq; hiulca, neq; aſpera eſt oratio. Concinnitas ex antitheſi in tertio membro eſt. Similiter deſinentia ſunt, *Geſſiſſem, Suſcepiſſem, Continerent, Deflecterent.* Sunt eadem & paria, ſi non ſyllabarum numero, ſed potius tempore metiaris: ita tamen, vt hoc nimis anxie non fiat. Paria ſunt multa, & in vltimo membro. Numerus deniq; is eſt: Initium oratio ſumit à Cretico, ſeu Dichoreo, in Dichoreum quoq; periodus terminatur. Nihil enim ad rem, *c* extrema longa ſit, au breuis, toties inquit Cicero in Oratore. Qua quidem in re hallucinatus eſt Eraſmus, (pace eius dixerim) cum in dialogo, de recta Latini & Græ- C ci ſermonis pronunciatione, in colis & periodis licere ait, vt pro breui ſonemus longam, non contra: cum tamen Cicero in dictione Perſolutas, Dichoreum faciat. Sed nos ad noſtra. Primum membrum deſinit in Dichoreum, ſecundum & tertium in Choreum cum Moloſſo: in quarto & quinto ob concinnitatem numerus neglectus eſt, cum tot longis ſyllabis finiuntur: in ſexto, Creticus eſt, membris non inconueniens: in ſeptimo Dichoreus: in octauo Heroici carminis terminus, in orationis concurſu, quem *d* Συνέπειαν vocant, hoc non facile apparente: quanquam neſcio quid vetet, hoc etiam in fine periodi poſſe fieri, (Si modo *e* Dactylus aut Spondæus, D qui Hexametri verſus finem conſtituerent, non præcedat) cum & exempla nonnunquam occurrant, & de vtroq; pede, ſic in Oratore Cicero ſcribat: Ne Iambus quidem, aut etiam Dactylus, ſi eſt proximus à poſtremo, parum volubiliter peruenit ad extremum, ſi eſt extremus Choreus, aut Spondæus. In *f* electione prætetea verborum, quam ſit felix Cicero, iudicium legentis requiritur. Mox enim in principio non dixit, *Quod rogaui*: ſed vocem ſuauiorem, ac ſonantiorem delegit, *Precatus ſum.* Nam hiulcum ne quid eſſet, propter vocalem ſequentem, compoſitione poterat vitari. Hanc vero *g* ſuauitatem, quæ magis ſenſu cognoſci, quam verbis expri- E mi poteſt, auris purgata diſcernit. Non eſt tamen neceſſe, in his plus æquo torqueri, propterea quod Ciceronem ediſcentes, & tam in dicendo, quam ſcribendo imitantes, ad ea indicanda, aures, ſucceſſu temporis, efficiemus purgatiores. Schemata deniq; cum Tropis in contextu ſpectari oportet. Sed iam quæ promiſimus, circa orationis ſeriem videamus.

a *Colon ſeu membrum duplex.* b *Membrorum diſtinctio.* c *Vltima ſyllaba quomodo exlex.* d Συνέπειαν *quid.* e *Dactylus cũ Spondeo claudunt periodũ.* f *Electio verborũ quo indicanda.* g *Suauitas cõpoſitionis vnde cognoſcitur.*

INVENTIO CVM ELOCVTIONE.

A *Maxime lator.*) Propoſitio.

Quod precatus) Ratio propoſitionis. Conſequens *a* enim in Dialectica, Propoſitio dicitur Rhetoribus: & Antecedens Dialecticum, Rhetorica eſt Propoſitionis Ratio. Idem vero ſpectabimus, ſi in Syllogiſmum Argumentationem includas. Hoc amplius, ſi Antecedentis probatio ſubiungatur, hæc erit Confirmatio Rationis.

a *Argumentationes Rhetoricæ, quomodo Dialecticis reſpondent.*

Quod precatus) Beneuolentia, ex Ciceronis perſona.

Eo tempore.) Expolitio, cum temporis circumſtantia.

B *Pro veſtra.*) Beneuolentia, ex Auditorum perſona.

Incol. ocio, conc.) Congeries.

Vt ſi.) Diuiſio.

Vt quod.) Expolitio.

Scelerati & aud.) Beneuolentia, ex Aduerſariorum perſona.

Vos patres Conſ. Italiam.) Incrementum, cui & alterum mox adiungitur: Memoria, Miſer, Deſiderium.

Iudicio deorum.) Membrum.

C *Italia.*) Italia pro Italis, per Hypallagen: Grammatici Metonymiam vocant, autor Cicero in Oratore. *b* Ad Rhetorem tamen, non ad Grammaticum ſpectat.

b *Metonymia Rhetoris eſt, non Grammatici.*

Diuino immortaliq́.) Amplificatio in verbis, ad Electionem pertinens.

AD PHILOSOPHIAM MORALEM.

1. *Publica commoda, Ciceronis exemplo, priuatis præferantur.*
2. *Vota bonorum, vana non ſunt.*
3. *Virtus vexari poteſt, opprimi non poteſt.* D
4. *Triſtibus læta ſuccedunt.*

PHRASES Latinæ linguæ, quibus etiam in ſubtili genere dicendi poſſimus vti, exceptis aliquot inſignibus Metaphoris.

Rationes ſaluti anteponere.
Pœnam ſuſcipere.
Sempiternam pœnam ſuſtinere.
Mea voluntate.
Suſcipere miſeram profectionem.
Concipere odium in Remp.
E *Continere odium in Remp.*
Deflexit odium in me.
Hoc animo in te ſum.
Memoria mei teneat te.
Deuotionis meæ conuictus ſum.

GRAM. HIST.

Etſi nihil eſt homini magis optandum.) In ſecunda periodo proponit, maiorem nunc voluptatem ſe habere, quam ſi in exilium nunquam mitteretur.

Fortu-

Fortuna.) Fortunam antiqui Deam eſſe putabant, rotæq; volubili A inſiſtentem, cæcam fingebant. Eſt autem vox media, *a* modo Felicitatem, modo Infelicitatem ſignificans: ſine adiunctione tamen ſi ponatur, in meliorem ſumitur partem. Hanc Chriſtiani neſciunt, quibus certum eſt, diuino nutu cuncta regi.

a *Fortuna quid.*

RHETORICA Inuentio.

Voluptate caruiſſem.) Propoſitio Argumentationis *b* cum Attentione ex re ſumpta. Secundum & quartum huius periodi membrum compoſita ſunt. Primum membrum à Spondeo incipiens, in Epitritum primum deſinit: ſecundum in principio itidem Spondeum, in fine Dichoreum habet: in tertio Iambus eſt, *c* cum Dactylo Bacchio B iuncto, Numero Ciceroni familiariſſimo, quo & in quarti membri fine, Spondeum in initio ponens, vtitur. Electio hic verborum præcipua eſt, in Metaphora, à nauigantibus ſumpta, vt ſunt, Curſu, Tranquilla, Placata.

b *Elocutio.* c *Dactylus cum Bacchio periodum claudens Ciceroni familiariſſ.*

Etſi nihil.) Præoccupatio,

Proſpera, Æquab. Perpetua.) Incrementum.

Incredibili.) Hyperbole, augendi gratia.

PHIL. C

Proſpera fortuna non tam voluptatem affert, niſi prius aduerſam fuerit expertus.

PHRAS.

Nihil eſt magis optandum.
Omnia mihi tranquilla, & placata ſunt.
Incredibili lætitia voluptate caruiſſem.

GRAMM. HISTOR.

Quid dulcius hominum generi, à natura datum eſt.) In tertia periodo, ſicut & in ſequentibus, ſuperiorem amplificat propoſitionem. D

Propter indulg.) *d* Quod vel ex eo perſpicimus, *e* quia mortem Tulliæ filiæ ſuæ ita tulit, vt ad diminuendum mœrorem non modo familiaribus, ſed etiam philoſophis opus haberet, Plutarcho in Cicerone teſte. Horſum præterea ſpectat Liber Epiſtol. ad Seruium Sulpitium, quem vulgo Epiſt. Famil. quartum vocant, vbi etiam Sulpitius Ciceronem in eadem cauſa conſolatur. Hic tamen indulgentiam ſeueritati nimiæ videtur opponere: alioqui parum apte faceret, cum indulgentia, Fabio, lib. 1. cap. 2. vituperabilis ſit.

d *Ciceronis in liberos indulgentia.* e *Tullia mortem quomodo tulerit Cicero.*

DIALECTICA. E

Tota hæc Ciceronis argumentatio in hanc redigitur formam: Cuicunq; reſtituti ſunt amiſſi liberi, frater, res familiaris, amicitiæ, honores, atq; patria, ille ex reſtitutis maiorem capit voluptatem, quam ſi illa nunquam amiſiſſet. Sed Ciceroni reſtituti ſunt &c. Vtitur autem Enthymemate, maiore propoſitione omiſſa. Locus eſt ab Effectis.

Quid dulcius) In ſequentibus periodis, Antecedens Enthymematis eſt, in ſuperiore vero, vbi propoſitionem argumentationis eſſe diximus, conſequens habetur.

Quid

A RHETO. *Inuentio.*

Quid dulcius) Ratio Propoſitionis. Tota etiam hæc voluptatis acceptæ Amplificatio, Beneuolos & Attentos reddit auditores.

Mihi vero) Ex ſua, & liberorum ſuorum perſona *a* primum effe-ctum amplificat. Tertium Periodi Membrum Compoſitum eſt. *b* Periodum etiam hîc nos duplicem facere oportet, alteram Perfectam, alteram imperfectam. Perfectæ ſignum eſt punctus, cum maiore litera ſequente: Imperfectæ vero (quæ abſoluit quidem ſententiam, ſed adhuc ad ſuperiorem pertinet, & à particulis, maxime his quæ

B Periodum inchoare non poſſunt, incipit) punctus idem, ſed cum minore litera: inter Membra tamen erit computanda, licet Membri nomine non ita commode vocaretur. In vltimis duobus Membris, tum ex Paribus, tum ex Similiter cadentibus, tum ex Antitheſi. Concinnitas eſt. Paria namq; erunt, cùm per Zeugma, (hoc enim faciendū eſt) in vltimo Membro, voluptate repetetur. Porro quæ Membratim narrantur, ita narrari debent, (Cicerone quodam in loco præcipiente) vt ſequentia Membra, aut paria ſint, aut creſcant. Decreſcere enim ea, vix aliquando patiuntur aures. Sic in hac Periodo, Propter indulgentiam meam, breuius eſt: Propter excellens eorum inge-

C nium, longius.

a *Elocutio.* b *Periodus duplex.*

Quid dulcius) Amplificatio per Comparationem, cum Diſtributione. Vtitur in principio Erotemate, cauſa negationis.

Dulcius) Metaphora.

Vita chariores) Hyperbole.

Reſtituti) Periodus deſinit in Dichoreum.

PHIL.

1. *Liberos natura impellente diligimus.*
2. *Clementia in liberos, parentibus conuenit, ſed non mollis educatio.*

D THRA.

Quid dulcius hominum generi datum eſt?
Mihi vita ſunt mea chariores.
Suſcipere liberos.

GRAM. HIST.

Amicitia) Vulgares amicitias intelligit, apud vulgum verba faciens. Eſt enim Auxeſis,

Clientela) Clientelarum *a* nomine, & clientum multitudinem, & eorundem in patronos officium intelligimus, quorum vtrunq; hoc in loco accipi poteſt. Quanta autem fuerit neceſſitudo inter pa-

E tronos & clientes, Budæus in Pandectas ſcribens legatur.

a *Clientela quid.*

Ludi) De Ludis Latinis, Polyd lib. 2. cap. 14.

Dies feſti) De quibus vide Macrob lib. 1. c. 16. Saturnal.

RHET. *Elocutio.*

Frater) Periodum imperfectam hîc etiam facimus commode.

Cum fruebam, cum carebam) Concinnitas omnium modorum, ex Antitheſi, Paribus, & Homocoteleutis.

Me illi, & mihi) Elegans Schema *b* dictionum, carens nomine, niſi forte ad Commutationem referas. Obſeruabis autem euphoniæ ſtuduiſſe Ciceronem, cum eiuſdem literæ concurſum fugiens, Mihi

Eum,

b *Euphonia Cicero ſtudioſus, in Compoſitione verborum.*

Eum, non illum dicit: ſic etiam durius eſt, Me Ei, quàm Me Illi. A
Incolumi) Metaphora.
Amicitia conſ.) Incrementum.
Deniq.&) Colliſio *a* vocalium,cum intercedit Coniunctio copulatiua, probatur: propterea quod vt res, ita & verba copulantur: cauendum tamen,ne aſpera ſit.

a *Colliſio vocalium quæ probetur.*

Carendo,fruendo) *b* Concinnitas,ad quam cum accedit Numerus, ſuauior fit oratio. Quantus vero amator ſit Cicero. *c* Dichorei, & Periodi ſuperiores, & earundem Membra indicant. Obſeruandum præterea, *d* Oratorem auditorum opinioni ſeruire: ſicut hic Cicero,non eo ſenſu Amicitiam accipit,quem in Lælio ſuo retinet.Hanc ergo ob cauſam,in Præfatione lib.2.Tuſc.Quæſt. Orationes, inquit, nos multitudinis iudicio probari volebamus. Popularis eſt enim illa facultas: & effectus Eloquentiæ, eſt audientium approbatio. Hæc Cicero. B

b *Concinnitas accedente Numero,ſuauior fit.*
c *Dichorei Cicero ſummus amator.* d *Orator auditorum opinioni ſeruit.*

PHILO.

1. *Facultatibus ſuis quiſque delectatur.* C
2. *Ex mutua hominum coniunctione, rebusq́; diuinis procurandis, generatur voluptas.*

THRAS.

Me illi, & mihi eum reddidiſti.
Rei familiaris ſua quenque delectat.

GRAM. HIST.

Honos) Id eſt,magiſtratus.
Dignitas) Quæ magiſtratum ſequitur. *e* Significat enim amplitudinem, ſeu maieſtatem quandam, ex officio bene adminiſtrato promanantem. D

e Dignitas quid.

Locus) Inter eos,qui de Rep. bene merentur.
Ordo) Id eſt, adiunctio ad ordinem Senatorium. Hic *f* enim erat ordo Ampliſſimus,vt habet Cicero,Pro Domo ſua:Infimus fuit,Plebeius,inter hos autem Medius,Equeſtris.

f Ordo triplex.

Honos,dign.) Incrementum.

RHET. *Elocutio.*

Beneficia veſtra) Adiectiuum ſuo Subſtantiuo *g* (in quibus duobus magna pars Collationis verborum conſiſtit) vt præponatur, æquiſſimum eſt, propterea quod Subſtantiuo poſito, Adiectiuum ab auditore non expectatur: de Adiectiuo vero contrarium ſentimus. Sunt tamen certæ cauſæ, ex iudicio ſcribentis, & tribus Collocandorum verborum modis dependentes; quæ Subſtantiuum Adiectiuo cõmode præponunt. Prima eſt Compoſitio, *h* qua cauemus, ne hiulca Oratio,aut aſpera ſit. Sic in prima Periodo dixit, Saluti veſtræ, mox vero ſubiunxit,Veſtræ ſalutis,eo quod purgatarum aurium iudicio, ibi illa,hic vero hæc Compoſitio ſuauior ſit.Paulo etiam ante, Numero ſuauiore neglecto, non dixit: Cum me,measque fortunas, ſed,cum me,for- E

g *Adiectiui & Subſtantiui collocatio* h *Compoſitio verborum quid cauet.*

A me, fortunaſq; meas. I I. cauſa eſt Numerus. Sic in eadem Periodo non dixit: Vniuerſamq; Italiam, & diuino immortaliq; veſtro beneficio, ſed, Italiamq; vniuerſam, &, Beneficio diuino immortalique veſtro, propter Dichoreum, in vtroque loco. Cum vero quæ Inciſim, a & Membratim narrantur, aptius in longas, quàm breues cadant: Cicero malebat hic etiam dicere, Beneficia veſtra, quàm Veſtra beneficia. Nam hic nullus Numerus, Orationi conueniẽs, ibi Bacchius inuenitur. III cauſa b Concinnitas eſt, cui & Numerus cedit. Sic in eadem illa Periodo non dixit: Sin & ea, quæ ante geſſeram, geſſiſſem cauſa conſeruandæ ciuitatis, & illam miſeram profectionem B ſuſcepiſſem, gratia veſtræ ſalutis, Sed maioris Concinnitatis cauſa, quæ ex Verbis maxime pendet, etiam Dichoreos neglexit, quanquã ibi & Compoſitionis, c cuius vel præcipua vbiq; vis eſt, & cui non modo Numerus, ſed etiam Concinnitas cedit, rationem habebat. Amant enim Adiectiuum cum Subſtantiuo ſibi aliquid interponi, niſi vel cauſæ ſuperiores, vel Hyperbaton futurum impediat. Sic in prima Periodo vtrumq; ſimul vbiq; iungit: at in altera quæ ſequitur, Secundo curſu vitæ, Incredibili & diuina voluptate, disiungit.

a *Inciſim & Membratim narrata.* b *Concinnitati Numerus cedit.*

C c *Compoſitionis verborum vis.*

Quanquam mihi) Præoccupatio.

Clariſſima) Metaphora, e eiuſdem cum ſequentibus generis, quod in Oratione ſeruetur diligenter.

e *Metaphora ex eodem genere rerum ſumi debent.*

Obſcurata non eſt.) Periodus in f Choreum, & Moloſſum, Numerum Ciceroni vſitatiſſimum, definit.

f *Choreus cum Moloſſo Ciceroni vſitatiſſ.*

Ipſa patria) Sententia.

Dij immortales) Epiphonema, veluti per Parentheſim, Grammaticam Figuram.

D *Quid charius, quid*) Repetitio, cum Auxeſi. Mox autem & altera ſimilis ſequitur Erotema, admirationi ſeruiens.

Quæ ſpecies) Multa hic in vnum membrum incluſa, Inciſim narrantur, in quibus hoc eſſe ſeruandum, Cic. in Oratore præcipit, vt g quã aptiſſime cadant. Breuitas autem ipſa facit liberiores pedes: quanquàm, eodem autore, nihil tam debet eſſe Numeroſum, quàm hoc quod minime apparet, & valet plurimum. Hoc etiam de his, quæ Membratim dicuntur, præceptum eſto.

g *Inciſim & Membratim dicta, quomodo tractentur.*

E *Sed tanquam*) Similitudo, Sententiam quoque continens.

PHIL.

Ex duabus ſententijs, duo diſcantur.

PHRAS.

Dij immortales.

Sic eis fruebar, vt nemo magis.

E morbo recreatus eſt.

Aegro corpore eſt.

ORATIONIS PROPOSITIO.

GRAM. HIST.

Quorſum igitur hæc diſputatio? quorſum?) Hactenus Exordium, cum h Ampli-

h *Propoſitiones Medij generis dicendi rata.*

Amplificatione Propoſitionis eius, nunc iam proponit, de quo in tota Oratione ſua diſputaturus eſt. Hæc Orationis Propoſitio, Mediocris eſt Generis Dicendi, ob idq; longiores habet circumductiones, & Figuras inſignes. Hoc autem in alijs Orationibus, perquam rarum eſt, eo quod Propoſitiones ſubtiliter efferri amant. A

Quorſum? quorſum?) Epanalepſis.

Vt intelligere) Subiectio.

Neque tam) Expolitio.

Tanta Eloquentia) Præpoſito Subſtantiuo, & Compoſitio periude ſuauis eſſet, & Vocalium concurſus (quanquam non durus eſt) vitaretur, & in quatuor Trochæos, qui Trochaicum Dimetrum efficiũt, B Membrum non deſineret. Negligunt ergo commodiorem orationis *a* Compoſitionem, etiam oculatiſſimi, præſertim in verborum conſequentia, & quàm rariſſime: ſed aptius exemplum poſtea profeteretur, eo quod hic proximum Membrum, in quo Adiectiua Subſtantiuo præponuntur, eam Compoſitionem poſtulabat.

a *Compoſitionem commodiorem etiam oculatiſſimi aliquando negligunt.*

Diuino, Incred.) Amplificatio in verbis, qua & in ſecunda Exordij Periodo vſus eſt.

Veſtrorum beneficiorum) Adiectiuo *b* & Subſtantiuo commode alia nomina interpoſuit. At inſuaue, parumque Numeroſum eſſet, Incredibili dicendi genere, ergo non interpoſuit. C

b *Adiectiuo & Subſtantiuo quando aliquid interponendum.*

Magnitudinem. Multitudinem) Congeries in verbis electis, beneficium natura ſua, ſyllabarum ſcilicet multitudine amplificantibus.

Me, fratremque lib.) Altera Congeries, cum *c* Polyſyndeto, ſed à Poetico (quod in ſingulis fere Subſtantiuis fit) diſſimili.

c *Polyſyndeton Oratorium à Poetico differt.*

Non modo augere) In vltimo Membro Compoſito, ex Antitheſi Concinnitas eſt. Definit autem Periodus in Choreum, & Moloſſum. D

PHIL.

Gratitudo beneficia accepta verbis exprimere neſcit.

PHRA.

Quorum hæc diſputatio?

Nemo tanta eloquentia eſt.

Nemo tam diuino, atque incredibili genere dicendi eſt. Idem: Beneficia contulit in me.

Ornare oratione. E

CONFIRMATIO.

GRAM. HIST.

A parentibus, id quod neceſſe erat, paruus ſum procreatus, à vobis natus ſum conſularis.) Sequitur Confirmatio, in qua populi Romani in ſe promerita, tribus argumentis amplificat. Abſoluitur 37. Periodis.

GRAM. METH.

Id quod) .ſ. paruum procreari. Eſt ergo hyſteron proteron, ob Relati-

A Relatiuum præpoſitum Antecedenti, loco cuius integer ponitur ſenſus.

DIAL.

Primum Confirmationis argumentum, hoc abſoluitur Enthymemate:

Beneficium hoc in me veſtrum, maius eſt omnibus beneficijs, quæ mihi à parentibus, dijs, & vobis præſtita ſunt. Ergo illud oratione complecti non poſſum.

Antecedens prius amplificat, moxq; integrum Enthymema ſubiungens, ad alterum argumentum tranſit, ibi. Nam cum in ipſo &c.

B *A parentibus*) Antecedens amplificatum.

RHET.

Prior Confirmationis *a* pars, tria habet Inuentionis argumenta, ab Effectis ſumpta: Primum eſt, ex beneficij Magnitudine: II. ex ſtudio plebis in Ciceronem, in ſumma deprecantium amicorum inopia: III. ex Adiutorum, autorum, hortatorumq;, in Ipſo reſtituendo, dignitate & copia. Reliqua ad Inuentionem Gratiarum actionis ſpectantia, ex his, qui de conſcribendis Epiſt. ſcripſerunt, petentur. Horum autem argumentorum *b* Collatio ſatis commoda eſt, cum Auxeſis à Cicerone ſeruatur. Hæc namq; Amplificationibus conue-
C nit. Genus Dicendi Medium eſt vbiq;. In breuibus autem hiſce Periodis, & Concinnitas eſt ex Antitheſi, atq; Paribus, & Numeri non negliguntur, Dichoreo toties repetito.

a *Inuentio confirmationis.* b *Diſpoſitio Amplificationibus ſeruiens, Auxeſim amat.*

A parentibus &c.) Amplificatio, per Comparationem contentioſam.

Natus ſum) Amplificatio in verbo.

Incredibili pietate) Et hic in verbis delectis, Amplificatio eſt. Obſeruandum *c* ergo diligentius erit, qualem ſe Cicero, in Electione ver-
D borum præbeat.

c *In eligendis verbis Cicero diligens.*

PHILO.

Frater certus, ſicut & amicus, in re incerta cernitur.

PHRAS.

A parentibus paruus ſum procreatus.

GRAM. HIST.

Illis temporibus) Conſulatum ſuum intelligit.

Vnius) De ſeipſo loquens: vnius dicit, vt tanto magis operam ſuam commendet.

E *Iudicauerunt*) De quo & inferius quædam proferet.

Gradatim) Id eſt, Per gradus. Non enim licebat alicui Conſulem fieri, priuſquam minores magiſtratus gereret.

Quantum antea parentibus, tantum) Hyſteron proteron. Tantum enim præponi, quantum poſtponi debet.

DIAL.

Quantum antea) Antecedens primæ argumentationis, ſed in partes diſtributum, quale nos ſupra poſuimus. Quod enim mox ſequetur, generale eſt.

RHET.

Amiſſa eſt) Si non elidebat Cicero *d* vocales inter pronunciandum,

d *Elocuti o. An elidebantur in pronunciando Vocales.*

dum, quemadmodum hodie apud Poëtas, in metiendis tantummodo verſibus facimus: primum Membrum finiretur Cretico. Licet tamen coniectare, non ſolum ab Oratoribus, verum etiam à Poëtis, inter pronunciandum illa non fuiſſe eliſa: quæ *a* aut Diphthongum (quas olim à vocalium ſono diſcernebant) conſtituerēt, aut non aſperius concurrerent, aut ambiguam auditori ſententiam non efficerent, vt etiam tota hæc ratio, purgatarum aurium cenſuræ committenda ſit. Hoc autem & *b* Græci confirmant, qui etiam iiſdem de cauſis, Apoſtrophe non vbique vtuntur. B

a *Diphthongorum pronunciatio, diuerſa à vocalibus olim.*

b *Apoſtrophe Græci quando vtantur.*

A dijs immortalibus.) Non vtitur Relatiuo, Ab Eis, ſed verbum grauius, & ſonantius repetit, id quod ſyllabarum multitudo, & Temporis longitudo demonſtrant.

Veſtros denique honores.) Diſpoſitionem *c* rerum legitimam in Amplificationibus, non ſemper Ciceronem ſeruare, idque varietatis cauſa, ex hoc loco cognoſces. In medio nanque poſuit Rempub. quæ vltimum locum potius occupare debebat.

c *Diſpoſitio legitima in Amplificatione, non ſemper ſeruatur.* C

Quantum antea.) Epilogus ſuperioris *d* Amplificationis. Eſt præterea Diſtributio quædam eius, quod mox in alia Periodo ſequitur, quam *e* Repetitione, ac Membro figurauit. Obſeruetur denique, quam varie Cicero eadem dicat: quod in Mediocri genere Dicendi, vbi ſuauitati ſtudemus, conceditur.

d *Elocutio.* e *Synonymia vbi frequens.*

Debeamus.) Quarta, & ſexta Periodus, in Dichoreum deſinunt: tertia, in Choreum & Moloſſum: at quinta in *f* Dactylum cum Moloſſo, numerum Ciceroni parum vſitatum, in Periodi fine. D

f *Dactylus cum Moloſſo, Ciceroni non vſitatus.*

PHIL.

1. *Niſi diuina voluntas eſſet, omnibus mortalium muneribus careremus, hæc noſtra ſit ſententia.*
2. *Ad honores gradatim aſcendendum eſt.*

PHRA.

Reſp. vnius opera ſeruata eſt.
A Deo conſecutus ſum optata.
Honores gradatim conſequi.
Cuncta tibi debeo. E

GRAM. HIST.

Nam eum in ipſo beneficio veſtro.) Hucuſque primum argumentum, nunc iam ſequitur ſecundum.

P. Pepilij.) Popilius hic *g* cum Prætorem ageret, Tib. Gracchi amicos in exilium pepulerat: quam ob idem ob cauſam, cum C. Gracchus contra eum legem tuliſſet, vt ſi quis in Magiſtratu conſtitutus, ciuem Romanum ſine iudicio necaſſet, in eum animaduerſio populi foret, fuga ſibi conſuluit, Autor Plutarchus in Gracchorum vita. Egit vero Conſulem anno Vrbis 622. fuit in exilio, L. Opimio Conſule, de quo infra.

g *P. Popilij exilium.*

A *Cognati.*) Agnatorum *a* nomine tantum illos accipimus, qui paterna linea nobis coniunguntur: Cognatorum vero etiam, quos maternum genus coniungit. Generalius ergo eſt Cognatus, quam Agnatus.

a *Agnati. Cognati, qui.*

Non vt pro Q. Metello.) Alterum exemplum. Q. Metellus hic eſt, *b* qui de Iugurtha *c* Numidiæ Rege triumphauit. Exilij eius cauſa fuit hæc: quod leges Gracchianas, quas Apuleius *d* Saturninus *e* afferebat, iureiurando confirmare (quemadmodum alij Senatores E fecerant) noluit: exiliumque voluntarium potius elegit. Lege Plutar. in C. Marij vita, Appianum libro 1. de Bell. ciui. Val. libro 3. cap. vltimo: Florum lib. 3. cap 16. Hæc geſta ſunt anno Vrbis 654. Sequenti vero anno conſenſu totius populi, ab exilio reuocatus eſt. Flo. in Liuium.

b *Q. Metelli Numidici exilium, & reditus.* c *Iugurtha.* d *Apuleius.* e *Saturninus.*

L. Dalmaticus.) Dalmatia regio eſt Illyrici. *f* A Dalmatis ergo populis, quos deuicerat, L. Metellus Dalmaticus cognomina- C batur.

f *Dalmatia. L. Metellus vnde Dalmaticus dicitur.*

Q. Metellus.) Melius legitur C. quam Q. Ita enim & in ſequenti Oratione ſcriptum eſt, & *g* propria Nomina Prænominibus diſcernebantur.

g *Prænominibus propria diſcernebantur.*

Metellus Nepos.) Nepos Metelli huius cognomen eſt, quemadmodum & ex Plutar. in vita Cicer. perſpicimus. Fuit Lentuli collega, vt infra videbimus.

D *Sororum.*) Quas in Oratione ad Senatum, *h* Metellas vocat.

h *Metellæ.*

Luculli.) Id eſt, ex Metella, quæ Lucullo nupſerat, prognati. Sic Seruilios, & Scipiones intellige.

D I A L.

In ipſo beneficio) Antecedens generale primæ argumentationis.

Eam complecti.) Conſequens eius.

Eum in ſtudijs.) Hic ſecundum incipit argumentum, quod eo comprehendemus Enthymemate:

Tanta ſtudia veſtra in me fuerunt, vt non multitudini propin- B quorum, ſed mihiipſi me reddideritis, eoque pacto meam dignitatem auxeritis.

Ergo beneficium veſtrum oratione complecti non poſſum. Locus iam ante dictus. Antecedens ſic probatur: Pro me non deprecabantur propinqui, vt pro Papilio, & Metello, neq; vi ſum reſtitutus, vt Marius, ſed tantum vnus erat deprecator gener, & frater: Ergo magna ſtudia veſtra in me fuerunt, dignitaſque noſtra plurimum per vos aucta eſt. Locus ab Effectorum Comparatione.

In ſtudijs veſtris.) Antecedens.

Non enim.) Antecedentis probatio longior, varie amplificata.

Nam

RHET. A

Nam cum) Obſeruandum eſt, *a* quomodo ſuperius argumentum repetens Cicero, ſequenti illud aptiſſime coniungat: quod etiam faciet in tertia argumentatione.

a *Elocutio. Argumenta quam apte continuat Cicero.*

Cum, tum.) Particulæ iſtæ comprobant, *b* Auxeſim in diſpoſitione horum argumentorum ſeruari.

b *Diſpoſitio.*

Eam complecti.) Propoſitio.

In ſtudijs veſtris.) Ratio *c* Propoſitionis. B

c *Inuentio.*

Non enim.) Rationis Confirmatio, per trium exemplorum Comparationem.

Videamini.) Periodus ſeptima *d* in Dijambum deſinit, aut in Pæonem ſecundum, Numeros fini parum conuenientes. Eſt enim Concinnitas omnium modorum, cum in vtraque Membri parte, per Zeugma, quod deeſt ſupplebimus. Incipit *e* etiam à Dactylo, & Spondeo, cum Eċthlipſim negligemus. Licet enim ſic incipere ſi modo plures Spondeos aut Dactylos, qui Hexametrum verſum conficere videantur, non ſubiungas. C

d *Elocutio.* e *A Dactylo & Spondeo licet incipere*

Nobiliſsimi, clariſsimo.) Non negligendum eſt etiam hoc, quod ſingulis nominibus Proprijs, f ſuam laudem Cicero adiungit, vt tanto magis beneficium ſibi collatum amplificet: quanquam & extra Amplificationem, huiuſmodi varietate ſoleat vti.

f *Propriorum nominum congeries, quomodo à Cic. tractetur.*

Non, non.) Repetitio, Membro exornata.

Luculli.) Diſtributio, & Articulus.

Scipiones.) Dichoreus eſt. D

THIL.

Multi viri boni indigne tractantur.

PHRAS.

Complecti oratione non poſſum.

In ſtudiis tuis, tanta mihi declarata eſt animi voluntas.

Calamitatem detrahere.

Deprecati ſunt pro me.

Supplicauerunt pro me.

Spectata eſt ætate.

Conſularis. E

GRAM. HIST.

Nam C. Marij.) Tertium confirmandæ Rationis exemplum, ſed ſuperioribus diſſimile. Hic autem C. *g* Marius Arpinas fuit, humili loco natus, ſepties tamen Romæ Conſul. Cauſa vero ipſius exilij erat hæc. Poſteaquam Sylla *h* Conſul, Aſiam prouinciam, cum Methridatico bello ſortitus fuit: Marius per Sulpitium *i* Tribunũ plebis, vt ei iã vrbe egreſſo ſurrogaretur, effecit. Arbitrabatur, enim, bellum illud plus lucri, quam difficultatis habiturum. Hac itaq; re

g *C. Marius.* h *Sylla belli cauſa.* i *Sulpitius.*

A Syllæ permotus,exercitu ad vrbem admoto,Marium cum ſuis populis ex vrbe.Qua de re copioſe ſcribit Appian. lib. I. Bell.ciui. & Plutar.in Mario.

Poſt illos.) Popilium,& Metellum.

Tertius ante me conſ.) Quem ſecundum exulem Conſularem Cicero intelligat,temere nolim affirmare : puto tamen fuiſſe *a* C.Cottam,qui (vt in Oratione Cic.ante exilium,ad Equites habetur) Q. Varroni Trib.plebis, inferiore genere orto,cedendum putauit. Hic nanque inter Ciceronem & Marium, anno ab vrbe condita 679. Conſulatum geſſit,licet alij L. Cottam vocent.

B a *Cotta exul.*

Indigniſſimam.) Id eſt, maxime miſerabilem.

In diſceſſu ciuium.) Diſſenſionis iſtius autores erant *b* præcipui,populi Rom.ſocij, noui ciues. Erat populus Rom. tunc temporis diuiſus in 35. tribus : nouelli autem ciues in decurias redacti,in alias tribus nouas conſcripti,non illis 35 tribubus permiſti fuerunt: idque eo conſilio,vt poſtremi ſuffragia ferentes, ſuperuacui ſæpenumero fierent. Veteres enim illæ plus quam dimidium tribuum conficiebant.Hoc itaque nouelli ciues animaduerſo,curabant, quo iure ſuffragiorum veteribus æquarentur. & per illas 35. tribus diſtribuerentur.Hæc multis Appianus.

C b *Socij populi Rom. quomodo ciues facti.*

G R A M. M E T.

Exercitu.) Qua quidem in re,à Cinna Conſ. profugo,fuit aditus *c* Lacryma,quod ſine aſpiratione debeat ſcribi, Cicero in Oratore Autor eſt,quod Y habet, à Græco quidam deducunt. Græcis enim *d* δάκρυον *dicitur.*

c *Lacryma.* d δάκρυον.

D I A L.

D Marius ſeipſum vi reſtituit: Popilius & Metellus deprecatione redierunt. Ergo diſſimilis fuit ratio Marij.

R H E T.

C. Marij diſſimilis.) Conſequens.

Non enim ille.) Antecedens. *e* Locus eſt ab Oppoſitis.

e *Inuentio.*

Quod ſi.) Ex perſona,Seu meritis Metelli,amplificatio eſt.

Diſſimilis fuit.) *f* Propoſitio Argumentationis noua.

f *Elocutio.*

Non enim) Ratio Propoſitionis.

E *Si ipſius ſumma dignitas.*) Suauior eſſet *g* Compoſitio : Si ſummá ipſius dignitas.Non,enim mox optima, etiam ſummis Oratoribus, ſeſe offerunt.

g *Compoſitio non ſemper optima apud ſummum Oratorem.*

Quod ſi.) Præoccupatio.

Filij pietas.) Membrum & Auxeſis.Obſeruandum autem eſt,quomodo eadem in Amplificationibus varie tractentur: multaque *h* Synonymia Cicero, voluptati ſtudens, vtatur,vt id, quo tendit, magis exaggeret.

h *Synonymia multa in Amplificationibus.*

Mouere potuerunt.) Dactylus,cum Bacchio.

Poſt

Poſt illos veteres clariſſimos, Conſulares.) Sicut inter *a* Adiectiuum vnum, & Subſtantiuum, præſertim ſi ſimiliter cadant, ſuauiter aliquid interponi diximus, ita quoque plura Adiectiua, vni Subſtantiuo iuncta, eam varietatem amant, ne homoteleuta mox ſibi ſubiungantur. Si nanque mutabis ſic: Poſt illos clariſſ. veteres Conſ. tota gratia deperijt. A

a *Adiectiua vni Subſtantiuo iuncta, quomodo locantur.*

Subijt indigniſſimam fortunam.) Si interponas verbum Subijt, ſuauior eſt Compoſitio. Sed numerus deperit, in Hexametrum verſum tendit: quanquam in Conſequentia Orationis hoc non B videtur.

Nam b *C. Marij.*) Diſſimilium continuatio, per Coniunctionem Nam, quomodo fiat, hoc Ciceronis exemplum docebit.

b *Nam, Diſſimilia continuat.*

Fuit ratio.) Periodus in Pæonem primum, ſeu Choriambum deſinit. Neglexit ergo Numerum, fortaſſis propterea, quod hæc Propoſitio non ad delectandum, ſed ad docendum potius pertineat, ſubtiliterque dicta ſit: quanquam nihil vetat, *c* Nurum nonnunquam negligi, præſertim ſi rarius id fiat.

c *Numerus poteſt aliquando negligi in char. Medio.* C

PHIL.

1. *Nullus proſperis fortunæ ſucceſſibus, exemplo Marij fidat.*
2. *Diſſenſio malorum omnium cauſa eſt.*

PHRA.

Res eius geſta non ſatis valent.
Maiores natu.
Noſtra, patrumque memoria.
Subijt indigniſſimam fortunam.
Diſſimilis eſt eius ratio. D
Exercitu ſe, armiſque reuocauit.

GRAM. HIST.

Nudum à propinquis.) Non vt Popilius fuit.
Nulla cognat.) Non vt Metellus.
Nullo armorum.) Non vt Marius.

C. Piſones.) *d* Piſones à ſerendo Piſo dicti. C. autem Piſo propinquus erat L. *e* Piſonis, quo Conſule, Cicero in exilium abiuit: vtriuſque meminit in Oratione ad Senatum. Caio (cuius & Eloquentiam & virtutes, etiam in Bruto prædicat) nupſerat *f* Tullia, verum illo mortuo, Lentulo tradita eſt, vt teſtatur in Cicerone E Plutar. Extat etiam in vtrunque generum, Ciceronis iocus, apud Macrob. lib. 2. cap. 3. Saturn. Lentulum puto cognominatum fuiſſe Craſſipedem, cuius meminit Cic. libr. 2. Epiſt. 4. ad Qu. Fratem, & Epiſt. 9. ad Lentulum Erat enim, iuxta Macrobium, exiguæ ſtaturæ: alioqui Craſſipes alius Cic. gener fuiſſet, aut Cicero plures Tullias habuiſſet. Nupſit autem Craſſipedi, Domitio & Appio Claudio Coſs. vt lib. 2. Epiſt. 4. ad Qu. Fra cernere eſt. Hoc denique forſitan mortuo, etiam Dolabella Ciceronis gener factus fuit, Claudij Marcelli atque Lentuli Conſulatu; quemadmodum ex libro Epiſt. ad

d *Piſones.* e *Generi Ciceronis.* f *Tullia Cic. alia.*

A Curionem, Epiſtola Cælij cognoſcimus: fuit hic annus Vrb. 705. Hunc autem puto necato Cæſari ſuffectum eſſe, vt colligimus ex epiſtolis ad eum ſcriptis, quæ in libro Epiſt. ad Varronem habentur. Nam quod ad Coſ. ſcribens, generi mentionem non facit: Tullia ſuperſtite adhuc Cæſare mortua fuit, vt in libro Epiſt. ad Ser. Sulpitium cernere eſt.

RHET.

Atque virtus.) Quæ in altera Oratione planius exponitur. Obliqua Gratiarum actio, de quali etiam meminit Eraſ. De Conſcrib. Epiſtolis. *a* Vtitur autem in ea, Laude Perſonæ, & Demonſtratiui B Generis Locis.

a *Inuentio.*

Autoritas virtus.) Ex bonis Animi, laus.

Miſerrimi atque optimi,) Hoc ad beneuolentiam magis, quam commiſerationem fratri ſuo conciliandam. Virtus enim afflicta amatur *b* Bene etiam eum poſteriore loco ponit, cuius merita copioſius enumerat.

b *Diſpoſitio.*

Me autem nudum.) Quod Periodum aliam *c* hic incipimus, hoc potiſſimum admonebar, quod ſingulas Membri compoſiti partes, C quas Membratim profert, ſingulis exemplis, non tantum Mario comparat: alioqui ad ſuperiorem Periodum pertineret. Non incōmode etiam Comma duplex *d* fecerimus, eo quod in Circumductione longiore, ex Compoſitis Membris conſtante, Compoſita quoq; Inciſa aptius eſt poni, quam Simplicia. Nam nullo armorum ac tumultus metu, duo Commata Simplicia habebit, ſi ſic diſtinguas: Nullo armorum, ac tumultus metu: quod & de alijs, quæ ſequuntur, ſenties.

c *Elocutio.* d *Comma duplex.*

Nudum à propinq.) Hæc Membratim narrata, Numeroſa ſunt.

D *A propinquis.*) Dichoreus eſt.

Cognatione munitum.) Choreus, cum Moloſſo.

Tumultus metu.) Dochimus.

Atque virtus.) Dichoreus.

Sordeſque lugubres.) Choreus cum Moloſſo.

Nudum.) Metaphora inſignis. Eſt enim magnus verborum delectus.

Fratriſque mei miſerrimi.) Obſeruandum eſt, *e* quam bene duos eadem Circumductione laudans, ſingulas particulas ſingulis veluti opponat: ita tamen, vt adijciat nonnulla, quæ paria Membra efficiant E Oppoſita ergo ſunt, Diuina, & Miſerrimi; Inaudita, & Optimi: Autoritas, & Lacrymæ. Virtus, & Sordes: explent vero Membrorum æqualitatem, ibi Quædam, hic Quotidianæ, atque Lugubres.

e *Laus duorum in vna Periodo qualis.*

Sordes.) Non dixit, Veſtes. Deligit enim verba.

Deprecata ſunt.) Choreus cum Moloſſo.

PHIL.

Laude dignos puta, qui te in aduerſis non deſerunt.

PHRA.

Nudus ſum à propinquis.
Nulla ſum cognatione munitus.
Eius quotidiana lacryma deprecata ſunt.

GRAM.

A

GRAM. HIST.

Senatus hominumq́.) Qua de re dictum eſt, in Orationis huius argumento. De origene vero Senatorum. Feneſt. lib 2. cap. 1.

Qui domi, qui in) Hoc eſt, quem & domi, pro ſpectato filio poſſem habere, & in cauſis ciuilibus, tanquam filium in parentem pium defendere.

GRAM. METH.

Squalore.) De hac voce legatur Macrob. lib. 6. cap. 7. Saturn. Scribitur à doctoribus *a* ſimplici L, eo quod à Squama deducitur. B

a *Squalor quomodo ſcribitur.*

Sepulcro) Sine aſpiratione Sepulcrum vt ſcribatur, Cic. in Oratore Autor eſt: quanquam veteres, & A. Gellius lib 2 cap. 3. ſcribit, H interponebant.

Senatus mutauerunt) Sylleplis eſt. Non enim apud Oratores, *b* Collectiuo ſingulari verbum plurale iungitur. Adiectiua etiam pluralia, Collectiuis ſingularibus apponuntur: ſed apud Hiſtoricos. Exempla Linacer lib 6 ſuppeditabit: *c* Compoſitionem orationis, Ciceronem veluti aliquando negligere, cum mediocri charactere vtitur, XIV. periodus, quæ ſatis numeroſa eſt, erit exemplo. Aſpera namq; ſunt, C Frater erat, Modo domicilio, & Eſſe ſeiunctum. Hiulcum eſt: Tanto in me amore extitit.

b *Collectiuum ſingulare an plurali iungatur.* c *Compoſitionem aliquando Cic. negligit.*

Frater erat) Amplificatio per Expolitionem.

Suo ſqualore.) *d* In Expolitione ordinem mutat, & varietatis, & incrementi cauſa. Superior namq; periodus, priorem locum lacrymis, poſteriorem ſordibus tribuit: hic contra prius Squalor, poſt fletus ponitur, quibus & eadem fortuna ſubiungitur.

d *In Expolitione ordo mutatur.* D

Et tanto.) Expolitio altera eius, quod tertio loco ſubiunxit.

Eſſe ſeiunctum) Choreus cum Moloſſo.

Pro me præſente veſtem mutauerunt.) Ob concinnitatem ex Antitheſi, numerus in hoc membro neglectus: *e* imo habemus hic ſimul Spondeum, Dactylum & tres Spondeos, quod ad carmen Hexametrum accedit, ſed tum ob concinnitatem negligitur, tum in σωυεπείᾳ verborum, ab auditore non animaduertitur.

e *Ad verſum Oratio nonnunquam accedit.*

Pro me præſente.) Alia eiuſdem Expolitio, contentione amplificata. E

Qui domi.) Amplificatio ex fratris perſona. Eſt etiam in hoc compoſito membro concinnitas, ex Antitheſi, & Pari. Paria namq; ſunt: Poſſet eſſe mihi pietate filius, &, Inuentus eſt beneficio parens.

Amore idem.) Ne putes *f* membrum poſterius decreſcere, contra obſeruationem ſuperius traditam, ſcito debere te habere rationem orationis perfectæ, aut imperfectæ. Cum enim per Zeugma ſupplebis: Vnus hic, qui domi, qui in foro poſſet eſſe mihi pietate filius, inuentus eſt amore idem, qui ſemper fuit, fratem agnoſces creſcere orationem: quod & in aliis, ne quid fallaris, diligenter obſerua.

f *In membris vt creſcant, quid obſeruandum.*

A *Sordesq́ vidiſtis.*) Præter *a* concinnitatem, Choreus eſt cum Moloſſo: ſicq́; ſuauior multo fit oratio, cum ad concinnitatem numerus accedit.

a *Concinnitas accedente numero ſuauior fit.*

Semper fuit frater.) Idem numerus.

PHILO.

Amor fraternus facto declarandus eſt,

PHRAS.

Suo ſqualore meos oculos inflectit.

B *Memoriam mei renoua.*

Eandem ſubire fortunam.

Tanto in me amore exiſtit.

Negat fas eſſe.

Ne ſepulcro quidem à me vult ſeiunctus eſſe.

Poſſet mihi eſſe filius.

Amore idem mihi eſt, qui ſemper fuit.

GRAM. HIST.

Nam coniugis) Quæ obiici poſſent, refellit.

Coniugis.) *b* Terentiæ, quam & difficilis ingenij, & ſui mariti facile C principem, & à ſene repudiatam fuiſſe, teſtis eſt Plutarchus.

b *Terentia Ciceronis vxor, qualis.*

Filiæ) *c* Tulliæ, quam ſic amauit Cicero, vt & alteram vxorem iuuenculam, quod ex eius obitu lætari viſa eſt, *d* repudiauerit.

c *Tullia Ciceroni cariſſima.* d *Cicero vxores repudiauit.*

Filij.) Qui eiuſdem nominis cum patre fuit, & *e* Cicero filius, ab Hiſtoricis vocatur. Plin. Natur. Hiſtoriæ lib 14. cap 22. hoc velle videtur, quod etiam poſt necem patris, ebrietati ſtuderet, *epiſtola* tamen eius, quæ habetur in lib Epiſt. Cic. ad Tironem, quem XVI vocant, aliud tradit. Scribit etiam Cicero 2. De Offic. *f* filium ſuum à D Pompeio alæ alteri præfectum; quod non eſſe vanum, Appian. lib. 4. Bell ciu. comprobat. Conſulatus etiam eius Plin. li. 22. ca. 6. meminit.

e *Cicero filius.* f *Ciceronis filius recte dicitur in Offic. ala præfectus.*

DIAL.

Sed nobiſmetipſis.) Hoc eſt illud, quod ſupra dixit: Dignitatem mihi auxiſſe videamini. Coniunx & liberi mei, aut itineribus diſtinebantur, aut domi ſe continebant. Ergo non poterant pro me deprecari. Antecedens tantum ponitur. Locus ex repugnantibus.

RHETO. Elocutio.

Hoc maius.) Coſequens argumentationis ſecundæ, aliis verbis poE ſitum.

Quod.) Antecedens.

Nam coniugis) *g* Præoccupatio, quæ continuatiuam coniunctionem *Nam* habet familiarem. *h* Aptiſſime etiam ſingula ſingulis perſonis tribuit.

g Nam *Præoccupationi familiaris.* h *Perſonis aptas res Cicero tribuit.*

Tectis.) Synecdoche.

Continebantur.) Continuatio vnius *i* numeri in ſuperioribus quinque periodis obſeruetur. Hoc etiam in Oratore prohibetur.

i *Numerus idem Ciceroni frequentatur.*

Nobiſmetipſis.) Traductio.

Reddi-

Reddidiſtis.) Dichoreus. A

Quare hoc.) a Epilogus ſecundæ argumentationis.

a *Inuentio.*

THIL.

Naturale eſt, vxorem ex mariti, liberos ex parentis aduerſa fortuna, non niſi mœrere.

PHRASe

Magna parte, tectis ac tenebris continetur.

Multitudini propinquorum redditus eſt.

GRAMM. HIST.

Sed quemadmodum propinqui.) Argumentatione iam ſecunda perfecta, tertia ſubiungitur B

Superiores omnes.) Popilium, Metellum, & Marium.

Nunquam de P.) In hac longiore comparatione, ferme totam & exilij & reditus ſui cauſam narrabit, autores ſuæ reuocationis celebrabit, inimicos ſuos inſectabitur, in odiumq; inducet, propoſitū ſuum, in ſucepto exilio, commendabit, ſtatumq; Reip. qui ſe abſente fuerit, deſcribet.

Cuſtode ciuitatis.) b Multa enim præclara geſſit in cliuo Capitolino, (vt in oratione quam ante exilium habebat, ait) improborū ciuium cędem c fecit, Iugurtham captum in triumpho duxit, Cimbros in Gallia, Teutonas in Italia fudit, ex eisq; triumphauit: bello tamen ciuili ſic Reip. nocuit, vt omnium perfidioſiſſimum, lib. 1. de Nat. Deor. Cicero dicat. Lege Plutarchum & alios Hiſtoricos. C

b *C. Marij geſta.* c *Marius omnium perfidioſiſſimus.*

Rogationibus.) d Rogatio, quæ reſpectu Legis Genus eſt, ea dicitur, cum de eo, quod non ad omnes pertineat, populus conſulitur. Sic enim Tribunus pl. rogabat populum, Velitis, iubeatisne Ciceronem ab exilio reuerti?

d *Rogatio quid.* D

Vt valeret.) ſ. memoria rerum geſtarum. Eſt enim Zeugma.

GRAM. METH.

Illud quod virtus.) Hyſteron prot. eſt. Relatiuum enim, quod pro Antecedente integrum habet ſenſum, (hunc ſcilicet: Tam multos adiutores habere) proponitur. Sic etiam dicimus, Id quod.

DIAL.

Adiutores, autores.) Antecedens argumentationis tertiæ, quam ſic colligemus: Dignitate & copia adiutorum, autorum, atq; hortatorum, in me reſtituendo, omnes ſuperiores ſuperaui: Ergo veſtrum beneficium oratione complecti non poſſum. Antecedentis probatio ſubiungitur huiuſmodi: De omnibus ſuperioribus, in Senatu nulla mentio fuit, municipia, & coloniæ, in eorum reditu non ſunt motæ, inimici & ciues trucidati: Conſules non cohortabantur Senatum, aut populum, mecum contra actum eſt: ad hæc Conſulibus ducibus, reliqui magiſtratus me defendebant, Senatus frequens tuebatur, Italia deprecata eſt, honorati viri & obſecrabant, & laudabant, Conſulares ac Prætorij eadem dicebant, Dij denique approbarunt: Ergo dignitate & copia adiutorum, &c. ſuperiores ſuperaui. Locus eſt ab Antecedentibus, & in vltimo Membro, ex Conſequenti. E

A RHET. *inuentio.*

Nunquam de.) Antecedentis argumentationis ſecundæ, quod late diffuſum eſt, primum membrum

Adiutores, Autores.) Propoſitio argumentationis.

Nunquam de) Ratio propoſitionis.

Clariſſ atq;) *a* Laus perſonarum varia, ex bonis animi, quæ ad amplificationem beneficij, Ciceroni exhibiti, ſpectat.

a *Laus perſonarum Cic. varia.*

At de me) Narratio, Orationis pars, ſed confirmationi intermiſta.

B Eſt autem tota mediocris *b* dicendi generis, eo quod non tam docere, quam delectare, promeritaq; Quiritum amplificare contendit.

b *Diſpoſitio.*

Illud quod mea) *c* Ex hac etiam oratione colligimus, in diſponendis tribus hiſce argumentis, Auxeſim ſeruari. Quod enim virtuti tribuitur, ſummum eſſe oportet.

c *Elocutio.*

Sed quemadmodum.) *d* Quomodo continuet Cicero argumentationes, etiam hic locus docebit. Amat enim ſuperioris Epilogum facere.

d *Argumentationes Cic. quo pacto continuet.*

C *Adiutores atq; hor.*) Congeries.

Mentio facta eſt) Periodus imperfecta eſt, ſicut & altera ſimilis mox ſequitur: puncta tamen membri notauimus, ob dictionem, quæ maiore litera ſcribitur, ſubiunctam.

Nunquam de P.) Comparatio in iiſdem exemplis.

Tribunitiū ſuper.) Expolitio.

Sed etiam oppreſſo.) Commutatio.

Frequentia, atq; autoritate.) Supra dixit idem, Dignitate, *copiaq;*. Obſeruanda *e* ergo eſt in verbis varietas.

e *Varietas apud Cic. in verbis.*

D PHIL.

Virtus facile ſibi conciliat patronos.

PHRAS.

Parare propinquos.
Mihi ad deprecandam calamitatem meam non affuit.
Virtus tua praſtet.
Adiutores ad me reſtituendum, multi fuerunt.
Longe eos copia ſuperaui.
Mentionem fecit de me.
E *In reditu eius, exercitus atq; arma valuerunt.*
Cum primum licuit mihi.
Frequentia perfecerunt.

GRAMM. HIST.

Municipiorum.) *f* Municipia à muneribus, hoc eſt, officiis capiendis, dicta ſunt. Erant enim ciuitates, quæ ſuo iure & legibus viuentes, muneribus populi R. honoribusq; fungebantur.

f *Municipia quid.*

Coloniarum.) *g* Coloniæ, quæ ab incolendo dicitur, gens eſt, quæ ad habitandum in aliquam terram mittebatur, partim ob imperij propugnacu-

g *Colonia quid.*

pugnaculum, partim ob inopiam tenuiorum ſubleuandam: teſtes A
ſunt Cic. in Orat. De lege Agraria, contra Rullum, & Appian. lib. 1. Bell. ciuil.

Ter ſuis decretis.) Quomodo ter totius Italiæ decretis, Cicero fuerit reuocatus, hucuſq; non poteram inuenire.

A quibus eiectus.) Piſonem & Gabinium Coſs intelligit.

Inimico autem.) a Q. Metello Nepote, Lentuli collega, qui Conſulatu functi ſunt, anno Vrb. 697 Inimicum autem Ciceronis fuiſſe, cum ex Oratione ad Senatum, tum ex his, quæ de ſalibus & iocis Tullij Plutarch. ſcribit, apparet.

a *Q. Metellus Nepos, Cic. inimicus.* B

Referente.) ſ. ad Senatum & populum.

Is inimicus.) Clodius, qui Tribunatu iam perfunctus erat.

DIAL.

Nullus in.) Secundum antecedentis membrum.

Illi) Tertium.

RHETO. *Elocutio.*

Nullus in) Concinnitas ex Antitheſi Numeroſa. Primum namq; membrum in Creticum, & alterum claudens periodum, in Dactylum cum Bacchio deſinunt. C

Italia cuncta.) Metonymia Hyperbolica, ob amplificandum beneficium.

Vocem ſuam.) Suauior eſſet compoſitio: communibus vocem ſuam hoſtibus.

Infra omnes.) Hyperbole.

PHILO.

1. *In negotiis publicis, priuata inimicitia deponantur, Metelli exemplo.*
2. *Improbi ſpiritu tantum viuunt.* D

PHRAS.

Nullus ciuitatum motus factus eſt.
Magnam ciuium cædem fecit.
Ad meam perniciem, vocem ſuam præbuit.
Spiritu tantum viuit.
Infra omnes mortuos amandatus eſt.

GRAM. HIST.

L. Optimus.) Omnes hiſtorici legunt *b* L. Opimius, qui collegam habuit Q. Fabium Maximum, & quo Conſule *c* Popilius exulabat, C. E vero Gracchus eſt interfectus, idq; anno Vrb. 633. Conſenuit autem infamis: vt Plutar. in vita *d* Gracchi iam in calce ſcribit.

b *Opimius.* c *Popilius quando exul* d *C. Gracchus quando interfectus.*

C. Marius.) Quo ſextum Conſule, *e* Metellus Rhodi exulabat, anno vrbis quem ſupra diximus.

e *Metellus quando exul.*

Inimicus.) *f* Fauebat autem Saturnino, (de quo ſupra) nobilitati vero inimicus fuit, Flor. lib. 3. cap. 16.

f *C. Marius Saturninum defendens.*

Qui ſecutus eſt.) Hoc eſt, qui ſequente anno Conſul fuit.

M. An-

A *M. a Antonius*) Qui in libro 2. de Oratore, apud Ciceronem diſputat. Habuit autem collegam Albinum: de quo hic Cicero meminit, Plinius etiam lib. 8. cap. 7.

a *M. Antonij Oratoris conſulatus.*

Superiores Conſ.) Piſo, & Gabinius.

Sed veriti) Hæc Ironice narrat.

Alterius) Gabinij, de quo lib 3. Epiſt ad Q Fr. paſſim.

Qui prouinciarum) Hæc iam ſerio loquitur, Actionemque diſtinxerat.

DIAL. RHETO.

B *Nunquam de*) Quartum *b* Antecedentis membrum.

b *Inuentio.*

Alter affinis alterius) Obliqua *c* perſonarum vituperatio, ex malis Animi.

c *Elocutio.*

Capitis receperam) Quintum Membrum *d* in tres Iambos deſinit, quod in orationis curſu non facile apparet: in fine vero Periodi, ſi Numerus non negligatur, vitioſum eſſet.

d *Iambi tres in Membro.*

Irretiti, totum) Niſi hæc diſtincta eſſent, aſperam haberent Compoſitionem.

C *Sed veriti*) Ironia, quæ aduerſarios magis pungit.

Irretiti) Metahora illuſtris.

Querelas, luctum, &c.) Membrum, cum Incremento.

PHIL.

1. *Affinitatis, beneficiorumq́; acceptorum obliuio, vituperium meretur.*
2. *Improba mens nullius querelis mouetur.*

PHRA.

Retulit pro me ad Senatum.

D *Gratia cauſa facit.*

Cauſam capitis recipere.

Totum annum.

Querelas eorum pertulit.

GRAM. HIST.

Calendis Ianuarij) Quo die *e* Conſulatum inibant.

e *Conſulatum quando inibant.*

Retulit) ſ. ad Senatum. Referre autem ad Senatum, *f* de ſolenni religione, eſt proponere ad conſultandum, & decernendum, quid de religione, quæ quotannis obſeruabatur, Senatus ſentiat.

E f *Referre de ſolenni religione quid. Attilius Gauianus.*

Is Tribunus pl.) Atrilius Gauianus, vnus ex nouem, qui poſt Clodium Tribunatu functi ſunt, vt Cic. in Orat. pro Seſtio teſtis eſt. *g* Inibant enim Tribunatum, paulo ante Calendas Ianuarij fortaſſe Idibus Decembris, quo die primos fuiſſe *h* Trib. plebis electos apud Pompo. Lætum inuenimus.

g. *Tribunatum quando inibant.* h *Trib. plebis quot, & quando electi.*

Socer) Eiuſdem Gauiani,

In reddenda mercede) Qua fuit à Clodianis corruptus.

Augenda). Quam duplicatam fuiſſe, ibidem Cicero ſcribit.

RHETOR. A

P. Lentulus) Gratiarum actio obliqua in laude Lentuli, cuius in ſe beneficia tantopere prædicat. *a* Eſt autem Locus Laudis, ex bonis Animi.

a *Inuentio.*

Niſi is Trib) Vituperatio Gauiani,ſuperiori ſimilis, non ſine Amplificatione adiuncta,ex orantium perſonarum dignitate,ac copia.

Orba) *b* Metaphora illuſtris.

b *Elocutio.*

Conſulis) Emphaſis.

Conſul,parens) Congeries *c* duplex, in qua ſingula verba ſingulis velut opponuntur. Eſt ergo in his Concinnitatis quædam ſpecies, ex pari numero dictionum,& Antitheſi promanans. B

c *Concinnitas in pari numero dictionum oppoſitarum.*

Quemadmodum nonnulli) Quæ Parentheſi clauduntur, *d* inter Membra frequentius computamus: & hic tamen iudicio diſtinguentis opus eſt, propterea quod in eo loco poſterius poſita Membrorum nomine cenſeri non merentur. Adhæc quando ſignum Parentheſis adiungere conueniat,non negligẽdum eſſe videtur. Nam vbi citra hoc ſignum, obſcura fuerit ſententia, neceſſario (quod & hic fecimus) ponatur: alioqui tam hoc ſigno, quàm Inciſis diſtinguere licebit. C

d *Parentheſi clauſa, non ſemper Membra ſunt, & quando ſigno eius vtendum.*

Voluntate tamen) Aſpera Compoſitio, *e* quæ ſic ſuauior fuerit,non ſine Numero,Senatus tamen voluntate perſpecta.

e *Compoſitio ſic corrigi poteſt.*

PHIL.

Improbam mentem nullius preces mouere poſſunt.

PHRAS.

Implora fidem eius.
De religione referre.
Conficere rem. D
Maximis beneficijs eum Conſul ornaui.
Ad pedes eius iacebat.
Noctem ad deliberandum poſtulare.
Deferre cauſam ad populum.

GRAM. METH.

Aurelio tribunali) Aurelia *f* Oreſtilla, quam forma tantummodo commendabat,Catilinæ nupſerat,ſed non prius, *g* quàm filium ſuũ ætate adultum necauit,autoribus Saluſtio,& Appiano lib. 2 Bell.ciu. Horſum itaq; alludens Cicero, inuidioſe iſta profert, Aureliumque *h* Tribunal fingit, vt in odium Clodius inducatur: ne tamen obſcuriora hæc eſſent,ſequenti Membro ſeipſum explicauit. E

f *Aurelia Oreſtilla.* g *Catilina filium occidit,ob vxorem.*

h *Aurelium Tribunal.*

Centuriari) Id eſt,in centurias ordinari.

Ex ea parte) Quæ pro Rep. ſtabat.

Edictis atque imp.) Id eſt,literis Conſulum, & mandatis, vt ex Plutarcho colligimus, & Cic. Pro Seſtio palam fatetur. Edicta enim *i* Conſulum,Prætorum, atque Aedilium literæ dicuntur.

i *Edicta quid.*

Conſu-

A *Menſe Ianu.*) Ad VIII. Calendas Februarij, Cic. pro Seſtio.

GRAM. HISTOR.

Hic) Aduerbium Hic *a* Tono Acuto (qui in orationis curſu grauatur) non autem Circumflexo ſcribendum eſſe, ratio admonet. Propterea namq; huiuſmodi voces, diſcriminis cauſa, in vltima Tonum Acutum *b* habent, vt non modo ſic ſcribantur, verum etiam pronuncientur. Sed quoniam frequenter accidit, ſyllabam in conſequentis orationis proximam eleuari: hinc Acutus in Grauem iam ſemper transmutatur, omnesq; ſyllabæ illius dictionis, inter pronunciandū B grauantur, & cum ſequente vocabulo, veluti compoſitæ ſint, efferuntur. Porro ſi Membrum (& in hoc namque, vt in Periodo, imo & in Commate pronunciantes ſubſiſtimus) aut Periodum finiant, Acuto tono & ſcribi, & pronunciari debent, quemadmodum & Græci vtrumq; in Oxytonis obſeruant Sic vnà venerunt, vnico tantum Tono Acuto, qui penultimam occupat ſyllabam, vtraq; dictio efferenda eſt, veluti ſi pronuncies, Appellauerunt: at venerunt vnà, duos Tonos habebit, & alterum quidem, in vltima ſyllaba, in qua etiam ſcribitur: quanquam pronunciationi vitioſæ, quæ nobis eſt in vſu, durum iſtud videtur, durum tamen non eſſet, ſi modo vti vellemus. Eodem C autem pacto Aduerbium Aliàs, *c* cum ſimilibus, ſcribi & pronunciari debet, niſi quid aliud ſuaſerit plurium huiuſmodi vocabulorum concurſus: id quod & apud Græcos forſitan eſſet obſeruandum, præſertim in longioribus paulo dictionibus. Tale iſtud eſt Cic. in Lælio: Qui cum coniunctiſſime, & amantiſſime vixerat. Et Heſiodi, in libro τῶν ἔργων:

-- Μακρὸς δὲ ϗ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτὴν,

Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον.

a *Hic, quo accentu.* b *Acutus Tonus cur ſcribatur, & quo pacto ſcribi debet, atq; pronunciari.* c *Alias, quo accentu.*

D Et hic itaq;, puto opus eſſe iudicio pronnunciantis. Quod autem Cōiunctionem Eo Tono Acuto, *d* Aduerbium autem Eô Circumflexo quidam ſcribunt, contra rationem eſt: quanquam diſcriminis cauſa, hoc videtur poſſe concedi Idem vero de Quò, & ſimilibus, iudicandum eſt. Hæc mihi ſcribenti oblatus forte fuit libellus quidam, De Orthographia, in quo doctiſſimus quidam vir, receptam cum omniū Grammaticorum, tum doctorum omnium pene virorum ſententiā reijcit, quod diſcriminis cauſa, vltimas ſyllabas in quibuſdam dictionibus acui debere præcipiant. ſed opus habebat (pace tanti viri dixe-E rim) firmioribus multo, certioribusque argumentis, præſertim cum contra omnium opinionem diſputatur. Ait quidem ille, Fabium ſibi eſſe autorem, qui in omnibus Latinis vocibus, quæ monoſyllabæ nō ſint, vltimam flecti aut acui neget Sed an hoc Fabius, de omnib. polyſyllabis dictionibus ſenſerit, diligens lector diligentius iudicet: mihi certe, quantumuis ille doctus vir ſit, vt eſt, Fabij mentem non aſſecutus eſſe videtur. Cum ait Fabius libr. 1. c. 9. Eſt autem in omni voce vtique acuta, ſed nunquam plus vna: nec vltima vnquam: ideoque in diſſyllabis prior. Præterea nunquam eadem flexa, & acuta, itaque neutra claudet vocem Latinam. Cum hæc, inquam, Fabius ait, hoc tan-

d *Eò, Quò, quem habeant Tonum.*

hoc tantum indicare volebat, quod generale eſt, apud Latinos ſcilicet, priorem in diſyllabis dictionibus, non autem poſteriorem acui, aut flecti. Non eſt enim eius propoſiti ſingula perſequi, quæ in libris ſuis Grammatici perſequuntur, vt generalibus regulis etiam exceptiones adiungat, ſed generaliter de virtutibus orationis atq; de vitijs tractans, quæ ſit generalis lex dictionum polyſyllabarum, diſſyllabarum, atque monoſyllabarum, admonere tantum volebat. De polyſyllabis namque ſic præcipit: Trium, inquiens, ſyllabarum media longa, aut acuta, aut flexa erit: eodem loco breuis, vtique grauem habebit ſonum, ideoque poſitam ante ſe, id eſt, ab vltima tertiam acuet. De diſſyllabis vero illa ſcribit, quæ iam ante tradidimus. De A B monoſyllabis denique ſic: Ea vero, inquit, quæ ſunt ſyllabæ vnius, erunt acuta aut flexa, ne ſit aliqua vox ſine acuta: hæc Fabius. Hic itaque locus probare non poteſt, quod Latinæ dictiones vltimam ſyllabam acuere, aut circumflectere non debeant. Si enim iam nullas admittas exceptiones, & Enclſis, & Interrogatio vltimas non acuent: quod tamen omnibus doctis te concedere oportet. Non igitur Fabius Autor grauiſſimus noſtram hanc, quam Priſcianus cum alijs, non indoctis autoribus ſequitur, ſententiam impugnat: quin potius eodem in loco, nobis ſubſcribere videtur. Paulo enim ante C has Tonorum regulas, non reprobat præcepta eruditorum, & quorundam Grammaticorum, qui diſcriminis cauſa, Circum Præpoſitionem oxytonam faciebant, verum hoc ei magis placet, vt in conſequentia Orationis (quod & nos, cum noſtris præcipimus) vtraque ſyllaba in Circum grauetur. Ita enim ille: Cæterum iam ſcio, inquit, quoſdam eruditos, nonnullos etiam Grammaticos ſic docere ac loqui, (loqui inquit, vt cognoſcas, etiam in conſequentia Orationis, eos vltimam ſolitos eleuare) vt propter quædam vocum ac verborum diſcrimina, verbum interim Acuto ſono finiant: vt in illis, Quæ circum littora, circum piſcoſos ſcopulos, ne ſi grauem poſuerit D ſecundam, Circus dici videatur, non Circuitus. Hæc erat eruditorum quorundam, nonnullorumque Grammaticorum, de Oxytonis ſententia, qui acuto tono vbique omnes oxytonas dictiones efferebant. Fabius vero quid de ijs ſentiat proferens: Mihi videtur, inquit, conditionem mutare, quod his locis verba coniungimus. Quid autem aliud eſt hoc dicere, quàm, Mihi videtur Circum hic vltimam acuere non poſſe, quod in his locis verba in Orationis conſequentia ponuntur? Addit ergo Nam cum dico, Circum littora, tanquam vnum enuncio, diſſimulata diſtinctione. Itaque tanquam in vna voce, vna eſt acuta. Et mox: Quod idem, ait, accidit in illo, Troiæ E qui primus ab oris. Ecce tibi, candide lector, Fabium autorem, qui in hoc Vergilij hemiſtichio, monoſyllabas (quod in Orationis conſequentia poſitæ, ſimul cum ſequentibus eleuari non poſſunt) grauari debere admonet, cum tamen poſtea illis (quæ ſupra poſuimus) verbis, acuendas aut flectendas eſſe præcipiat. Excipit hic monoſyllabam à generali regula: excipiendæ ſunt igitur & diſſyllabæ, & monoſyllabæ, differentiæ gratia.

Vellem præterea ſcire, cur commodius ſit differentes inter ſe voces tempore, quàm tono diſcerni (hoc enim doctiſſimo illi viro magis probatur: quanquam quod & Tempus in pronunciando negligendum eſſe concedit, nos ei in Præfatione noſtra non aſſenti-

A aſſentimus) Quomodo namq; diſcernentur Primum, Quo, Alias, & & id genus ſexcenta, cum ſiue declinabilia, ſiue immobilia ſint, idē Tempus habeant? At durum eſt noſtris auribus vltimam ſyllabam eleuari. Noſtris quidem auribus durum eſſe poteſt, ſed an Latinis durum ſit, aut olim fuerit, ſicut Hebræis durum non eſt, neſcio. Sit ſane durum, at neceſſarium. Cur enim interrogationes cum monoſyllabis, tam in Periodis, quàm etiam in Membris atq; in Inciſis, vltimam eleuant? Hæc autem ratio me compellit, vt etiam in Commatibus, quæ Acuto Tono diſcriminis cauſa ſcribuntur, & ſcribenda, & ſic pronuncianda eſſe cenſeam. Quapropter firmioribus multo certio-
B ribusq; rationibus, contra receptam doctorum conſuetudinem pugnandum erat. In diſciplinis namq; tradendis, præſertim ſi quiſpiam diuerſum ſentiat, non Pythagoreos nobis eſſe diſcipulos putemus, ſed animi noſtri ſententiam, quæ non facile refelli poſſint, argumētis comprobemus. Sed iam ad noſtra reuertamur.

Auaritiam) Vſus doctorum amat ſcribere per T, Denominatiua Nomina, *a* quæ in Tia deſinunt: exceptis illis, quorum Primitiua in obliquis C, habent, vt Audax, Audacia.

a *Per Tia, quæ ſcribenda.*

DIAL.

C Vincere & vinci, Reip luctuoſum fuit: Ergo pro mea ſalute decertare non debebam. Poſſet fieri & Dilemma. Locus ab Effectu.

RHET.

Armis decertare nolui) Conſequens.

Quod & vincere) Antecedens. b Perſonarum vituperium hic quoque habemus, ſuperioribus ſimile. Ex his autem confirmamus, quæ de Conſſ in XXIII. Periodo dicta ſunt, per Ironiam dicta eſſe.

b *Inuentio.*

Nolui) Propoſitio, cum Ratione, Narrationi intermiſta. Eſt etiam hic obliqua ſuiipſius commendatio, ex bonis Animi. Periodi *c* lon-
D giores, qualis hęc eſt, Narrationibus conueniunt. Quanquam autem ſecundi Membri principium ſententiam, *d* vſque in decimo abſoluit, longior tamen *e* oratio, quæ Membris diſtincta eſt, per Membra diuidi debet. Octauum Membrum quinq; longis clauditur, ob Cōcinnitatem, ex Homocoteleutis. Decimum etiam, ſicut in XXIII. Periodo, *f* tribus Iambis finitur.

c *Periodi longiores Narrationis ſunt.* d *Elocutio.* e *Longior circumductio verborum ex Membris conflata. Membris diſtinguenda.*

f *Iambi tres finiunt Periodum.*

Hic tantum) Diſtributio.

E *Ego cum*) Comparatio, per Contentionem.

Egeſtatem, Auar.) Auxeſis.

Conſtrictum) In verbis electis Amplificatio.

Flumine ſanguinis) Hyperbole.

PHIL.

1. *Qui affectibus reguntur, viros bonos facile produnt, atq; deſerunt.*
2. *Publica præferantur priuatis.*
3. *Obſtinata mens, etiam innoxij ſanguinis effuſionem floccifacit, modo quod velit perficiat.*

PHRAS.

Eius partis princeps numeratur.

Prodi;

A

Proditor eſt ſalutis meæ.
Emptus eſt pactione pecuniæ.
Autores ſe illis tradiderunt.
Edictis,atque imperijs flere vetantur.
Fœdus ſancire.
Non recuſant,quin perirent.
Armis pro ſalute decertare.
De me agitur.
Meum reditum intercludendum putauerunt.

GRAM. HIST.

B

Trib. plebis, vulnerarentur.) Ad Octauum, vt diximus, Calen. Febuarij. *a* Ex horum autem numero P. Seſtius fuit. Cæterum Tribunos plebis violenter attingere,nullus ſine capitali piaculo poterat.Vulgus enim ſuos Tribunos *b* ſacroſanctos eſſe voluit, & qui ſoli Conſulibus non parerent,vt Pomp. Lætus autor eſt. Sic & Cic. in ſuis Legibus lib.3,Tribunos decem conſtituens,(qui numerus & lib.7.& 8.Epiſt.ad Att.habetur) ſanctos vult eſſe.

a *P.Seſtius Tribunus pl.vulneratus.* b *Tribuni pl.& ſancti, & quot.*

Faſces.) Quos *c* Lictores Conſulibus, vna cum ſecuri præferebant.Lege Feneſt. Hic tamen pro Conſulari imperio ponuntur: quanquam & faſces virgarum fractos fuiſſe,veriſimile fuerit. C

c *Faſces quid.*

Templa.) Vt erat templum Caſtoris, in quo vulneratus fuit Seſtius.Sic etiam Q. *d* Fabricius, P. Seſtij collega,à Clodianis oppugnabatur in templo,vt pluribus in eadem Oratione narrat.

d *Q.Fabricius à Clodianis in templo oppugnatus.*

DIAL.

D

In Rep.veſtra,non leges,ſed vis dominabatur,&c.Ergo nulla fuit. Locus ex Reip.Definitione,ac Effectis.

RHET.

In qua ciuitate.)Antecedens.
Nullam eſſe.) *e* Conſequens.

e *Elocutio.*

Itaque cum ego) Clauſula, *f* qua Cicero ſolet vti, cum ex vna re, in aliam tranſit: quemadmodum hic, inimicis vituperatis, ſeipſo commendato,Reip.ſtatum deſcribere pergit. Quoniam vero ad docendum pertinere ſolet, Numeri in ea plerunque negliguntur: aut certe licet nonnunquam, in Mediocri Charactere Dicendi *g* negligere Numerum, ſi modo id rarius fiat. Pauca enim non Numeroſa, vix ab aliquo animaduerti poſſint. E

f *Clauſula quando ſic.vtitur.* g *Clauſula Numerum negligit.*

In foro verſarentur.) Ob Concinnitatem, in quibuſdam Membris neglectus eſt Numerus, *h* quam ob cauſam, & Periodus XXIX. Dijambo terminatur.Hanc autem Periodum,quæ XXVIII. eſt,ſic in Membra diſtinximus,quemadmodum & in XXVI.factum eſt.

h *Numerus in Char.Medio poteſt negligi.*

A *Nihil valeret Sen. &c.*) Auxeſis, in Membrorum Diſpoſitione obſeruanda.

Nulla iudicia.) Contentio, hic non infrequens.

Ferrum.) Synecdoche.

Faſces.) Metonymia, ſi Pro Conſulari imperio accipias.

Rep. exterminata.) Proſopopœia.

Itaque neque.) Clauſula, qua redit ad celebrandos ſuæ reſtitutionis autores.

PHIL.

1. *Magiſtratus contemptu, cuncta mala naſcuntur.*

B 2. *Viros bonos, Rep. euerſa, nihil delectat.*

PHRAS.

Reſtituere Remp.
Nihil valet Senatus.
Omnis eſt impunitas.
Vis & ferrum, in Rep. verſantur.
Præſidio legum ſe tuetur.
Vobis inſpectantibus.
Ad ciuium domos, cum ferro itur.
C *Conſulis faſces franguntur.*
Nulla eſt Reſpublica.
Non mihi locum hic eſſe duxi.

GRAM. HIST.

Ædilis Curulis.) De Ædilibus, lege Feneſt. & Pomp. Lætum.

Conſularibus.) Piſonis & Gabinij.

Pene omnes.) Nam ex nouem Tribunis plebis, qui poſt Tribunatum Clodij, cum Milone & Seſtio Tribunatu functi ſunt, *a* duo erant à Clodianis corrupti, Attilius Gauianus, (de quo iam ante diximus) atque Serranus. Erat autem maxima Tribunorum pleb. *b* in prohibendo poteſtas, ita vt vno prohibente, alij efficere nihil poſſent: Plutarcho in Gracchorum vita autore.

D

a *Attilius Gauianus, & Serran. Trib. pleb. à Clodianis corrupti.*

b *Tribunorum pleb. in prohibendo poteſtas.*

P. Seſtius.) Pro quo extat Oratio, vnde certior, de Ciceronis reditu *c* hiſtoria peti poteſt, quam ex vllis Hiſtoricis. Animus etiam Milo, poſtquam occidit Clodium, à Cicerone defendebatur, *d* vt in Oratione, quam pro ipſo habuit, cernere eſt.

E

c *Hiſtoria de Cic. exilio vnde petenda.*

d *Orationes Cic. Pro Seſtio, & Milone.*

Vno diſſentiente.) Attilio Gauiano, qua de re ſupra pluribus narrauit, vbi & Cn. Oppij, ſoceri eius, mentionem fecit.

Dubitarem, Reducerent.) Potentialis Modus.

GRAM. MET. DIAL.

Qui illis ipſis.) Parentheſis. Lentulus conſiliorum meorum particeps, & periculorum ſocius fuit: Ergo non dubitabam, quod reduceret me. Locus ex Perſona Lentuli & Contentaneis.

RHET.

RHET. A

Qui illis.) Antecedens.

An dubitarem.) Conſequens,

Hoc duce.) Quintum *a* Antecedentis Membrum.

a *Inuentio.*

Eodemque P.) Sextum.

Clementiſſimo atque.) Hic iam paſſim obliqua Gratiarum actio eſt, & ex bonis Animi præcipue, *b* Perſonarum laus. Obſeruandum etiam eſt quod in *c* laude Milonis Articulo vtatur: in laude Seſtij, Membro, idque varietatis gratia: quanquam hæc ita ponuntur, vt ſimul vtrique adhiberi poſſint. B

b *Elocutio.* c *Laudem Perſonarum Cic. variat.*

An ego.) Erotema.

Confectum Conſul.) Antitheſis, cum Traductione, & illuſtris Metaphora.

Reduceret.) Dijambus. Eſt enim ex Antitheſi Concinnitas.

Ex quibus.) Expolitio, per Exempla.

Ammo virtute.) Congeries, cum Articulo.

Præſtanti beneuol.) Membrum.

Vno diſſentiente.) Alterum Membrum, & ex Paribus, atque ſimiliter cadentibus Concinnitas. C

Commendabat.) Et hic Concinnitas, ex Homocoteleutis, ob idque Numerus neglectus, cum Periodus quinque longis claudatur.

PHIL.

De bonis viris, quod vbique ſui ſimiles permaneant, dubitandum non eſt.

THRAS. D

Eſt mihi exploratiſſimum.

Proximo anno. Aliquando.

Meorum conſiliorum eſt particeps.

Meorum periculorum eſt ſocius.

Confectis vulneribus.

Ad Salutem reducere.

Omnes fuerunt defenſores.

Diuino in me ſtudio extitit.

Ampliſſimis verbis ornare.

GRAM. HIST. E

Pratores Trib.) Quos in Oratione ad Senatum, nominatim recenſet.

Autores.) Id eſt, approbatores.

Vniuerſa Reip.) Leges Plutarc. in Pomp.

Otium.) Id eſt, pacem.

Huius Conſilia) Qui adhuc Tribuno plebis Clodio, de Ciceronis reditu tractare cœpit, vt in explicatione Tituli diximus.

In eo loco.) Id eſt, in Coſulari dignitate.

Iiſdem centurijs.) Scilicet Centuriatis *d* comitijs, quæ in creandis Conſu-

d *Centuriatis Comitijs Cic. reſtitutus, Tributis condemnatus.*

A Conſulibus fiebant, cum à ſingulis centurijs, calculus vnus pro ſuffragio ferebatur. De ſingulis nanque ciuibus, non niſi Centuriatis *a* Comitijs ferri, leges XII. tabularum volebant. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilij, quam fuſe in tribus (id quod Clodius, Ciceroni aqua & igni interdicens, fecerat) conuocatus, inquit Cic. lib. 3. De Legibus, vbi etiam eiuſdem rei meminit.

a *Centuriata comitia, & Tributa ſeu Curiata quæ.*

GRAM. MET.

Salutem, otium.) Prolepſis.

B *Denique ad extremum.*) Pleonaſmus:

DIAL.

Italia cuncta.) Septimum Antecedentis membrum.

Denique omnes.) Octauum.

RHET.

Ira me nudum.) Epiphonema.

Italia cuncta) Metonymia *b* Hyperbolica.

b *Elocutio.*

Autores, teſtes.) Auxeſis, cum Articulo.

Quorum princeps.) Expolitio, per Exemplum.

C *Sunt fuerunt, erunt.*) Traductio, in Tempore Verborum.

Virtute ſapientia) Congeries, & Articulus, vbi ſingula nomina, ſingulis verbis oppoſuit eleganter.

Vnus vni.) Traductio, in Caſu.

Vniuerſa Reip.) Antitheſis.

Salutem, otium.) Diſtributio, Auxeſi, & Articulo exornata.

Dignitatem.) Dichor.

Cuius oratio.) Digreſſio, quæ Pompeianæ Orationis expoſitionem, & breuiſſimam, ſed efficacem remunerationem continet.

Primum vos.) Diſtributio.

D *Rogari.*) Repetitio, ob *c* exprimendum, in reſtituendo Cicerone, Pompeij deſiderium.

c *Repetitio artificioſa.*

A Senatu, ab Equit.) Diſpoſitio *d* Membri, quam ars præſcribit.

d *Diſpoſitio Elocutio.*

Obſecrauit) Dichoreus.

Hominem.) Emphaſis.

Hominem homini.) Traductio.

Debere vix fas eſt.) Choreus cum Moloſſo.

E *Huius conſilia*) Clauſula, cum breui Epilogo, ſed non ſeruato ordine. Narratur autem Membratim.

PHRAS.

Honoribus veſtris eſt ornatus.
Rerum mearum geſtarum laudator fuit.
Princeps ad rogandum te fuit.
Omnium eſt virtute princeps.
Dedit mihi ſalutem.
Oratio eſt eius tripartita.
Ciuis bene meritus.
In eo me loco repoſuit.

GRAM.

GRAM. HIST. A

Eodem tempore.) Hoc tempus aliud fuiſſe à comitijs Centuriatis, ex eo apparet, quod in ſequenti Periodo meminit concionis, quæ extra comitia aduocabatur. Ex Oratione ad Senatum colligimus, hæc paulo ante comitia geſta eſſe, cum iam pene cuncta Italia Romam conuenerat, quo quidem tempore Lentulus ornatiſſime cauſam Ciceronis egit.

Eodem ex loco.) Scilicet è ſuggeſto.

P. a Seruilius, L.Gellij.) P.Seruilius,) de quo & in Oratione ad Senatum) *b* & L.Gellius, vterque Conſulatis fuit. Hic nanque ante Ciceronis exilium, quartodecimo, ille XXI. anno, Conſulatu B functus eſt.

a *P.Seruilius.* b *L.Gellius.*

Attentatam.) Fortaſſis à Catilinæ ſocijs, & neſcio an non tunc temporis, cum pro Conſule ex Prætura, in Græciam venit, vt Cic. li. 1. De Legib autor eſt.

DIAL.

Cum fui.) Anno Vrb. 69.

Eodem tempore) Nonum Antecedentis membrum.

Itaque cum.) Seruilius, & Gellius, cum cæteris faſſi ſunt, me vnum C Rempub. conſeruaſſe: Ergo Remp. conſeruaui. Locus ab autoritate.

RHET.

Per me vnum) Conſequens.

Itaque cum:) Antecedens.

Eodem.) Repetitio.

Omnes, omnium.) Traductio.

Clariſſimi:) Metaphora.

Fui, fuiſſem, fuiſſe.) Traductio in Modis, & Temporibus. D

THRA.

Principes ciuitatis:
Omnium teſtimonio conſtat:
Opera mea, Reſp. incolumis tibi tradita eſt.
Dicere in eandem ſententiam.
Claſſem ſuam attentatam pene ſenſit.
Dicere in concione.
Reſp. funditus interijt.

GRAM. HIST. E

En ego tot teſtimonijs, Quirites.) Vltima Orationi pars. In hac autem, quam ſubiungit Remuneratione, tres præcipuas res populo Rom. pollicetur, Pietatem in populum, Studium in Remp. & Honeſtam ex inimicis vindictam. Abſoluitur Periodis 12.

Frugum vbertate) Mox tamen ſubſecuta fuit ſumma caritas, vt lib. 4. Epiſt. 1. ad Atticum ſcribit. Vbertatis frugum meminit etiam in Orat. ad Senatum, quam poſtridie ſui reditus habebat. At hac itaque, *c* eodem die fortaſſis, Quiritibus gratias egit, præſertim cum gratiarum actio non amet differri.

c *Orationes ad Sen. & Quir. quando habita.*

A *Primum.*) Prima remunerationis pars, Pietas in Quirites. Per Diſtributionem nanque, quæ pollicetur ponit.

Numen.) Id eſt, autoritatem, ſeu poteſtatem.

Deinde.) Secunda Remunerationis pars, Studium in Remp.

GRAM. METH.

Reſtitutus.) Hypozeugma.

Primum.) Scilicet Pollicebor. Prolepſis enim eſt.

Qua ſanctiſſimi.) Hyſteron proteron.

DIAL. RHET.

B *Dijs denique immortal.*) Vltimum Antecedentis membrum, Epilogo intermiſtum.

Quoniam me.) Reſpub. me reduxit: Ergo ei non debeo deeſſe. *a* Locus ab Effectu.

a *Inuentio.*

Nullo me.) Conſequens.

En ego tot.) Vltima Orationis pars Peroratio, in qua Epilogo argumentationis tertiæ præmiſſo, beneficij remunerationem, eadem C Circumductione ſubiungere incipit. Remuneratio nanque in Gratiarum actione, occupare ſolet Concluſionem. Verſatur autem tota in compoſitis affectibus, quos ἤθη vocant, & qui Perorationibus maxime conueniunt. Summam itaque Cicero Beneuolentiam hic ſibi comparat, cum etiam Legentem attentius, tantopere permouet. Diſpoſitio *b* Remunerationis Auxeſim ſeruat, & quæ citius abſoluuntur, primum locum obtinent. Elocutio *c* tota Mediocris generis eſt, cum ſumma verborum electione.

b *Diſpoſitio.* c *Elocutio.*

D *Tot teſtimonijs.*) Frequentatio Epilogis conueniens.

Hac autoritate.) Diſtributio, quam Membro exornauit.

Vbertate copia.) Incrementum.

Studio bonorum omnium.) Iambicum *d* Dimetrum, ſi Ecthlipſim negligas. Sed hæc in curſu orationis non facile ſpectantur, præſertim cum ex multis paribus membris, Concinnitas naſcatur. Sic omnibus hominibus fruentibus, in tres Iambos, & præcedentem Tribrachum deſinit.

d *Iambicus verſus, in orationis curſu.*

E *Primum.*) Diſtributio.

Qua ſanctiſſ.) Comparatio.

Ac deorum.) Comparatio.

Futurum, Defuturum.), Conuerſio, ſed Agnominatione figurata.

Reſp. Reip.) Traductio.

PHIL.

Gratitudo in gratijs agendis, modum neſcit, nobis tamen impium ſit, homines Deo comparare: quanquam & Cicero, quid dij fuerint, non ignorabat, proptereaque in hac Comparatione audacior eſt.

PHRA.

PHRAS.

Studio bonorum omnium reſtitutus eſt.
Hac pietate erga illum eſt.
Æque mihi graue eſt.
Nullo loco Reip. deeſt.

GRAM. HIST.

Quod ſi quis.) Obiectionem refellit.
Municipem) Et *a* Marius enim Arpinas fuit.
a *Marius Arpinas fuit.*
Cum his.) Vt Catilina, & Sylla.
Cum fortuna.) Quæ benemeritos de Rep. indigne tractauit, quanquam Marius inique ad Mithridaticum bellum aſpirabat. B
Summa ſenectute.) Supra quintum & ſexageſimum *b* ætatis annum, vt ſcribit Plutarchus. *
b *Marij ætas.*
Infracte.) Id eſt, *c* valde fracto, ſeu imbecillo. Ponitur enim & pro Non fracto.
c *Infractus quid.*
Calamitatis.) *d* Cum Syllæ conſpectum fugiebat.
d *Marij calamitas.*
Obſidione.) Teutonibus & Cimbris, in Italia deletis. C
In paludibus.) In quibus latitans, ab hoſtibus comprehenſus, & Minturnenſibus ad necandum traditus fuit. Poſtea vero diuinitus (vt credebatur) Gallo, qui eum occidere debebat, perterrefacto, Marius naue conſcenſa, in Africam traiecit. Lege Plutar. & Appianum.
e Minturnæ vero oppidum Campaniæ eſt.
e *Minturna.*

GRAM. METH.

Pietate.) Quam patria poſtulat.
Quod petiit vis.) Hyſteron proteron.
Quoniam nobis) Parentheſis. D
Eum tamen vidi.) Epanalepſis.
Quibus regna.) Hyſteron proteron.
Parua nauicula) Pleonaſmus, Epithaſis gratia.
Qua re.) Hyſteron proteron.
Armis.) Appoſitio.

DIAL.

Quod ſi.) Quicquid viro forti adimi non poteſt, mecum ſemper manet. Sed animus non fractus viro forti adimi non poteſt: Ergo L. ex viri fortis officio.
Vehementer errat.) Concluſio. Quæ ergo obiiciuntur, per inficiationem ſoluit. E
Quod viro forti.) Maior propoſitio, Minor vero omiſſa ſic probatur: Marius in ſua calamitate, non fracto fuit animo, ſed confirmato: Ergo animus non fractus viro forti adimi non poteſt. Locus ab Exemplo. Antecedens confirmat & ſuo teſtimonio, & Marij dicto. Eſt itaq; Locus ab Autoritate.
Vidi ego fortiſſimum.) Antecedens.
Vidi, quem dicere audiui.) Antecedentis probatio.
Sed hæc inter.) Pietas paci, arma bello conueniunt: Ergo pietate potius, quã armis vtar. Locus ab effectis, honeſto & inhoneſto. Eſt enim argumentatio compoſita.

A *Ego qua.*) Conſequens ſimplex, ſed & ex his quæ præcedunt, alteram partem eius intelligimus.

RHET. inuentio.

Quoniam illi.) Antecedens.
Vehementer errat.) Propoſitio.
Mihi quod.) Ratio propoſitionis.
Vidi ego) Confirmatio rationis.
Vtar pietate.) Altera propoſitio, cum ratione, vbi efficaciſſimum ἦθος continetur.
Quod ſi quis.) a Præoccupatio.

B a *Elocutio.*

Aut voluntate) Auxeſis membrorum.
Quod potuit vis.) Diuiſio.
Eripuit, abſt. diſſ.) b Diſiunctio, de qua lib. 4 Rhet ad Herenn. Nam ad Vim Eripuit, ad Iniuriam Abſtulit, ad Furorem Diſſipauit, aptiſſime referuntur. Eſt & Incrementum.
b *Diſiunctio figura.*
Manet & permaneb) Traductio cum Agnominatione.
Tum ſe fuiſſe) Comparatio.
Cum, cum.) Repetitio.

C *Eiuſdem ſocium*) Vt planior & ſuauior fuerit compoſitio, ſi diceret, Socium eiuſdem. Cum enim c Adiectiuo & Subſtantiuo aliquid interponimus, ne quid durius ſit, cauendum eſt.
c *Adiectiui & Subſtantiui collocatio.*
Suam conſeruaſſet.) Concinnitas, ex Paribus, & Homocoteleutis, cuius cauſa numerus negligitur, cum in quinque longas membrum deſinit.
Se non commiſſurum.) Et hic numerus neglectus eſt. Ita namq; continuatur, vt vltimo membro videatur coniungi.
Quibus regna.) Contentio.

D *Inops, ſupplex.*) Auxeſis.
Sua, ſe ſibi.) Traductio.
Sed hoc inter.) Comparatio contentioſa, quæ plurimum in ſe Concinnitatis habet.
Illi arti.) Ambiguum delegit vocabulum, vt vtriq; rei accõmodetur.
Quanquam ille.) Præoccupatio, ad Expolitionem, ſeu Clauſulam pertinens. Eſſet autem planior ſententia, Igitur & Tamen hoc pacto adiunctis: Quanquam igitur ille, ego tamen &c.

PHIL.

E
1. *Viro forti facultates auferuntur, ſed non animus.*
2. *Verbis philoſophari facile eſt. cum reuera in lib. 3. Epiſt. ad Att. & in libro ad Terentiam aliud in Cicerone videamus.*
3. *Magnitudo calamitatis virum fortem non frangere, ſed confirmare debet.*
4. *Vir fortis miſer dici poteſt, cum indigna patitur, animi tamen virtutem perdere non poteſt.*
5. *Pietate potius quam armis, inimici ſunt vindicandi.*

PHRAS.

Voluntate eſt mutata.
Vehementer errat.
Fatali neceſſitate.
Eſt ſumma ſenectute.
Non infracto eſt animo.

Virtu-

Virtutem animi { *habet.* / *non perdidit.* } A

Socius eſt eiuſdem calamitatis.

Miſericordia eius vitam ſuam conſeruauit.

Dedit eis regna.

Eſt eis locus.

De inimicis vlciſcendis agit, vel cogitat.

GRAM. HIST.

Deniq.) Tertia remunerationis pars, vindicta ex illis qui læſerunt honeſtiſſima.

Inimiciſſimi.) Vt Clodius cum ſuis. B

Conſeruaram.) Necatis a Catilinæ ſociis, vt Lentulo, Cethego, & cæteris, de quibus Saluſt.

a *Lentulus & Cethegus Catilinæ ſocij.*

Inuiderent.) Qua de re lib. 3. ad Att. Epiſt. 9. & 15. libroq; 1. ad Q. Fratrem meminit.

Cuſtodes.) Piſo & Gabinius toties iam dicti Conſules.

Eius imperij) Conſularis.

GRAM. METH.

Conſeruaram) Syncope eſt, quam in huiuſmodi verbis, *b* Circumflexus Tonus indicare ſolet: Si vltima ſyllaba longa non ſit. Sic violarunt, Circumflexo Tono efferri nequit. Tunc autem ſcribi debet, C quando ex Acuto & Graui, Syncope fit, ſiue in penultimam, ſiue in vltimam cadat. Sic enim & Deûm, & Seſtertiûm ſcribimus, propterea quod in his vltima longa iam eſt, non autem breuis. Scribimus etiam *c* Circumflexum Tonum, diſcriminis cauſa, vt à Legar, Legêtis, Legêre: à Cædo, Occido: vbi in Occídi, propter vltimam productam, Acutus neceſſario ſcribitur.

b *Syncope quando Circumflexum Tonum habet.* c *Circumflexus Tonus cur ſcribatur.*

DIAL. D

I. Argumentatio: Vlciſci iniuriam facile eſt, Gratiam bene meritis referre, difficile: Ergo gratiam bene meritis vt referam, mihi maiore curæ eſt. Locus à Facili & Difficili. Antecedens ſic probatur, Malicia vincere, facile eſt: Bonitate parem eſſe difficile: Ergo vlciſci iniuriam facile &c. Locus ex maliciæ & bonitatis natura.

Quanquam mihi) Conſequens.

Etenim, vlciſc.) Antecedens.

Propterea) Probatio eius. II. Argum. Beneficium remunerare, neceſſarium eſt: Iniuriam vlciſci, minime: Ergo gratiam bene &c. E Locus à neceſſario, & non neceſſario.

RHET. *inuentio.*

Tum etiam) Antecedens.

Quanquam mihi.) *d* Propoſitio argumentationis, cui quatuor rationes ſubiunguntur. Habet autem prima, & vltima, ſui confirmationem. *e* In diſponendis vero rationibus, Auxeſim ſeruat. Neceſſitas namq; hic non abſoluta ponitur. Sicut autem propoſitio eſt compoſita, ſic & rationes eius. Porro diſputatio *f* iſta deliberatiuo cauſarum generi ſubiicitur.

d *Diſpoſitio.* e *Quæſtio.* f *Inuentio.*

A *Sic vlciſcar genera.*) a Et hic ἦθ☉ præcipuum habemus.

a *Elocutio.*

Vnum eorum.) Diſtributio.

Quod eam.) Expolitio. Obſeruabis autem in hac diſtributione, *b* membra creſcere. Nam quod ſecundum breuius primo ſit, non facile agnoſcitur. Idem vero & de iis, quæ mox ſequuntur, iudicabis. Ibi namq; Malos ciues &c. tertium membrum eſt etiam breuius ſecundo Licebit itaq; & nobis Ciceronem imitari, ſi ſic, vt ille, cauerimus, ne plus quam æquum ſit, ſequentia & præſertim media decreſcant.

B b *Membra quo pacto nonnunquam decreſcant.*

Salutem meam, ſtatum) Auxeſis membrorum.

Malos ciues.) Altera diſtributio, per contentionem.

Prouinciarum) Emphaſis, cuius cauſa idem verbum repetere, quam Relatiuo vti mauult.

Reuocando domum, optime meriti) Aſpera *c* compoſitio: Tranſmutatis autem in priore dictionibus, etiam concinnitas fuerit, in reuocando & repetendo.

c *Compoſitio Cic. corrigi poteſt.*

Quanquam mihi) Correctio, cum contentione perpetua.

C *Iniuriam, crudel.*) Auxeſis.

Que perſequar) Diiambus. Eſt enim concinnitas ex antitheſi. Sic & in ſuperibus membris concinnitatis exempla reperias: quod etiam in ſequentibus perpetuum eſt. Non deſunt in quibuſdam & paria, & ſimiliter cadentia.

Referre quod debeas.) Dochimo periodum finiuit, qui numerus, alias non infrequens, hic rarior eſt, & Ciceroni in Oratore non improbatur.

THIL.

1. *Cum improbis probitate certare boni viri eſt.*
2. D *Bene meritis gratia referenda eſt potius, quam iniuria vindicanda.*
3. *Quas hic rationes Cicero ponit, omnes ad Ethicam pertinent, inſignesq; Sententias continent.*

THRAS.

Ipſis inuitis feci.
Penes ipſos eſt hoc imperium.
Prouocauit me.
Reuoca domum.
Rationem repetere.
E *Mihi maiori cura eſt.*
De me optime eſt meritus.
Inimicorum iniurias perſequi.
Beneficium remunerare.
Superior eſt contra improbos.
Minus eſt negotij.
Exæquatur bonis.

GRAMM. HISTOR.

Temporibus Reip) Hinc orta fuit apud Athenienſes *d* ἀκρησία, de qua Eraſ. in Prouerbio, malorum meminiſſe.

d ἀκρησία.

Reip.

Reip. repetere.) Id eſt, *a* propter Remp. deprecari. Repetere enim, A aliquando inſtanter petere ſignificat:

a *Repetere quid.*

Atq; in officio.) Beneficium in ſe collatum amplificat.

Gratiam qui retulit.) Id eſt, qui beneficium acceptum beneficio ſeu opera cumulauit.

Habet) Eo quod poſt relatam gratiam, gratũ ſe præſtare contendit.

Et qui habet.) Id eſt, qui gratum animum pro beneficio ſibi præſtito declarat.

Diſſoluit.) Mens enim grata pro remuneratione acceptatur, præſertim ſi referendæ *b* gratiæ non fuerit facultas. Similis eſt locus in B lib. 2. De Offic. niſi quod hic gratiam opera referre poſſumus, ibi non poſſumus.

b *De gratia & pecunia reddenda. Locus lib. 2. Offic.*

DIAL.

III. Argumentatio: Vltio negligi poteſt, beneficij remuneratio minime: Ergo gratiam bene meritis vt referam, mihi maiori curæ eſt. Locus ex vltionis & beneficij remunerandi proprio.

Odium.) Antecedens. IV. Argumentatio: Non vindicans iniuriam laudatur; non referens beneficium viruperatur: Ergo gratiam bene meritis vt referam, mihi maiori curæ eſt. Locus ab effectis. Antecedens alteram partem ſic probat: Non referens beneficium, ingratus & impius eſt: Ergo vituperatur. Locus ab effectis ſpecialibus. C

Poſtremo qui.) Antecedens.

Neq; ſolum) Probatio eius.

Atq; in officio.) Huius vero argumentationis locus eſt, & officij, & pecuniæ perſoluendæ natura.

In officio) Conſequens.

RHET.

Pecuniam qui retinet) Antecedens.

Vel precibus.) *c* Diſtributio eius, quod generaliter dici potuit: Odium D aliquo pacto mitigari poteſt.

c *Diſtributio non ſemper generale ponit.*

Mitigari.) Metaphora.

Mitigari, deponi, teneri, ſeda) Diſiunctio.

Qui in tantis.) Hæc interponit, iam ad Epilogum declinans, & quorſum hæc diſputatio tendat, admonens.

Ingratus, impius.) Amplificatio in verbis, per Auxeſim. Ad amplificationem quoq; parentheſis ſpectat.

Atq; in officio) Amplificatio, per comparationem antitheticam, cuius cauſa numeri negliguntur. Sic & ſeptima periodus quinque longis clauditur, ob concinnitatem. In octaua Dichoreus eſt, Synalœphe facta. E

Diſſoluit, habet.) Conuerſio.

PHRAS.

Difficultate vlciſcendi tenetur.
Non eſt excuſatio difficultatis.
Tempore & die, memoriam beneficij definit.
In vlciſcendo remiſſior eſt.
In beneficiis remunerandis eſt tardior.
Officium perſoluere.

GRAM.

GRAM. HIST.

A *Quapropter*) Quæ copioſius in Remuneratione dixit, hic breuius repetuntur.

Memoriam veſtri) Primæ Remunerationis particulæ repetitio.

In referenda) Secunda, cui & tertia immiſcetur.

GRAM. MET.

Capiundis) Dicimus & Capiendis, quod Gerundijs Coniugationis a Tertiæ conuenit, vt Valla lib. 1. cap. vltimo teſtis eſt.

a *Gerundia coniug.* 3 *u habent.*

RHET.

B *Quapropter memoriam*) Epilogus Remunerationis, qui totus in Affectibus Compoſitis verſatur, *b* vt & ſuperiora.

b *Inuentio.*

Etiam cum mortuo) Hyperbole, *c* amplificandæ gratitudinis cauſa. Eſt enim hic præcipua verborum electio.

c *Elocutio.*

Permanebunt) Dichoreus.

Mihineque) Diſtributio, Repetitione figurata. Membra vero hæc ferme paria ſunt, Antitheſimque cum Homoeoteleutis, in quibuſdam habent. Ob Concinnitatem ergo, quintum Membrum octo lõ-
C gis clauditur ſyllabis. Sumemus etiam inde exemplum, quomodo Membra *d* poſteriora non decreſcant. Quod enim ſexto loco hic ponitur, breuius eſſe alijs vix agnoſcas. Vtitur præterea in his Membris Auxeſi.

d *Membra non decreſcunt.*

De Rep. A Rep.) Traductio, in Contentione.

Atque hac) Amplificatio, ex Tempore, & Perſonis.

Infixa animo) Colliſio *e* rei ſeruiens. Sic enim Curam Animo vult eſſe iunctam, vt iſtas voces Synalœpha iungit: Inter, Cura, Erit, ne hiulcum ſit, interpoſuit Quirites.

D e *Colliſio rei ſeruiens.*

Digniſsimus, Dignitatem) Traductio.

PHIL.

1. *Mens bona etiam poſt mortem grata eſſe cupit.*
2. *Promiſſa factis comprobentur.*
3. *Pro Rep. nihil non ſubeuntes, populo magnam referunt gratiam.*
4. *Animus bonus omni tempore, & cunctis mortalibus, gratitudinem ſuam declarare contendit.*
5. *Dignitas vrbis, ſi digniſſimis careat viris, non poteſt teneri.*

PHRAS.

E *Memoriam tui beneficii colam, beneuolentia ſempiterna.*

Etiam cum mortuo monumenta tui in me beneficii permanebunt.

Dum anima ſpirabo mea:

Referre gratiam.

Conſilia capere de Rep.

Sententiam ſimpliciter referre.

Hominum voluptates lædere.

Hæc cura erit infixa animo meo ſempiterna.

Apud eos Deorum vim & numen tenet.

Numen eius æque illis graue, & ſanctum, ac Deorum eſt.

Cunctis ſuffragiis iudicauerunt.

 A

IN EANDEM O- B
RATIONEM AD QVI-
RITES POST REDITVM
SVVM.

ARGVMENTVM Fr. O. C

HÆC oratio eiuſdem fere argumenti eſt, cuius & ſe-
quens: nam Vt in illa gratias agit in Senatu Patribus
conſcriptis, pro ſuo reditu: ſic in hac gratias agit populo
Romano in foro ex roſtris, de re eadem. Eſt autem tri-
partita Nam poſt exordium, inſtitutionis ſuæ benefi-
cium triplici comparatione amplificat, vt eius magnitudinem ver-
bis augeat: ſiquidem cuiuſq; rei magnitudo ex aliarum inferiorum D
collatione deprehenditur. Ergo primo loco ſuperiorem ſuam fortu-
nam cum ea comparat, quam hoc tempore recuperauit: & hanc
longe præſtabiliorem illa eſſe diſputat, propterea quod vt valetudo,
ita etiam dignitas reſtituta, magis quàm adſidue percepta, dele-
ctat. altero, comparat ea beneficia quæ antea vel à diis, vel à paren-
tibus, Vel ab ipſo populo Rom. ſingulatim acceperat, cum eo quod
iam adeptus eſt: & hoc vnum illis omnibus ea re anteponit, quod
illa ſingulatim & diuerſis temporib. acceperat: hoc Vero vno, ſuperio-
ra omnia vniuerſe, Vnoque tempore receperit. Poſtremo ſuum redi- E
tum confert cum trium aliorum Conſularium, qui olim fortunam
eandem ſubierant, reditu: & ſuum ea re præſtantiorem ac magnifi-
centiorem eſſe diſputat: quod illi aut multorum propinquorum ad-
ſiduis precibus, aut oppreſſo ſenatu, ac nullis conſulibus deprecanti-
bus, reſtituti fuerint: pro ſe Vero nulli propinqui, præter vnum gene-
rum & Q. Fratrem, ſed ipſe ſenatus & magiſtratus prope omnes, I-
taliaque vniuerſa deprecata ſit. Hac amplificatione abſoluta, vt
diſceſſus ſui ignominiam eleuet, quem ignauia & timiditate tan-

quam

A *quam fugam ſuſcepiſſe videri poterat, quale tum Reipubl. temporis fuerit exponit: & quemadmodum Clodianorum armis oppreſſa ciuitate, obſiſtere illis niſi grauiſſimo excitato ciuilis motu, non potuerit. itaq; tantiſper declinandum fuiſſe, dum nouis magiſtratib. Rempub. ſuſcipientibus, ipſe vna cum illa reſtitueretur: quo loco Lentuli Conſulis, cæterorumque huius anni magiſtratuum, ac præcipue Cn. Pompeij ſingulare in ipſo reſtituendo ſtudium ita laudibus in cælũ tollit, vt in ſuperioris etiam anni conſules, & Clodium ipſum acer-*
B *rime vehementiſſimeque inuehatur. Ad extremum, poſteaquam quantum à pop. Ro. acceperit oſtendit, deinceps quantum eius cauſſa præſtiturus ſit, commemorat: idque ſe primum in ipſius numine colendo, deinde in Repub bene ac fortiter gerenda, poſtremo in referenda populo Rom. gratia: potius quàm vlciſcendis inimicorum iniuriis declaraturum pollicetur.*

IN EANDEM COMMENT. FR. O.

C A *Ioue Opt. Max.*) Quem propter beneficia populus Rom. *Optimum*, propter vim *Maximum* nominauit, vt in ea pro Domo, & lib de natura deor. II.

Deuoui) Diſcedens in exilium Nam eo tempore dicit ſe votum dijs nuncupaſſe, vt ſi ſua cõmoda Reip ſaluti anteponeret, in exilio periret: ſin ſecus, tum in patriam ſaluus rediret. De hoc voto dicit etiam in Epilogo orat. pro domo.

Meas rationes) Mea commoda Frequens locutio. Vnde, *Conſulere ſuis rationibus*. Itaq; in Orat pro domo dixit. *Commodis omnibus, emolumentis, præmiis prætermiſſis.*

D *Mea voluntate*) Lubenter, non coactus.

Quæ ante geſſeram) In coniuratione opprimenda.

Miſeram profectionem) Sic maluit quàm exilium nominare.

Veſtra ſalutis) Ne propter me ciuile aliquod bellum exoriretur.

Deflecterent) Antiqui omnes libri, *Deficerent*: quod ſine dubio vitioſum eſt. Magis placet, *Deflecterent*. Videndum tamen an, *defigerent*, admitti poſſit.

Hoc ſi animo) Subaudiendum, *Inquam*: propter hyperbaton, & ad vocem *ſuſcepiſſem* referendum.

Deuotionis conuictum) Id eſt reum, vt apud Virg Æneid. 5.

E *Cadentem in littore taurum.*
Conſtituam ante aras, voti reus.

Nam vt in iure ciuili, qui ſub conditione ſpopondit, Impleta conditione, obligatus & debendi reus eſt: ſic vota dijs re perfecta debentur & *rei debendi* merito dicuntur. In ea pro domo ſic extulit. *Hanc ego deuotionem capitis mei, tum deniq; conuictam eſſe & commiſſam putabo.*

Iudicio deorum) Quorum erga me beneuolentiam euentus declarauit. Nam homines ex euentu Dei voluntatem æſtimant.

Etſi homini) Videtur legendum, *etſi enim homini* Eſt enim argumentum ex comparatione minoris: ex quo tantæ lætitiæ cauſam oſtẽdit. Orditur autem hoc loco beneficij accepti magnitudinem verbis augere:

gere: quem locum comparatione crebra idcirco perſequitur, quia magnitudo cuiuſque rei ex aliarum inferiorum collatione oſtenditur. Comparat igitur hoc principio præſentem hanc fortunam ſuam cum ea quam ante exilium habuit: quam hac multo inferiorem fuiſſe diſputat ex eo, quod minus, quæ aſſidue percepta ſint, quàm quæ ſunt reſtituta delectant. Hic porro locus eſt quem Ammianus Marcellinus lib. 15 de memoria ita extulit: *Mirabamur illam ſententiam Tullianam ex æternis veritatis ipſius adytis promulgatam, quæ eſt talis: Et quanquam optatiſſimum eſt, perpetuo fortunam quam florentiſſimam permanere, illa tamen æqualitas vitæ non tantum habet ſenſum, quantum cum ex ſæuis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur.* A

Indulgentiam) Verbum in parentibus proprium, quo præcipue illorum in liberos caritas ſignificatur. B

Excellens ingenium) Hoc amori paterno facile conceditur: & præſertim eius, cui reſtituti ſunt liberi, vel potius qui liberis reſtitutus eſt.

Meus frater) Coniugis mentionem prætermittit, vel propter eam cauſam, quam in commentarijs orationis ad Senatum expoſui. Vel potius, quod illa aut ſe domi in luctu & tenebris continebat, aut neceſſarijs itineribus detinebatur: ſolus frater in vrbe & foro, populo ſupplicabat: vt poſterius oſtendit. C

Reliquæ fortunæ) Non enim omnes, ſed partem duntaxat ex Clodij præda & direptione recuperarat. Vt autem paria paribus referantur, videndum an non poſtea vox *incolumes* requiratur, vt ſit quàm tunc incolumes incolumi afferebant. niſi forte ſola vox precor retinenda ſit: cum in antiquo libro vocem *incolumitates* ſolam animaduertam.

Cauendo magis quàm fruendo) Sic Plautus in captiuis:

Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, cum quæ in poteſtate habuimus ea amiſimus.

Celebritas oppidorum) Incolarum frequentia. D

Tanta eloquentia.) Hanc eandem ſententiam alijs verbis inſignite commutatam, vide initio Orat. ad Senatum.

A parentibus) Sequitur altera comparatio, in qua ſuperiora, Deorum, parentum, & populi R. beneficia cum hoc beneficio conferens, recens hoc multo præſtantius eſſe oſtendit, ex eo, quod illa ſingulatim & cum aliquo interuallo acceperat: in hoc vero omnia illa vniuerſe & vno tempore adeptus eſt.

Id quod neceſſe erat) Refertur ad *vocem, paruus*, quaſi diceret, ab illis paruus à vobis magnus ſum natus.

Natus ſum conſularis) Nam ab exilio in ciuitatem reſtitutus, quaſi à morte ad vitam reuocatus videor. E

Rempublicam accepi) *Accipere Rempublicam Capeſſere Rempublicam, Accedere ad Rempubl.* crebro vſurpat, pro Magiſtratus adipiſci, & Reipublicæ procurationes ſuſcipere. de ſolo tamen Conſulatu ſuo loquitur.

Vnius opera ſeruatam.) Significat illud S C. quo ei togato, non vt nonnullis, bene geſtæ, ſed vt nemini conſeruatæ Reipub. ſingulari genere ſupplicationis, deorum immortalium templa patefacta ſunt. Itaque videndum ecquid pronomen *mea* deſideretur: vt ſit *mea vnius opera*.

Veſtra

A *Veſtra voluntas.)* In me reſtituendo.

Gradatim ſingulos) Omnes honores ordine,& ſuo quemq; anno ſeſe adeptum.lib 2.de offic.teſtat.

Vniuerſe cuncta) Sic in omnibus antiquis,quæ quidem adhuc legere contigit. Ego niſi vox *cuncta,* tollatur, fateor me locum non intelligere. Ac meo iudicio & *vniuerſe* aduerbialiter legendum eſt, & vox *cuncta,* vt gloſſa ſub illo aduerbio ſubiecta, expungenda in manuſcripto legitur *ita.*

T. Popilii) Quæ ad hunc totum locum pertinent dixi in Orat. ad Senatum,vnde quæ neceſſaria videbuntur, adſumi poterunt.

B *Q. Metello)* Qui cum L. Saturninum Cenſor notaſſet,cumque inſtituum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ cēſu prohibuiſſet, cumq; in eam legem, quam non iure rogatam iudicarat, iurare vnus noluiſſet,de ciuitate maluit, quam de ſententia dimoueri. Pro Sextio.Et plura diximus orat.ſuperiore.

Spectata ætate filius) Qui etiam *pius* propterea nominatus eſt,quod pietate ſua & adſiduis precibus patrem reſtituit. Velleius lib. II.

L. Dalmaticus) De quo Epitome LXII. & Plutarchus in Coriolano.

Aut Metellarum liberi) Legendum puto: *Tum Metelli tum Metellarum liberi.*nam vtroſque & in hac & in ſuperiore oratione coniunxit.

C *Tertius Conſularis)* Poſt Popillium & Metellum.

Indigniſsimam fortunam) Cum poſt ſextum conſulatum à Sylla in exilium vna cum filio eiectus eſt.

Diſſenſio) Recte.cum in alijs legatur *diſceſſu.* Bellum enim illud ciuile ſæpe leniore vocabulo *Diſſenſionem* adpellat.

Nudum à propinquis) Cum poſterius hoc addat, quos ego parare mihi non potui;ſignificare videtur,perpaucos ſe propinquos habuiſſe,ac fere nullos. Hæc autem ipſa verba aliquanto poſt iterat in hac eadem oratione.

D *C Piſonis.)* Hæc eadem ſuperiore orat dicta ſunt.

Viginti millia) Idem in Orat. pro domo. Plutarchus, Appianus. Dio.

Pro me præſente) Nam ante Ciceronis diſceſſum hoc factum eſt, cum P.Clodius de promulganda lege ageret.

Qui in foro poſſet eſſe) Manutius recte hunc locum diſtinxit, cum alijs in libris omnibus longe diſſimilem propter interpunctionem ſententiam haberet. Sed ex ſuperiore oratione, in qua eadem plane verba reperiuntur, facile eſt, vtra ſit rectior, iudicare. Ergo verba hæc,*qui domi, qui in foro poſſet eſſe,* cum altera proxima ſententia comparanda ſunt, hoc modo:ſolus frater inuentus eſt, *qui domi,* id eſt in

E vrbe Roma,*quique in foro,* ſupplicando & orando meam cauſam ageret. Nam vxor & liberi vel peregre mea cauſa proficiſcebantur, vel parietibus ſe in luctu & lacrymis incluſos continebant. vt verbum, *eſſe,* per ſe poſitum intelligatur, pro filij, parentis, fratris munus obire: non autem ad vocem *filius* referatur.

Magna parte) Omnes antiqui, *Magnam partem:* in accuſandi caſu, quod ſine dubio rectum eſt: & ab ijs qui veterem locutionem non intelligebant, immutatum. Figura eſt è Græcorum fontibus deriuata,qui vocem κατὰ crebro ſubaudiunt.

Tarare non potui.) Significare videtur ſibi perpaucos ac fere nullos propinquos fuiſſe: vt paullo ante dictum eſt.

Cuſtode ciuitatis atque imperij.) Cum alias res fortiter geſtas, tum præcipue propter innumerabiles Cimbrorum Teutorumque copias ab illo ſuperatas. Liuius in epit lib. LXVIII. *Primores, inquit, ciuitatis qui aliquantulum vt nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant, conſeruatam ab eo Remp fatebantur.*

Tribunitiis.) De his omnibus dixi in ſuperiore Orat.

Cumprimum licuit.) Per vim Clodianorum: quæ tandem ſummo Magiſtratuum conſenſu ſuperata eſt.

Motus municipiorum.) Omnibus enim è municipijs & colonijs ciues ad comitia de Cicerone reuocando concurrerunt. B

Inimicis interfectis.) Graccho & Saturnino,

Prouincias obtinentibus.) Piſone Macedoniam, Gabinio Syriam.

Inimico autem.) Q. Metello Conſule, qui cum prius ſummas cum Cicerone inimicitias exercuiſſet, dixit in Senatum, eas ſe temporibus & Reip. permittere. Itaque paulo poſt, illum dicit, primo non aduerſatum eſſe, poſt etiam adiuuiſſe; & paucis poſt verſibus, idem quod hoc loco adſcribit, illum ad Senatum retuliſſe. Totum hoc igitur ad Q. Metellum pertinet. C

Is inimicus.) P. Clodius.

Communibus hoſtibus.) Piſoni & Gabinio. Nam ijs ſuam vocem præbuit, cum legem de Cicerone in exilium eijciendo pertulit.

Spiritu dumtaxat.) Alibi ſemper duo hæc apponit, *Nomine & reipſa* profecto autem reuera viuit qui ſpiritu viuit. Vtrum igitur *Specie* legẽdum ſit vt nota *Spu* ſumta ſit pro *Spe*, an potius ſignificat Clodium debilitatione & abiectione animi conſternatum nihil præter ſpiritum reliqui habuiſſe. ſic opinor.

L. Opimius.) Qui conſul cum Q. Fabio. C. Gracchum interfecit. D In quo huius loci poſita vis eſt. nam cum Popilius ob eam cauſam quia Tiberium interfecerat, exſularet, rectum erat eum ab eo reuocari, qui ipſe ſimilem ob cauſam Caium fratrem ſuſtulerat.

Qui erat inimicus.) Ipſe lib. de officijs III. cauſam inimicitiarum hiſce exponit verbis. *C. Marius cum à ſpe Conſulatus longe abeſſet, & ſeptimum annum poſt Praturam iaceret, Q. Metellum, cuius legatus erat, cum ab eo imperatore ſuo Romam miſſus eſſet, apud populum R. criminatus eſt, bellum illum producere: ſi ſe conſulem feciſſent, breui tempore aut viuum aut mortuum Iugurtham ſe in poteſtatem populi R. redacturum. Itaque factus eſt ille quidem Conſul, &c.* E

M. Antonius.) Orator, qui C. Mario ſextum Conſuli vna cum A. Poſtumio Albino ſucceſſit, anno ab V.C.D.LVIII.

Ne gratia cauſa.) σαρκασμὸν Græci hanc figuram appellant: cum acerba irriſio ſub ſpecioſis verbis ſubijcitur. Vterque autem infeſtiſſimus Ciceroni hoſtis fuit.

Adfinis.) C. Piſo Conſul C. Piſonis Ciceronis generi cognatus erat. *Adfinis* autem nomen abuſiue vſurpat.

Cauſam capitis. (Non dixit, *Egeram*, ſed *receperam.* De Gabinio tamen à Cicerone defenſo, locus eſt in lib. Epiſt. ad Qu. Frat. II.

A *Fœdere.*) Notum eſt P Clodium Tribunum pl. prouinciam Syriam Gabinio, Macedoniam Piſone ſpopondiſſe, ea lege, vt ſe in Cicerone in exilium eijciendo adiuuarent.

Calendis Ian.) Cum P. Lentulus, Q Metellus, noui conſules magiſtratum inierunt.

Tanquam legitimi Tutoris.) *Legitimi tutores* ſunt agnati proximi lege XII. tab inſtituti. Hos autem potius quam teſtamentarios nominauit, quia propter eiuſdem ſanguinis communionem & fidelius & ſtudioſius pupillorum rationibus conſulere exiſtimantur. *Quod* contra tamen Solon credidit, vt alio loco diximus: ſed certum eſt B orbos pueros agnatorum proximorum opem potiſſimum implorare.

De ſolemni religione.) Patet etiam ex Liuio primam Conſulum relationem de religionibus fuiſſe.

Tribunus Pl) Sex. Attilius quem in Sextiana ſcribit, cum omnes in ſenatu, aliuſque alio grauius & ornatius de ſua ſalute dixiſſent, fieretque ſine vlla varietate diſceſſio, ſurrexiſſe: nec auſum eſſe, cum eſſet emtus intercedere: ſed noctem ſibi ad deliberandum poſtulaſſe.

In augenda.) In Sextiana dixit in duplicanda.

C *Varijs rationibus*) Omni mora ludificatione, calumnia.

Cn. Oppius ſocer.) Hunc *Cornicinum* appellat lib ad Att. 4. epiſt. 2 & hoc ipſum in ea pro Sextio attingit.

Ad vos.) Significat autem diem VIII. Kal. Febr. quo die in forum ventum eſt, ad legem de Cicerone reuocando, rogandam. id quod in ſenatu Cn. Pompeius ſuaſerat: cum diceret, ſeſe otij ipſius cauſa vt omni populari concitatione defungeretur, *cenſere vt ad* Senatus auctoritatem populi quoqne beneficium *adiungeretur.*

Hic tantum interfuit.) Sequitur ſecunda pars orationis in qua diſ-D ceſſus ſui cauſas exponens, ne videretur ignauia & timiditate profugiſſe, Reipublicæ ruinas oſtendit: eamque Clodianorum vi atque armis oppreſſam tamdiu nullam fuiſſe diſputat, dum ſingulari Conſulum, cæterorumqne magiſtratuum ſtudio. Cn. vero Pompeij virtute, tota denique Italia incumbente, ipſe cum illa ſimul reſtitutus eſt.

In Tribunali Aurelio centuriari.) In Sextiana hoc ſic extulit: *pro tribunali Aurelio decuriari*: ex quo intelligitur, & *pro* idem valere quod *In* & *Decuriari* idem quod *centuriari.*

Ex ea parte.) Qui pro rep. ſtabant.

E *Centuriari vicißim.*) Anno ſuperiore, cum in exilium eiectus ſum.

Proditores deſertores.) Hortenſium præcipue ſignificat, à quo ſceleratiſſime inſidioſiſſimeque ſe tractarum ſcribit ad Quinct. frat. lib. epiſt. 1.

Domeſticis hoſtibus.) Hoſtibus Reipub. qui domi & intus graſſabantur.

Flumine ſanguinis.) Quod in ſuperiore oratione expoſuimus.

Æquo me & illam.) Neque enim ea Reſpub. eſt vbi non ius valet, quo inter ciues æquitas conſeruatur. ſed vis, qua, qui potentiores ſunt, dominantur.

Vul-

Vulnerarentur.) P. Sextium ſignificat, quem in ea oratione, qua A illum defendit, plus xx. vulneribus adfectum dicit.

Conſulis faſces.) A. Gabinij, vt & ipſe in Piſoniana, & Dio. lib. 38. aperte teſtatur.

Ædilis curulis.) Similiter Salluſtius ſcribit, P. Lentulum Suram, Catilinæ ſocium, P. Lentulo Spintheri, qui tum Ædilis erat, traditum, vt eum in libera cuſtodia haberet.

Collega.) Q. Metello, vt ſuperius dictum eſt.

Pene omnes.) Vno excepto Prætore Appio, & duobus tribunis Pl.

Auctoritate præſidio.) Vetus codex hoc amplius, *præſidio copijs*: B quod non diſplicet.

Vno diſſentiente.) P. Clodio.

Nudum à propinquis.) Superius his iiſdem verbis eſt vſus.

Producti ad vos.) Conſules enim, quos ex priuatis volebant, ad populum in roſtra, ſuadendæ aut diſſuadendæ legis cauſa producebant.

Auctores teſtes.) Verſus hexameter, qui imprudenti excidit. In Sextiana minus vna ſyllaba ſimile quiddam vidimus. *præſentes fluctus tempeſtatemque fugiſſe.* In Verrina vt. *Cum loquerer tanti fluctus gemituſque fiebant.* C

Cn. Pompeius.) Qui vnus ex productis fuit. vt in Sextiana oſtendit. Tum enim ſine vllo magiſtratu erat. *Productus eſt ab eo*, inquit, *Cn. Pompeius qui ſe non ſolum auctorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo R. exhibuit.*

Vniuerſa Reip.) Ijs bellis, quæ ille in tribus orbis partibus ſua virtute confecit, victo in Africa Carbone, in Hiſpania Sertorio, in Aſia Mithridate.

Seruatam.) A coniuratione Catilinæ.

Auctoritatem ſenatus.) Quia Cicero nihil in coniuratione opprimenda niſi *auctore Senatu* geſſerat. D

In eo me loco.) Elatorie, quanquam poſitus eſt in Conſulatu, nunc reſtitutus eſt Conſularis, vt bis in conſulari dignitate collocatus dici poſſit.

Iiſdem Centurijs.) Conſul, comitiis centuriatis vtpote è maioribus magiſtratibus creatus fuerat. Lex etiam de eo reuocando in Comitiis Centuriatis, in campo Martio lata eſt, vt in ſuperiore orat. docuimus & ipſe prima epi. lib. ad Atticum IIII his oſtendit verbis. *Ante diem VI. Id. Sextil cognoui litteris Q. fratris mirifico ſtudio omnium ætatum, atque ordinum, incredibili concurſu Italiæ, legem Comitijs Centuriatis eſſe perlatam.* E

P. Seruilius.) De quo ſuperiore orat. dictum eſt.

L. Gellij.) Qui conſul cum Cn. Lentulo fuit, & in ſenatu dixit ciuicam coronam Ciceronis à Rep. deberi: vt ipſe in Piſoniana teſtatur.

En ego teſtimonijs.) Hæc tertia & poſtrema orationis pars eſt: in qua poſteaquam quantum à populo R. acceperit, expoſuit, quemadmodum deinceps illi gratiam relaturus ſit, & maiorem in remuneranda gratia quam vlciſcendis inimicorum iniuriis operam oſi t urus, oſtendit.

A *Fædere.*) Notum eſt P Clodium Tribunum pl. prouinciam Syriam Gabinio, Macedoniam Piſone ſpopondiſſe, ea lege, vt ſe in Cicerone in exilium eijciendo adiuuarent.

Calendis Ian.) Cum P. Lentulus, Q. Metellus, noui conſules magiſtratum inierunt.

Tanquam legitimi Tutoris.) *Legitimi tutores* ſunt agnati proximi lege XII. tab inſtituti. Hos autem potius quam teſtamentarios nominauit, quia propter eiuſdem ſanguinis communionem & fidelius & ſtudioſius pupillorum rationibus conſulere exiſtimantur. Quod contra tamen Solon credidit, vt alio loco diximus: ſed certum eſt B orbos pueros agnatorum proximorum opem potiſſimum implorare.

De ſolemni religione.) Patet etiam ex Liuio primam Conſulum relationem de religionibus fuiſſe.

Tribunus Pl) Sex. Attilius quem in Sextiana ſcribit, cum omnes in ſenatu, aliuſque alio grauius & ornatius de ſua ſalute dixiſſent, fieretque ſine vlla varietate diſceſſio, ſurrexiſſe: nec auſum eſſe, cum eſſet emtus intercedere: ſed noctem ſibi ad deliberandum poſtulaſſe.

In augenda.) In Sextiana dixit in duplicanda.

C *Varijs rationibus*) Omni mora ludificatione, calumnia.

Cn. Oppius ſocer.) Hunc *Cornicinum* appellat lib ad Att. 4. epiſt. 2 & hoc ipſum in ea pro Sextio attingit.

Ad vos.) Significat autem diem VIII. Kal. Febr. quo die in forum ventum eſt, ad legem de Cicerone reuocando, rogandam. id quod in ſenatu Cn. Pompeius ſuaſerat: cum diceret, ſeſe otij ipſius cauſa vt omni populari concitatione defungeretur, cenſere vt ad Senatus auctoritatem populi quoque beneficium adiungeretur.

Hic tantum interfuit.) Sequitur ſecunda pars orationis in qua diſ-D ceſſus ſui cauſas exponens, ne videretur ignauia & timiditate profugiſſe, Reipublicæ ruinas oſtendit: eamque Clodianorum vi atque armis oppreſſam iamdiu nullam fuiſſe diſputat, dum ſingulari Conſulum, cæterorumque magiſtratuum ſtudio. Cn. vero Pompeij virtute, tota denique Italia incumbente, ipſe cum illa ſimul reſtitutus eſt.

In Tribunali Aurelio centuriari.) In Sextiana hoc ſic extulit: *pro tribunali Aurelio decuriari*: ex quo intelligitur, & *pro* idem valere quod *In* & *Decuriari* idem quod *centuriari*.

Ex ea parte.) Qui pro rep. ſtabant.

E *Centuriari viciſſim.*) Anno ſuperiore, cum in exilium eiectus ſum.

Proditores deſertores.) Hortenſium præcipue ſignificat, à quo ſceleratiſſime inſidioſiſſimeque ſe tractatum ſcribit ad Quinct. frat. lib. epiſt. 1.

Domeſticis hoſtibus.) Hoſtibus Reipub. qui domi & intus graſſabantur.

Flumine ſanguinis.) Quod in ſuperiore oratione expoſuimus.

Æque me & illam.) Neque enim ea Reſpub. eſt vbi non ius valet, quo inter ciues æquitas conſeruatur, ſed vis, qua, qui potentiores ſunt, dominantur.

Vul-

Vulnerarentur.) P. Sextium ſignificat, quem in ea oratione, qua illum defendit, plus xx. vulneribus adfectum dicit. A

Conſulis faſces.) A. Gabinij, vt & ipſe in Piſoniana, & Dio. lib. 38. aperte teſtatur.

Ædilis curulis.) Similiter Salluſtius ſcribit, P. Lentulum Suram, Catilinæ ſocium, P. Lentulo Spintheri, qui tum Ædilis erat, traditum, vt eum in libera cuſtodia haberet.

Collega.) Q. Meteſſo, vt ſuperius dictum eſt.

Pene omnes.) Vno excepto Prætore Appio, & duobus tribunis Pl.

Auctoritate præſidio.) Vetus codex hoc amplius, *præſidio cepiſ*: quod non diſplicet. B

Vno diſſentiente.) P. Clodio.

Nudum à propinquis.) Superius his iiſdem verbis eſt vſus.

Producti ad vos.) Conſules enim, quos ex priuatis volebant, ad populum in roſtra, ſuadendæ aut diſſuadendæ legis cauſa producebant.

Auctores teſtes.) Verſus hexameter, qui imprudenti excidit. In Sextiana minus vna ſyllaba ſimile quiddam vidimus. *præſentes fluctus tempeſtatemque fugiſſe.* In Verrina VI. *Cum loquerer tanti fluctus gemitusque fiebant.* C

Cn. Pompeius.) Qui vnus ex productis fuit, vt in Sextiana oſtendit. Tum enim ſine vllo magiſtratu erat. *Productus eſt ab eo*, inquit, *Cn. Pompeius qui ſe non ſolum auctorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo R. exhibuit.*

Vniuerſa Reip.) Iis bellis, quæ ille in tribus orbis partibus ſua virtute confecit, victo in Africa Carbone, in Hiſpania Sertorio, in Aſia Mithridate.

Seruatam.) A coniuratione Catilinæ.

Auctoritatem ſenatus.) Quia Cicero nihil in coniuratione opprimenda niſi *auctore Senatu* geſſerat. D

In eo me loco.) Elatorie, quanquam poſitus eſt in Conſulatu, nunc reſtitutus eſt Conſularis, vt bis in conſulari dignitate collocatus dici poſſit.

Iiſdem Centuriis.) Conſul, comitiis centuriatis vtpote è maioribus magiſtratibus creatus fuerat. Lex etiam de eo reuocando in Comitiis Centuriatis, in campo Martio lata eſt, vt in ſuperiore orat. docuimus & ipſe prima epi. lib. ad Atticum IIII his oſtendit verbis. *Ante diem VI. Id Sextil cognoui litteris Q. fratris mirifico ſtudio omnium ætatum, atque ordinum, incredibili concurſu Italiæ, legem Comitiis Centuriatis eſſe perlatam.* E

P. Seruilius.) De quo ſuperiore orat. dictum eſt.

L. Gellii.) Qui conſul cum Cn. Lentulo fuit, & in ſenatu dixit ciuicam coronam Ciceronis à Rep. deberi: vt ipſe in Piſoniana teſtatur.

En ego teſtimoniis.) Hæc tertia & poſtrema orationis pars eſt: in qua poſteaquam quantum à populo R. acceperit, expoſuit, quemadmodum deinceps illi gratiam relaturus ſit, & maiorem in remuneranda gratia quam vlciſcendis inimicorum iniuriis operam oſtenturus, oſtendit.

A *Frugum vbertate.*) Reuerſo Cicerone, cum eſſet annonæ ſumma caritas S.C. in eius ſententiam factum, lexque lata eſt, vt Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Eo propemomento frumenti vtilitas conſecuta eſt. Itaque in ea pro domo, *cum de mea*, inquit, *dignitate in templo Iouis Opt. Maxim. Senatus frequentiſſimus decreuiſſet, ſubito illo ipſo die cariſſimam annonam nec opinata vilitas conſecuta eſt. Erant qui Deos immortales (id quod ego ſentio) numine ſuo reditum meum dicerent comprobaſſe.*

Tum ſe fuiſſe miſerum.) Hoc quid ſit, & quemadmodum Oratoris B inſtituto conueniat, fateor me non intelligere. Repugnant enim Marium forti & confirmato animo fuiſſe, virtutem animi nunquam perdidiſſe, & ſimul miſerum ſe eſſe dixiſſe. Præterea Ciceronis diſputatio ad Marij fortitudinem cum ſua virtute comparandam pertinet. Vt mihi mirum videatur, ſi non hoc loco negatio deſit: vt ſic legatur: *Tum ſe non fuiſſe miſerum.*

Viro forti adimi.) Animi virtus, & fides in Remp.

Municipem meum.) E municipio Arpinati: notum eſt & Ciceronem & Marium Arpini natos fuiſſe.

Delere voluiſſent.) L Syllam qui ſemper à populi partibus alieniſ- C ſimus fuerat, apud Quirites grata oratione exagitat.

Cum fortuna.) A qua victi patria expulſi fuimus.

Obſidione liberauiſſet.) Oratorie. Significat enim tempus illud cum ipſe Quinctius Conſul Cimbros, & qui iam in Italiam peruenerant ingenti prælio cecidit, in quo cæſa traduntur hominum centum XL. millia. capta LX. Liuius lib. LXVIII.

Adoleſcentem filium.) Nam is quoque à Sylla victore vrbe pulſus & exſilio damnatus, in Africam traiecit. Velleius, Liuius, Appianus.

In paludibus demerſus.) Hoc idem in Sextiana, & apud Plutarchum D Appianum & Epitomen Liuij LXVII. Velleius autem ſic: *Marius poſt ſextum conſulatum, annumque LXX. nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto circa paludem Maricæ, in quam ſe fugiens conſectantes Syllæ equites, abdiderat, iniecto in collum loro in carcerem Minturnenſium, iuſſu Duumuiri perductus eſt, &c.*

Quatuor genera.) Plura in Sextiana, ſed minus ſubtiliter & accurate numerat: *Cum*, inquit, *alij me ſuſpicione periculi ſui non defenderent, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent, alij obſtare ſibi me arbitrarentur, alij vlciſci dolorem ſuum aliquem vellent, alij rem ipſam pu-* E *blicam atque hunc bonorum ſtatum otiumque odiſſent.*

Vnum eorum.) Qui Catilinæ latenter & obſcure fauerant, eiuſque conatus oppreſſos dolebant.

Conſeruaui.) Patefacta & oppreſſa coniuratione.

Per ſimulationem.) Q. Hortenſium vt ſuperius dixi deſignat.

Nunquam perdidiſſet) Quod certe non diceret, ſi ſe in illa calamitate miſerum fuiſſe fateretur.

Quartum.) Piſonem & Gabinium Conſules ſignificat.

Quod erat.) Quippe cum Conſulatum quod ſummum imperium eſt, obtinerent.

Vendiderunt.) Acceptis à P. Clodio prouinciis.

Reuertan-

Reuecando domum.) Hoc egit poſtea cum orationem in Senatu haberet: quæ eſt de prouincijs Conſularibus: qua futuris Conſulibus Syriam Macedoniamque decernit, vt Gabinio & Piſoni ſucceſſores ſubmittantur.

Neque id Reip. vt cumque neceſſe eſt.) Hoc quid ſit, diuinare nunquam potui. Cum autem paria paribus referat, & ſuperius de ocio, quod temporibus Reip. poſtulantibus deponitur, ſit locutus, cogitandum eſt, ecquid rectius ita legeretur: Reip. temporibus vnquam neceſſe eſt: vel tale quippiam.

Diſſimilis eſt ratio.) Hoc idem & in Orat. pro Plancio & lib. de Off. II. vbi alterius cuiuſdam dictum hoc eſſe ſignificat. B *Commode*, inquit, *quicumque dixit, pecuniam qui habeat non reddidiſſe, & qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat retuliſſe.*

Cum mortuo) Satiſne recte colere aliquis hoc modo memoriam dicatur, alij viderint. Ego cum in antiquo libro *Mortuus* caſu recto ſcriptum animaduertam, deeſſe potius quædam exiſtimo, quibus ea res planius explicaretur.

Sententia ſimpliciter referenda.) Quid ſit *ſententiam referre* non intelligo. Et animaduerti Verrina IIII. *ferri* quoque in Senatu *ſententiam* dictum pro *dici*. *Retinete, retinete hominem in ciuitate Iudices, parcite &* C *conſeruate, vt ſit qui vobiſcum res iudicet, qui in ſenatu ſine vlla cupiditate de bello & pace ſententiam ferat.*

IN SENATV POST REDITVM, ORATIO XXIX.

D

ARGVMENTVM Fr. O.

M. *Tullius poſtridie quam ab exilio in patriam reuerſus eſt, hoc eſt Nonis Septemb. in Senatum* E *profectus, orationem hanc habuit, qua nominatim vtrique Conſuli, dein, octo Tribunis pl. poſt ſeptem Prætoribus, dein Cn. Pompeio tum temporis priuato, poſtremo Senatui vniuerſo pro reditu impetrato gratias agit. Conſules ſunt P. Lentulus Q. Metellus: quorum ita beneficia commemorat, vt illis reſtitutionis ſuæ laudem attribuit. huic quod aduerſatus non ſit, ſimpliciter gratias agat: ſimulque duos ſuperioris anni Conſules, quorum opera*

A *P.Clodius in ipſo eijciendo præcipue uſus fuerat, vehementer exagitat. Tribuni ſunt T. Annius Milo, P.Sextius, C.Seſtilius, M.Cuſpius, T.Fadius, M.Curtius, C.Meſſinius, Q.Fabritius: in quibus duo primi nominati, ut principes in Ciceronis ſalute recuperanda fuerunt, ita potiſſimam in hac gratiarum actione partem obtinent, duos reliquos Sex Attilum, & Numerium Quintum, à quibus læſus potius, quam adiutus fuerat, ita prætermittit, ut tamen non obſcure perſtringat. P.autem Clodium, qui Tribunus anno ſuperio-*
B *re fuerat, & lege lata Ciceronem in exilium eiecerat, multis verbis paſſim diuexat. Prætores ſunt L.Cæcilius, M.Calidius, C. Septimius, Q.Valerius, P.Craſſus, Sex.Quintilius, C.Cornutus, quorum nulli eximie ac præter cæteros gratias agit. Octauum autem Prætorē App.Claudium, P.Clodij fratrem, qui à reliquis diſſenſerat, prætermittit. Non eſt autem mirandum Tribunos pl. ante Prætores nominari: quia multo maiores illorum quam prætorum in comitijs, & legibus, vel ferendis vel abrogandis partes fuerunt. Poſtea Cicero*
C *Cn. Pompeio qui tum priuatus, id eſt ſine vllo magiſtratu fuit, nominatim ſingularibus verbis gratias agit, quod pro ipſius ſalute, municipia, coloniaſque adijſſet, & præſtantiſſimam de eo in Senatu ſententiam dixiſſet. Dximus autem hāc orationem habitam eſſe. Non: Sextilib. poſtridie quam reuerſus eſt. Cuius rei auctorem habemus Ciceronem ipſum, qui in epiſt 1.lib. ad Attic. IIII. his ſcribit verbis. Poſtridie in ſenatu, qui fuit dies Non. Septemb. ſenatui gratias egimus. Vnde perſpicue intelligitur, primam fuiſſe hanc, quam*
D *poſt reditum ſuum habuit, ac propterea orationē ad Quirites poſteriore loco collocandam fuiſſe. Quod enim nonnulli diſputāt, de altera quadam oratione locum illum epiſtolæ accipiendum eſſe, qua ſingulis Senatoribus gratias egerit, ridiculum eſt, nam illa huius orationis verba, quibus hæc illorum coniectura nititur. Vobis vero P. C. ſingulis & egi & ago gratias vniuerſis: ego initio quantum potui, &c. Hæc, inquam verba, non ad aliam orationem ſed ad huius ipſius exordium referenda ſunt: & ſtultum eſt exiſtimare Cicero-*
E *nem in Senatu prius egiſſe gratias ſingulis ſenatoribus, id eſt priuatis, quam conſulibus & magiſtratibus & vniuerſo ſenatui. Præterea, cum ſatis conſtet, ipſe etiam in vtraque oratione pluribus verbis teſtificetur, Senatum principem in ipſius reditu conficiendo fuiſſe, ac prius in Senatu quam ad populum actum ea de re fuiſſe. imo vero Senatum auctorem fuiſſe, vt ea de re cum populo ageretur, nemo nō videt, rationem poſtulaſſe vt prius ſenatui quam populo, gratiæ agerentur.*

COM-

COMMENTARIVS Fr. O. A

Fratremq́ meum.) Qui propter meum exilium, magno ſemper in luctu, mœrore ac ſqualore iacuerat: qui niſi me per vos recuperaſſes, eandem fortunam ſubire, idem ſibi domicilium & vitæ & mortis depoſcere ſtatuerat: qui incredibili pietate, amore inaudito, maximo in ſqualore volutatus eſt ad pedes inimiciſſimorum, vt fratri reditum conficeret. In Sextiana, in oratione ſeq & alibi.

Parum cumulate.) Minus quam par fuerit, verbis rei magnitudinem non æquantibus.

Mea natura.) Quaſi aut minus quam debeam, beneficiorum magnitudinem expendam: aut illorum obliuiſcar, aut in agendis gratiis natura ſim tardior. B

Vbertas ingenij.) Primum in recordandis, deinde in ponderandis & æſtimandis beneficiis.

Dicendi copia.) In iis cõmemorandis, & pro dignitate explicandis.

Genus orationis.) In conquirendis verbis, quæ rei magnitudini ſatiſfaciant. Nam hæc tria ſingulatim propoſuit: conſiderationem beneficiorum, quæ ad ingenium; commemorationem, quæ ad facultatem dicendi; & prædicationem, quæ ad orationis lumen pertinet.

Vniuerſa.) Nam hic locus eſt, non de ſingulis, ſed de omnibus quæ vnquam à vobis accepimus, commemorandi. C

Liberis noſtris parentes.) Nam etſi fratris liberi reuera orbati ſuo parente non eſſent, tamen ille propter luctum & mœrorem, parentis erga illos officium præſtare non poterat.

Dignitatem, ordinem.) *Dignitatem* intelligit eam amplitudinẽ quam ex honoribus præclare geſtis ſibi in ciuitate maximam pepererat: *ordinem* vero ſuum, in ſenatu locum: nam vna cum ciuitate ordo illi reſtitutus fuit.

Qui fortunas.) Omnia enim per ſuos iniquos erepta, per conſules æſtimata & reſtituta ſunt. Vide epiſt. 2. lib ad Att. 4. D

Nihil iucundius.) Quippe cum omnes omnium caritate, patria vna complectatur: vt idem in 1. de Offic. ſcribit.

Nosmet ipſos nobis.) *Perditi* enim dicuntur, qui rebus iis omnibus quas habebant chariſſimas, ſpoliati ſunt. Cicero autem & fortunas & vxorem, & liberos & cognatos, omnes poſtremo dignitates, patriam deniq; ipſam amiſerat. Itaq; lib. 1. ad Att. 3. *Deſidero*, inquit, *non mea ſolum, neq; meos, ſed me ipſum. quid enim ſum.*

Libertas ciuitas.) Hoc de ingenuis, & ciuium liberis dici ſatis intelligitur.

Cæteris rebus.) Opibus & honoribus. E

Honoribus.) Notandum *honoris* verbum in eo poni, qui honeſtat, non qui honeſtatur: vt paucis poſt verſibus pop Rom honores. Ergo *cuius honoribus*, id eſt cuius muneribus, in quibus ſummi honores ſunt, nam *honores*, id eſt procurationes adminiſtrandæ Reip. omnes à populo mandabantur.

Ampliſſimo conſilio.) Senatu. Quæri tamen poſſet, cum ſenatores non à populo crearentur, ſed à cenſoribus legerentur, quid eſt, quod populi beneficio ſe in ſenatu collocatum dicit? poſſet autem ſubtiliter reſponderi, nonnullos qui magiſtratum adepti eſſent, quamuis ſenatores non eſſent, tamen ius in Senatu dicendæ ſententiæ habuiſſe.

A Qua de re diximus in libello de ſenatu, cap. 1. ſed hæc pinguius & quaſi oratorio more dicta accipienda ſunt.

Altiſſimo gradu.) Conſulatu: quem illi cuncta Italia, omnes ordines vniuerſa ciuitas, non prius tabella, quam voce detulerat: vt de ſe ipſe teſtatur.

Omnium terrarum arce.) Ad quam præſidij cauſa gentes omnes confugiunt. Nam præter prouincias, quæ ſua omnia ad ſummam ſenatus poteſtatem referebant, Reges etiam & liberi populi complures ſæpe ad ſenatum auxilij cauſa confugiebant.

Magnificentiſſimis decretis.) In ea pro Sextio, d uina Senatusconſulta B hæc appellat; & quatuor enumerat: primum, vt cuncta ex Italia omnes qui Rempubl ſaluam eſſe vellent, ad ſuffragia de Cicerone reuocando ferenda, conuocarentur: alterum, quod de ipſo reuocando factum eſt in capitolio, vtroq; referente Conſule, cum Pompeius illi vni teſtimonium patriæ conſeruatæ dedit: tertium, ne quis, dum lex de ipſo reuocando ferretur, de cœlo ſeruaret, ne quis moram vllam afferret: quartum, vt iis qui ex tota Italia ipſius ſalutis cauſa conuenerant, agerentur gratiæ, atq; vt iidem ad res redeuntes, vt venirent, rogarentur.

Studio atq; conſenſu.) Nam ex CCCCX. ſenatoribus & magiſtratibus C omnibus vnus diſſentit P. Clodius.

Quod hac antea.) Subeſt mendum. neq; enim plena ſententia eſt, quinetiam particula *Quod* ab omnibus vetuſtis libris, quam plurimis etiam impreſſis abeſt. Quod ſi coniecturæ locus poteſt eſſe, fortaſſe particula *tamen*, illius *quod* locum ſubſtituta, ſententiam impleret; vt ſenſus ſit: Etſi hæc olim accepimus tamen cum antea ſingulatim, hoc tempore vniuerſe recuperauerimus, multo maius hoc recens beneficium eſt, quam alia ſuperiorum temporum vniuerſa.

Immortalitatem quandam.) Recte addidit *quandam*, nunc enim non de vitæ, ſed de famæ & nominis immortalitate ſe loqui oſtendet.

D *Cum vi ferro*) Significat eam ſeditionem, quæ facta eſt VIII. Kal. Febr. de qua in Orat. pro Domo, & ea pro Sextio pluribus verbis exponit.

Non multo poſt diſceſſum.) Paucis poſt menſibus. In Sextiana tamen cum de totis ſeptendecim menſibus loqueretur, dixit, breuis temporis dolore interiecto.

L. Minnio.) Quadrato Tribunopl. qui Kal Iunij ad Senatum de Cicerone reuocando retulit: viro incredibili fide, magnitudine animi, conſtantia: qui & ſenatui perſuaſit (vt in Sextiana Cicero ſignificat) & populo (vt Dio lib. 38. teſtatur) vt tanquam in publica calamitate E Ciceronis cauſa veſtitus mutaretur.

Minime timidum.) Itaq; in Sextiana: *Cuius*, inquit, *in mea cauſa nunquam fides vtriuſq; contremuit.*

Decernendi.) Senatusconſulti faciendi.

Eum Tribunum pl.) Ælium Ligurem, qui interceſſit. Pro Sext. *Interceſſit Ligur iſti neſcio quis, additamentum, &c.*

Sub alieno ſcelere) Amborum Conſulum Piſonis & Gabinij: quorum opibus & auctoritate ad quærendam mihi perniciem eſt vſus P. Clodius.

Vendiderant.) Acceptis à P. Clodio prouinciis, Piſo Macedonia, Gabinius Syria.

Flagi-

Flagitauiſti.) Tanquam veſtro iure, & debitam: nam *flagitare* proprie eſt debitorem acrius & vehementius appellare. A

Ille ipſe annus.) Quo Piſo & Gabinius Conſules fuerunt.

Fatalem.) *Fatalis* & in bona & in mala re dicitur: quaſi fato & certo Dei decreto vel ſalutaris vel exitioſus. Itaq; in Catilin. IV. *Meus*, inquit, *conſulatus ad ſalutem Reipubl. prope fatalis fuit.* Sed quomodo Cicero *maluerim* cum illo verbo coniunxit? Cum fatalis & voluntarius contraria ſint; vt ipſe quoq; in Philip. oſtendit: vtrum quia exitioſi verbo vti noluit, cum ipſe non periiſſet? an potius hac ſententia: in illum annum decretum erat quoddam à Diis exitium: idq; malui ipſe me quam Rempub. ſubire. B

Octo Tribuni.) Totidem habuit anno inſequenti, vt poſterius oſtendit.

Conſules modeſti.) εἰρωνικῶς. hoc enim legis nomine cupiditatem ſuam tegebant. Itaq; in Sextiana ſic ſcribit: *Qui cum in Senatu priuatim vt de me ſententias dicerent, flagitabantur, legem illi ſe Clodia timere dicebant.* Sed in ea pro Domo apertius: *Homines legum metuentes, tum frequentiſſimus ſenatus eos vt de me referent, quotidie flagitaret, non ſe rem improbare dicebant, ſed lege iſtius impediri.*

Impediebantur lege.) Quam Clodius tulerat, ne quis ad ſenatum de reuocando Cicerone referret; neve ſententiam diceret, vt paulo infra & lib. ad Attic. III. *Tu te ſcripſiſti ad me, quoddam caput legis Clodium in Curia poſte fixiſſe, ne referri, neve dici liceret.* C

Quæ de me) Nam illa lex nihil me facere vetabat: ſed Conſules ipſos, & eos qui ius ad ſenatum referendi habebant.

Inimicus.) P. Clodius qui lege lata Ciceronem in exilium eiecit.

Si reuixiſſent.) Elatorie. Clodia lex aqua & igni interdicebat eis qui ciues R. in dicta cauſa indemnatos necaſſent ſignificabantur autem Catilinarij.

Magno in periculo.) Feſtiue cum ſarcaſmo legis ſententiam immutat: quaſi Clodius ſignificaſſet, ſi Catilinarij reuixiſſent, illico reuocandum Ciceronem, vt illorum conatibus iterum obſiſteret. D

Princeps ciuitatis) Cn. Pompeius, de quo ſic in Sextiana: *Initur conſilium de interitu Cn Pompeij, quo patefacto ferroq; deprehenſo, ille incluſus domi tam diu fuit, quam diu inimicus meus in Tribunatu.* Item in ea pro Milone: *Comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendũ collocarat, extorta eſt confitenti ſica de manibus: Caruit foro poſtea Pompeius, caruit ſenatu, caruit publico, ianua ſe ac parietibus, non iure legum iudiciorumq́; texit.*

Sine conſulibus) Sic in Sextiana: *Quid dicam conſules? hoccine & ego appellem nomine euerſores huius imperij? proditores veſtræ dignitatis? hoſtes bonorum omnium?* & alibi: *ſi appellandi ſunt Conſules, quos nemo eſt, qui non modo ex memoria, ſed ex faſtis euellendos non putet.* E

Tutoribus annuis) Minus eſt tutorem quam parentem habere: ille tanquam alienam, hic quaſi communem adminiſtrat, qua de cauſa liberi ſui hæredes à Iuriſconſultis appellantur. Et Terent. dixit, *Meus particeps.* Ergo plus eſt cum Remp. dixit, non modo parentes, ſed ne tutores quidem habuiſſe.

Caput meæ proſcriptionis.) *Caput* illud legis, ne quis referret, neve ſententiam de Cicerone reuocando diceret. Cur autem *proſcriptionem* hanc, non legem nominet, poſterius exponet.

A *T. Lentuli Conſulis.*) Qui poſt annum Piſonis & Gabinij, Conſulatum vna cum Q. Metello adeptus eſt. Cuius vim omnem, ad Ciceronem patriæ recuperandum, omni ſtudio contulit.

Q. Metelli.) Qui etſi P. Clodij frater eſſet, & inimicitias cum Cicerone exercuiſſet, tamen eas ſe inimicitias dixit patribus conſcriptis & temporibus & Reip permittere.

Pæne omnium) Nam è prætoribus ſolus aduerſatus eſt App. Claudius P. Clodij frater: è tribunis duo tantum Sex Attilius Serrarius & Q. Numerius, Cic. in Piſonem, & in eandem Aſconius.

Tuto ſe in Senatum) Aliis Conſulibus Magiſtratum adeptis, & iam B gerentibus.

Dignitas iam.) Cum omnes æque libere atq; honorifice de me in ſenatu loquerentur, ac ſi ipſe nulla vnquã ignominia adfectus fuiſſem.

Ne propter me.) Sic in ea pro Sextio multis verbis exponit, ſe neq; mortis terrore, neq; victoriæ, ſi dimicare placuiſſet, diffidentia, ex vrbe ceſſiſſe: ſed ne propter ſe ciuile aliquod bellum & cruentum exoriretur. *Itaq; ſeruaui,* inquit, *Rempubl. diſceſſu meo iudices, cædem à vobis, liberiſq; veſtris, vaſtitatem, incendia, rapinas, meo dolore luctuq; depuli.* Et in Piſoniana: *Itaq; diſceſſu meo,* inquit, *omnes illi nefarij gladij de manibus crudeliſſimis exciderunt.*

C *Populi ſuffragiis.*) Lege per pacatum populum ordine & bono modo ferenda.

Flumine ſanguinis.) Significat eam ſeditionem, quæ in foro VIII Cal. Febr facta eſt: cum corporibus ciuium Tiberis compleretur, cloacæ refercirentur, è foro ſpongiis ſanguis effingeretur, vt ipſe in Sextiana loquitur: & hoc ipſum totidem verbis in orat. ad Quirites inculcat.

Sociis regibus.) Qui legationes ad Senatum pro conſuetudine mittebant.

Nihil iudices.) Non exercebantur iudicia, Comitia non habebantur, non cogebatur ſenatus.

D *Cum is exceſſiſſet.*) De ſe loquitur, cum is in exilium abiiſſet, qui non priuato conſilio, ſed auctore ſenatu ſupplicium de coniuratis ſumpſerat.

Faſces fractos clariſſimi Conſulis.) Apparet P. Lentulum ſignificari, & eius quoq; faſces hoc tempore fractos. ſicuti anno ſuperiore A. Gabinij fuerant, vt patet ex Piſoniana & ſeq.

Tribuni pl.) P. Sextij, qui omnem magiſtratus ſui vim ad conficiendum Ciceronis reditum contulit: vt ſæpe iam dictum eſt.

Sanctiſſimum corpus.) Corpora Tribunorum pl legibus ſacratis ſacroſancta fuiſſe, nemo neſcit.

E *Vulneratum ferro.*) In Sextiana, vbi hæc copioſius narrat, ait illum plus viginti vulneribus, in illa ſeditione, de qua modo dixi, confectũ, exanimatum concidiſſe, & pro occiſo à Clodianis relictum.

Deus noſtræ vitæ.) Quippe, qui me à morte ad vitam, à deſperatione ad ſpem, ab exilio ad ſalutem reuocauit: vt ipſe poſterius loquitur. Sic in ea pro Sextio: *Quem ego Deum ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei, & fratris rerumq; noſtrarum.*

Lumen conſolatus ſui.) Hoc facinus omnium, quæ in conſolatu ſuo gereret, maxime memorabile: quodq; inter alia ipſius acta, tanquam clariſſimum lumen eluceret.

Vt eſt deſignatus.) Simulatq; deſignatus fuit, multo antequam magiſtra-

giſtratum gereret, cum ad gloriam ſuam, atq; ad ampliſſimi beneficij A gratiam magis pertinere videret, cauſam illam integram ad ſuum conſulatum reſeruari, tamen rem talem, per alios quam per ſe tardius confici maluit. In Sextiana.

Vt eſt deſignatus.) Significat eum morem, quem Agellius commemorat, vt poſt comitia conſularia Conſules deſignati primi ſententias rogarentur,& eorum is prior,qui priore loco declaratus eſſet.

Pedibus iret) Quomodo per diſceſſionem S.C. fieret, docuimus in libello de Senatu.

Scribendo adeſſet.) Hac quoq; de re in eodem libello diximus.

Vt ante dixi.) Paulo ſupra his verbis: *Caput mea proſcriptionis recitaretur. Lex autem à pacato populo & ordine ac more maiorum fertur: proſcriptio à victore Tyranno,pro imperio,ciuitate oppreſſa promulgatur.* Sic quoq; in ea de prouin.conſular. locutus eſt: *Iidem illam proſcriptionem capitis mei, contra ſalutem Reipub.ſed ſaluis auſpiciis rogatam eſſe dicebant.* B

Nominatim.) Hoc dicit propter leges ſacratas,& XII tab quibus ſancitum erat,vt ne priuilegium irrogari liceret,neve de capite ciuis,niſi comitiis centuriatis rogaretur.

Sanciret.) Confirmaret. Nam quæ Cicero aduerſus coniuratos geſſerat,auctore Senatu geſſerat. Violata igitur erat Senatus auctoritas, cum ob eam cauſam,quia Senatui paruerat,ipſe violatus eſt. C

Conſulari vulnere) Piſonis & Gabinij.

Q. Catulo) Filio eius,qui cum C.Mario Conſul fuit,nam hoc ipſum illi in Orat.pro Domo adtribuit.

Cinnano tempore.) Cum L. Cinna & C Octauius Conſules Remp. mutuis diſcordiis, belloq; ciuili labefactarunt. Nota eſt hiſtoria ex Appiano,Plutarcho,Floro & aliis.

Q. Metellus) Hoc addit ad obiectionem tacitam, Nam cum Q Metellus P Clodij frater adfinis eſſet,& cum Cicerone inimicitias exercuiſſet, videbatur,ſi ſolus conſul fuiſſet, Ciceronem non admodum adiuturus Hic eſt Q Metellus Nepos ad Q Metellum Celerem Galliæ proconſulem, ipſius fratrem exſtant epiſt. Cicer lib.fam v. D

Auctorem adſcriptoremq.) *Auctor* fuit, cum eius ſententiam alij ſecuti ſunt *Adſcriptor*,cum pro more nomen eius in perſcribendo S.C. apponeretur. De quo more dixi in libello de Senatu.

Mercatores prouinciarum) Nam Piſo & Gabinius Conſules cum P. Clodio Tribuno pl.pepigerant,vt ſi Ciceronem in exilium eiicerent, ille Macedoniam,hic Syriam prouinciam proconſ.obtinerent.

Venditores veſtræ dignitatis.) Erat enim non conſulum,ſed Senatus vniuerſi munus prouincias decernere: vti patet ex orat.de prou.conſ.

Quorum alter.) A. Gabinius, qui in pueritia male ob Catilinæ conſuetudinem audierat;qua de cauſa Catilinam ipſius virum poſtea appellat. E

Alter Cethegum.) L.Piſo,nam C.Cornelius Cethegus,ordinis ſenatorij,vnus e coniuratis & inter primos fuerat,ei enim prouincia data erat,vt ianuam Cic. Conſulis obſideret, eumq; vi aggrederetur. Itaq; damnato gula in carcere per vindices rerum capitalium fracta eſt. Appianus eum prætorem fuiſſe dicit, de quo propterea diffido, quia Salluſtius ſimpliciter eum ſenatorem appellat; qui non videtur id in integra hiſtoria prætermiſſurus fuiſſe.

Quorum alter.) A.Gabinius.

Sanctiſ-

A *Sanctiſſima parte.*) Myſteria ea maxime ſancta exiſtimantur, quæ maxime occultantur: quæ aut raro aut nunquam vel attiguntur vel aſpiciuntur, *Pſeudothyron* poſtea nominat.

Et Gabinij.) Obſcænam infamiam ſignificat.

Poſtea publicam.) Nam equitatum in Syria & cohortes optimas perdidit.

In aram tribunatus) Ad arã aſyli cauſſa confugitur. *Tribunatus* vt ante diximus, magiſtratus eſt ſacro ſanctus, Itaq; Tribunis nihilo magis quàm maioribus magiſtratib. moleſtus eſſe priuatæ rei cauſſa nemo poterat. Geſſit autem Gabinius tribunatum Metello & Marcio Coſſ.

Vim pratoru) Vrbani, qui ius de pecunijs creditis reddebant.

B *Bonorum proſcriptionem*) Prætor Vrbanuus ex edicto mittebat in bonorum poſſeſſionẽ eorum debitorum, qui abſentes iudicio defenſi non fuerant. Cum dies 30 poſſeſſa eſſent, proſcribebantur: i. libellis palam fixis denunciabatur: ea bona auctione cõſtituta venditum iri.

Quo in magiſtratu) Tribunatum perſæpe magiſtratum appellari, alio quodam loco docuimus.

Rogationem de piratico bello) Tulit enim Gabinius, vt bellum aduerſus piratas Cneio Pompeio in triennium mandaretur. Pædianus in Cornel. Velleius lib. 2. & Plutarchus in Pompeio.

C *Tribunus pl.*) P. Clodius.

Ne auſpicijs) Tulit, nequis per eos dies quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret: ſed inuidioſe hæc ita efferuntur.

Obnunciare) Quidam hæc tanquam diuerſa notarunt & interdum ſine obnunciatione per auſpicia legũ lationem impediri putant. Sed Pedianus in Piſoniano vnum idemq; hic notari oſtendit. *Tulit legem*, inquit, *nequis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret. properquam rogationem* ait *legem Fuſiam & Æliam propugnacula & muros tranquillitatis & otij euerſam eſſe*. Obnunciatio enim, qua pernicioſis legibus reſiſtebatur, quam Ælia lex confirmauerat, erat ſublata.

D *Concilia aut comitijs*) *Concilium* populi dicitur proprie intra vrbem, in foro, cum de legibus ſciſcendis ciuibuſve iudicandis agitur. *Comitia* vero cum in campo Martio pop. ad creandos magiſtratus conuenit.

Ne legi intercedere) Nouem tribunis legem ferentibus, decimus qui intercederet, obſiſtere poterat. Tulit ergo P. Clodius vt Tribuno pl. legem ferenti nemo intercederet.

Certiſſima ſubſidia Reipub.) Sic in Piſoniana leges illas appellat, *propugnacula muroſq́ tranquillitatis & otii*. vt paulo ante dictum eſt.

De Capitolio veniſſet) Hominum enim viginti millia veſtem pro ſalute Ciceronis mutarunt. Hac de re & ipſe in Sextiana, & Dio. E lib. 38.

Cincinnatus ganeo.) Qui ſibi calamiſtro, id eſt, ferro calefacto, capillos in cincinnos, quaſi ſemi circulos intorquet. Acerbe in Gabinij nequitiam.

Nonarum Decemb.) Quo die S.C. de coniuratis plectendis factũ eſt, quod indicatur lib. Fam. 1. in Epiſtola, *Periucũda*: & ſupplicium de ijs ſumtũ, vnde illud in or. pro Flacco. *ô Nona illa Decẽbres, quæ me conſule fuiſtu: quem ego diem vere natalem huius vrbis aut certe ſalutarem appellare poſſum.* Hinc illud Bruti, qui Cæſarem occidit ad Atticum: *an quia nos omnib. horis iactamus idus Martias, ſimiliter atq; ille nonas Decembres ſuas in ore habet & meliore cõditione &c.* Erant autẽ illo die, itẽ vt alijs nõnullis

antea

antea fuerant, armati equites R. in cliuo Capitolino, circa templum A concordiæ. Qua de re Salluſtius ſic ſcribit: *Nonnulli equites Romani qui præſidij cauſa cum telis erant circum ædem concordiæ, ſeu animi mobilitate, &c.* Scribit etiam eadem de re Cicero in Sextiana, & Phil. III. Et Suetonius præclare in C. Cæſare.

Compellauit) Acrius obiurgauit, increpuit, male accepit verbis. ſic infra: *nominatim alij compellabantur.*

L. Lamiam.) Sic in Sextiana: *L. Lamiam in concione relegauit; edixitque vt ab vrbe abeſſet millia paſſuū ducenta, quod eſſet auſus pro amico deprecari.*

Cenſuiſſetis) Senatuſconſulto proprie de ea re facto, quòd pro me vno poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptum eſt: vt ipſe B ſcribit in oratione pro Cn. Plancio.

Prætexta) Qua maiores magiſtratus vtebantur; & quam tum quaſi in publica calamitate ob veſtis mutationem abiecerant.

Grauiſſima ciuitatis) Rectius in manu ſcripto libro: *Gratiſſima* magis enim amici luctus ad grati animi memoriam, quàm ad grauitatem pertinet.

Tyrannus) Sic in Sextiana: *quis vnquam conſul Senatum ipſius decretis parere prohibuit: quis Tyrannus miſeros lugere vetuit?* Item: *ſiue illa mutatio ad luctum ipſorum, ſiue ad deprecandum valebat, quis vnquam tam crudelis fuit, qui prohiberet quenquam aut ſibi mœrere, aut cæteris ſupplicare?* Et in C Piſoni. *Quis hoc fecit vlla in Scythia Tyrannus, vt eos quos luctu adficeret, lugere non fineret?*

Circo Flaminio.) In foro non longe à Roſtris fuit & Circus maximus. & Circus Neronis. in Sextiana hoc ipſum commemorat.

Madenti coma) Vnguentis pro conſuetudine, de qua apud Plautum in Caſina.

Grauis auctor) *Auctores* dicuntur in legibus ferendis, ſenatores primarij, qui ad eas ſuadendas aut diſſuadendas adhibentur: quorum alij poſtea ſententiam ſequuntur. Sic in Piſon: *Productus in concionem ab eo, cùm eſſes interrogatus quid ſentires de conſulatu meo, grauis auctor, Calatinius credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus &c.* Liuius lib 45, tra- D ditum fuiſſe ſcribit, nequis prius intercederet legi, quam priuatis ſuadendi diſſuadendique legem poteſtas facta eſſet: eoque perſæpe eueniſſe, vt qui non profeſſi eſſent, ſe interceſſuros, animaduerſis vitijs legis ex ratione diſuadentium intercederet, & qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent, victi auctoritatibus ſuadentium legem.

Saltatoris) Patet ex orat. pro Deiotaro, ſaltationem apud Romanos probro fuiſſe: ſiue propter leuitatem, ſiue propter obſcœnitatem E motus, qua ſaltantes vtebantur.

Cæſoninus Caluentius.) Caluentius homo Gallus è patria in Italiam venit, Placentiæ conſedit. vbi in ciuitatem receptus eſt. Inde Romam cum filia profectus, eam Piſoni Cæſonino huius L. Piſonis patri collocauit. Cic. in Piſoniana, & in eandem Aſco.

Conſulis ſtudium) Hoc quid ſit non facile diuinarim. Cogitandum ecquid.

Conſulendi) Melius quadraret. nam adoleſcentes ſeſe ad iuriſconſultos iuris diſcendi cauſſa conferre ſolitos, nemo eſt qui neſciat. Deniq; hoc ipſum ſignificare videtur, cum in Piſo. ſic loquitur: *Nunquam erat audita vox in foro, nunquam periculum factum conſilij.*

Non

A *Nondiſcendi initia rei militaris*) Nthil muto, velim tamen antiquos libros conſuli ſi quis forte ſcriptum ſic haberer: *Non dicendi initia, non rei militaris &c.*

Cognoſcendorum hominum) Inſinuandi ſe in hominum notitiam & familiaritatem.

Cappadocem) E Cappadocia magnum ſeruorum venalium numerum, Romam adduci ſolere, teſtis eſt Strabo lib. 14.

De grege venalium) Fabius lib. 8 cap. 2. *Quod commune eſt & alijs nomen intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: vt vrbem Romam accipimus & venales nouitios: cum ſint vrbes aliæ quoq́, & venalia multa.* Itaq; Cicero in
B Piſoniana, *Nouitios* appellauit, quos hic *Venales*. *Nemo*, inquit, *queritur, Syrum neſcio quem de grege nouitiorum factum eſſe conſulem.*

Pſeudothyro) Quod ſuperius ſignificauit his verbis: *qui ne à ſanctiſsima quidem parte corporis potuiſſet hominum impuram temperantiam propulſare.*

Cum Graculis) Eadem fere & in Sextiana & in Piſoniana commemorat.

Penitus illi diſciplinæ) Epicuri enim quædam ſunt dogmata à recto Philoſophandi genere, non aliena quæ Piſo contemnebat.

C *Ex iſtis ineptiis*) εἰρωνικῶς. nam quaſi in Piſonis perſona loquitur.

Prudentiſſimam ciuitatem) Quam qui primi fundarunt, alieniſſimi ab otio & voluptatib. virtuti autem & induſtriæ deditiſſimi fuerunt.

Vultum importunum) In Sextiana & Piſoniana copioſe vultus iſte Piſonis ſuis coloribus depingitur.

Latere poſſe) Populum enim ſuis rugis & ſupercilio decepit: vt mox inferet.

Piſonum adfinitatem) Senſus hic videtur: Ne quidem ille nunquam fefellit, quamquam cum nobiliſſimæ gentis nomen ferret, & ex ijs eſſet, qui Frugi cognomen haberent, non ſtatim hominem penitus
D cognouit. Dixit autem *Adfinitatem* κατὰ μείωσιν, κατὰ γενικῶς: ne ſi cognationem dixiſſet, omnino videretur illi Piſonum familiæ gentilitatem concedere.

Quem longe hinc) Legendum opinor in muliebri genere *Quam*: vt ad verbum *adfinitatem* referatur & ſit ſenſus, quam adfinitatem cognati eius materni, qui Galli ſunt, longe hinc ab hac Piſonum ſtirpe, vſq; trans alpes, ad ſuos ttanſtulerunt. Quid autē ſignificet, ex ijs quæ de Caluētio & Cæſonino ſuperius diximus, facile eſt intelligi. Cum hęc ſcripſiſſem manu ſcriptū librū conſului, vbi *Quā* apertiſſime legitur.

Notata) Cum forte per impudentiam ab eo qui capillos intor-
E quet, attingitur.

Prouinciarum fœdere) Syria & Macedonia vt ſuperius dictum eſt.

Senatui populoque) Nam ante ſenatum ordines reliqui iam fecerant. In Piſonian.

Sententijs) Nam ſenatus veſtem mutandam cenſuerat. Conſules autem contra quàm ſenatus cenſuiſſet, vt ciues ad veſtitum redirent, edixerunt.

Domicilium ſuperbiæ) Capua inter tres maximas, Romam, Carthaginemque olim numerata: vt ait Flo. lib. 1. Itaq; noſter in prima contra Rullum. *Qui locus*, inquit, *propter vbertatem agrorum, abundantiamque rerum omnium ſuperbiam & crudelitatem genuiſſe dicitur*, qua de cauſſa

Plin. lib.

Plin. lib. 3 felicem eam appellat: & (vt veteres dixerunt) *ſummum liberi patris cum Cerere certamen*, De campanorum ſuperbia Liu. lib. 9. & Valerius lib. 9. cap 5. A

Sicut ergo eo tempore) Hoc quid ſit fateor me non intelligere. alius fortaſſe acutior videbit. Incidebat tamen ſuſpicio, an non tale quiddam deeſſet. *Quo duum viratum gerebas*. Nam Capuæ Duumvir Piſo fuit. Sed nihil huiuſmodi adfirmo.

Cum tuo illo pari) Sic in Piſoniana: *Cum illo ſuo pari, quem tamen omnibus vitijs ſuperare cupiebat.*

Miſericordiam) Sic in Piſoniana. *Productus in concionem cum eſſes interrogatus, quid ſentires de conſulatu meo, reſpondes crudelitatem tibi non placere.* B

Peſtem) Coniuratos catilinarios.

Adfinem tuum) Cicero Tulliolam filiam ſuam Piſoni huius propinquo collocarat.

Comitijs prærogatiuæ) Quæ fuerit *prærogatiua tribus*, diſce ex Aſcon. in Diuin.

Primum cuſtodem) In Piſoniana paulo aliter, *cui primam*, inquit, *comitijs tuis dederas tabulam prærogatiuæ.* Quod vir doctiſſimus N. Gracchius ſic interpretatur, quaſi ſinguli candidati ſingulis amicis ſuis tabulam darent, in qua numerum ſuffragiorum, quib à prærogatiua creati ſui candidati eſſent, punctis notarent, quod cum maximi momenti eſſet, munus hoc cuſtodiendi, id eſt ſuffragiorum numerum obſeruandi, non niſi fideliſſimo & certiſſimo amico mandabatur, cuſtodem autem eum dici, qui quid obſeruat nemini ignotum eſt. C

Tertio loco) Nam & honori & amicitiæ tribuebatur, inter primos ſententiam rogari. Idem in Piſon.

Meum generum) L. Calpurnium Piſonem ſic in Sext. *Gener & Piſo gener à Piſonis Conſulis pedibus ſupplex reijciebantur.*

Vnam quidem horam) Hoc pluribus verbis in Sext. exponit. vbi ait, *Conſules ne noctem quidem inter ſuum diſcrimen & eorum prædam intereſſe paſſos fuiſſe* Et alibi: *Illo, inquam, ipſo die, die dico? imo hora, atq; etiam puncto temporis eodem mihi Reiq; publicæ pernicies Gabinio & Piſoni prouinciæ rogata eſt.* D

Concidiſſe Remp.) Ciceronem exilio damnatum eſſe.

Arbitria funeris) Sic in Piſoniana: *Eodem & loci veſtigio & temporis, arbitria, non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti.* Et in ea pro domo: *videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata arbitria petentis funeris.* Vt facile appareat, arbitria in funeribus dici ſolita, pro mercede libitinariorum veſpillonum, pollinctorum: eorum denique omnium qui mercede funera iurabant.

Vicinum Conſulem) Piſonem. Nam in Piſoniana ſcribit, eum ſocrus ſuæ domum, ad ſuam domum exhauriendam patefeciſſe. E

Vicinum alterum Conſulem) Gabinium: ſic pro domo: *cùm domus in palatio, villa in Tuſculano, altera ad alterum Conſulem transferebatur: columna marmorea ex ædibus meis &c.* In fundum autem Vicini Conſulis non inſtrumentum, aut fundamenta aulæ, ſed etiam arbores transferebantur.

Ærarium prouinciæ) Clodius in lege qua prouincias illis attribuit, adſcripſit, vt ijs magna pecunia ex ærario, quaſi ad prouincias adminiſtrandas neceſſaria daretur, quam tamen poſtea cum ipſis partitus eſt, vt in orat. pro domo: & in Sextiana legimus.

T. An-

A *T. Annio.*) Milone, qui cum hoc anno Tribunus pleb. eſſet, omne ſuum ſtudium, ad Ciceronem reuocandum contulit, vt hic & in Sextiana & Miloniana multis verbis teſtatur.

Iudicio frangendum) Milo enim Clodium de vi reum fecit, quod ipſius domum oppugnaſſet, & cædem in foro cum gladiatoribus feciſſet. Dio. lib. 39. Cicero. lib. ad Attic. 4. *Nam Milonis domum meamq; in Ceramio expugnare, & incendere ita conatus eſt, vt palam hora quinta cum ſcutis homines, eductis gladijs, alios cum accenſis facibus adduxerit.*

P. Sextius) Alter tribunus pleb. pro quo exſtat Ciceronis oratio, in qua hæc fuſius explicantur.

B *Tam populare*) Cum Senatores fere optimates ſint.

In priuato iudicio) Cum Cicero iudex eſſet in iudicio quodam additus, in quo de re ipſorum ageretur.

Cuius patri.) Cicero Sex. Peduceo Prætori in Sicilia quæſtor fuit, Videndum igitur cui adoptatus hic ab illo fuerit.

Q. Fabritius.) *Princeps rogationis, qui octauo Kal. Febr. roſtra mature occupauit, vt de me cum populo ageret.* In Sextiana.

Ianuario.) Illo die 8 Kal. Februarij.

Iam vere pratores) Hactenus octo Tribunos pl enumerauit, qui ipſius reditum adiuuerunt, duo reliqui non conſenſerunt: Numerius C Quintius & Sex. & Attilius Serranus, non interceſſerunt tamen: cum tamen & Senatus & omnium magiſtratuum conſenſum viderent.

L. Cacilius) Prætor Vrbanus.

Pene omnibus.) Præter vnum App. Claudium P. Clodij fratrem.

In ius adeundi.) Iudicio diſceptandi. Nam prætoris Vrbani poteſtas erat iudicium dare, vel denegare. Puto autem de ipſis Ciceronis bonis controuerſiam fuiſſe. nam de alijs rebus actionem, quo iure denegaſſet.

D *Non indicem*) Vetus liber *Vindicem*: quod meo quidem iudicio, multo rectius eſt.

Huic homini) P. Lentulum conſulem in ſella curuli ſedentem vultu oſtendit.

Vt cuncti) Sic in Sextiana: *In mea vna cauſſa poſt Romam conditam factum eſt, vt literis conſularibus ex S. C. cuncta ex Italia omnes, qui Rempublicam ſaluam vellent, conuocarentur.* Et pro domo. *Senatus decreuit vt omnes qui Rempublicam ſaluam eſſe vellent, ad me me vnum defendendum venirent.*

A te Romulo.) Nunquam poſt te, id eſt poſt ea quàm id inſtituiſti, E ea vox alibi quam in exercitu apud præſentes & audientes milites vſurpata eſt: niſi hoc tempore cum Romæ à cuncto Senatu pronunciata etiam per vniuerſam Italiam valuit.

Conſul vſus) Duo notat quæ verborum illorum ſollennium propria ſunt, vt & apud præſentes atq; audientes, & ab vno conſule pronuncientur eamq; conſuetudinem ſemper vſq; à Romulo obſeruatam dicit. at nunc & ad abſentes miſſa ſunt, & ab vniuerſo Senatu pronunciata. Verba autem illa ſignificat, quæ in tumultu, eductis è Capitolio vexillis, is qui exercitum ducturus erat, dicere ſolebat: *Qui Rem. ſaluam eſſe vult, me ſequatur.* Auctor Seruius in lib. Æneid. 8.

Q. Metellus.) Nepos: qui Conſul erat cum Lentulo.

Frater inimici) Sic in oratione pro Cælio: fratrem patruelem Clodij Metel-

Metellum hunc appellar, oratorie potius, quam ex Iutiſconſultorum ſubtilitate: qui conſobrinum potius dixiſſent, quia P. Clodius Cæciliæ filius erat, quæ huius Metelli Nepotis amita fuerat. A

Triuata edia.) Sic in Sextiana ſcribir, ex magnis contentionibus Reip. maxime ſibi inimicum fuiſſe. Et de prouin. Conſul. *Quid? Q. Metellus Nepos nonne conſul in templo Iouis Opt. Max. permotus cum auctoritate veſtra, tum illius P. Seruilij incredibili grauitate dicendi, abſens mecum ſumme ſuo beneficio, rediijt in gratiam.*

P. Seruilius.) Iſauricus, qui & conſulatum & cenſuram geſſit, & de Iſauris, quos in Cilicia domuit, triumphauit. Flo. lib. 3. Eut. lib. 6. Velleius lib. 2. B

Communis ſanguinis.) Nam Iſauricus Q. Metelli Macedonici nepos erat ex filia: quod ex orat. pro domo intelligitur: vbi Cicero eum alloquens, Macedonicum eius proauum appellat.

Fratrem ab inferis.) Significat Q. Metellum Celerem, qui Cicerone conſule Prætor cum eſſet, ei in opptimenda coniuratione adiutor ac ſocius exſtitit.

Numidicum illum.) Qui poſt conſulatum Numidiam ſortitus, duobus prælijs Iugurtham fudit & Numidiam vniuerſam domuit. Sall. in Iugurtha. Epit. Liuij LXV. & plene auctor libelli de viris illuſtrib.

De patria diſceſſus.) C. Satutninus Tribunus pl. cum legem Agrariam per vim tuliſſet, Numidico iurare in illam recuſanti diem dixit, qui cum à bonis ciuibus defenderetur, ne cauſa malorum certaminum eſſet, in voluntarium exilium Rhodum profectus eſt. Qua de re multa Ciceto in Sextiana, in Piſonem pro Balbo. & Epit. 69. Appian. lib. 1. Plut. in Mario auctor lib. de viris illuſtribus. C

Ad ſcriptor.) Nam ſcripto S. C. eorum omnium nomina, quorum de ſententia factum fuerat, adſcribebantur: qui ſcribendo etiam adeſſe ſolebant, vt in libello de ſenatu docuimus.

CCCCX ſenatores eſſetis.) Antiquus liber aperte: *cum quadringenti nonaginta eſſetis*, vt vna litera, C. in fine deſideretur, & vox *Senatores*, gloſſam ſuboleat. D

Diſſenſit vnus.) P. Clodius. Nam in ea pro domo: *cum* inquit, *de mea dignitate in templo Iouis Opt. Max. ſenatus frequentiſſimus, vno iſte diſſentiente decreuiſſet.*

In concione.) Paulo poſt de oratione quam Pompeius ad populum habuit commemorat.

Vocem acerbam.) Nam populus, ſi quid ab eo qui concionem habebat, dictũ eſſet, quod improbaret, admurmurare ſolebat. quod accidit Ciceroni ſdum pro C. Rab. perduellionis reo ad popul. orat. quæ exſtat haberet. E

Decreuiſti.) De hoc S. C. ſuperius dictum eſt. Et hac tota de re meminit etiam in ea pro Sextio.

Caluminaretur. (Malitioſe moras necterent. Sic in epiſt. ad Lentulum: *Res ab aduerſarijs noſtris extracta eſt varijs calumnijs.*

Res cum rediſſet.) Legendum vt in antiquis: *Ad res cum rediſſent.* Nam in Sext. *Atque* inquit, *vt ijdem ad res redeuntes, vt venirent rogarentur.*

Natalem conſtituit.) Alio quoque loco idem dicit. *natalem* appellat quia eo die à morte ad vitam reuocatus eſt.

Comitiis centuriatis.) Quæ extra pomœrium in Campo Martio à

A populo per claſſium centurias diuiſo ſic habebãtur, vt & centuriatim ſuffragia colligerentur, & quod plures cenuturiæ iuſſiſſent, id ratum haberetur. Hoc autem ipſum de ſe ipſe ad Lentulum ſcribens. lib. Fa. 1. confirmat his verbis. *Me vniuerſa reſpub. duce ſenatu, comitante Italia, referente conſule, comitijs centuriatu, cunctis ordinibus hominibuſque incumbentibus, omnibus denique ſuis viribus recuperauit.*

Maxime iuſta.) Id eſt, ſumma & maxima: Erant enim & populi vniuerſi, & à maioribus tantum magiſtratibus & maximis auſpicijs habebantur.

Conſulem fecerant.) *Conſul* enim vtpote ex maioribus magiſtratibus

B comitijs centuriatis creabatur.

In Campo.) Martio, vbi centuriata comitia habebantur: & Lex de Cicerone reuocando à Lentulo Cos. lata eſt: quemadmodum in ea pro domo legimus. *Ille vero dies quis fuit, cum te P. Lentule, legem de me ferentem populus. R. ipſe vidit, ſenſitque quantus & quanta dignitate eſſes: conſtat enim nullis vnquam comitijs Campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore, omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruiſſe.*

Illa dignitate.) Hi fere Senatores erant, eius amici de quo in comitijs agebatur. Ergo, vt quiſq; ſumma dignitate amicum habebat ab eo, iſto munere obeundo ornabatur. Itaq; hac ipſa de re in Piſo-

C niana ſic ſcribit: *Quæ lex quemadmodum accepta ſit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, nemini ciui vllam quo minus adeſſet, iuſtam excuſationem eſſe viſam, nullis comitijs vnquam multitudinem hominum tantam, neque ſplendidiorem fuiſſe. hoc certe video quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos cuſtodes fuiſſe tabularum, & quod in honoribus veſtrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excuſatione, vel honoris, id in ſalute mea, nullo rogante, vos veſtra ſponte feciſſe.*

Rogatores.) Inſtituti ſunt olim in comitijs, quo tempore ſuffragia non tabella ſed voce ferebantur, qui centurias ſingulas ſuum ſuffragium rogarent. poſtea latis legibus tabellarijs retenta ſunt, vt ciſtam

D per centurias ferrent, in quam ſuffragij tabul. pop. conijceret.

Diribitores.) Qui tabellas ſuffragiorum populo per centurias diriberent, id eſt, diſtribuerent.

Cuſtodes.) Qui & ne quid in ſuffragijs fraudis admitteretur, obſerbant, & cuiuſque centuriæ educta è ciſta ſuffragia punctis notabant.

Propter metum.) De inſidijs Pompeio poſitis, & quemamodum domi ſe propterea tenuerit, ſuperius dictum eſt.

Superioribus Tribunis.) Superioris anni.

Promulgarent & referrent.) *Promulgarent* ad populum, *referrent* ad Se-

E natum.

Colonia nuper conſtituta.) Capuam ſignificat, quam C. Cæſar in primo conſulatu deduxerat.

Gereret magiſtratum.) Cæſar deductæ Capuam Coloniæ duum viros præfecit L. Piſonem ſocerum & Cneum Pompeium generum, in Sext. Piſon.

Interceſſorum.) Legendum videtur, *interceſſor*, Nemo, inquit, repertus eſt mercenarius interceſſor Capuæ, ſicuti fuit ille Ælius Ligur, qui Senatus decreto, quod de me, referente L. Mummio, factum erat, interceſſit, vt in Sext. oratione legimus, nam illum hoc loco perſtringit.

epſque) Id eſt primus.

Italia præſidium.) Sic in ea pro domo: *Hic municipia Coloniaſque adijt, hic Italia totius auxilium cupientis implorauit.* A

Priuilegij.) Cicero legem Clodiam de ſe latam inuidioſe *priuilegium* multis locis appellat. Pro domo: *vetant leges ſacratæ, vetant leges* XII. *leges priuatas hominibus irrogare, id enim eſt priuilegium.*

Conſignauit.) Subobſcurus locus. videtur autem ſignificare Campanos in decreto quod de Cicerone adiuuando fecerunt, legem Clodiam & priuilegium appellaſſe; & tamquam violentam & crudelem notaſſe. Nam in ea pro Milone, de Pompeio loquens. *Qui cum de me, inquit, decretum Capuæ feciſſet, ipſe cunctæ Italiæ cupienti & eius fidem imploranti ſignum dedit, vt ad me reſtituendum Romam concurrerent.* B

Corporis vulneribus.) Superius ex oratione Sextiana dictum eſt, illum vulneribus plus viginti adfectum fuiſſe.

Deorum numero.) A quibus enim ſumma in hominum genus beneficia promanarant, eos antiqui in Deorum numerum reponebant.

Sic in omnibus.) Vetus codex *Hominibus*: quod ſine dubio multo eſt rectius.

De priuatis vni.) Patet Cn. Pompeium ſignificari, qui tum magiſtratum nullum gerebat.

Quod licuit.) Per Conſulum interdictum. C

Suis periculis.) Cum in capitis iudicium vocati eſſent.

Mihi priuato.) Depoſito conſulatu.

Dixerat Conſul.) Gabinius.

Cliui Capitolini.) De hoc ſuperius eſt dictum.

Compellabantur.) Acerbius obiurgabantur.

Citabantur.) Rei, vt in Sextiana.

Relegabantur.) L. Lamiam ſignificat.

Aditus templorum.) Significat gradus templi Caſtoris, quos Clodius poſteaquam in illud aſcendit, vt legem per vim ferret; euellendos tollendoſque curauit: niſi qui ei aduerſarentur, ingredi in templum & eum deturbare poſſent: vt ex Sextiana intelligitur & ex his Piſonianæ verbis: Id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus, à coniuratorum reliquis armis tenebatur. Pro domo: *Cum vero gradus Caſtoris conuelliſti ac remouiſti, tum vt modeſte tibi agere liceret, homines audaces ab eius templi aditu atque adſcenſu repuliſti.* D

Ad portas.) C. Cæſarem ſignificat, qui (teſte Plutarcho) eum Galliam vtranque cum imperio & exercitu obtineret, tamen non prius ad bellum profectus eſt, quam Cicero ex Italia pulſus eſſet. Clodii enim beneuolentiam ſibi retinere voluit, ne ea quæ conſul contra leges & auſpicia geſſerat, à Tribuno pl. reſcinderentur: vt in Piſoniana Cicero ſignificat. E

Magnoque exercitu.) Legionibus quatuor præter auxiliares: vt Plutarchus ſcribit in Cæſare.

In multos annos.) In quinquennium lege Vatinia & contra legem Semproniam. Cic. in Vatin. Sueto. in Iulio: Plutarchus in eodem.

Nunquam inficiando.) Adludit ad illum verſum L. Accii Poetæ, quem Aſconius notat in Piſoniana: vbi ſic loquitur: *Quanquam quod ad me attinet nunquam iſtam imminutam curam inficiando tibi.*

Simulatione collegiorum.) Legem Clodii ſignificat, vt collegia id eſt conuentus artificum à Numa inſtituti & magna ex parte tum à legib.

A tum à S.C.ſublati,multique alij reſtituerentur. Cicero in Piſo. collegia non ea ſolum quæ Senatus ſuſtulerat, reſtitura, ſed innumerabilia quædam ex omni fece vrbis ac ſeruitiorum conſtituta. Hac de re Dio.lib.38.

Tribunitij ſanguinis.) P. Clodij. Similiter in Planciana. *cadente in hexametrum periodo: victoria noſtra graues aduerſarios parates,interitus nullos vltores eſſe videbam.*

Sine ferro.) Quia ſola Senatus auctoritate,laqueo gulam condemnatis in carcere frangi iuſſit.

Quæſtiones.) Sic appellantur iudicia publica.

E *Cn.Plancius.*) Qui tum quæſtor fuit in Macedonia. Is eſt pro quo exſtat oratio, cuius in epilogo Plancij erga ſe patria exſulantem officia commemorat.

In filij loco.)De hac quæſtoris cum prætore neceſſitudine, diximus in diuinatione.

P.Popillio.)Totum hunc locū totidē pene verbis inculcat in ora.ad Quirites poſt reditum: Hic eſt P.Popillius, qui cum in conſulatu in eos qui cum T.Graccho conſenſerant, iuſſu ſenatus animaduertiſſet,poſtea C.Graccho legem aduerſus eos ferente, qui ciues Rom. indicta cauſa ex vrbe eieciſſent,in exilium abijt: & aliquanto poſt à

C L.Beſtia Tribuno pl. reſtitutus eſt Plutarc.in Gracchis: Valer.lib.4. cap.7 Cicero in Bruto,& in oratione pro domo.

Q.Metello.)De quo ſatis copioſe ſuperius dictum eſt.

Filius.) Metellus Pius, qui ex adſiduitate, quam in populo pro patre orando, adhibuit, hoc cognomen adeptus eſt. Velleius lib.II.

L.& C.Metelli)L.& Q.Metelli in ſeq.orat.

Pontum & Bithyniam.) cum Quæſtor proconſuli, vt in Pontum & Bithyniam iret obueniſſet.

Tribunitiis rogationibus.)Popillius,rogatione L.Beſtiæ. Hæc eadem totidem verbis in oratione pro domo.

D *Interfectis inimicis.*) Nam & Gracchus & Saturninus interfecti ſunt.

Cum alter.) Locus requirere vocem *Tamen* videtur: vt ſit, cum tamen alter.Nam hoc ſignificat poſtulatu ſenatus non ſunt reſtituti, cum tamen, &c.

Senatus paruiſſet.)Popillius,conſuli ſenatus mandarat,vt in eos qui cum Ti. Graccho conſenſerant, more maiorum animaduerteret. Valerius lib.4.c.7.

Vim eandemque.)Dictum eſt ſuperius de Numidici diceſſu.

Tertius ante me conſularis.)Primus fuit Popillius,alter Metellus.

B *Suis humeris reportauit.*) Vocem hanc crebro in orationibus vſurpat.Vnde illud Vatinij apud Macro.lib. Satur. II.qui Ciceroni humeris ſe reportatum glorianti dixit.*Inde ergo tibi per varices.*ſic enim legendum, non, *Vnde.* Plutarchus autem hac de re ita loquitur. καὶ τοσαύτῃ τὰς πόλεις χαρᾷ καὶ σπουδῇ τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν ἀπάντησιν εἶχον, ὥς τε τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κικέρωνος ὕστερον ἐνδεέστερον εἶναι τῆς ἀληθείας. ἔφη γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τῶν χώμων τὴν ἰταλίαν φέρουσαν εἰς τὴν ῥώμην εἰσενεγκεῖν.

Præſtare poſſim.)Virtutem & vitam.]

 A

PRO DOMO SVA AD PONTIFICES. B

ORATIO XXIX.

COMMENTARIVS Fr. O.

PRO *domo.*) Poſt profectionem Ciceronis ex vrbe, bona eius P. Clodius publicauit, poſtea direpta ſunt omnia, quæ aut in domo aut in villis fuerunt. domus direpta primum, deinde inflammata ac diruta. Hæc Aſcon. in Piſon. Ipſe vero ep. II. ad Att. lib. IV. *Diximus apud Pontifices prid. Kalend. Oct. acta res eſt accurate à nobis, & ſi vnquam in dicendo fuimus aliquid aut etiam ſi nunquam alias fuimus, tum profecto magnitudo doloris vim quandam nobis dicendi dedit.* C

Summa Reip.) Nam qui Pontifices eorum plerique etiam Senatores, atque adeo publici conſilij principes erant. non omnes autem Pontifices ſenatores fuiſſe, locus hic ex lib. ad Att. IV. demonſtrat: D *Kal. Oct. habetur ſenatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant ſenatores.* Et hanc ipſam illorum cognitionem bipartitam quoque fuiſſe, infra demonſtrat: *Quæ cum ſit in ius religionis & in ius reip. diſtributa, &c.*

Ciuium ſalus.) Conſuetudo Ciceronis, vt ex ea cauſa quam agit, totius reip. pendere ſalutem adfirmet cauſam autem in extrema orat. oſtendit: ne ſi iſta Clodii dedicatio in ciuitate probetur, idem poſtea omnes ſeditioſi Tribuni pl. audeant.

Perditos mag[illegible].) Magiſtratus modo dicit Tribunos pl. nam P. Clodius in tribunatu Ciceronis domum euerterat, & in area Libertatis atrium ædificarat. E

Sceleratorum ciuium.) Quorum opera Clodius omnia illa in tribunatu geſſerat.

De rep. ſenſi.) Quo tẽpore Cicero ab exſilio redijt hoc eſt prid. nõ Sept. Lentulo Metel. Coss. cũ eſſet annonæ ſumma caritas, & ad eam procurationem bonorum omnium ſermone Pompeius vocaretur, Cic. ſententiam dixit, in eiuſque ſententiam S C. factum eſt, vt cum Pompeio ageretur vt eam rem ſuſciperet, lexque ferretur. poſtridie Cicero concionẽ habuit, lex conſcripta eſt, qua Pompeio per quinquẽnium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarũ daretur.

 Sed

Digitized by Google

A *Sed conuicio.*) *Conuicium* dicitur de multis vocibus aut multorum ſimul, aut vnius frequentatis.

Summa religione.) De conſecrata Ciceronis domo à Clodio. nam Cicerone nec dum reuerſo eam conſecrationem improbarant. Dicitur autem *ſumma religio*, vt ſumma reſp.

Fuiſti tu.) Puto legendum, *Fuiſti tum*, & mox: *Sed iam.* Pontifices optimates erant. Cicero autem quod populus expetebat, ſuaſerat, vt frumentaria procuratio Pompeio mandaretur.

Exercitus terrore.) Cæſar tum propter Galliæ proconſulatum exercitum habebat: cuius metu, quaſi ei Cæſar ſubfragaretur, Clodius
E aduerſarios terrebat.

Obſeſſione templorum.) Hæc omnia Clodij & in Sextiana & alijs locis innumeris inculcantur.

Turbulento die.) *Eo biduo* (inquit ad Att.) *cum eſſet annonæ ſumma caritas, & homines ad theatrum primo, deinde ad ſenatum concurriſſent impulſu Clodij, mea opera frumenti inopiam eſſe clamarēt, accuratè ſentētiam dixi, &c.*

Cedere curaſti.) Pro *coegiſti*, non memini me ſimilem apud hunc locutionem animaduertiſſe.

Turbulento illo die.) Quo multitudo, vt dixi, propter annonæ caritatem concitata in Capitolium conuenerat. Itaq; cum L. Cæcilius
C prætor ludos Appollinares faceret, ita infima coacta multitudo annonæ caritate tumultuata eſt, vt omnes qui in theatro ſpectandi gratia conſiderant pellerentur. Hæc Pædianus in Milo. in qua ipſa Cicero ſcribit, huius Cecilij prætoris domum ob eandem cauſam oppugnatam fuiſſe.

Lentulus Metellus.) Quibus conſulibus & adiutoribus Cicero reſtiturus eſt. Metellus vero quas inimicitias cum Cicerone gerebat, eas reip. condonauit.

Frater tuus.) Nam Clodij ſororem in matrimonio habebat, vt in ea pro Cœlio: *Non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuiſſe ſcie-*
D *bas.* Sic infra: *A Q. Metello fratre tuo, conſule.*

Diſcenſioni.) Recte cum in manuſcripto, *Diſceſſioni* vitioſe legatur.

De qua agebatur.) Abeſt hoc totum à libro antiquo vitioſe. nam & rem qua de agebatur, & conſules qui agebant, coniunxit.

Nonnulli.) Omnes Conſulares, præter Miſſalam & Afranium, quod tuto ſe negarent poſſe ſententiam dicere.

Quorum lege.) Nam lege Cornelia & Cæcilia duorum iſtorum conſulum reuocatus eſt.

Populi ſermo.) Cum per eos dies ſenatus de annona haberetur, & ad eius procurationem ſermone non ſolum plebis, verumetiam
B bonorum Pompeius vocaretur, multitu loq; a me nominatim vt id decernerem poſtularet, feci & accurate ſententiam dixi.

Diſcerni.) Decerni legendum nemo non videt.

Prouincia frumentaria.) Quæ vectigal potius quam ſtipendium quotannis pendunt: vt Aſia, Sicilia.

Varietatem venditorum.) Qui alias merces ex iis locis quo frumentum miſerant, vehendas curabant, quam cuiuſmodi Romæ eſſent qui aliis in locis negociabantur.

Stimulator.) Vulgus ſic dixiſſet, Si finalis, hoc eſt rationatiua cauſa fuit annona, impulſiua, Clodius. Rectius tamen. *Sin cauſa.* Poteſt etiam ſic intelligi, vt *cauſam* pro ſpeciem & prætextum, interpretemur: vt paulo ante, *Ob annonæ cauſam.* Nati-

Natiuum, delatum.) Inſitum, aduentitium: quod intus eſſet, quod extrinſecus obueniſſet. alibi dicitur inreſtinum oblatum. A

Decuriatos.) Decuriare & centuriare paſſim vſurpatur pro conſcribere.

Annonam præſtare.) Caritatis euentum & periculum in ſe recipere.

Puerorum) Adpoſita puerorum multitudo fuerat, qui de caritate quiritarentur, & Ciceroni inuidiam crearent.

Operis.) Conductis ad cædem tanquam operariis. Ediderat autem quia tanta vndiq; multitudo ad comitia & legem de Cicerone reuocando iubendam confluxerat, vt annona multo grauior facta ſit.

In templo Iouis.) Paulo ante *templum concordiæ* nominauit. B

Vno diſſentiente.) P. Clodio.

Amico locupletiori) Cn. Pompeio: & adludit ad verbum iuris. nam *Delegare* dicuntur debitores, qui præſentem pecuniam non habent, cum alium debitorem quendam ſuum à pecunia paratiorem creditori ſuo adſignant.

Id quod omnes.) Abundat pronomen *Id*.

Rem maximam.) Rem frumentariam. ſic infra: *Nos quod rei maximæ ſummum virum perfecimus*, &c.

Populi R pœnitere.) Vetus liber hoc amplius, *Neceſſe eſt pœnitere*; quod mihi non placet. C

Cn. Pompeio) De extraordinariis eius imperiis dictum eſt in Manilianæ comment.

Quo auctore) Cum enim lex Manilia de bello Mithridatico ferretur, Cicero eam ſuaſit. Hi proprie auctores legum dicebantur, & extat oratio.

Vtendum.) Tum enim Lucullum & alios complures Pompeij obtrectatores habuit.

Diſputare.) Cum iis qui probabiles & ſpecioſas quaſdam rationes adferunt, diſputare poſſum: Clodij vero impudentiam ferre non poſſum. D

Publicaſſet.) Clodius legem tulerat, vt Cypri regnum vniuerſaq; Gaza regia publicaretur: in Sextian & apud Dion. lib. xxxviii.

Eodem iure.) Hæreditario, ex paterna ſucceſſione, ſocius autem à ſenatu nondum erat appellatus.

Huius imperij.) Fortaſſe deeſt, *nomine*.

Produxeras.) Productionem pro roſtris, non puto hic intelligi Fortaſſe *producere* nunc dixit, pro euehere, promouere, ornare, augere illo extraordinario imperio. Sic de finib. iii. *Vt nemo dicit in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem.* &c. E

Subduxeras.) In Sextiana: *Non illi ornandum M. Catonem, ſed relegandum putarunt.*

Carnificem.) Significat eius ſententiam in ſenatu de necandis Catilinariis dictam.

Nominibus.) Abuſiue, pro *cognominibus*.

Libertatem.) Non intelligo, niſi aut ſubaudiatur aut addatur *Intercedendi*. nam Cæſarem extraordinaria imperia concupiſſe, notum eſt.

Conſilium.) De Catone per honoris ſpeciem relegando.

Ciciliam dediſſet.) In Sextiana: *Vt Gabinio pro illa ſua Cilicia, quam ſibi, ſi remp. prodidiſſet, pactus erat, Syria daretur.*

A *Lege generi.*) C. Cæſaris. Vide in Indice noſtro legum R. *Lex Iulia de*
prouinc. & in orat. de prouinc. conſular.

C. Gracchus.) Vide in eodem Indice *Lex Sempronia de prouinc.*

Decreta lege.) Mendoſus locus: nam aut verbum *Decreta* tollendum
eſt, aut legendum, vt ſæpe apud hunc ipſum, *Rogata lege.*

Helluoni prægustatori) Non dubium eſt, quin eam fœditatem ſignifi-
cet, quam & mox & aliquanto poſt notabit.

Lege tua) Vide Clodiam de annona, in Indice legum R.

Priuilegium.) Contra XII. tab. & ſacratas leges.

Iiſdem machinis.) Serendis inter me & Pompeium inimicitiis, exci-
B tandis apud illum ſuſpicionibus. Satis enim conſtat Ciceronem à
Pompeio deſertum fuiſſe.

Quis ſenatus) Pro, *Quis apud ſenatum.* ſimile loquendi genus non
memini.

Vtile Reip. fuit.) Propter nouorum motuum formidinem.

Potuiſſe iure pub) *Ius publicum* modo ſpeciatim poſuit, pro eo quod
proprie ad magiſtratus pertinet, nam à pontificio iure id ſeiungit. Ge-
neraliter autem *ius publicum* eſt, *quod*, vt ait Vlpianus, *ad ſtatum rei R.*
ſpectat: id eſt, *quod in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit.*

Iudicio ſenatus) Quomodo *ſenatus*? cum in Verr. VII. ita ſcribat: *Quo*
C *confugient ſocij? ad ſenatum deuenient, qui de Verre ſupplicium ſumat? non*
eſt vſitatum, non ſenatorium. ergo de ſuperiorum temporum ratione
hæc intelligenda ſunt: *cum*, vt Polyb VI. ſcribit, *ſenatus de rebus capitali-*
bus cognoſcebat.

Aut populi) Tantum in crimine perduellionis.

De quaque re.) De priuata cuiuſq; re vnde priuati iudices appella-
bantur.

Eſſe parricidium.) Nihil immuto, tantum dico magis *Eſſe te te pa-*
tricium ad hunc locum pertinere, quam *eſſe* parricidium.

Ratio generum.) Agell V. cap. XIX. Sed ad rogationes non temere nec
D inexplorate committuntur. nam comitia arbitris etiam pontificibus
præbentur, quæ curiata appellantur.

Exhæredabit.) *Exhæredare* poſuit pro *Emancipare*, propterea quod
emancipatio ius omne & ſuitatis & agnationis, id eſt (vt paulo poſt
loquitur) ius omne legitimum & hereditatum & tutelarum extin-
guit. Reſponſio eſt Clodij, q.d. non diu illum in filiorum numero re-
tinebit, ſtatim emancipabit.

Cur intereunt.) Sacra patriciæ gentis propria ab homine nunc ple-
beio facto, retineri non poterant.

Hereditates nominis) Triplex adoptionis ius notat; qui enim adopta-
E batur, adoptiui patris prænomen, nomen & cognomen ſic adſume-
bat, vt ſuum duntaxat nomen idq; inflexum atq; immutatum retine-
ret: vt apud Dion. lib. XL & XLVI.

Neq; patris hæres.) Cum iam emancipatus & propterea exhæredatus
ſis. Cogitandum tamen ecquid potius *partis* ſit legendũ, vt veteres di-
cebant *participem*. Terent *Donec ſaluos redierit meus particeps.* Et Verr. III.
Quibuſcum viui bona noſtra partimur. partis hæres, id eſt particeps, ſuus
hæres. nam *pari* ad patrem refertur, non ad fratres.

Et quam deſeruiſti) Refertur ad vocem *Gentibus*, perturbatis amba-
bus gentibus, & quas &c.

Emancipari.) *Emancipatio*, vt modo dictum eſt, & ſuitatis & agna-
tionis

Digitized by Google

tionis ius exſtinguit. quo modo ergo plebeius manebat, cum adgnatio nihil aliud eſſe videatur, quam gens? Patet nimirum aliud eſſe gentem, aliud adgnationem: vt Gens ad patriciorum & plebeiorum qualitatem referatur: Adgnatio ad propinquitatem. A

Anguſtiorem.) Mutilus locus, & ſine vetuſti libri ſubſidio plane deſperatus.

Flamines, ſalios) Quos omnes è patriciis creari oportet.

Auctores centuriatorum & curiatorum.) Idem intelligitur ex Liu. VI. horum comitiorum auctore, patricios fuiſſe.

In concionibus reſponſa.) Moris fuit, vt qui quid per auſpicia improbare vellet, is augures & eum qui cum auguribus de cœlo ſeruarat, B in cōcionem productos interrogaret, ecquid ſigni animaduertiſſent.

Lex Curiata) Iulius Cæſar legem comitiis curiatis tulerat, vt Clodium à plebeio adoptari liceret. Sic de prouin. conſular. *Oblitine erant tum cū ille qui id egerat, plebeius eſt lege curiata factus, dici de cœlo eſſe ſeruatū.*

Infirma ſunt.) Obiectio Clodij, qua Ciceroni Cæſaris inuidiam conciliat.

Exceptis telis) Id eſt, cum iam exceperim, cum iam mihi impoſita ſint vulnera.

Auſpiciorum patronus) Vt quæ Cæſar contra auſpicia egiſſet, reſcinderes. Huius autem rei cauſam exponit in ea de aruſp. reſp. cum Se- C natus ſeſe nimiæ Cæſaris potentiæ opponere cœpiſſet, tum Clodium ſubito ſe ei venditaſſe, & in concionibus leges Iulias oppugnare cœpiſſe.

Viros fortes.) Suetonius in Iulio: *Cicerone in iudicio quodam deplorante temporum ſtatum, P. Clodium inimicum eius fruſtra iampridem à patribus ad plebem tranſire nitentem, eodem die horaq; nona tranſduxit.*

Trinum nundinum.) Hac de re dixi in comment. ad XII. tab.

M. Druſi legibus.) M Liuius Druſus Tribunus pl. multas leges tulerat. Philippus Coſs. qui ei inimicus erat, obtinuit à ſenatu vt leges eius omnes vno S.C. tollerentur. decretum eſt enim contra auſpicia D eſſe latas, neq; iis teneri populum. Hæc Pædianus in Cornel. Cic. de legib. II. *Quid leges non iure rogatas tollere? vt etiam decreto collegij, vt Liuius conſilio Philippi Conſulis & Auguris?*

Cæciliam Didiam.) In hac caput hoc fuiſſe apparet, vt in legibus ferendis trinundinum ſeruaretur. vt Philipp. V. *Quid promulgata fuit? nonne ante lata quam ſcripta? nonne ante factam vidimus, quam futuram quiſquam eſt ſuſpicatus? vbi lex Cæcilia & Didia? vbi promulgatio trinundinum?*

Iure agere.) Quaſi tum de cœlo ſeruatum non fuiſſet.

Tua rogatione.) De me in exilium eiiciendo.

Tam iure, tam lege) Adludit ad formulam adrogationis. E

De capite ciuis.) Hac de re dixi in comment. XII. tab. Idem iteratur in ea pro Sextio.

Prædicta die.) Videtur idem eſſe, *diem dicere*, & *diem prodicere.* Magiſtratus diem dicere dicuntur reo, cum ei certam diem præſtituunt, qua die eum ad populum accuſaturum denunciant.

Vt ante.) Recte in aliis, *Vt ter ante.* nam accuſatio trinundinum durabat: id eſt accuſator primo nundino, ſemel: altero, iterum: tertio, poſtremum. Ergo intermiſſam diem, pro intermiſſum tempus poſuit: id eſt, intermiſſis atq; interpoſitis aliquot diebus.

Illum diem) Vltimum trinundini.

Digitized by Google

A *Aut auſpiciis.*) *Auſpicia* populi iudicium tollebant, ſi quis obnunciaſſet; quia ſic quoq; cum populo agebatur.

Excuſatione.) Pædianus ſcribit, moris fuiſſe, vt Reip. ſæpe vel morbi vel alterius rei excuſatio permitteretur. ſed difficile dictu eſt hoc loco tales excuſationes intelligi, cum tantum in iſta poſtremo die momẽti ſit: niſi forte de morbo ſontico plane conſtet. Erat autem etiam excuſationis genus aliud, de quo Liu lib. III. *Cæſo Quinctius iudicij die cum excuſaretur ſolum vertiſſe exſulij cauſa, nihilominus Virginio comitia habente, collega appellati diuiſere concilium.*

Tota cauſa) Id eſt, nihil eo iudicio & illa tota accuſatione actum

B videbatur, ſi accuſatori nouum de integro iudicium altero trinundino inſtituendum erat.

Pecunia non expetebatur) Propter tenuitatem.

Hoc iure firmato.) Si conſtitutum ſit hoc iuris eſſe.

Liguriis.) Deguſtas. *Ligurire* dicuntur, qui non vno ſe cibo ſatiant, ſed ex variis paululum delibant. Significatur Sex. Clodium varias diſciplinas primoribus labris deguſtaſſe.

Quadrupedum impuriſſimo) Et hic quoq; fœditatem illius ſignificat.

Mancipem.) Adludit ad publicanorum ſocietates, quorum quidam

C *Mancipes* erant, qui publica à Cenſoribus redimebant: alij *Prædes*, qui pro illis fideiubebant.

Populo commiſerant.) Qui honores in comitiis petebant.

Damnabantur.) Sic in Sextiana: *Quocunq; venerant, quod iudiciam cumq; ſubierant, damnabantur.*

Nouicius Ligur.) Sex. Ælium Tribunum pl. ſignificat, qui cognomen *Liguris* ſibi quaſi ex antiqua Æliorum gente eſſet, adripuerat.

Teſtamento improbatus.) Non ſubſtitutus hæres. exhæredatus inter cæteros. Probro dabatur fratribus præſertim, cum præteriti in teſtamentis fuiſſent.

D *Damnationis ſocius.*) Significat illum cædis fraternæ conſcium & participem fuiſſe.

Se ipſa diſſoluat.) Ipſo iure nulla ſit. non aliunde reſcindatur, ſed in ipſa vitium inſit.

Satisne tibi videtur.) Puto quædam deeſſe, ex quibus iſtud quod iam infert, conſequebatur. Fortaſſe autem hoc deeſt, *recita S.C.* quod quia notis ſcriptum erat, effluxit.

Vno ſortitu.) Contra legem Cæciliam Didiam, ne vna rogatione diuerſis de rebus ad populum ferretur.

Stuprorum omnium) Suſpicor de mendo nam pro altero *omnium* de-

E ſiderari videtur *principem*, aut tale quidpiam.

Decumis & Clodiis.) Significat iſtos legem Clodiam ſuaſiſſe.

Ne reciperet.) Ne quis me tecto reciperet: ſi quis recepiſſet, is pœnam ſubiret.

Legem Liciniam.) Ne ei qui legem de curatione poteſtateve aliqua tulerit, eius collegis, cognatis, adfinibus ea poteſtas curatiove mandaretur.

Exſules) Byzantini ciues rerum capitalium à ſuis condemnati, per Piſonis legatos reducti ſunt.

Eidem negotium dedi) M. Catoni cuius nominis auctoritate facinus iſtud tegebat.

In

In Aſia ciſtophorum.) Ciſtophorus,numus Aſiaticus. Patet hæc omnia de Gabinio dici,non quo Clodius iſtis de rebus legem tulerit:ſed oſtendit quam abſurdum ſit dici vna de re populum rogari, quia vno de homine multæ res rogentur. A

Gradus Caſtoris.) Quos ligneos & exemtitios fuiſſe multis ex locis intelligitur.

Aduocationem.) Amicos,à quibus comitati eo venerant.

Ampliſſimum ordinem.) Similem iterationē nuſquam me animaduertiſſe memini. Itaq; ſi quis vetus codex reperiretur, in quo ſic legeretur, *Ampliſſimum ordinem pro me non modo*, &c. eam ſcripturam lubenter cum hac commutarem: vt vox *Senatus* ex gloſſa aſcita videatur. B

Nemo intercederet) Magiſtratibus multam inrogantibus alios intercedere potuiſſe,patet ex aliis Ciceronis locis.

Ex prouincia.) Cilicia,in qua proprætor triennium fuerat.

Campanum Conſulem) Inuidioſe pro *Duumuirum*. qua de re dixi in Piſon.& in ea poſt redit.in ſenatu.

Inteſtinum bellum.) *Inteſtinum bellum* dici notandum eſt,non tantum domeſticum,verum etiam inſitum & penitus in animis infixum.

Senatum Conſules vetabant) Hoc quid ſit, non intelligo: niſi verbum *haberi*,aut ſubaudiendum ſit,aut potius adhibendum. C

Domus ardebat) Hæc ipſa totidem verbis in Sextiana.

Catilinæ delicias.) Gabinium ſignificat.

Cethegi conſobrinum.) Piſonem.

Clariſſimos.) Vtrumq; Decium.

Vt qui modus.) Vetus liber: *Quid ageres, non erat: niſi vt qui mihi dux in omnibus meis rebus fuerat, ſocius idem eſſet iniuria, quid? eiicere poſſes? neq; quid ergo? extrudere ad Cyprıam pecuniam? præda perierit. alia non deerit. hic modo amandatus ſit.*

Eiiciuntur duo.) Cato & Cicero.

Quo auctore.) Sic multis locis,& præſertim in Sextiana: omnibus in concionibus illa furia clamabat,ſe,quæ faceret, cōtra ſalutem meam facere auctore Cn.Pompeio. D

Fregit fœdus.) Conſpirationi de necando Pompeio renunciauit, conſilium mutauit.

Demum conieceret.) *Incluſus domi tamdiu fuit, quamdiu inimicus meus in tribunatu.* in Sext.

Nihil eſſe inſcriptum.) Hoc quid ſit, non intelligo: niſi forte *iure ſcriptum* potius legendum ſit,vt in Sextian vbi hac ipſa de re loquens: *ita de me*,inquit,*ſcripſiſſe illum quæ ſcripſerat,iis verbis,rebus,ſententiis,vt etiam ſi iure eſſet rogatum,tamen vim habere non poſſet.* E

Nec referre ad Senatum.) Nam quoddam legis caput Clodius in curiæ poſte fixerat, ne referri neve dici liceret. ad Att III.ep.XV. & in ea poſt redit.in ſenatu.

Interdictum ſceleris.) Puto *interdictum* hoc loco vſurpari antique pro ſeuero & imperioſo edicto: vt in comment.ad Inſtit.diximus.

Scripto illo iſtius.) Quod ad curiæ poſtem,vt dixi, fixerat.

De Macedonia.) Id eſt, prouinciis, quas pro præmio acceperant.

Tribuni pl.) Poſt IV.Id.Decemb, quibus T.Annius,P.Sextius,& alii tribunatum inierunt.

Feli-

A *Felicem Catilinam*) Qui quod Catilina non potuit, Ciceronem eiecerit.

Decreuit) De hoc decreto in ea poſt reditum in ſenatu.

Publicanorum) Qui omnes equeſtris erant ordinis.

Conuenticula) A Numa rege inſtituta, vt Plutarchus, Plinius & Florus teſtantur.

A porta in Capitolium) Hæc pluribus ſcribit ad Attic. 4 epiſt. 1.

Legem ferentem) Vide in Indice noſtro, *lex Cornelia de reditu Ciceronis*.

Lege interrogauit) *Interrogare legibus* quid ſit, expoſui in Comment. B verb. iur.

Pro populo feciſti) In arcanum bonæ deæ muliebri habitu ingreſſus es.

Auctor factus ſit) Locum hunc in Comment. orat. pro Cæcina interpretati ſumus.

Vt in filio) Vti patri endo filio eſt: vt in formula quam Agellius prodit lib. 5. cap. 19.

XXX. Curiæ) Curiata lex quemadmodum ferretur vide in Indice, *Lex curiata*.

Decem viri) *Decemuiri* ſtelitibus iudicandis à centum virorum nu- C mero: apud quos ſacramento certabatur de certis cauſſis, & in his de cauſſis liberalibus. quod iudicium tribus ſemper actionibus conſtitiſſe patet ex l. 2. C. de adſert. toll. vnde *adſertiones ſecundæ* apud Fab. lib. 5. cap. 2. lib. 2. cap. 1. quod hoc loco Cicero ſignificat. cum ait, *hoc in genere ſolo rem iudicatam referri potuiſſe*.

Referri) Retractari. Sic *referri myſteria* dixit in lib. de Orat. 2. pro iterari.

L. Sylla) Vide, *lex Cornelia de ciuitate*, & in orat. pro Cæcin quem nos expoſuimus. Appianus quoq; Ciu 2. ſcribit, eum poſteaquam in ſingulis hominib. crudelitatem exercuiſſet, opida adortum ea aut mœ- D nibus nudaſſe aut tributis adflixiſſe, aut ciuitatem paulo ante à ſenatu datam eripuiſſe. Hinc illud Salluſtij in Catilinario: *Etruriam nouarum rerum cupidam conſule Cicerone fuiſſe, quod Sylla dominatione agros bonaque omnia amiſerat*.

Concilio aduocato) *Concilium* ſolius plebis eſſe, ſæpe à nobis dictum eſt. Itaq; centuriata comitia concilio aduocato nunc opponit.

Qui in eius nomen incideris) Verum hoc ſignificat, Qui eum imprudens & incautus nominaris: an forſaſſe ſic legendum: *Qui in tabulis eius nomen incideris*: vt tabulas æreas ſignificet, in quibus ſuam legem E Clodius auctore laudato inciderat.

Interamnæ) Nam P. Clodius de inceſtu accuſatus iurauit ſe illo die *Interamnæ* fuiſſe.

De iniuriis publicis) Videtur, cum Menulæ cuidam ciui Anagnino iniuria publice facta eſſet, P. Clodius in eius gratiam legem aliquam de iniurijs publicis tuliſſe, qua grauem pœnam conſtituerat.

Ne ſcriptum quidem) Etiam pag. inſequenti negat pœnam interdictionis in ipſa rogatione perſcriptam fuiſſe.

Gracchus de Popillio) Vide, *Lex Sempronia de iure ciuitatis*, in Indice: Item, *Apuleia & Metello*.

Capite demiſſo) Significat eam obſcœnitatem quam ſuperius aliquotiens iam notauit.

Iudicem

Digitized by Google

Iudicem ſubdidit) Erant iudicum decuriæ perſcriptæ ex ſenatorum numero. in demortui autem locum alter ſufficiebatur. A

Deceſſu meo) Notanda locutio pro, *Me abſente.*

Quinctius Furius) Hiſtoriæ notæ ſunt ex Liuio & alijs.

Mihi ſine illo) Mihi pro, *in me* poſitum videtur.

Popillius) Et de Popillio & de Metello dictum eſt in extremo orat. poſt red. in ſenatu.

Frequentare.) Cogere, congregare.

Lentidius) Hunc nominat in Sextiana: *Accuſa Lentidium, non percuſſit locum.*]

Vis vltima) Cum T. Gracchum priuatus, & P. Murij ſegnitiem deteſtans ſua manu interfecit. Vide Valer. lib. 3. cap. 2. B

Illius temporis) Quo Catilinæ coniurationem oppreſſit.

Demiſſe.) Lente, non acriter, non vehementer.

Audiente populo) Significat inſimulandum illud, de quo famil. lib. 5 epiſt. 2. & in Piſon.

Concidere, quàm occidere) Plus ergo hoc quàm illud eſt: quaſi *Concidere*, cadere ſit cum dolore: *occidere*, cum interitu.

Prætextatos) Quod magiſtratuum eſt inſigne.

Arbitria funeris) Dixi in ea poſt reditum, Arbitria aliquot locis dici, pro mercede libitinatiorum. C

Id quod in omni) Sic in extrema orat. *Quæſo obteſtorq́ vos Pontifices, vt me quem auctoritate, ſtudio, ſententiis reſtituiſtis, nunc manibus veſtris collocetis.* Significat eos cum in ſenatu ſententias dicerent, ſibi perpetuo ſuffragatos fuiſſe.

In conſpectu) In palatino colle, loco edito & celebri. vt paulo poſt: *In palatio atque in pulcerrimo vrbis loco.*

Ab eodem extructam) Sic in extremo: *per religionis vim ſceleratius ædificata.*

Sp. Melij) Nota eſt hiſtoria ex Liuij lib. 15. & Valer. lib. 6. cap. 3. vbi hæc omnia commemorantur. D

Nomine ipſo) *Domum deinde*, inquit Liuius, *vt monumento area eſſet, oppreſſæ nefariæ ſpei, dirui extemplo iuſſit. id æquimelium appellatum eſt.*

Stultitia pœna) Puto legendum *ſtultitiæ* in ſecundo caſu.

Ecquid aliud æquum) Puto *æquum* dictum pro *planiciem*. vt hic noſter alibi dixit, *æquora camporum.* & prius *Æquum Melii* pro *planiciem & aream Melii* dictum, poſt vero coniunctè *Æquimelium.*

Ex Pontificis Max. domo) C. Cæſaris, cum in opertum bonæ Deæ ingreſſus eſt. E

Anili ſuperſtitione) Iterum eius in opertum bonæ deæ ingreſſum ſignificat.

Cæcus factus) Appius Claudius, qui annos quamplurimos luminibus orbatus, tamen Senatus principatum tenuit.

Exceperas) Significat caput tranſlatitium Si quid non fuit ius rogari, eius hac lege nihilum rogatum. de quo in orat. pro Cæcina.

Negares liberos eſſe) Elatorie, pro negares intercedendi ius habere.

Ædilitatis ſuæ) Notum eſt Ædiles ad ludorum ſuorum ornatum ſigna in prouincijs conquirere & Romam deportare ſolitos.

Duos conſules) Plura in ea poſt redit. in ſenat.

Q. Seio) Qui ædes continenter habuit.

Adſigna-

A *Adſignauit genti Clodiæ*) Adſignabantur in teſtamento liberti certis hæredibus. Sic puto Clodij teſtamentum ſignificari, quo quendam ex Clodijs hæredem ex iſta ædium parte inſtituerat, & proximum quemq; ei ſuccedere iuſſerat, ne ea res è ſua familia exiret. Videtur autem moris fuiſſe, vt quibus teſtamentum illud non diſpliceret, ij nomen ſuum profiterentur.

Cogere) Obſeruanda Tribunorum poteſtas, vt Pontificum collegium captis pignoribus cogere poſſent certo in loco adeſſe.

Prouidiſti) Videtur ſignificare veneno ſublatum.

Recuſares) Legendum puto, *vti recuſares.*

B *Legem tribuniciam*) Vide in Indice, *Lex Papiria, de conſecratione.*

Ipſo ſi loco) Mendoſus locus ex veteri aliqua ſcriptura reſtituendus.

Abſentis exercitus) Cæſaris; cuius nomine terrorem imperitis obijciebat.

Maternæ temeritatis) Superius dixit hunc à matre coactum id feciſſe.

Muranam) Pro quo exſtat oratio, qua illum ambitus defendit: quod illis verbis ſignificat, *Separatim ſemel.*

In templo inaugurato) Notum eſt ſenatum niſi *inaugurato loco* haberi fas non fuiſſe.

C *Loco publico*) Modo *locum publicum* aliquoties appellauit.

Te Capitoline) Deeſſe poteſt vox, *Iuppiter.*

Ea conditione deuoui) De hac ipſa deuotione dicit etiam in exorſu orationis ad Quir poſt red.

Auctoritate, ſtudio) Similis locus ſupra, ex quo intelligitur, Pontifices extra collegium, cùm in ſenatu ſententias dicebant, Ciceroni ſuffragatos fuiſſe. Ad Attic epiſt 11. cum Pontifices decreſſent *ita: Si neq; populi iuſſu, neq; plebiſcito qui ſe dedicaſſe diceret, nominatim ei rei præfectus eſſet, videri poſſe ſine religione eam partem areæ mihi reſtitui.* Poſt factum eſt S.C. Videri Ciceronis domum iudicio Pontificum religione liberatam: & vt magiſtratus curarent, vt ei ſine vi ædificare liceret. in ea de aruſp. reſponſ.

D

E

M.T.CI-

 A

ORATIONIS
M. T. CICERONIS XXX. DE HARVSPICVM RESPONSIS B

ARGVMENTVM FRANC. FABRICIJ Marcodurani.

HANC orationem Cicero dixit, Cn. Lentulo, & L. Philippo Coſſ. anno ætatis ſuæ quinquageſimo C
primo, qui fuit poſt R. C. DCXCVII. Vide in hiſtoria Ciceronis.

Ad argumentum orationis pertinet locus Dionis lib. 39 Vbi ita ſcribit. τεράτων δέ τινων ἐν τούτῳ γενομένων. ἔν τε γὰρ τῷ ἀλβανῷ νεὼς ἥρας βραχὺς ἐπὶ τραπέζης τινὸς πρὸς ἀνατολὴν ἱδρυμένος πρὸς τὴν ἄρκτον μετεστράφη, καὶ λαμπὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὁρμηθεῖσα πρὸς βορέαν διῆξε, λύκος τε ἐς τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καὶ σεισμὸς ἐγένετο. τῶν τε πολιτῶν τινες κεραυνοῖς D
ἐφθάρησαν. καὶ θόρυβος ἐν τῷ λατίνῳ ὑπὸ γῆς ἐξηκούσθη. καὶ αὐτὰ οἱ μάντεις ἀκέσασθαι θελήσαντες, ὀργίζεσθαί σφισι δαιμόνιόν τι, ὡς καὶ ἱερῶν τινῶν ἢ χωρίων οὐχ ὁσίων ἐποικουμένων, ἔφασαν. κἀνταῦθα ὁ Κλώδιος τὸν Κικέρωνα μεταλαβὼν, τῷ τε λόγῳ πολὺ ἐνεκείκετο, ὅτι τὸ ἔδαφος τῆς οἰκίας ἱερωμένον τῇ ἐλευθερίᾳ κατῳκοδόμησε, καὶ ἐπῆλθέ ποτε ἐπ' αὐτὸ ὡς καὶ ἐκ θεμελίων αὖθις αὐτὴν ἀναιρήσων. Cum interim prodigia facta eſſent (nam in Albano monte ſacellū Iunonis, quod in menſa quādā dedicatum orientem ſolē ſpectabat, ad ſepten- E
triones conuerſum eſt, fax à meridie ad Aquilonē porrigi viſa, lupus vrbem intrauit, terra mouit, ciues quidam fulmine icti ſunt, & in agro Latinienſi auditus fuit ſtrepitus ſub terra cum fremitu: cumque haruſpices ea expiari vellent, numen quoddam ipſis iraſci, quod in locis ſacris & religioſis inædificaretur, reſponderunt.) tum Clodius Ciceronem aggreſſus, cum vrbis in eum vehementer inuectus eſt, quod in area domus Libertati conſecrata ædificaſſet, tum, vt ipſam domum funditus euerteret, aliquando eo venit. *Haſtenus Dio.*

Habuit

A *Habuit igitur Clodius concionem, in qua reſponſum haruſpicum re-*
citauit. Eius *initium fuit, Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtre-*
pitus cum fremitu. Reſponderunt autem Haruſpices, poſtulationes
deberi Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, Dijs cæleſtibus: Quod ludi
publici minus diligenter facti, pollutique eſſent. Quod loca ſa-
cra, & religioſa profana haberentur, Quod oratores contra iu
faſque interfecti eſſent. Quod fides & iuſiurandum neglectum eſſet.
Quod ſacrificia vetuſta, occultaq́ minus diligenter facta, pollutaq́
B *eſſent. Hæc ſunt quæ haruſpices commiſſa eſſe reſponderunt, mone-*
riq́ à Dijs immortalibus dixerunt: Ne, per optimatum diſcordiam
diſſenſionemq́, patribus, principibusq́ cædes, periculaq́ creentur,
auxilioq́ diminuti deficiantur: quare ad vnum imperium prouin-
ciæ redeant, exercitusq́ pulſus diminutioque accedat: Hæc reſponſa
Clodius Ædilis pro concione in Ciceronem interpretatus fuerat: cui
Cicero in Senatu ἀντικατηγορικῶς hac oratione reſpondit, cuncta
in Clodium retorquens.
C *Exordium προκαταληπτικὸν eſt contra eos, qui Ciceronem pri-*
die, cum Clodium publicanos oppugnantem repreſſerat, iracundius
feciſſe, quam ſapientem decet, putabant. Deinde eſt propoſitio de
concione, in qua Clodius haruſpicum reſponſum recitauerat. docet-
que Cicero primum, domum ſuam ab omni religione vacuam & pu-
ram eſſe. Inde incipit ſingula haruſpicum reſponſa contra Clodium
interpretari. Admonitionem vero pluribus perſequens, totam vi-
tam Clodij criminando percurrit. Ad extremum in perora-
D *tione excuſat, quod tam graui & triſti oratione ſit*
vſus, & ad religiones diligenter procu-
randas hortatur.

E

IN ORA-

IN ORATIONEM M. TVLLII CICERONIS DE HARVSPICVM RESPONSIS FRANC. Fabricij B

NOTÆ. C

EQVITVM *R. quibus Senatus dat.*) Nihil homini Syro cum agro Campano. Itaque probabilius videtur, *vt Syriacis publicanis* (quorum meminit Cicero Epiſt. 12. lib. 2. ad Q. fratrem) Senatum fuiſſe datum intelligamus. In quibuſdam Libris *equitum R. præſentium*, legitur.

Qua collega patris.) P. Clodij pater fuit *Ap. Claudius pulcher*: qui cum P Seruilio Iſaurico fuit conſul, anno vrbis DCLXXIV. vide hiſtoriam Ciceronis pag. 75. D

Ibidem ex domo Pontificis Max.) C. Iulij Cæſaris: cuius domum P. Clodius muliebri ornatu ingreſſus ſacra Bonæ deæ polluit vt ſcripſi in hiſtor. Cicero 179. Sic pro domo *P. ne Clodius, qui ex Pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit.*

Stipitem illum.) Errant homines docti qui *Piſonem* intelligunt, cum *Ælius Ligur*, qui Piſone & Fabinio Cos. tribunus pl. fuit ſignificetur de quo in hiſt. Cic pag. 209. is cum eſſet obſcurus & ignobilis, *Liguris* cognomen ex gente Ælia ſibi aſſumpſit. De quo Cicero p. domo. *Ille nouitius Ligur venalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus* & pro Sextio. *Intereſſet Ligur iſte neſcio qui, additamentum inimicorũ meorum* & ſtatim. : E *Ex nouem tribunis quos tunc habueram vnus me abſente defluxit, qui cognomen ſibi ex imaginibus Æliorum arripuit, quo magis nationis eius eſſe quam generis videretur.* Fuit autem *Ligur* cognomen gentis *Æliæ* ſicut & *Pætus*. Cicero pro Cluentio. *Quid tu inquis Pæte? Hoc enim Stalenus ex imaginibus cognomen Æliorum delegerat: ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ, quam generis vti cognomine videretur.* Cn. Popillij collega in cõſulatu an. DXXCI in faſtis Capitolinis ſic deſcribitur *P. Ælius* P.F P.N. *Ligur*. Accepit igitur *Ælius* hic *Liguris* cognomen, vt ab illis *Æliis Liguribus* clariſſimis viris, originem ducere videretur, ſed contra eueniſſe Cicero oſtendit vt ex illo cognomine potius ex *Ligurina* natione, quam ex *Ælia* gente putaretur eſſe.

A *Non modo vinci verum etiam vinceri.*) Elegans hæc παρήχησις eſt, cum incremento maiori; ſicut & in priore Manutij Lectione illa, *non modo vincere, verum etiam vincire.* Camerarius tamen probat, non modo vinci verum etiam vincere. vt hoc dicat non modo id voluiſſe atque egiſſe Milonem, Clodius vt vinceretur, ſed vt ij eſſent, qui illum egregie vincerent. Mea vero ſententia longe maior laus viri fortis eſt, ſi non modo, quomodo hoſtis reip. ſuperandus, verum etiam quibus artibus irretiendus & illaqueandus ſit, cognitum habeat.

B *Religionis expiatio.*) Cum vulgo hic *explanatio* legeretur primum Io. Sturmius deinde Car. Sigonius viri doctiſſimi expiatio legendum eſſe admonuerunt, ad cuius confirmationem Sigonius, id quod eſt ſupra, *primum expiabo religionem mearum ædium*: Et Philip. I. *vt inexpiabiles religiones in remp. inducerentur*: adducit.

Iure auctoritatis iure Mancipij, iure nexi.) His verbis Cicero *auctoritatem* pro iure dominij quæſiti vſucapione: *mancipium* pro emptionis & alienationis iure: *ius nexi*, pro obligatione aliqua, verbi gratia pro oppigneratione vſurpauit. Turnebus Aduerſar. lib. 20. cap. 19 vbi oratio *pro domo* per mendum citatur præ hac de Haruſp. reſponſis.

C *In villa publica.*) Sturmius *in via publica* legit ex Liuii lib. 2. vbi Libri etiam veteres habent: *delata confeſtim materia omnis infra veliam & vbi nunc via publica eſt domus in infima cliue ædificata.* Rhenanus cum in veteri libro inueniſſet *vice poce*, putauit *viri place* emendari poſſe. Sigonius eos probat & ſequitur qui *vbi nunc vicus publicus eſt* correxerunt.

Sic enim Plutarchus in Poplicola τόπον ἔδωκεν ὁ δῆμος αὐλῆς ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι οὐίκος πόπλικος ὀνομαζόμενον.

Aſconius in Piſonianam refert. P. Valerio Voluſi F. Poplicolæ ædes publicas ſub Velia vbi nunc ædis victoriæ eſt, populum ex lege,
D quam ipſe tulerat conceſſiſſe.

Portentorum explanationes.) Sigonius in Scholijs Liuianis, hic quoque *expiationes* non *explanationes* legendum putat. Sed Valerius Maximus cap. 1. lib. I. conſentientibus quatuor libris manuſcriptis, ſic habet: *Maiores ſtatas ſolemneſque ceremonias Pontificum ſcientia bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obſeruatione, Apollinis prædictione, vatum libris, portentorum depulſis Etruſca diſciplina explicari voluerunt.*

Cuius abaui manibus.) In alijs eſt, *cuius abauia manibus* & auia Lentuli Coſ. *Quinctam Claudiam* fuiſſe viri docti ſcribunt. Verum quis
E Claudiam Virginem Veſtalem ἀειπαρθένον, liberos genuiſſe memoriæ prodidit? *Matris Idea* ſacra P. Scipionem eum, qui eſt *vir optimus* à populo R. indicatus, accepiſſe non ſolum Cicero infra, ſed & Liuius lib. 29. tradidit. Eum vero qui ſacra acceperit, patrem fuiſſe P. Scipionis Naſicæ qui eſt *corculum* appellatus Cicero in Bruto ſcribit eundem faſti Capitolini in Conſulatu quem cum Acilio Flabrione anno vrbis DLXII. geſſit: Ita nominat P. CORNELIVS CN. F. L. N. SCIPIO NASICA. ſed ſi P. Scipio Naſica is cuius priuati egregia virtus in perdidis conatibus T. Gracchi vindicandis fuit, Marcellini proauus recte dicitur, Naſica qui ſacra accepit eiuſdem Marcellini atauus, non abauus fuit. Siquidem paterculus Naſicam qui

Grachum

Grachum interfecit, eius qui *optimus vir* indicatus erat nepotem vocat. Quanquam non ignoro in Liuiana Epitoma lib. 49. & in Au-A
ctore de viris illuſtribus duos Naſicas ita confundi, vt ex patre & filio vnus fiat, ne quid de grauiore errore Valerij Maximi lib. 7. cap. 5. dicam.

Feſti pene funeſti.) Legitur etiam profeſtis pene funeſti de quo Carol. Stephanus.

Num quid ego.) In hunc locum vide Aſconij commentarium in Cornelianam vbi Cicero P. Africanus ille ſuperior, vt dicitur, non ſolum à ſapientiſſimis hominibus qui tum erant, verum etiam à ſe ipſo ſæpe accuſatus eſt, quod cum conſul eſſet cum T. Longo, paſſus B
eſſet cum primum à populari conſeſſu ſenatoria ſubſellia ſeparari.

Sibyllino Sacerdoti.) Nullam hic Ironiam eſſe puto, quin verba quæ ſequuntur, perſpicue declarant, P. Clodium in quindecim viris Sibyllinis fuiſſe de quibus Gellius 1. cap. 19.

Peſſinuntem ipſum.) Pro Sextio: *Lege tribunitia matris magnæ Peſſinuntius ille ſacerdos expulſus eſt & ſpoliatus ſacerdotio fanumque ſanctiſſimarum atque antiquiſſimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitario, impuro homini, atque indigno illa religione.*

Quod is qui illud Armani.) Ap. Claudium pulchrum P. Clodij fra-
trem germanum intelligo ex Epiſt. 2. lib. 4 ad Atticum. C

Quibus olim erepti eſſent nummi.) Hinc Catulus cum è Clodianis indicibus quendam vidiſſet, *Quid vos,* inquit *præſidium à nobis poſtulabitis? an ne nobis nummi eriperentur.* Cicero Epiſt 14. lib. 1. ad Atticum vide Plutarchum in Cicero. de Lentulo Clodij accuſatore, lege hiſt. Cicero. 181.

Conniuentes illos oculos abaui) De Clodij patre ſupra diximus Auus C. Claudius Conſul cum M. Perpenna fuit an. DCXXIII. Proauus C. Claudius qui cum T. Graccho Coſ. fuit anno D L X X X V I. in faſtis Capitolinis ſic nominatur C. Claudius Ap. F. P. N. pulcher huius C. D
Claudij pater, P. Clodij abauus fuit Ap. Claudius Cæcus: de quo Cicero in Tuſculanis, in Catone & pro Cœlio: vbi hûc ipſum Appium Clodij ſororem ſic affectum inducit: *non patrem tuum videas? non patruum, non auum, proauum, atauum audieras conſules fuiſſe?* Patruus Clodiæ cuius mentio eſt pag. 249. Caius Claudius pulcher Coſ cum L. Iunio fuit, anno DIV hæc in magno interpretum ſilentio propter diſcendi cupidos qui hæc ſe ignorare moleſte ferunt, adſcribere volui.

Atque ibi piratarum) Sunt qui hoc ad bellum piraticum à P. Seruilio geſtum referant. Atqui Seruilius ex conſulatu quo anno E
DCLXXIV. functus eſt in Ciliciam profectus bellum Piraticum geſſit, de quo vide quæ in cap. 23. lib. 5. Oroſij annotaui. P. vero Clodium anno vrbis DCXXCVI. relicto Lucullo ad Marcium in Ciliciam veniſſe, ibique claſſi præfectum à piratis captum fuiſſe Dio ſcribit.

Caioque Iulio.) Sic recte emendauit Hieron Ferrarius, cum in impreſſis legeretur *Caioque Thuſcio*, Emendationem adimat lectio vetus, *Caioque Tutio*; In Bruto recte legitur, *contra C. Iuly illam conſulatus petitionem extraordinariam.* Vide Aſconium in Orationem pro Scauro.

Digitized by Google

A *Quod anno ante frater Metellus.*) Q. Metellus Celer. vide hiſtor. Cicero.pag.186.& 187. qua autem ratione Clodij frater *Metellus* dicatur, inuenies in commentario in orat pro domo.

Vt modo vendat illu.) Locus mutilatus eſt : cuius, vt & aliorum in M.Tullio, reſtitutionem à Dionyſio Lambino viro doctiſſimo expectamus. mendum quoque eſt initio paginæ ſequentis.

Nos homines ſapientiſſ.) Bibulum, Curionem, Fauonium, Seruilium filium, à quibus Pompeius carpebatur: Epiſt.3.lib. 2. ad Q. fratrem.

Violentos impetus.) *furentes* & *violenti impetus* bene coniunguntur, B ſicut vis furoris comes eſt. Quidam tamen libri non violentos, ſed *volaticos*, habent id eſt inſtabiles, vt Sturmius interpretatur, & Clodij impetus, quos modo in hunc modo in illum faciebat, bene volatici nominantur. Sic ad Atticum lib. 13. Epiſt. 25. O *Academiam volaticam, & ſui ſimilem, modo huc, modo illuc.*

In carinis ædificare.) In *carinis* erat domus Cn. Pompeij, quam M. Antonius poſtea, victo & interfecto Pompeio, poſſedit; auctor dio lib. 48

Etiam coitione hominum.) Vulgo legitur *& coactione hominum.* In aliis etiam *contione hominum.* Sic paradoxo vltimo *in concionibus* C *candidatorum*, pro *in coitionibus* legitur. Sic libi 4. ad Atticum Epiſt.15. *Sed coitio* conſulum, & *Pompeius obſunt*, & Epiſt. vltima. *Memmius dirempta coitione inuito Caluino, plane refrixerat.* Qui loci ab obſeruatoribus prætermiſſi, non ſunt negligendi.

Fonteiano nomine.) Cum à P. Fonteio adoptatus è patriciis ad plebem tranſiit, pro domo. & in hiſt. 191.

Earum templum inflammauit Dearum.) Nympharum. Vnde Cicero paradoxo 4. in Clodium : *Ædis Nympharum tua manu deflagrauit,* & pro Milone de eodem *qui ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicam recentionis tabulis publicè impreſſam extingueret.*

D

E

COM-

 A

COMMENTARIVS

MICAELI TOXITÆ, R. IN ORATIONEM M. TVLLII CICERONIS PRO CN. Plancio. B

C

ORATIO XXXI.

ARGVMENTVM.

MArcus Laterenſis homo conſularis, & Cn. Plancius æqueſtris ordinis, ædilitatem ſimul petierunt: declaratus eſt ædilis Plancius ſuoque competitori binis in comitijs præpoſitus fuit. Ægre Laterenſis D *tulit ſe ab equite Romano ſuffragijs eſſe ſuperatum, Planciumque ex lege Licinia ambitus accuſauit, quod ædilitatem non legitime, ſed largitione conſecutus eſſet. Hac igitur oratione Cicero defendit Plancium, à quo ab Vrbe profugus in Macedonia humaniter exceptus, rebuſque omnibus adiutus fuerat, & honeſte eum ad ædilitatem perueniſſe probat: Quæſitor fuit G. Flauius. Genus cauſæ iudiciale eſt, quoniam de ambitu, & apud iudices agitur.* E

PARTES ORATIONIS.

Sunt autem orationis huius partes quatuor, Exordium, confirmatio, refutatio, atque peroratio.

EXORDIVM.

Triplex eſt Exordii finis ἔυνοια, φιλυκοΐα, ἐυμάθια: hoc eſt, beneuolentia, attentio, ac docilitas. Omnes igitur ſententiæ huc referendæ ſunt, vt fiat iudex vel beneuolus, vel attentus, vel docilis. In cauſis odioſis beneuolẽtia opus eſt: in obſcuris docilitate: in ingratis ac faſtidioſis attẽtione. Cum igitur cauſa hæc plena eſſet inuidiæ, omnes ſen-

A ſententiæ parandę beneuolentiæ ſeruiunt. Ea autem partim à rebus, partim vero à perſonis ſumitur. Perſonas habet quatuor, Cn. Plancij, Ciceronis, Laterenſis, & eorum, qui Laterenſi adfuerunt. Quia vero ſuam perſonam Cicero videbat eſſe gratiorem, idcirco de ſe primum dicit, & ſibi Plancium adiungit, oſtenditque ſummam ſe Plancii curam gerere, propter eius in ſe merita. deinde de aduerſario dicit: ac poſtremo ad ſe, reumque ſuum redit. Solent enim oratores partem meliorem primo tractare loco, deteriorem ſecundo: tum redire ad meliorem, eaque quæ grata ſunt repetere, vt hoc in
B loco fecit Cicero. quæ tractatio κυκλοειδὴς. Talis etiam eſt Virgilij: Primum enim de fœlicitate Tityri loquitur.

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi,
Syluestrem tenui muſam meditaris auena.

Deinde facta comparatione, vt res illuſtrior eſſet, de Melibœi ſubdit calamitate:

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus.

Quia vero gratus videri Auguſto cupiebat Maro, ideo Tityri fœlicitatem repetitione amplificat:

tu Tityre lentus in vmbra.
C *Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.*

Eſt autem hoc exordium totum εὐνικὸν, id eſt, ad comparandam reo beneuolentiam comparatum: in quo tria tractantur: ἦθος, ἀφαίρεσις, καὶ ὑπόσχεσις. ἦθος diſtinctum eſt temporibus petitionis, futuræ accuſationis, & futuri iudicii. Varium enim affectum ſuum oſtendit: ſe lætatum in petitione ædilitatis fuiſſe: ante iudicium doluiſſe: in hoc vero iudicio rurſus ſe lætari. Idque eo facit, vt etiam varie iudices afficiat, Quia vero dixerat Cicero, ſe non dubitare, quin propter ſe Plancio ignoſcerent, arrogantius locutus eſſe
D videri poterat, quod ſcelerato propter eum ignoſcendum eſſet: ideo ἀφαίρεσιν ponit: vt ſi ſit ſceleratus, condemnent eum. Huic ſtatim ſubiungit ὑπόσχεσιν: ſe oſtenſurum, illum eſſe innocentem. Cum autem promiſſioni comes ſit ἀξίωσις, ideo petit vt abſoluatur Plancius, ſi oſtenſum fuerit eum innocentem eſſe. Atque hæc totius eſt exordii ſumma.

CONFIRMATIO ATQVE REFVTATIO.

In confirmatione docet Cicero, Plancium legitime ædilem eſſe
E factum, inde duplex naſcitur quæſtio, ſiue ſtatus: primus qualitatis: an largitionis Plancius ædilitatem conſecutus ſit, aut fauore populi: alter coniecturæ eſt, qua qualitatem confirmat. Variis n. coniecturis inueſtigat Cicero, populum à Plancio corruptum non fuiſſe. Capita præcipua duo habet, de quibus in ipſa confirmatione dicemus. In refutatione multa extra cauſam in aduerſarium dicuntur, eaque refelluntur, quæ obiecta Ciceroni fuerunt.

PERORATIO.

Hæc pars tota eſt ad clementiam iudicum cōparata, motus habet vehementes, quos excitat commemoratione rerum miſerabilium. Sed de ea exponemus latius, cum ad ipſam perorationem ventū erit.

IN

IN TEXTVM.

A

Cum viderem.) In petitione ſcilicet ædilitatis: duplex propoſitio eſt, & duplex redditio. Hic autem ſtatim incipit ἦθος. quod tribus diſtinctum eſſe temporibus dixi.

Tam multos.) Inuitus continuat duo adiectiua, ſed ſeparat: Latinum enim eſt dirimere qualitatem & quantitatem. ita hic non dicit, tam multos bonos viros, ſed diuidit adiectiua per coniunctionem.

Honori.) Ædilitatis.

Egregiam & ſingularem.) Egregium eſt, quod inter multa præſtat, quaſi è grege ſegregatum: ſingulare quod inter egregia & præclara præſtat, plus eſt ergo hoc, quam illud. B

Capiebam animo.) Eſt enim duplex voluptas animi & corporis, eaq; vel honeſta, vel inhoneſta: animi vero ſemper præſtantior.

Quod.) Propterea quod.

Cuius officium.) Cum in exilium eiectus fuiſſem.

Cum autem.) Contrarij affectus, ſcilicet doloris tractatio: atq; hoc eſt ſecundum tempus, futuræ ſcilicet accuſationis.

Partim inimicos, partim inuidos) Inimici manifeſti ſunt, inuidi obſcuri: ſunt igitur inimici non manifeſti. C

Dolebam & acerbe.) Plus eſt acerbe ferre quam dolere: illud enim indignationem habet dolori coniunctam.

Eandemq;.) Cuſtodiam meæ ſalutis.

Audirem.) Scilicet ſuperioribus diebus, ante hoc iudicium.

In iudicio.) In defenſione cauſæ.

Infeſtior.) Id eſt, magis infeſtata & exercita.

Nunc autem.) Reditus ad primum affectum lætitiam, alacritatem, ac ſpem.

Nunc.) In hoc iudicio. Tractatio tertij temporis futuri ſcilicet iudicij. D

Conſpectus) Scilicet qui à me conſideratur: eſt autem conſpectus vnius, conſeſſus multorum.

Reficit ac recreat.) Reficimur etiam in dolore; recreamur dolore abeunte.

Intueor.) Intuemur ſubito, contemplamur cum diligentia.

Video enim.) Significatio animi grati.

Cuius non extet.) ἐπιμονὴ in eadem re, omnia idem ſignificant: differunt enim ſolum vt cauſæ & effecta, vt antecedentia & conſequentia. Primo ponit ſtudium ſalutis, deinde meritum, tertio obligationem beneficij. Commemoratio vero duplex eſt, verborum & ſententiarum; verborum, vt hic intueor & contemplor, reficit & recreat. Hęc ἰσοδυναμία, id eſt, æquipollentia vocatur. Sententiarum commemoratio & ἑρμηνεία, id eſt, explicatio rei: & ἐπεξεργασία, id eſt, expolitio vocatur. E

Mea ſalus.) Reditus in patriam.

Meritum.) Beneficium.

Itaq;.) Concluſio huius tripartitæ tractationis temporum.

Eos.) Iudices.

Saluum.) Reſtitutum patriæ.

Digitized by Google

A *Sepiusq; iudices.*) Tranſitus ad perſonam aduerſarij, quem temere hanc accuſationem ſuſcepiſſe oſtendit,

Quanquam) ἀφαίρεσις occupatio, pars altera exordij: vt vitet crimen arrogantiæ.

Mihi non ſumo) Sumimus abſq; rogatione ab inuitis: arrogamus petendo & poſtulando.

Impunitatem) Abſolutionem criminis.

Niſi eius) ὑπόσχεσις pars tertia: promittit ſe oſtenſurum, reum ſuum eſſe innocentem. Sunt autem plerunq; comites poſtulationis

B ἀφαίρεσις & ὑπόσχεσις: loco ὑποσχέσεως nonnunquam oratores ponunt ἐκ τῶν ἀπειλῶν comminationem, cum videlicet exitus iudicij eſt incertus, & orator valde ſibi meruit, vt pro P. Quintio. Hic ἀξίωσιν ad extremum poſuit.

Innocentiam) Id eſt, nullam corruptionem populi.

De pœna) Condemnatione.

Sin omnis) Pars contraria poſtulationis.

Prætereo) Id eſt, in Plancio ineſſe demonſtraro.

Cuius miſericordia) Id eſt, officio & fide profectis, à miſericor-

C dia.

Tribuatis.) Græci dicunt εὔνοιαν ἔχειν: Latini etiam dicunt habere beneuolentiam. Oſtendit autē Cicero, ſtudium ſuum erga Plancium & ad idem ſtudet mouere iudicem.

Equidem ad reliquos labores.) κατάστασις, rerum tractandarum propoſitio & partitio totius confirmationis. Duo proponit Cicero, defenſionem rei, & ſuæ perſonæ. Dicam de cauſa, & his quæ meæ perſonæ obiecta ſunt, & ad cauſam pertinent, & hic reiectione vtitur, quod cauſæ dictionem, quæ ad ſe pertinet, velit omittere, & ea ſolum

D ponere quæ cum cauſa rei ſit coniuncta. Quæri ſolet, an κατάστασις pars ſit principij, vel confirmationis: ego ſeparandam eſſe ab exordio, & confirmatione exiſtimo. Eſt enim optabile vt cum præcedentibus, id eſt, exordio: & ſequentibus, id eſt, confirmatione conſentiat. Et Hermogenes docet μὴ ἐμπίπτειν τοῖς λόγοις. Quare ſæpe non apparet in Cicerone vbi partes incipiant, atq; deſinant. Comici vocant πρόσχεδίην.

In hac cauſa.) In propria huius cauſæ defenſione.

Etiam hanc.) Quæ ſcilicet eſt extraordinaria.

Quod mihi non ſolum.) Pars prima κατασκευῆς, atque oratio-

E nis.

Non ſecus ad meam.) Ob eius ſcilicet beneficia & ſuſceptam cauſam.

Sed etiam.) Pars altera.

Pene.) Modeſtiæ particula. Græci dicunt ὡς ἔπος εἰπεῖν.

De re.) De largitione facta.

Reosq;) Reus dictus eſt à re; quod res eius agatur. Ac primum tam accuſatores, quam accuſari dicebantur rei. Hic primogenitum ac deriuatum coniunguntur.

Quanquam iudices.) Digeſtio eſt, διαίρεσις, ſiue partitio κατὰ διαστολήν: quædam ad reum pertinent, quædam ad me, quædam ad reum & me,

& me quæ ſolum ad me pertinent, nihil curo; quæ vero coniuncta ſunt cum cauſa Plancij, ea tractabo modice: ſi prius criminibus, quæ Plancio ſunt obiecta, reſpondero. Ita reiicit & prædicit quæ non ſit dicturus, & quæ ſit dicturus. Reiectioni adiungit tranſlationem, quod coactus de ſe dicat, quia aduerſarij pene plura de eo dixerint, quam de re atque reo. Ita obſcure comparat ſibi iudicum beneuolentiam, quoniam vere vult cauſam agere, non ſe ipſum defendere. A

Si quid eſt) Pars prima digeſtionis.

Ab hor.) Cn. Plancio: δεικτικὸν eſt hoc.

Conturbet) Id eſt, ad reſpondendum impellat. B

Non enim timeo.) Ratio reiectionis.

Criminosum) Id eſt, poſſit obiici tanquam crimen.

Quæ vero ita) Pars altera digeſtionis. Oſtendit ante quid omittere velit, nunc de qua re dicturus ſit, indicat.

Agitata) Id eſt, dicta ad perturbandum animos veſtros.

Sed mihi in cauſa facili.) Principium confirmationis à refutatione incipit: ſtatim autem ad ipſam confirmationem tranſit. Habet enim confirmatio argumenta partim κατασκευαστικά, partim ἀνασκευαστικά. Ideo ab aliquibus ſub confirmatione refutatio includitur. C Dixi autem antea cauſam hanc incipere à qualitate, quod legitime ædilitatem conſecutus ſit, in coniectura vero conſiſtere, quæ qualitatem confirmat: an ſit legitime conſecutus. Non eſt autem verus ſtatus cum ſit nimis generalis: verus, & proprie ad cauſam pertinens eſt, an ſuperior dignitate Plancius fuerit Laterenſi: an populum largitione corruperit. Ergo à refutatione rationis aduerſarij incipit, & reiicit eam partem, ac deinde ad ſuas rationes tranſit.

In cauſa facili) Difficultatem & incertitudinem cauſæ queritur quã ſe grauati ait propter perſonarum qualitatem: cauſa facilis eſſe dicitur, quæ nullo labore poteſt defendi: explicata, quæ non intricata eſt multis controuerſiis. D

Lubrica) Lubricum vocatur id quod incertum eſt.

Nam ſi.) Ratio à perſona Laterenſis.

Contra Laterenſem.) Contra crimen obiectum à Laterenſe.

In tanto vſu.) Propter vſum homines neceſſarij dicuntur, inter quos tantus eſt vſus, vt conſuetudo eorum non poſſit dirimi, neque debeat. Et vſus amicitiæ cauſa eſt efficiens, quare illa duo coniungit.

Mihi autem.) Altera difficultatis ratio, ſumpta à perſonarum comparatione, quæ facienda erat. E

Contentio) Comparatio. Contentio eſt diligens & operoſa rerum, vel perſonarum comparatio, quæ Græce vocatur σύγκρισις ἢ ἀντιπαραβολή.

Quærit Laterenſis.) Oſtendit vnam ex præcipuis M. Laterenſis rationem, quod à Plancio dignitate non ſit ſuperatus, huius tractationem reiicit, quia cauſam nihil iuuabat.

Ita ſi cedo.) Dilemma quod ad reiectionem tractationis, non probationis rei pertinet, quod non poſſit contentionem inſtituere. Nam ſi Plancium præponit Laterenſi, contra amicum dicendum eſt;

A Si Plancium relinquit Laterenſiq; poſtponit, neceſſe eſt vinci, & crimen confiteri.

Huius.) Plancij.

Largitioni) Corruptatum tribuum.

Recipienda ſuſpicio.) Recipere ſuſpicionem rei, eſt obſcure fateri. Hinc ſtatus cauſæ pendet: an largitione ædilitatem conſecutus ſit.

Sin hunc.) Pars altera dilemmatis.

Contumelioſa.) Contra ius amicitiæ.

B *Id quod ille.*) Scilicet Plancium vel parem, vel ſuperiorem eſſe.

Ita aut) Concluſio dilemmatis. Poſuit autem ita pro itaq;, id quod non ſemel facit Cicero. In principio pro Quintio: Ita quod in reliquis cauſis &c.

Exiſtimatio.) Exiſtimatio eſt opinio de alicuius dignitate.

Conditionem) Contentionem.

Sed ego) Recipit culpam in ſe orator, & mauult in amicitiam peccare, quam ſalutem rei deſerere. Vult tamen ſe cæcum eo ferri, ſi amicitiam deſerat. Sententia eſt: ego nolo tuam dignitatem Plancio poſtponere. Quia vult probare non ſolum ex ſuperioribus, ſed etiam ex C inferioribus creari magiſtratus.

Quid tu.) Quod Cn. Plancius populum largitione corruperit, duobus præcipue argumentis M. Laterenſis comprobare nitebatur: vno, quod pecunia in circo Flaminio eſſet deprehenſa; altero, quod Plancio dignitate eſſet ſuperior. Hoc probabile eſt, illud τεκμήριον, quod omnino eſt negandum, niſi reum, illo conceſſo, damnari velimus. Incepit autem à ſigno probabili, cuius tractationem reiecit: nunc facit μετάβασιν ad enumerationem cauſarum, quibus conſecutus eſt hunc honorem & magiſtratum Plancius.

D *Inanem*) Nullius authoritatis.

Nonnunquam.) Id eſt, aliquando eſt inanis.

Verus ſemper eſſet.) Scilicet populus. Oppoſita ſunt inanis iudex, qui temerarius eſt, & nullum pondus habet: & verus, qui conſilio agit, verax eſt, & authoritatem habet.

Sed eſt perraro.) Duo genera magiſtratuum facit, vnum maiorum, vt conſules, & dictatores: alterum minorum, vt ſunt ædiles: in his dicit populum gratiam ſequi, in illis dignitatem.

Mandandis.) Declarandis. Magiſtratus eſt honos populi tributus E alicui, vel honoris vel gratiæ ergo. ac de officio & perſona dicitur: de officio & de re dicitur mandare: de perſona vero creare magiſtratus.

His leuioribus.) Curiatis quibus eligebantur minores magiſtratus.

Iis ornamentis.) Scilicet dignitate conſulari, & familiæ nobilitate. Tres hic habemus cauſas magiſtratum efficientes: Diligentiam, gratiam, dignitatem. Obiicit Laterenſis dignitatem eſſe cauſam maiorem, reſpondet Cicero: populo licere diligentiam & gratiam ſequi, ac negligere dignitatem.

Dignitatis iniquus iudex.) Id eſt, inuidet nobilitati.

In te

In te conſtituere.) Id eſt, tibi arrogare. Reiectio ἠθικὴ qua ab initio vſus eſt: noluit enim anteponere reum accuſatori, ſed cum hoc illum coniungit: vnde animus eius verecundus intelligitur. A

Agetur alio loco) Scilicet de dignitate vtriuſq;.

Nunc tantum.) A coniectura ad ſtatum qualitatis venit.

Qui & poteſt) Suo iure.

Et ſolet.) Scilicet ex inſtituto & more maiorum.

Nec ſi à populo.) Prima ratio λογικὴ eſt, ex coniunctione diſparatorum contra dicentium propoſitionum & repugnantium.

Si eſt præteritus) Laterenſis. B

Condemnandus eſt) Scilicet Plancius, id eſt, non ſi alter eſt repudiatus, qui creatus eſt, eum condemnari oportet.

Nam ſi ita eſſet) Secunda ratio ſumpta ex conſuetudine maiorum: qua probat argumentum, quod ex loco contradicentium erat propoſitum: tractatur autem hęc ratio comparatione maioris ad minus, ſenatus ſcilicet & iudicum.

Si ita eſſet.) Si condemnandus eſſet, qui non eſſet præteritus.

Tenere.) Impetrare à populo.

Reprehenſores.) Id eſt, emendatores.

Iudices) Scilicet qui minus debent habere autoritatis. C

Vel) Id eſt, imo ſcilicet haberent. putāt quidam hic deeſſe aliquid, ſed nihil deeſt. vel enim hoc in loco αὐξητικὸν eſt.

Tum enim magiſtratu) Id eſt, non habebatur pro magiſtratu.

Qui ceperat.) Scilicet magiſtratum, id eſt, qui factus erat.

Authores) Comprobatores. Si per patres vel non habita erant comitia, vel magiſtratus comprobatus non erat, irrita habebantur comitia.

Tum enim magiſtratum) Tertia ratio à pœnæ comparatione. Apud patres noſtros qui non legitime creatus eſſet, magiſtratum non gerebat: nunc exilio puniri ambitum volunt. Propoſitio fuit: populus nonnunquam præterire poteſt. Prima ratio λογικὴ eſt: altera ex comparatione patrum & iudicum: tertia ex comparatione pœnæ ſumpta eſt. B

Itaq; quanquam.) Tranſitio à re ad perſonam: hactenus dixit, Plancius diligentia & gratia conſecutus eſt ædilitatem, quod coniecturæ erat: licet enim populo, diligenti & gratioſo petitori mandare magiſtratum. id qualitatis erat. Iam ad perſonam orationem deflectit, habetq; hæc tractatio vrbanitatem. Putabat enim Laterenſis famam ſuam in diſcrimen vocari, quod ædilis Plebeius factus non eſſet. Cicero eum conſolatur. E

Qua nolui.) Scilicet à contentione dignitatis.

Tua offenſionis.) Vituperationis.

Teutporius.) Oratoria admonitio: vocat autem iniquum hic *lubricum.*

Tu continentiam.) Oſtendit metum iuuenilem, & cauſam bonæ rei cum mala confert. Res mala eſt ædilitatis repulſa, quæ res non magna eſt, & multi eam præclari viri paſſi ſunt. Hanc in medio ponit, à fronte & à tergo res maximas collocat.

Abie-

B *Abiectos & repudiata*) Repudiantur quæ poſtea non admittuntur, abijciuntur quæ aliquando iterum admittuntur.

Si medius fidius) Vtitur fictione, & deinde ad qualitatem abſolutam redit. Laterenſis putat maximi iudicium populi faciendum: Contra hoc τὸ πλεῖον adfert. Si X. viri te repudiaſſent, putarem grauius iudicium eſſe quam populi. Poſtea oſtendit populi naturam, & ἐπάνοδον facit ad qualitatem.

Medius fidius) Id eſt, ita διὸς filius, id eſt, Hercules ſcil. amet, hanc enim vocis huius æthimologiam eſſe volunt.

B *Grauius*) Id eſt, cum maiore infamia.

Sapientes.) *Maiores & patres noſtri.*

Iudicat.) Iudicio vtitur.

Ambitus.) *Rogatus.*

At fueris dignior.) Reditus ad ius populi: licere populo ſupplicanti inferiori adeſſe, eumq; ſuperiori anteponere. Ad hoc ius tuendum redit adhibita expolitione. Eſt autem expolitio ſententiæ atque rei tractatæ mutatis verbis cum ornatu ſententiarum repetitio. Vtimur ea in confirmatione orationis antequam ad cõcluſionem venimus, in ipſis propoſitionibus & approbationibus, atq; etiam concluſioni-

C bus vt hic. Vocant eam etiam ἀνακλίνοισιν, ſed hoc eſt philoſophicum: eo enim Plato vtitur.

At) Id eſt, ergo: non enim hic eſt aduerſatiua particula, ſed concludendi.

Conſeruem) Scilicet comparatione dignitatis vtriuſq;.

Sed vt fueris) ἐπανάληψις reſumptio, qua in perſpicuitate vtimur.

Non competitor) Vnum argumentum ante poſitum repetit.

Præteritus es) Repulſam paſſus es. argumentum ex loco cauſarum efficientium. & diſtinctione cauſæ à non cauſa. Tu es præteritus: populus cauſa eſt, qui te reppulit, non Plancius qui receptus eſt.

D *In quo primum illud*) Prima ratio fuit μετάστασις; criminis enim remotionem habuit à reo in perſonam populi, cum autem qualitas aſſumptiua infirmior ſit quàm abſoluta, ideo nunc ab illa ad hanc redit, & ad defenſionem meliorem tranſit, populum non eſſe accuſandum. Tractat autem hũc locum κατὰ διάκρισιν τῶν διαφορῶν. & oſtendit quid maiora comitia differant à minoribus.

Comitijs.) Duo ſunt comitiorum genera, ſicut magiſtratuum, qui ſunt maiores & minores: ſic etiam comitia maiora & minora.

Ædilitijs) Id eſt, minoribus. dicuntur autem comitia ædilicia, in quibus creantur vel deſignantur ædiles plebis.

Studium eſſe populi.) Id eſt, quod populi voluntas authoritatem habere debet.

Eſſe) Id eſt, valere, vim habere.

Iudicium) Populi.

Eblandita) Id eſt, precibus & ſupplicando corrogata eſſe.

Enucleata) Id eſt, exactè iudicata.

Ipſis) Priuatim.

Debeant) Petitoribus.

Quid deniq.) Altera διάκρισις. In maioribus ſpectatur quid cuiq; à reipub. debeatur, in minoribus quid cuique à ſingulis.

Sin au-

Sin autem maius) Tractatio τῶν διαφορῶν, habetq; λογισμόν. A
ſi ſtudium eſſe vis, illo contentus eſſe debes: ſi iudicium, ferendum tibi eſt.

Male iudicauit populus.) Altercationem inſtituit.

Non debuit) Iudicare male.

At multi clariſſ.) Refutatio ab authoritate, qui locus rerum eſt ſimilium, ſicut exempla. Tractatur autem locus ab authoritate vel per ſententiam quæſtionis infinitæ, vt hic: Multi præclari viri tulerunt, ergo & tu Laterenſis ferre debes: vel per ſententiam ſingularem.

Conditio.) Abſoluta populi defenſio. B

Conditio.) Ius.

Huius princ. pu.) Romani.

Vel dare) Magiſtratum.

Noſtrum autem eſt) Id eſt, mei tuiq; officij eſt. dat conſilium aduerſario adhuc iuueni.

In hac tempeſtate) Id eſt, incerta voluntate.

Fluctibus) Incertis ſtudijs: metaph. valde elegans & apta. Cicero ſtellas orationis vocat metaphoras: Ariſtot. dicit orationem obſcuriorem reddi ſi ſint frequentes: vtemur igitur illis prudenter.

Modice) Moderate, æquanimiter. C

Allicere) Conciliare.

Alienas) Id eſt, iniquas.

Turbatas) Dubias. Tria facit ciuium genera, alienos, amicos, & dubios.

Honores ſi magni) Concludit admonitionem dilemmate, ac duplici concluſione, quarum vtraque pro ſe facit.

Venio nunc) Proſopopeia: populum enim loquentem introducit de iure ſuo, quare Plancium Laterenſi prætulerit: deinde ſuas probationes adhibet, quare Plancius præteritus non ſit. Toties autem hanc rem ideo repetit, quia cauſa nititur iure populi. D

Partes) Ad officium defenſionis populi.

Poſſit) Populus: muta introducere contra naturam eſt, quare hoc per conditionem facit.

Ego tibi Lateren) Propoſitio defenſionis populi.

Sed cum eſſetis) Ratio collati beneficij. Plancius ſupplex fuit, tu non fuiſti.

Non nimis) Non ſatis: negligentius.

Reſpondebis) Firmamentum aduerſarij. Ego dignitate eram ſuperior.

At vero ille te) Abſoluta populi qualitas. E

M. Seium) Authoritatem antea habuiſtis à ſententia infinita. hic exempla ponit ſingularia M. Seius erat eques, ſed indignus habebatur eo ordine quare condemnatus fuit.

Deſiderarunt) Id eſt, quoniam abfuiſti, licuit mihi tui abſentis rationem nō habere Pergit hoc in loco orator in inchoata proſopopœia, qua introducit populum loquentem & defendentem ſe, cur Plancium prætulerit Laterenſi in deferenda ædilitate. Ego tibi, inquit, deferre ædilitatem volui, ſed tu ipſe tibi defuiſti, quia abfuiſti, nec mihi ſupplicaſti. Habet ergo primum ſtatum abſolutum, licet mihi populo deferre ſupplicanti: deinde tranſlatitium, tu ipſe in cauſa es, & quod abfuiſti, & quod ſupplex mihi non fuiſti.

Me t-

A *Me enim*) ἑρμήνεια, id eſt, explicatio ſententiæ præcedentis. eſt enim ἰσοδυναμία in verbis, ἑρμήνεια autem in ſententiis.

Virtute) Eloquentia tua & authoritate.

Non videbam) Id deſiderarunt te oculi mei. eſt repetitio prioris ſententiæ.

Deſeruiſti) In ipſo tempore.

Reliquiſti) Poſt ipſum tempus: deſerimus in re præſenti, relinquimus etiam poſt rem præſentem, ſunt autem omnia illa eiuſdem ſententiæ.

B *Cœperas enim*) Approbatio huius κατασκευάσεως: ego cupiui tibi dare ædilitatem, ſed tu non adfuiſti. Primam partem probat, quia probatione habet opus: poſterior non opus habet.

Temporibus) Periculis.

Eloquentiam & virtutem) Duæ ſunt virtutes maxime propriæ tribunitiæ dignitati; eloquentia & bonitas.

Quam petitionem) Ratio ex remotione: vel illud feciſti, quia dubitaſti de tua virtute, aut noluiſti, vel expectaſti tempora meliora. Si dubitaſti de tua virtute, ego quoq; dubitaui: ſi noluiſti de voluntate tua ſtatuere non potui: ſi melioribus temporibus te reſeruaſti, ego

C quoq; te iiſdem reſeruaui. Tres cauſas enumerat cum ſint plures: poſſet enim morbus in cauſſa eſſe, aut etiam occupationes. Sed licet id oratoribus aliquando.

Gubernare) κατασχεῖν, id eſt, qua oratorib. vti licet in rebus idoneis.

Virtute) Fortitudine & prudentia.

Alijs temporibus) Id eſt, maioribus honoribus.

Reuocaui) Reuocare volui: cogitatione ſcilicet atq; animo.

Pete igitur) Claudit proſopopeiam ὑποχέσει.

Eum magiſtratum) Scilicet maiorem: conſulatum intelligit.

Erunt adiles) Temporibus alijs.

D *Idem*) Scilicet reddam tibi petenti.

Quoa) Id eſt, qui magiſtratus.

Mea minus intereſt) Id eſt, me minus iuuare poteſt, ſcilicet ædilitas.

Id) Ædilitas plebeia.

Reddam) Quam debuiſſem tibi præſenti & ſupplicanti.

Negligenter) Modo præſenti & petenti.

Ampliſſima honores) Vt conſulatum & ædilitatem curulem.

Hac populi oratio eſt) Hactenus Proſopopeiam habuiſtis, in qua duæ rationes fuerunt contra Laterenſis firmamenta, vna ab exemplis &

E authoritate, quæ eſt ἀντιληπτική: altera μεταστατική, quod Laterenſis ſibi ipſe defuerit quo minus ædilitatem conſecutus ſit. Nūc poſt orationem populi, oratio oratoris ſequitur quæ lōge eſt grauior & vehementior. Habet enim primum defenſionem abſolutā: fateor populum præteriiſſe te, & Plancium ædilem feciſſe, ſed id iure fecit, deinde alteram defenſionem abſolutam ponit: Plancius no obrepſit ad hunc honorem, ſed ea ratione, qua decet, ad eum peruenit. Eſt ergo oratoris oratio grauior & vehementior, quàm populi propter duplicem ἀντίληψιν.

Hac populi) κύκλος eſt: incipit enim ſententia in hæc, & in eodem deſinit.

Iudi-

Iudicem) Conſtitutum de ambitu. A

Modo ne largit.) Reuocat aduerſarium à qualitate ad proprium ſtatum huius cauſæ coniecturalem ſcilicet. Aduerſarius enim ſtatumque vtilitatis comparatiuum inſtituerat.

Quare) Propter quas virtutes.

Nam ſi quoties) συναθροισμὸς τῶν ἐκβάντων. Oſtendit enim quanta mala conſequerentur ſi non liceret populo tradere ædilitatem ſecundum dignitatem.

Diremptio) Diſtinctio ipſius populi, & tribuum præhenſio.

Renunciatio) Scilicet quæ fiebat per conſules.

Suppliciter) A candidatis & eorum amicis. Eſt autem ſupplicare nihil aliud quam ſupplicem rogare, ſuppliciter & precibus impetrare. B
Olim in rebus etiam lætis hac voce vtebantur, nunc in malis rebus deprecandis ſolum vtimur.

Simul) Scilicet nihil eſt.

Profeſſi) Scilicet ſuum nomen. dicebantur autem candidati profiteri nomen ſuum, quando aperte & palam petebant magiſtratum, & nomina ſua dabant.

Sunt omnes ſine macula) Sententia eſt, ſi omnes ſunt ſine macula, digni ſunt magiſtratu, & licet populo eos creare. eſt ἔλλειψις oratoria. C

Sed ſeruari) Scil. à populo in tribuẽdis honorib. obiectio aduerſarij.

Locus Ordo.

Contendat) Pugnet de honore.

Sublata ſunt ſtudia) Refutatio oratoris à repetitione τῶν ἐκβάντων.

Sublata ſunt) Scilicet ſi hæc vera ſunt vt conſulari prætorius cedat

Contentiones) Competitorum.

Mandandis) Tribuendis.

Si campus) Martius in quem conueniebat populus. D

Unde) Studia & præhenſationes; ἐστιν eſt. Primum erat præhenſare: ſecundum ſupplicare: tertium conſequi magiſtratum, aut repulſam pati.

Æſtu) Cupiditate petentium.

Accedant) Id eſt, alijs ſua dent ſuffragia.

Ab alijs recedat) Id eſt alijs negent.

Impetu ſtudiorum) Iam oſtendit quid per vndas & æſtum voluerit ſignificare. eſt autem in impetu excitatio, in motu vero ſedatio.

Quare noli me) Concludit ita tamen, vt aliud argumentum adiungat, quod magnam habet grauitatem: tranſit enim ad meliorem defenſionem, Planciũ legitime conſecutum ædilitatem, & recto curſu. E

Contentionem veſtram) Id eſt, veſtræ dignitatis.

Etenim ſi populo grata) Argumentũ à pari, vt populo licet per tabulas creare magiſtratus, ita iudicibus licet creatos confirmare. Quia contentiones & diſſidia oriebantur ex ſuffragijs voce datis, Gabinius legem tulit, vt ſuffragia in tabellis notarentur. Notabanturque autem ſolum puncta, nomina vero non aſcribebantur, vt audacius ſuffragia ferrent, & neminem metuerent. Renouauit hanc legem poſtea Caſſius, quã Cicero alibi vituperat, quod per eã via patefacta ſit ad corrupti-

A ruptionem, & electionem ſeditioſorum hominum. Hic περιληπτικῶς tantum reprehendit, cum ait: Quod mihi grauiſſimum eſſet ſic dicere &c.

Frontes) Conſilia.

Aperit) Liberiora facit ſuffragia, & timorem tollit odij atq; offenſionis. Eſt autem libertatis aperire frontem: tegere, humilitatis & verecundiæ: Ferire frontem, iræ eſt: perfricare, impudentiæ.

Mentes) Ipſas actiones.

Datque) Scilicet tabella, in qua notabantur ſuffragia.

B *Promittant*) Candidatis & petitoribus.

Exprimis) Abrogare vis & extorquere à iudicibus.

In campo) Martio.

Non fit) Scilicet à ſuffragatoribus.

Hic quam ille) ἀγωνία altercatio cum aduerſario, vel contentio. Omnis autem ἀγωνία τραχύτητα, βραχυλογίαν, καὶ ἔλληψιν: id eſt, omnis altercatio habet aſperitatem verborum, & omnis aſperitas breuitatem, ideoque eſt ἐλληπτική.

Perquàm graue) Odioſum.

C *Æquum*) Præterire digniorem.

Sic) Propterea.

Quod agitur. (Quod conſuetudine vſurpatum eſt.

Qod ſatis eſt iud.) Id eſt, ſatis eſt iudicij ſpectare hunc factum eſſe, quomodo autem ſit factus modo ne largitione, non curat iudex.

Hic) Plancius.

Factus) A populo.

Quod) *Scilicet factum eſſe.*

Iſte) *Plancius.*

Quàm ego) Laterenſis.

Non rectè) Factus eſt.

D *Nam quid aſſequerer, ſi illa extrema*) Scilicet iuris populi. eſt autem tranſitio hic à iure populi ad aliam defenſionem, Plancium legitime non largitione ædilitatem eſſe conſecutum.

Obrepſiſſe) Malis artibus perueniſſe: obrepimus ipſi, obducimus alios: qui enim clàm, nec apertis rationibus ad magiſtratum peruenit, is obrepſiſſe dicitur. Is vero obduci dicitur, quem ego ad contendendum cum meo competitore hortor, vt ego tertius facilius magiſtratum conſequar. Cum enim duo peræque ſunt digni, vterq; reijcitur, & tertius creatur.

E *Curſu*) Recta & vſitata via.

Contentionem) Comparationem.

Cauſam) Veram cauſæ quæſtionem: an populus largitione ſit corruptus.

Si quod equitis) Obſcura hic eſt reſponſio.

Inferior eſſe) Repulſam pati.

Tecum petiuerunt) Id eſt, totus. totus equeſtris ordo tuus competitor pro Plancio aduerſus te fuit.

Equitum Romanorum filij) More Græcorum loquitur: veriſimile enim eſt non filios ſolum ſed etiam patres rogaſſe.

Hoc tamen miror) Digreditur à defenſione inſtituta ad perſonam, quam commonefacit ſui officij, ſed valde facete. Vult autem dicere

Lateren-

Laterenſem non magis iraſci debere Plancio, quam A. Plotio & Q. Pedio. atque hanc commonitionem tractat ſimilitudine. A

Longiſſime abfuit.) Qui tecum non contendit, ſed ſolum pro ſe petijt.

Equidem) ὁμοιότης ſimilitudo valde elegans.

Qui eſt in ſumma via.) Qui eſt remotiſſimus à me.

Impellor.) Comprimor.

Fornicem.) Fornix erat arcus erectus vel in ædificio, vel etiam triumphi cauſa in monumentis.

Tu neque Q. Pedio.) Accommodatio ſimilitudinis.

Forti viro.) Fortes vocamus propter virtutem bellicam, ornatiſſimos propter dignitatem. vocabulis virtutis addit nomen viri: fortunæ vero, doctrinæ & aliorum bonorum, vocabulum hominis adiungit. B

Depulſum.) Ab ædilitate.

Hos.) Duos competitores.

Incubuerunt.) Id eſt, qui te impugnarunt.

Sed non hic.) Plancij magiſtratum à ſuo exemplo defendit: Si licet conſulem minorem præferre maiori, magis ædilem minorem maiori præferre licet. ita tractatur hoc argumentum ab exemplo comparatione maioris ad minus: eſtque probatio inartificioſa. C

Sed vide ne hæc ipſa.) Quæ hactenus ſunt tractata, contra fundamentum aduerſarij, quod dignitate ſuperior eſſet, inſtituta fuerunt, in quibus oſtendit populo licere ſupplicanti, etiam inferiori adeſſe & magiſtratum dare. Nunc tranſit ad aliam defenſionem, & oſtendit Plancium recta & honſtea ratione ad ædilitatem perueniſſe. Tractat autem hanc defenſionem, comparatione perſonarum, & cauſarum, quibus ædilitatem conſecutus ſit Plancius, indicatione.

Hæc ipſa.) Ordo equeſtris, & familiæ nouitas.

Suffragata ſint.) Adfuerunt ei.

Nomen tuum.) Laterenſis. D

Vtraque familia.) Patris & matris.

Non dubitas igitur.) καταφορά, id eſt, concitatum orationis genus, quo in rebus grauibus, magnis, & aduerſis vti ſolemus, quod in rebus leuibus & inepte fit, & inutiliter. Ideo hic etiam nobilitati eam accommodat Cicero quæ præclare & magnifice de ſuis rebus loqui ſolet. Non abſoluitur autem prima ſententia in cataphora antequam ad finem Periodi perueniatur. Hic membrum vnum diremptum eſt tribus alijs per Epembolin interiectis.

Id.) Nobilem eſſe. E

Imaginibus.) Signis maiorum veſttorum, quæ ex cæra fiebant.

Nominibus.) vetuſtate familiæ veſtræ.

Non dubito.) Quin te feciſſent ædilem λύσις eſt: poſuit firmamẽtum aduerſatij; iam refutat per μετάςασιν τῶ αἰτίυ, id eſt, reiectionem cauſæ in populum, quem fauiſſe Plancio oſtendit.

Num iſta.) μετάςασις τῶ αἰτίυ.

Noſtra) Id eſt, mei Plancii. orator enim ſemper communem facere ſibi cauſam rei debet.

A *Etenim ad caput & ad fontem.*) Id eſt, ad patriam, ea enim fons eſt & caput vniuſcuiuſque. Sententia eſt. Videmus quantum vtrique profuerit ſua patria. Philoſophicum eſt: philoſophi enim primum locum Diis, alterum patriæ, proximum penatibus, vltimum vero amicis tribuunt.

Tu ex municipio.) Otiundus modus loquendi, qualis apud Græcos eorum quæ in θεν deſinunt.

Conſulares.) Conſulares ſunt non ſolum qui ipſi conſules fuerunt, ſed quorum maiores etiam magiſtratum geſſerunt.

Iuuentia.) Tua familia, nominatus eſt enim M Iuuentius Late-
B renſis.

Hic eſt.) Breuiter ponit patriam Plancij, quod ideo facit orator vt oſtendat animum ſuum ſtudioſum veritatis.

Præfecturam.) Præfecturam nominat, quam Græci διοίκησιν vocant, multas ciuitates & oppida, quæ habebant vnum aliquem præfectum Romanum.

Atinati.) Atina vicinum oppidum fuit Arpinatium, procul à Roma.

Triſca.) Antiqua tempore.

Honorata.) Rebus geſtis.

C *Suburbana.*) Propinquitate loci. Vocamus autem ſuburbanum quod adiunctum eſt ipſi vrbi & ſuburbio, quod vrbis pars eſt quædam.

Vis.) Scilicet differentiam loci.

Intereſſe.) Momenti habere.

Primum vtrum.) Iam venit ad cauſas propinquiores ſtudium ſcilicet & fauorem Plancij: item diligentiam & multitudinem Atinatium, non autem nobilitatem generis aut familiæ. magis enim probant cauſæ vicinæ quam remotæ: quare eas Ariſtoteles inquirendas & adferendas eſſe docet.

D *Alteri.*) Atinates: eſt autem hic ἀνάστροφὴ τῆς συγκρίσεως. inceperat enim à Thuſculanis, & in Arpinatibus definit in prima comparatione: nunc in altera comparatione, in qua Atinates ſuorum ſtudioſiores eſſe contendit quam Thuſculanos, inuertit ordinem.

Propter vicinitatem.) Habent enim vicina oppida Atina & Arpinum, vnde Cicero fuit oriundus.

Primus ille.) Saturninus, ſcilicet Saturninorum.

Sellam.) Ædiliciam.

E *Lætati ſunt.*) Atinates.

Maleuolos.) Inuidos.

Hoſpitum.) Municipum ſuorum. hi enim inter ſe celebrant ius hoſpitalitatis, & ſeſe mutuo hoſpitio excipiebant.

Honore.) Magiſtratu.

Habemus hoc.) Congratulationem municipum.

Agri:) Hyberbole: omnes lætatos oſtendit. Cicero vocat verba ſuperlata.

Num vides aliquando.) σημεῖον παραδειγματικόν. quo rem ab euentu probat. eſt n. τῆς συγκρίσεως κατάστασις, ipſius comparationis comprobatio quod Thuſculani non multum gaudeant propter ſuos.

ſuos, Atinates vero vehementer lætentur. Eſtque hic iterum Cataphora. Debent autem ſtudioſi obſeruare huius comparationis tractationem, atque collocationē. Vt enim in ipſa comparatione à Thuſculanis incipit & in Atinatibus deſinit: ita rurſus incipit à Thuſculanis & in Arpinatibus deſinit: quod quidem nihil refert, quia municipia ſunt vicina & quale Atinatium eſt ingenium, tale etiam Arpinatium. Variam autem hæc tractatio vtilitatem adfert: Primum enim iuuat memoriam: deinde delectationem adfert propter varietatem & ordinem, etiam ignorantibus: præterea rem ipſam reddit clariorem atque apertiorem, & obſcuritatem tollit: poſtremo, facit vt nihil eorum quæ dicenda ſunt omittas, dum non omnia ſimul effundis. B

At in quantumcunque.) Alterius partis probatio.

Primum igitur.) συμπέρασμα Concluſio. Vt autem fecit ἀνταπόδοσιν, in duplici comparatione, & in eius comprobatione: eodem modo nunc facit in concluſione.

Tu tanta.) Remiſſiora, minus ardentia redditio partis ſecundæ.

Honoribus.) Suorum municipum.

Deinde.) Redditio primæ partis, ſiue comparationis primæ. C

Splendiſſimi.) Propter antiquitatem & dignitatem municipij.

Huius.) Plancii.

Squalore.) Id eſt, ſqualidam & lugentem vobis ſupplicantem.

Hi tot equites.) Commemorat cauſas & rationes, quibus effectus ſit ædilis Plancius. Prima cauſa generalis fuit ſupplicatio: Plancius præſens fuit & ſupplicauit: Laterenſis abfuit, nec ſupplicauit. Altera interceſſio hoſpitum Atinatium: hanc per comparationem, illam per proſopopeiam tractauit. Tertia eſt interceſſio vicinorum, quæ etiam comparationem habet, ſed in altera parte eſt comparatio inſufficiens. Non habet enim in aduerſario quod comparet ex altera parte. Quia ergo ſupplex fuit & præſens Plancius: deinde quia cum eo ſupplices fuerunt ſui municipes: præterea vicini pro eo interceſſerunt: quapropter ædilis effectus eſt. Habet ergo hæc tertia cauſa comparationem ſed κατὰ ἔλλειψιν: altera enim pars non adiungitur, vt oſtendat Cicero, nullam ibi eſſe poſſe comparationem. D

Equites Romani.) Qui ſunt ex præfectura Atinatium. totus autem iſte ambitus nihil aliud eſt, quam concluſio ſuperiorum: ſed eſt μονομερὴς vnius tantum partis. & ita ſimilis eſt comparationi ſequenti. Habet autem hæc concluſio μετασχηματισμόν. eſt enim informata interrogatione, & cataphoram habet, ſed breuiorem. E

Tribuni ærarij.) Primum tribuni ærarij quæſtores erant, qui ab omnibus reliquis quæſtoribus rationes exigebant.

A iudicio.) Scilicet præſenti.

Dimiſimus.) Adeſſe noluimus, quam alioqui adducere potuiſſemus.

A *Adfuit comicijs.)* In ambiendo adfuit Cn. Plancio.

Non enim tribum.) Occupatio oratoris. poterat enim aduerſarius obijcere, non per equites Romã. ſed impetu tribus Terẽtinæ ædilem factum Plan. ergo ad hoc Cicero reſpondet, & obiectioni occurrit.

Dignitatem.) Exiſtimationem.

Oculorum coniectum.) Significatione voluntatis.

Solidam.) Conſtantia.

Robuſtam.) Multitudine.

Aſſiduam.) Diligentia & ſtudio.

B *Tribuerunt.)* Niſi ſunt tribu Terentina.

Iam municipia.) Populi Romani. Tertia cauſa ſequitur, ſtudium ſcilicet vicinitatis.

Sumus enim.) Nos Arpinates.

Laudanda eſt.) ἔπαινος præmittitur ipſi rei. antequam enim nominet municipia laudat morem & conſuetudinem horum hominum. qui libenter adſunt ſuis.

Vicinitas) Atinatium & Arpinatium.

Officij.) Scilicet faciendi.

Non infuſcata.) ἐπιμονὴ κατ' ἐπίθεσιν ἰσοδυναμοῦντων, quæ fit

C κατὰ ἀπόφασιν per negationem multiplicem oppoſitam affirmationi ſimplici. addit multa epitheta quæ ad rem eandem pertinent.

Infuſcata.) Tecta.

Suburbano.) Suburbanorum & vrbanorum hominum. Oſtendit Arpinates non tam callidos eſſe quam ſunt vrbani & ſuburbani, qui ſolent eſſe aſtutiſſimi.

Nemo Arpinas.) ἀπαρίθμησις eorum qui adfuerunt Plancio.

Tractus) Continuata illa regio.

D *Legationis teſtimonio)* Teſtimonium legationis dicitur quod barbaro vocabulo vocamus literas credentiales, in quibus apparet ius legationis alicui creditum & commiſſum.

Nunc ſunt ſollicitudine.) Scilicet in depræcanda culpa, vt abſoluatur Plancius.

Tum.) In ambiendo.

Fortunis.) Honore & bonis. Sententia eſt, qualis in Gorgia Platonis, vbi ait Socrates maius bonum eſſe doceri, quam docere.

Ergo vt alia.) Ad alteram comparationis partem venit particula

E concludendi, quia λειποῦσα eſt, id eſt, defectum habet. Facultas enim Laterenſis cum facultate Plancij comparare non poteſt.

Niſi forte) Comparatio imperfecta: oſtendit enim hos non poſſe comparari cum Soranis Caſſinis, &c.

Latinis. Id eſt, in ferijs Latinis.

Tetant.) emant Romæ in macello. Signum enim eſt magnæ raritatis hominum, non venire in maximis ferijs ex locis vicinis homines. Longe ergo erat ſuperior multitudine, ſtudio, diligentia Plancius quam Laterenſis. Has cauſas tres, ſimul & breuiter tractare potuiſſet: ſed ſingula ſeorſim tractat & multis verbis, quod in coniecturis faciendum eſt.

Adiun-

Adiungam ſi vis.) Quarta cauſa patris gratia, qui ſecum duxit totum equeſtrem ordinem. A

Id.) Quod publicanus erat.

Qui ordo.) Publicanorum. Publicani enim erant ex equeſtri ordine. ſic dicebantur quia publica vectigalia conducebant & locabant. Iidem vocabantur bonorum mancipes, quia aliorum bona ſibi mancipi faciebant. Item ſectores bonorum, quod aliorum bona ſectarentur. Non autem omnes publicani erant bonorum mancipes, ſed omnes bonorum mancipes erant publicani.

Flos enim equitum.) Hoc in loco poſt rem nominatam ponitur laus Publicanorum. Sed differt hæc tractatio ab illa, quod hæc per B σωρεισμὸν congeriem: illa per ἐπίθεσιν τῶν ἰσοδυναμούντων facta eſt: hæc poſt rem, illa ante rem nominatam ponitur.

Ornamentum) Ad honores refertur.

Firmamentum.) Ad vtilitates.

Flos) Ad vtrumq; pertinet.

Ordinis eius) Publicanorum.

Quis eſt ergo.) Interrogatio loco pronunciati, vt res maior eſſe videatur.

Princeps.) Id eſt, primus inter Publicanos. Non ita vt nunc Ro- C mani olim hoc vocabulo vtebantur: nos enim abſolute, quod olim barbarum erat: veteres cum appoſitione vſurpabanr, & dicebant principem virum, principem ſenatus, principem publicanorum. Temporibus autem Plinii abſolute vſurpari ceptum eſt: Ita enim is Traianum appellat principem, vt etiam dominum noua verbi vſurpatione.

Qui neget, ordinis.) Primæ tres cauſæ vehementes fuerunt, quarta hæc: Pater etiam pro eo rogauit, valde imbecilla eſt: quia Publicanus fuit. Propter hanc igitur obiectionem poſuit laudem publicanorum, & vni perſonæ totum ordinem adiungit. odioſum enim D nomen erat publicanorum, ſicut hodie mercatorum.

Vel quod erat.) Cauſas, cur totus ordo ſe patri Plancii adiunxerit, commemorat disiunctione & dubitatione.

Aliquid præterea) Commemorat iam aliam cauſam impetrati magiſtratus ædilitatis. Prima generalis fuit, humilitas & ſupplicatio Plancii; ſecunda ſupplicatio atque ſtudium Atinatium: Tertia ſtudium vicinorum: quarta patris ſupplicatio: nunc ad quintam venit, & oſtendit ſe etiam pro Plancio interceſſiſſe, & populum Rom. ſuis precibus motum, libentius tribuiſſe ædilitatem Plancio, quam tamen alioqui prompto animo ei tributurus erat. Tractat autem E hanc cauſam occupatione, quæ habet σύγκρισιν cauſarum bonarum & malarum; eſt autem hic etiam obſeruanda συντομία orationis. Eſt enim ſententia: Tametſi aliquid etiam præterea mihi dicendum ſit, quod dicere non poſſum ſine pudore, tamen dicendum eſt.

Timide.) Non abſque pudore & verecundia: κατάχρησις eſt: non enim imminet ei ex hoc periculum, Sed timor ſæpe iudex eſt pudoris.

Præterea) Præter dictas cauſas.

Dico.) Id eſt iam dicturus ſum, Enallage temporis.

A *Non opibus.*) Occupatio ἰσόκωλος: terna enim ternis vtrinque reſpondent.

Beneficij.) Si quod accepi à Plancio.

Miſericordia.) Populi erga me.

Precibus.) Quibus populo ſupplex fui.

Attulimus.) Magiſtratu Plancij obtinendo.

Appellaui populum.) Explicatio poſterioris partis comparationis: eam probat, priorem autem non probauit, non enim erat nimis opulentus, non nimis gratioſius, non potens. τέρψιν igitur habuit

B pars prior, appellamus autem in rebus neceſſarijs & honeſtis: compellamus in rebus ſecretis & inhoneſtis.

Submiſſi.) Geſtu.

Supplicandi.) Oratione.

Cauſa rogandi.) Id eſt, gratitudo & memoria accepti à Plancio beneficij. Prius cauſam efficientem poſuit, nunc ponit effectum.

Vir ampliſſimus.) Scilicet quiuis. Repetitio occupationis, quæ habet coniunctionem repugnantium & contradicentium. eſt enim ſententia: Non ſi ſæpe magni viri non impetrant, ideo ego ſum

C arrogans qui impetraui, putant interpræes hoc dictum eſſe de patre Plancij, ſed incertum eſt. Solent autem oratores ſæpe de re vniuerſali loqui tanquam de particulari vel ſingulari: ita etiam hic fecit Cicero.

Laborabam.) Præcando.

Rogatio.) Specialem iam ponit cauſam.

Neceſſitudinis.) In qua compræhenſa eſt gratitudo.

Neque ego ſic.) Nunc qualitatem rogationis ponit: Supplicaui pro eo, non quia familiaris: quia vicinus, ſed quia quaſi parens meus eſſet pater eius.

D *Quia.*) ideo quod.

Parenti.) Plancio qui vitam meam conſeruauit.

Cuſtodi meo.) Scilicet in exilio.

Non potentia.) Iam concludit, abſq; tamen concludendi particula: Non propter ſententiam, ſed propter tempora mea mihi conceſſerunt, &c.

Potentia.) Opibus inuidioſa gratia.

Reſtitutionis.) Ab Exilio.

Iniuria.) Propter iniuriam mihi illatam à Clodianis.

Etenim ſi ante.) Sequitur iam expolitio rhetorica per comparatio-

E nem à minori factam. Si adſuetunt ei in tribunatu petendo magis in ædilitate, me præſente; illi adeſſe debebant.

Vltro.) Abſque interceſſione mea & illius.

An Minturnenſes.) Altera comparatio. prior ex vtraque parte pertinebat ad Cn. Plancium. Si Plancius abſque omni interceſſione ante reſtitutionem meam potuit conſequi tribunatum, multo magis ædilitatem ſine interceſſione me reſtituto. ædilitatis & tribunatus hic eſt comparatio, quæ tamen ad vnum Plancium pertinent: At hæc comparatio ex vna tamen parte ad Plancium pertinet, altera vero ad C. Marium. Quia vero odioſa eſt, ita obſcure eam tractat, vt non poſſis videre an æqualis ſit comparatio vel inæqualis: an ſe

C. Ma-

C. Mario præferat vel æquiparet. Sententia eſt: Non ſi Minturnenſes laudantur propter conſeruatum Marium, ideo Plancius non laudandus eſt, quod me ſeruarit ab exilio. Rem autem per ſe magnam maiorem facit σωρεισμῷ congerie eorum quę facta ſunt. Atq; id in odioſis comparationibus faciendum eſt. A

Ciuili errore.) Id eſt, ex ciuili: propoſitionem cum ſequenti coniungit.

Impiis.) Scilicet perſequentium Marium. intelligit percuſſores miſſos à Sylla qui eum occiderent Minturnis.

Tecto.) Intra vrbem μείωσις eſt: paruarum autem rerum vocabula ſæpe miſericordiæ inſeruiunt, vt hic fit. B

Inedia.) Fame.

Congeſſerunt.) Id eſt, viatico comportato eum adiuuerunt. Oſtendit magnitudinem viatici. eſt autem viaticum, quidquid ad viam eſt neceſſarium.

Vi.) Clodianorum.

Cedentem.) Id eſt, profectum quaſi in voluntarium exilium.

Iuuerit.) αὔξησις.

Quod reducerent.) Id eſt, me ipſum.

Fuiſſe honori.) Id eſt, compenſatam ædilitate iam comparatio abſoluta eſt, quæ quia odioſa fuit (confert enim ſe perſonæ maximæ, quæ tamē aliquid habet in ſe odioſi, quia ingrata fuit populo) ἀμφιβολίᾳ tractata eſt. C

Vita mehercules) Commemorauit Plancij erga rempub. & Ciceronem merita: nunc vitam eius, & ea quæ maxime ſunt ſpectanda, ſubiungit. Non autem commemorat omnia, ſed inſigniora. Non eſt enim demonſtratio plena, cum ætatum atque naturæ gradus non ſeruentur, ſed eſt ἐπίδειξις κατασκευαστική, quæ loco probationis ponitur.

Vitia.) Si quæ eſſent. D

Huic.) Plancio.

Honori.) Ad honorem.

Hic eſt enim.) ἀπόδειξις: tria autem commemorat quis fuerit militiæ, quis in quæſtura, quis in tribunatu Plancius: & in his ordinem temporis obſeruat. dicit eum militem ſanctum fuiſſe, tribunum militum fortem, quæſtorem integrum, tribunum plebis grauem.

Adoleſcentulus.) Id eſt, inde ab adoleſcentiæ ſuæ principio, qua in militiam profectus eſt.

Sanctiſſimo.) Propter virtutes. E

Contubernij.) Qui domi domeſticus & familiaris dicitur, is in bello contubernalis eſt, & qui non eadem taberna vel eodem tabernaculo verſatur.

Neceſſitudo) Neceſſitudo dicitur inter illos eſſe, inter quos tanta eſt coniunctio, vt dirimi non poſſit.

Modeſtiſſimi.) Hic oſtendit illam neceſſitudinem fuiſſe ſine macula impudicitiæ.

Pudor.) Id eſt, pudicitia. proprie ſignificat verecundiam, aliquando pro pudicitia ponitur vt hic.

A *Frater patruelis.*) Is dicitur frater patruelis, qui eſt patrui mei filius, nos barbaro more hodie vocamus nepotes.

Illi) Scilicet Torquato.

Qui eſt quidem.) Incrementum κατὰ συλλογισμὸν, id eſt, per ratiocinationem, vt vocat Quintilianus.

Propinquitatis & affinitatis.) Duæ ſpecies neceſſitudinis.

Neceſſitudinis.) Propinquitatis & affinitatis. propoſuit ſpecies, iam repetit genus.

Tollea) Poſt prima ſtipendia, quæ meruit ſub Torquato.

Quibus) Saturnino & Metello.

Probatiſſimus) Moribus & vitæ integritate.

B *In ea prouincia.*) Addit appendiculam ad vitam Cretenſem.

Legatus.) Scilicet Q. Metelli: Legatus dicebatur is, qui vicem gerebat abſentis, vt conſulis vel prætoris.

Qui homo) Domeſticis ſcilicet virtutibus.

Qui ciuis.) Reip. officio,

Aſſiduitate.) Id eſt, diligenti aduocatione.

In Macedonia) Incrementum eſt non ſolum temporis, ſed dignitatis etiam miles, tribunus militum, quæſtor &c.

Repentino) Repentinum à rependo dicitur, eo quod ſubito ortum ſit: ſignificat occultationem & celeritatem.

C *Si praeſto fuerint.*) Si adſint: vtitur autem ratiocinatione, vt ſuperius quoq; vſus eſt.

L. vero Apuleius.) Prætor ſcilicet in prouincia Cretenſi.

Qui.) Scilicet mos maiorum. Quæſtores debebant prætores habere loco parentum, & hi illos loco filiorum: qua de re Cicero in 1. contra Verrem Action.

Tribunus plebis.) Poſtremus gradus honorum Plancij.

Tam vehemens.) Scilicet in populum. Oſtendit autem hic tria genera Tribunorum: vnum quod pugnat pro magiſtratu, & vehemens eſt

D in reprehendendo populo: alterum populare, quod omnino ſtudet eſſe gratioſum populo, & magiſtratui ſe opponit, eorumq; actiones magis ad ſeditionem ſpectant, quam quietem reipublicæ. Tertium genus eſt intermedium, quod à ſenatu ſtat, & tamen populo placere ſtudet, eumq; magis cupit gratia ducere, quam ſeueritate reprehendere. Primi igitur vehementes, alteri populares, poſtremi habebantur grati.

Talis.) Scilicet lenitate, gratia, potentia. Plancius non fuit vehemens, acer, aut ſeditioſus, ſed gratioſus.

Omitto illa.) ἔπαινος σωρειασμένος laus cumulata. Hactenus enim

E ſingula ſeorſim tractauit de vita eius publica: nunc conglobatio ſequitur: multas enim virtutes in vnum locum congerit, & qualis vita eius domeſtica fuerit, oſtendit.

Primum cum parente.) Sæpe Latini vtuntur hac voce primum, particula ordinis, vt deinde non ſequatur, ſic ante dixit, primum Macedonia ſic eum diligit: deinde ſubiungit, Lucius vero Apuleius ita hic dicit, primum cum parente: mox ſubiungit, loco deinde, Quid dicam de patrno.

Fundamentum.) Vocamus fundamentum id, ſine quo res non poteſt conſiſtere, quare primæ ſubſtantiæ, quæ vocantur indiuidua

funda-

ſundamenta ſunt ſecundarum, quod hæ in illis conquieſcant. Dicit pietatem fundamentum eſſe omnium virtutum; gratitudinem vero illarum matrem, quod hæc appareat. primum ergo & ſuperiorem locum occupat, & ſub ſe pietatem comprehendit ſecundum Ciceronem. A

Neq; enim multo.) Vel vitioſus eſt locus, vel perturbata conſtructio.

Parens liberis.) Scilicet charus eſt.

Honoris.) Ædilitatis.

Atqui hæc ſunt iudicia.) Hactenus ἐπίδειξιν demonſtrationem audiuiſtis, quæ in duas diſtributa fuit partes, in vitam ſcilicet publicam & priuatam. nūc ſequitur declinatiuncula in commendationem huius aduocationis & interceſſionis: & oſtendit eos, qui adſunt Plancio, non ficto dolore ei adeſſe ſed vero. B

Hac.) Scilicet mutatæ veſtes.

Facilis.) Id eſt, facile comparatur interceſſio populi: bonorum autem interceſſio magni fieri debet.

Aſpicitur.) Popularis ſcilicet blanditia: aſpicimus autem primam rerum frontem, attrectamus etiam interiora.

Omnibus igitur rebus.) Id eſt, publica & priuata vita. Concluſio συμπέρασμα. C

Municipium.) Atinatium.

Vicinorum.) Soranorum, & Caſſinatium.

Societatum ſtudio) Id eſt, equeſtris ordinis.

Temporum meorum.) Exilij mei.

Hunc tu vitæ ſplendorem.) Hactenus ἐπίδειξιν habuimus, cuius tractatio diligenter obſeruanda eſt. Primum propoſitionem habuit & κατάστασιν, deinde partitionē in vitam publicam & priuatam: in publica vita ordo temporum ſeruatur, in priuata cōglobatio eſt: deinde σύγκρισις interceſſorum ſequitur, & commendatio ſtudij atq; diligentiæ aduocationis illorum: demum concludit. Cum autem hæc ἐπίδειξις non oſtentationis gratia, ſed probationis loco ſit poſita (eſt enim κατασκευαστική) & aliquid in perſona videatur eſſe vitij, ideo λύσιν ſubiungit τῆς διαβολῆς, refutationem criminum quæ ab aduerſariis obiiciebantur Plancio. Hinc ſtatus in hoc genere naſcitur, quod alioqui nullum videtur habere D

Splendorem.) Virtutis, integritatis, & modeſtiæ.

Iſtis.) Contemptus loco ponitur hæc vox.

Maculis.) Criminibus oppugnas. metaphora ſumpta à pannis & veſtimentis. E

Iacis.) Obiicis.

Ne ſuſpicione.) Nullo ſigno.

Maritum.) Scilicet Plancium.

Verba fingas.) κατάχρησις abutendo: in propria enim ſignificatione maritus vſitatum eſt

Impunitum.) Non caſtigatum legibus.

Mimulam.) Mimam. Mimus dicitur, qui agit in Comœdiis & Tragœdiis, eo quod imitet alienos mores.

Adoleſcentiam.) Negatio informata exclamatione.

A *Quod licuerit.*) Amare.

Emiſſus aliquis.) Scilicet in ipſius tribunatu. oſtendit iam quomodo in tribunatu ſuo non fuerit vehemens. Eſt hoc poſtremum crimen quod ἀντιληπτικῶς, defendit: priora autem ſimplici tantum negatione refutauit.

Neceſſarij.) Neceſſarius dicitur, cum quo coniuncti ſumus neceſſitatis, & affinitatis cauſa.

Tramandatis.) Ex mandatis tribunorum plebis.

Requiſitus.) Ad carcerem & cuſtodiam. fatetur emiſſum quidem eſſe, ſed tamen requiſitum denuo.

B *Atq; hæc.*) Concluſio refutationis.

Hæc) Scilicet ſex crimina quæ enumeraui,

Pater vero inquit.) Hactenus commemorauit cauſas, quibus ædilitatem conſecutus eſt Plancius, inter quas fuit etiam patris interceſſio. Quia vero Laterenſis dicebat patrem non eſſe cauſam, cur ædilis factus ſit Plancius, quod magis obeſſe quam prodeſſe filio debuerit, quia optimates offendiſſet: ideo Cicero ne videretur τὸ μὲν αἴτιον poſuiſſe, hoc in loco id refutat.

O vocem duram.) Exclamatio propoſitionis loco poſita, quæ reprehenſioni inſeruit. vocat autem vocem duram, minus ſeueram: me-

C dium eſt durum inter ſeuerum & crudele.

Pater vt.) Exclamationis expolitio, quæ fit κατ' ἐπιμονήν: Quintil. congeriem vocat.

Vt.) Id eſt, quomodo.

Qui ſi eſſet.) ὑπόθεσις ἢ τὸ πλάσμα: primum enim expolitione, deinde fictione explicat exclamationem, & oſtendit durum eſſe patrem obeſſe filio,

Turpiſſimus.) Voluptatibus & libidinibus.

Sordidiſſimus.) Cupiditate pecuniarum.

D *Patrio.*) Patrium dicitur de his rebus, quæ ſub ſenſum cadunt, paternum de bonis.

Clementes.) Clemens dicitur, cuius animus inclinatus & propenſus eſt ad iuuandum.

Omnium.) Scilicet gentium.

Commendatione.) Impulſu.

Sed cum Cn. Plancius.) τὸ ἀντίθετον, contraria fictioni tractatio. Pater eius non fuit ſordidus, non turpiſſimus, ſed liberaliſſimus & honeſtiſſimus. Tota autem hæc laus tractata eſt πνευματικῶς productione

E ſpiritus.

Gradum.) Locum. metaphora ſumpta à ſeſſionibus Theatralibus, quæ diſtinctæ erant gradibus.

Præfectura.) Atinenſi.

Dignitatis.) Dignitas eſt virtus magiſtratibus ac honoribus decorata & cohoneſtata.

Legionibus.) Exercitu.

Sanctiſſimus.) Sanctus dicitur, qui à nullo eſt violandus propter innocentiam & integritatem.

Plurimarum magiſter.) Id eſt, princeps, qui præerat rationibus ſociorum.

Qui vel minus.) ἰσοθεσὶς ἢ τῶν πατρῶν concludit hunc locum, patrem debere adeſſe filio A

Aſperius inquit.) Iam ad rem ipſam venit. Dixerat Laterenſis patrē obeſſe debere filio, quia aſperius locutus fuerat contra optimates. Cicero diſiungit hæc, & cauſam poſteriore loco tractat. Qua autem methodo & collocatione vſus eſt in laudando & defendendo Plancio, eadem vtitur in defendendo patre eius. nam vt Plancij integritatem primo oſtendit, ita hic patris eius vitam demonſtrat. Porro vt calumniis in Plancium coniectis reſpōdit, ita hic calumnias, in patrem eius dictas, refutat. Primum autem habet ἀγωνισμὸν καὶ διαλογισμόν: deinde ἀγανάκτησιν: tertio ἀπόδειξιν παραδειγματικήν: quarto defenſionem Plancij, quæ fit μετάστασις. B

Locutus eſt) Contra optimates.

Aliquid aliquando.) More Græcorum loquitur, qui dicunt τί ποτε.

Imo fortaſſis liberius.) Corrigit & emendat verbum aduerſarij: aſperitas enim culpanda eſt, libertas autem non.

Ad idipſum.) Id eſt, libere loqui. altera aduerſarij obiectio.

Ergo hi ferendi.) ἀντέγκλημα κατὰ τὸ βίαιον, quo obiectionem aduerſarij refutat: refutatio per ſententiam contrariam κατ' ἀπόφασιν, id eſt, per negationem poſitæ rei, & mutuam accuſationem. Quamuis enim hic qualitatem affirmatiuam ponat, tamen reuera eſt negatiua: eſt enim Ironia. Non ferendus eſt, qui libere loquitur, inquit Laterenſis, contra optimates: imo tu ferendus non es, inquit Cicero, qui libertatem ab equite Romano vis auferre. C

Vbi illa æquitas.) Iam ſequitur ἀγανάκτησις. non temere iraſcendum eſt, ideo poſt ἀπόκελσιν ponit indignationem.

Mos.) In priuilegiis ordinū ſeruandis: vnuſquiſq; enim ordo ſuam habuit libertatem: Senatorius iudicandi: Equitum ſeparandi ſe à iudicio: Plebeius iubere leges. D

Antiqua libertas.) Singulorum ordinum.

Extollere caput.) Metaphora ſumpta à proſtratis & immerſis.

Equitum ego.) ἀπόδειξις παραδειγματικὴ, tractata comparatione parium, item minoris ad maius. Alij equites aſperius in nobiliſſimos locuti ſunt, ergo & Plancio licuit. Item ſi Granio licuit libere loqui contra optimates, multo magis Plancio licuit. Eſt autem hic in principio etiam περίληψις aſſumptio totius & partium. totius, Equitum: partis, publicanorum. iterum totius, in nobiliſſimos: partis, in Q. Scæuolam. adfert autem hoc genus orationis ornatum, dignitatem, & pondus. Indiuiduum enim additum generi, quaſi probat. E

Maledicta.) Aſpere dicta. non ſolum aſpere loqui aduerſus optimates ſolent equites, ſed etiam maledicta eis obiicere: ita paulatim creſcit oratio.

Publicanorum.) Equitum. nam equites conducebant & locabant vectigalia, vnde Publicani vocabantur.

Ingenio.) Propter intellectum.

Iuſtitia) Propter habitum virtutis.

Integritate.) Propter vitam honeſte actam.

Libere.) Aperte.

Conſu.

A *Conſuli P. Naſica*) Poſuit exemplum Scæuolæ qui maledicta paſſus eſt: iam ponit exemplum eius qui maledicta in alios contulit. Tractatur hoc exemplum κατὰ σύγκρισιν, quæ poſita in duabus hiſce vocabulis, Conſuli & præco. Conſul qui ſummus erat magiſtratus, audiuit maledictum. præco priuatus & humilis dixit.

Conſuli.) ἔμφασιν habet propter comparationem.

Iuſtitio) Iuſtitium dicitur quaſi ſtatio iuriſdicundi. edicere iuſtitium dicitur, quando fit vacatio iudiciorum.

Quod auctiones eſſent) Id eſt, quod auctiones deſinerent ſalſe dictum B eſt conſulis, Granij autem ſalſius. Mordebat Granium conſul, Triſtis es Grani, quia multarum auctionum futurus es præco. cum autem nullæ eſſent futuræ, reſpondet Granius: Imo ego triſtis ſum, quia legiones ſunt, id eſt, quia tu contra morem maiorum vi tollis iuriſdictionem.

Idem tribuno) Iſta duo Apophthegmata diſſimilia ſunt. Druſi enim interrogatio non eſt falſa, vt fuit conſulis.

Ille L. Craßi) Bina exempla ſeparatim poſuit, nunc bina coniungit.

Voluntatem) Id eſt, occulta conſilia. ſingula autem verba hic ma-C gnam vim habent.

Perſtrinxit) Ita facetijs eos inſectatus eſt, vt animus eorum. corpuſque perhorreſceret.

Nunc vſque eo) ἀνταπόδοσις τῆς συγκρίσεως, quæ indignationem habet.

Veſtra) Nobilium & optimatium. ita ne eſtis arrogantes vos nobiles & optimates, vt non ſit liberum equiti Romano contra vos loqui, ſententia eſt δημοτικὴ contra ſenatum.

Vt qua fuit) Comparatio perſonarum, rerum contrariarum, & differentium. etſi enim differunt præco & æques, tamen vim etiam pu-D gnantium habent.

In ridendo) Rebus non ſerijs, ὑπαλλαγή: ſignum enim pro re ſignata ponitur.

In plorando) Rebus ſerijs: eadem eſt figura. ſunt autem differentia ridere & plorare.

Qua enim) Sequitur ἀπολογία defenſio à qualitate. Ante multis exemplis paribus & inferioribus eum defendit: nunc duplici qualitate ſcilicet κατ' ἀντίληψιν & μετάστασιν, à qua poſtea ad ὀργισιν tranſit. Ita totus iſte locus quadripartitam habet defenſionem E παραδειγματικὴν, ἀντιληπτικὴν, μεταστατικὴν, καὶ ὀργητικὴν.

Qua enim) μετάστασις, à qua incipit, & cauſam reijcit in iram & indignationem, commotio autem animi inter cauſas adiuuantes numeratur. & hic exemplum habemus, quo illa cauſa ſit tractanda.

Vox) Oratio. inſtrumentum pro repoſuit per hypallagen. vox enim orationis eſt vehiculum.

Contumelia) Contumelia eſt iniuria, detrahens alterius famæ, nomini, & exiſtimationi.

Quid eſt autem) Sententia ſophiſtica, non philoſophica. oſtendit non ἴδιον, ſed πρᾶχθεν δημόσιον.

Niſi

Niſi eum fecis) Equeſtri ordine, qui aliquid à ſenatu petijt, vel vt A præcium vectigalium diminueretur, vel vt condonaretur debitum, vel vt differetur in aliud tempus, vel ſimile aliquid. Senatus autem non ſolum non conceſſit quod petierat ſed ne quidem reſpondit. Quare Plancius contra ſenatum acerbius eſt locutus. Oſtendit igitur eum Cicero, non pro ſe feciſſe quod fecit, ſed pro toto ordine equeſtri, & dolorem illum non ex ſuo, ſed publico excitatum commodo. eſt igitur defenſio μεταςατικὴ triplex.

Cum ſenatus) Tertia μεταςάσεως particula. prima remotio fuit in iram & animi commotionem: altera in ordinem ſuum: tertia fit in B ſenatum, qui reſponſum ordini equeſtri dare noluit: Cum autem hoc non ſit παθητικὸν ſed magis ὀργιςικὸν, & ſenatum aduerſus ſe excitet, ideo excuſationem rhetoricam adiungit, dum inquit: cum ſenatus impediretur.

Impediretur) Interpellatione ſcilicet quorundam hominum.

Omnibus illa) Occupatio: cur ipſe ſolus locutus eſt aſpere: quia ſyncerior fuit alijs & pro cæteris periclitari voluit.

Senſus) Conſideratio indignitatis.

Latuit) Tectus erat.

Promptum) Expoſitum. C

Quanquam iudices) ἄςειοις tecta non autem ſimplex, ſed contingens per ἐπιμβολήν.

Permulta) Acute ſcilicet & facete dicta ἀποφθέγματα: eſt enim ἀπόφθεγμα oratio breuis quæ acutam & facetam ſententiam habet, eamque vrbanam.

Conferuntur) Id eſt, Plancium authorem faciunt: conferre enim aliqua in aliquem, eſt aliquorum eum authorem facere.

Ex me) Id eſt, reipſa in me comperi: credo Plancio accidere idem quod mihi: ego, quia ſemel cepi facetus eſſe, omnia facete dicta mihi D aſcribuntur.

Non ſtudio adductus) Id eſt, præmeditata oratione.

Contentione dicendi) Id eſt, ipſa cauſa, & aduerſariorum importunitate.

Perfacetum) Id eſt, valde vrbanum: quod ſcitum eſt, & homine ingenuo atq; docto dignum. ita enim hic Cicero interpretatur. contrarium eſt ruſticum.

Aliorum) Apophthegmata.

Non me digna) Non ſcita, non docto & ingenuo digna.

Nam quod) Iam propius ad rem ipſam accedit, & defendit factum E Plancij, ſiue ab eo factum ſit, ſiue non ſit.

Primus) Plancius pater.

De Publicanis) Id eſt, quæ pertinebant ad negocia Publicanorum.

Sciuit) Promulgauit.

Per populum) Interceſſione populi.

Suffragium tulit) Sententiam ſuam dixit.

Sortis) Quæ ſolebat mitti in dicendis ſuffragijs defendit dilemmate.

Legem ferebat) Conſulis ſcilicet.

In

A *In caſu*) Propter caſum, id eſt, caſus & ſors impune peccant.
Si conſulu) Id eſt, eius, qui legem ferebat, explicatio ſui ipſius.
A ſummo viro) Conſule.
Ordinis) Equitum & publicanorum.
Sed aliquando) Hactenus de dignitate vtriusq; competitoris egit, & de cauſis, quibus Plancius factus ſit ædilis: nunc ad locum propriũ huius cauſæ venit, de ambitu, & oſtendit accuſatorem non eas tribus ædidiſſe, id eſt, teſtes adduxiſſe, quas opportebat, & eas, quarum iudicium eſſe debebat. Solebant enim ædi tribus ab accuſatore quæ corruptæ videbantur, illos teſtes ac iudices conſtituebat. Reprahendit ergo accuſatoris actionem Cicero, quod non lege de ambitu, ſed de ſocietatibus, ſiue conuiuijs nitatur.
B *Ad cauſam*) De iudici ambitus.
Licinia) C. Licinius Stolo tulit legem de conuiuijs & M. Licinius Craſſus, de Sodalitatibus: quam ergo ex his duabus intelligat, non conſtat.
Sodalitijs) Vetitis & illicitis. Nam ſolebant ante electionem eiuſmodi conuiuijs corrumpere populum: quæ cauſa fuit cur ea Licinius lege vetaret.
C *Ambitus legu*) Alij legunt omnes ambitus leges. reprahendit aduerſarium quod aliena non propria lege vſus ſit.
Secutus) Spectaſti.
Edititios) A te editos. Nam accuſatores ſolebant iudices nominare, id eſt, edere: defenſoribus vero & reis licebat editos reijcere.
Niſi hac) Præter hanc.
Quod genus) Scilicet quod conſtat ex ædititijs iudicibus.
Tributaria) Id eſt, de ambitu. Nam in ea licebat accuſatori edere iudices, reo vero non licebat reijcere editos. Reprahendit ergo aduerſarium quod eum morem qui proprius erat legis de ambitu in cæteras quoq; actiones transferat.
D *Hoc vno*) Tributario de ambitu. Sententia eſt: Quod proprium eſt vnius, non eſt proprium multorum: Edere & reijcere iudices, proprium eſt ſolius iudicij de Ambitu. ergo non plurium. & inde nec illorum, qui obnoxij ſunt legi Liciniæ.
In cæteras cauſas) Id eſt, ſolum ambitus eſſe voluit.
Deniq.) Id eſt, tantummodo.
Alternorum) Edititiorum & in reiectorum locum ſubſtitutorum. ita alterni iudicabant iudices.
Nullum genus) In obſeruatione ambitus.
E *Prætermitteret*) Senatus.
Acerbitatis) Seueritatis in inquirendo de ambitu.
Obſcura) Ignorata.
Agitata) Intellecta.
Aſſenſus) Vt fieret editio iudicum ſecundum legem de Ambitu.
Hoc igitur) Locus ἀπὸ τῆς κρίσεως ab authoritate & præiudicio ſenatus & iudicum.
Senſimus) In Senatu.
Largitor) Scilicet aliquis reus.
Honeſte) Non illicite.
Turpi largitione) Obtinendi magiſtratus cauſa.

Edere-

Ederentur) Ab accuſatore. A

Iudices) Secundum leges.

Acerbum) Iam repræhenſio actionis ſequitur. oſtendit enim tribus nominandas non fuiſſe editas.

Acerbum) Graue & ſeuerum.

Edidiſti) Scilicet iudices reo.

Tarentinam credo) Ironia: q. d. nequaquam.

Fuit) Id eſt, erat.

Venditorem) Alijs petentibus.

Corruptorem) In tua petitione.

Sequeſtrem) In aliorum petitionibus. Sequeſtres erant apud quos pecunia deponebatur in petendis magiſtratibus. tribus certam pecuniam petebat, petitor illam promittebat, ſi aſſequeretur magiſtratum, & eam pecuniam deponebat apud ſequeſtrem, qui tribui deinde diſtribuebat. B

Vt Volitniam) Scilicet credo edidiſti: manet in eadem Ironia:

Criminari) Quod corrupta ſit à Plancio.

Quid Plancio) Iam tribus editæ ſequuntur, quas edere non debebat.

Tertiam) Cruſtuminam.

Reijceretur) A reo. C

Dubitatis) Primum legem aduerſarij vituperauit quod vellet iudices eligi de ambitu, ſicut eliguntur de ſodalitijs: deinde editionem tribuum reprehendit: iam malitiam aduerſarij oſtendit, qui voluerit opprimere reum.

Sententiam legis) Liciniæ. Nam eam legem male interprætabatur pro ſe contra reum.

Legis) Liciniæ in quam nouam conſuetudinem voluit introducere.

Ad ſuam ſpem) Corrumpendi iudicij.

Neceſſitudines) Affinitatum, propinquitatum, & ſocietatum: D

De ciuitate) Ex toto populo.

Officijs) Nam officijs licebat præhenſare. & obſtringere atque deuincire ſibi ciues non largitione.

Iſta editio) Tribuum & iudicum.

Remota ratione illa) Scilicet antiqua.

Quàm) Vt ſcilicet ea tribus, quæ noſſet reum, iudicaret.

Tu deligas) Oratoria ἀγανάκτησις continens τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. i. omnes circumſtantias quæ hic in vnum locum congeruntur. Habet autem locus iſte altercationem ideo πνευματικὸν cōpoſitionis genus eſt, ad rem accommodatum interciſis & interſpirationibus. Oſtendit enim indignitatem rei compræhenſa tota eius qualitate & natura, id eſt, omn. b. quæ cōtinentur intra principium & finem: & loco huius: Tu ne deligas alienos: multa per ἐπιμονὴν ponit. E

Notos) Edas, eligas, & deſignes. alij habent nótos ſcilicet tibi, id eſt, neceſſarios.

Effundas) Id eſt producas, poſuit metaphoram propter maiorem ſignificantiam.

Ne quinque quidem) Scilicet iudicibus. Ter reijciebat reus iudices & tribus editas, primum ſibi ſuſpectas: deinde in locum reiectorum ma-

A rum magiſtratus alios deligebat iudices, qui viderentur rei habere notitiam, ex ijs reus ſecundo quos volebat, reijciebat: In reiectorum locum rurſus ſenatus alios eligebat, & ex his quinq; tantum reijcere reo licebat.

In proximo reo) In proxima cauſa: quæ ſit, ignoratur.

An vero nuper) ἐπεμβολικὴ διήγησις, id eſt, narratio interpoſita ante abſolutam argumentationem, qua oſtendit recte reiectos eſſe à Plancio iudices, & inique Laterenſem poſtulaſſe, ne reijcerentur æditij. hoc probat exemplo iudicij prius facti, in quo clariſſimi viri dices electos reiecerunt.

B *Editi iudicu*) Enallage numeri.

Clariſſimi) Clarus dicitur, cuius res geſtæ notæ ſunt, & celebratæ.

Principibus equeſtris ordinu) Id eſt, publicanis, qui illius ordinis erant principes, primique ſententiam dicebant.

Permiſcuerunt) Perturbarunt illi, ſcilicet iudices.

Ei legi) De iudicibus non reijciendis.

Conditioniq;) Lex publica eſt: conditio priuatarum perſonarum.

Nos neque) ἀπόδοσις συγκείσεως. continuari ſic debent: An vero nos neq; &c. reliqua enim interiecta ſunt ἐπεμβολικῶς.

C *Neque ego nũc legis*) ἀφαίρεσις occupatio. Quia videri poterat contra ſenatuſconſultum agere (ſenatus enim conſtituiſſe videbatur vt accuſator ederet iudices: deinde reus comprobaret illos) vtitur ſtatu ſcripti & voluntatis, & oſtendit in verbis aliquam obſcuritatem eſſe, ſententiam autem claram: & alia verba ſenatuſconſulti eſſe, & aliam ſententiam, vt ſcilicet ederentur iudices & reijcerentur: vt eligerentur notæ tribus, puniretur corruptio, non gratia & beneuolentia.

Factum) ſcilicet in edendis & conſtituendis iudicibus. Edimus D autem iudices qui poſſunt reijci, conſtituimus qui obſeruent illud de quo iudicandum eſt, vt firmum ſit quod iudicent.

Seruatas) Obſeruatas, retentas in beneuolentia & gratia: ſimplex eſt pro compoſito.

Editis) Sed non reiectis.

Nunc) Cum alienas & ignotas edideris.

Has tribus) Scilicet Cruſtuminam, Lemoniam, & Vegentinam.

Ignotis) Scilicet reo.

Sententiam legis) Quæ iubet notas edere.

In tenebris quam in luce cauſam verſari) Id eſt, poſitam eſſe contro- E uerſiam in verbis quàm in ſententia: maluiſti ſequi verba quæ obſcura erant quàm plana. Concedit verba, contrarium ſibi eſſe hoc ſenatusconſultum, re ipſa autem, & ſenſu pro ſe facere, cum in eo non gratia, ſed largitio ac corruptio ſit vetita.

Volitinia tribus) Interponit hic ἀγωνισμὸν, altercationem: & introducit reſpondentem ſibi aduerſarium.

Ab hoc) Scilicet Plancio: verba ſunt accuſatoris.

Habuerat) Plancius.

Venalem) Id eſt, pretio conductam & emptam.

Quid diceret) Id eſt, quomodo ſe defenderet: vult oſtendere ſe meliores tribus edidiſſe ipſi reo.

Tribu-

Tribules.) Tribules ſunt, qui eiuſdem ſunt tribus. A
Tu.) Scilicet Laterenſis.
Quid diceres.) Volitinienſibus.
Iudicem.) Condemnatorem Plancii.
Tacitum.) Iniquum & inimicum Plancio.
Excitares.) Poſſes reducere.
Ederet.) Si Lex iuſſiſſet edere reum.
Vicinitatem.) Volitinienſium qui vicini erant Atinatibus.
Quæſitor.) Id eſt, præſes iudicij, ab inquirendo crimine dicitur quæſitor, qui iudicio præficitur. Ita Virgilius Minoem vocat quæſitorem. B
C. Alfium?) Scilicet tribus Volitiniæ.
Habet.) Scilicet ſibi fauentem.
Voluntas) Beneuolentia.
Ille.) C. Alfius.
Cupiditatis.) Largitionis & corruptionis.
Cui quæſitor.) Ratiocinatio à maiori κατὰ τὸ πλεῖστον: ſi potuit quæſitorem ferre, poterit etiam ferre tribus vel iudices.
Tribulem.) Alfium.
Neque ego nunc conſilium reprehendo.) Tres fuere errores Laterenſis. 1 quod noluit reijci tribus editas. 2. quod ignotas edidit 3. quod voluit non ſolum corruptionem, ſed etiam gratiam puniri. Cicero contra duos poſtremos diſſerit. C
Conſilium.) Id eſt, prudentiam.
Eas.) Volitiniam & Tarentinam.
Conſilium ſenatus.) Id eſt, legis ſententiam.
Illorum.) Senatorum: vel iudicum tribulium.
Sequeſtrem.) Diuiſorem pecuniæ, apud quem pecuniæ deponabantur.
Aures.) Iudicum & ſenatorum. D
Illi.) Iudices & ſenatores.
Noli enim putare.) Tranſit ad locum communem, licere officio, & gratia, atque obſeruantia contendere cum competitoribus.
Suffragatio.) Scilicet tribulium erga competitores.
Noſter ordo.) Senatorum.
Liberalitate.) Id eſt, benignitate.
Reficere.) Demereri.
Neceſſarijs.) Scilicet hominibus ſenatus voluit nos eſſe gratioſos & nobis, & noſtris neceſſarijs. E
Ab his.) Neceſſarijs & amicis.
Par munus.) In ſuffragando.
Officij.) Beneficii: nam tribules beneficium dant, cum ſuffragantur.
Obſeruantia.) Erga competitores.
Antiquitatis.) Exemplorum antiquorum.
Iſto in genere.) Inter locos coniecturæ duæ ſunt rerum notæ: propriæ, quibus allatis nulla amplius eſt controuerſia, nullum dubium: & veriſimiles, quæ ſolæ rem non probant, ſed coniun-

A ctæ aliquid efficiunt. ex his quædam bonæ ſunt, quibus oratores poſſunt vti ἔντεχναι: aliæ malæ, nec probabiles; ſed ἄτεχναι: hæ non ſunt oratorum propriæ ſed alienæ, & ſophiſticæ quæ poſſunt refutari. Hic habetis exemplum notarum alienarum & ſigna non propria. Voluit enim Laterenſis corruptionis ſignum eſſe gratiam & obſeruantiam. Cicero proprias corruptionis populi notas commemorat.

Iſto in genere.) Gratiæ, & obſeruantiæ, & ſuffragationis. ſuo exemplo oſtendit proprias notas non eſſe allatas ab aduerſario.

B *Ambitionis.*)Petitionis cônſulatus.

Ipſi.)Ego Cicero.

Noſtra tempora.)Conſulatus meus.

Decuriatio.) Diuiſio tribuum per decurias, eſt enim decuriare diuidere tribum per certum hominum numerum & ordines.

Deſcriptio.) Id eſt, diſtinctio & nota vniuerſi populi: quæ pars populi faueat petituro, quæ non: hæ ſunt propriæ corruptionis notæ.

Seueritatem excitarunt.) Scilicet ad ſanciendas leges de am-

C bitu.

Largitione deuincta)Id eſt, redempta pecunia.

Hæc doce.) Locus τῶν παραλειφθέντων: quo præcipue in ſtatu voluntatis & ſcripti vtuntur: oſtendit aduerſarium feciſſe quod faciendum non erat & omiſſum quod non fuit omittendum.

Hæc doce.) Tractatur hic locus κατὰ ἀπαίτησιν τῶν ἐλέγχων, & ἐπιμονήν. & eſt accommodatio huius narratiunculæ ad rem præſentem, & notarum repetitio.

Decuriaſſe.)Diuiſiſſe tribus in ſuas decurias.

D *Conſcripſiſſe.*)Decurias tribuum conſignaſſe.

Sequeſtrem fuiſſe.)Id eſt, exercitatum fuiſſe in corrumpendis tribubus. hic aliter videtur ſumere hanc vocem quam alioqui ſoleat. Erat enim ſequeſter apud quem deponebatur pecunia: hic videbatur poni pro eo qui depoſuit pecuniam.

Pronunciaſſe.) Promiſiſſe certam ſummam pecuniæ, & nominaſſe.

Diuiſiſſe.)Pecunias.

His armis.)Scilicet gratia, beneuolentia, & ſuffragatione.

Tribulibus enim iudicibus.)Id eſt, ex notis tribubus. Redit ad editio-

E nem tribuum, & duo reprehendit. I. quod iudicijs vſus eſt non veris. II. quod ignotas tribus ediderit.

Seueritatem.)Iudicum.

Sed ne vultus quidem.) Id eſt, conſeſſum. Si has notas protuliſſes, & notas tribus edidiſſes ne quidem in conſpectum eorum venire auſi fuiſſemus.

Hanc tu rationem.) Scilicet tribulium iudicum, blanditur illis qui erant editi: oſtendens eos facere inuitos.

Scientia.)Cognitio.

Apud hos iudices.)Scilicet præſentes.

Diuinare.)Scilicet de corruptione.

Ego

Ego Plancium Laterenſis.) Redit ad primas notas quas ἀντιληπτικῶς A
defendit. Obiecit aduerſarius gratiam, & obſeruantiam, & ſuffragationem: Cicero oſtendit licere iſtis cum aduerſario contendere: hoc defendit per dilemma. Eſt autem hic ὁμολογίας confeſſio loco abſolutæ defenſionis.

Cupidos ſui.) Suffragatores.

Quos tu ſi.) Scilicet gratioſos & cupidos honoris Plancij. Defenſio neceſſaria.

Sodales.) Reos legis Liciniæ de ſodalicijs: ſumitur hic in malam partem. Eſt enim vocabulum μέσον. B

Officioſum.) Studioſum officij faciendi.

Crimionoſum.) Quod crimini vel vitio dari poteſt.

Accuſandos.) Scilicet Licinia de ambitu.

Id.) Ædilitatem.

Amicitijs.) Suffragijs: cauſa efficiens pro effecto. habet autem hoc dilemma in altera parte criminationem calumniæ: in altera irriſionem.

Iam vt ego.) ἀντίθετον, id eſt, oppoſitio Rhetorica, in qua conditionem offert aduerſario, vt aut probet Plancium corrupiſſe populum, ſicut ipſe probat eum fuiſſe gratioſum: aut ſi non poſſit, ne criminetur. C

Doceo.) Id eſt, demonſtrabo: eſt enim præſens poſitum pro futuro.

Benigne fecerit.) Græci dicunt εὐεργετεῖν τινα, id eſt, aliquem demereri beneficio.

Pro multis ſpoponderit.) Scilicet egenis & equitibus pro quibus fidem ſuam interpoſuerat. Ipſe enim diues erat & publicano parente natus.

Authoritate.) Id eſt, propter authoritatem.

In operas.) Id eſt, negotia commiſerit, vnde lucrum facerent. D

Comprahendit.) Conciliarit. dicitur autem præfectura adminiſtratio alicuius loci: & à colonia differt, quod illa habeat homines indigenas: hæc aliunde importatas & inductos.

Iam vt ego.) Prima pars quod gratioſus fuerit.

Sequeſtrem.) Corruptorem tribuum, ſcilicet alijs petentibus.

Decuriauiſſe.) Diſtinxiſſe per tribus.

Largitum.) Scilicet in ſua petitione. Conſcripſiſſe ſcilicet ciues. E

Quod ſi non.) Redditio conditionis, prima pars probationem gratiæ & præſcriptionem habuit.

Tollere.) Vituperare.

Gratiam.) Gratia eſt beneficium honeſtum alicui præſtitum. Græci χάριν vocant. eius contrarium eſt ἀχαριστία, quam hic Cicero maleficium vocat. Ariſtoteles χάριν inter bona fortunæ numerat.

Obſeruantiam.) Scilicet petitoris erga tribules, id eſt, ſupplicationem & preces factas cum obſeruantia tribulium.

A *Sancire.*) Mulctare.

Itaque haſitantem te.) Expolitio contrapoſitionis : τῆ ἀντιθέτῳ ἐπεξεργασία.eaq; bipartita.

Haſitantem.) Id eſt, infirmis criminibus inſiſtentem.

Vulgari & peruulgata.) αὔξησις in eodem verbo. Plus eſt enim hoc quam illud. Eſt autem declamatio oratio domi facta.

Quam tibi.) Id eſt, quamcunque pro compoſito poſitum eſt ſimplex.

Corrupta.) Tribus.

Ne incipies quidem.) Scilicet facere.

B *Per quam tulerit.*) A quo impetrarit ſuffragium. Ferre autem tribum, eſt fauentem habere & ſuffragantem.

Contentio.) Certamen inter me & te.

Sic agi.) contendi.

Magis.) Proprius: metaphora à gladiatoribus.

Quid diſſimulas.) ἔνστασις: inſtat & vrget aduerſarium.

Crimen.) Probationem criminis.

Vitium.) Corruptionem.

Quamcunque.) Altera ἐπεξεργασία.

C *Tulerit.*) Prenſarit.

Ac.) Id eſt, quam.

Nec erit hac alia ratio Plancio.) Conſtitutio de forma, qualitate & modo actionis: qua præſcripta tranſit ad defenſionem meliorem, ſumptam à qualitate perſonæ & temporis, qua oſtendit nullam potuiſſe fieri corruptionem.

Tu tuliſti.) Tibi ſuffragantes habuiſti.

Aduerſario.) ἔμφασις eſt in hoc vocabulo.

Sed cur ego) μετάβασις ad meliorem defenſionem, quam à qualitate

D perſonæ ac temporis ſumptam eſſe dixi.

Conſul.) Quis fuerit ille dubitatur. conſtat tamen & grauiſſimum & ſeueriſſimum fuiſſe virum, qui nullam fuiſſet corruptionem paſſus.

Superioribus.) Proximis.

Ambitus.) De Ambitu.

Deinde habere cepit ſubito.) Tempus : quod tale fuit vt fieri corruptio non potuerit.

Largiri.) Corrumpere.

E *Comparandi.*) Præhenſandi, colligendi pecunias, & conſequendi amicos.

Vocata tribus.) Sequitur iam locutionis genus maxime accommodatum ipſi rei. Dixerat ſubito habita comitia: id probat, & ipſa celeritate orationis tempus fuiſſe breue oſtendit. Eſt enim συνθομία, quam grammatici βραχυλογίαν vocant, quæ ἐνθεῖαν τάξιν habet.

Vocata.) Ad ſententiam dicendam.

Latum ſuffragium.) Latæ ſententiæ ſeu dictæ. Eſt autem hic integra ordinis obſeruatio.

Deſcrip-

Deſcripta.) Scilicet tribus ſuffragautes. Nam tribus ſuffragia ferebant, non ſingularia, ſed vniuerſim: quidam enim pro vniuerſa tribu ferebant. A

Renunciata) Renunciare ſignificat publice & palam nominare creatum magiſtratum.

Valuit.) Numero ſuffragiorum.

Attandem.) Ad ἀφαίρεσιν iam venit, id eſt, occupationem in qua oſtendit licere aliquando ſecundas ſententias præferre primis.

Vna centuria.) Pars vnius tribus.

Eam.) Scilicet prærogatiuam. B

Tulerit.) Ferre prærogatiuam eſt primam ſententiam, & ſuffragia habere.

Renunciatus.) Id eſt, quin ſit magiſtratus creatus.

Tu aut.) Contra obiectionem aduerſarij defenſionem abſolutam hic ponit.

Comitijs conſularibus.) In quibus præfuit conſul.

Exigua pars.) Non aliqua centuria.

Declararit.) Plancio.

Non vnius tribus pars.) Non vna centuria.

Comitia tota.) Scilicet ſecunda. C

Comitijs) Scilicet primis. mos enim erat vt in creandis magiſtratibus bis interrogaretur populus.

Prarogata.) Præpoſita, eſt enim prærogare, rogatione præponere.

Quo quidem.) Sequitur iam tractatio τῦ παραλειπομένυ αἰτίυ, id eſt, cauſa propter quam Laterenſis non fuerit creatus, Plancius autem poſteriotibus comitijs creatus ſit. Plancius ſupplicauit, Laterenſis noluit: ideo ille, hic autem non fuit creatus ædilis.

Minus valuiſſent.) Inferiores eſſent. D

Prolatis.) Dilatis, productis.

Proſternerent.) Non erat turpe apud veteres ſupplicare etiam fracto animo, & humili, & proſtratum cum fiebat propter conſequendos honores.

Omnis multitudo.) Id eſt, totus populus. οἱ πολλοί.

Nunquam enim.) Ratio ſui dicti: Si tu fuiſſes ſupplex, impetraſſes: quia nunquam nobilitas paſſa eſt à populo repulſam.

Sed ſi tibi.) Ad Ironiam ſuam & ſarcaſmum venit. Obijcit enim ei ſuperbiam, quam tamen meliori vocabulo grauitatem & animi magnitudinem appellat. E

Noli.) Concluſio huius tractationis quæ ad cauſam efficientem pertinet.

Quod malueris.) Grauitatem animi.

Quod minoris.) Ædilitatem.

Equidem primum vt honore.) Confirmat concluſionem ſuo exemplo: quod ſupplex fuerit, ambierit, ſed tertio demum loco. Primum enim ſibi fuiſſe propoſitum & dignus eſſet magiſtratu: deinde vt etiam alijs videretur dignus: tertio ſe ambiuiſſe, & ſupplicem fuiſſe. Eſt ergo ordinis diſtinctio.

Dignus.) Bonus.

A *Exiſtimarer.*) Scilicet dignus eſſe.

Ipſe honos.) Conſecutio honoris vel magiſtratus, id eſt, ipſa ſupplicatio, qua conſequimur honorem vel magiſtratum.

Teſtimonium.) Qui accipit teſtimonium, accipit meritus: qui beneficium, accipit meriturus. Ideo dicit ſe magiſtratum accepiſſe vt meritum, non vt meriturum: & talem dicit etiam in Plancio fuiſſe animum.

Quaris etiam.) Hæc defenſio partim ad probationem rei pertinet, partim ad deridendum aduerſarium. Digreditur enim nonnihil ab ipſa cauſa & tractatione rationali, & ad perſonam aduerſarij tranſit. B Eſt autem hic locus ἠθικὸς & amabiles oratoris mores indicat. Tractatio παραδειγματικὴ eſt, & ὑφηγητική. Collatio bipertita: rerum enim & temporum momentis exempla diſtinguit. Quod ad res attinet, exempla repulſæ ædilitatis, & tribunitiæ dignitatis tractat.

Imaginibus tuis.) Id eſt, maioribus, quos alloqueris in tuis imaginibus: eſt ὑπαλλαγή. Eſt autem hic locus deſumptus ex oratione Laterenſis, quem Cicero valde liberaliter & ciuiliter perſtringit.

C *Quam.*) In tua oratione quam habuiſti.

Ornatiſſimum.) Propter bona fortunæ.

Optime.) Propter virtutem.

Mortuo.) Hoc verbum extremo loco poſuit quia graue eſt.

Noli iſta. ἀφαίρεσις refutatio.

Dolorque nimius.) Dolere permittitur ab academicis: nimium autem dolere vituperatur: vt etiam ἀπάθεια quam Stoici ſtatuerunt. Dolor autem animo concipitur, quærela verbis fit.

D *Vidit enim pater.*) ἀπόδειξις παραδειγματική. Conſideranda eſt autem diſtinctio horum exemplorum varietate temporum.

Potentiſſimo.) Propter opes.

Clariſſimo.) Propter res à ſe geſtas.

Sine repulſa.) Id eſt, prima petitione conſulatum impetraſſe.

Sibi.) Patri tuo.

Offenſiuncula.) Repulſa.

E *Auus vero.*) Pars altera exemplorum.

Ædilitiam.) Ædilitatis.

P. Naſica.) Hic paſſus eſt repulſam eo quod offendiſſet ruſticanum quendam hominem accepta manu eius rogans, vt ſibi ſuffragari vellet in petitione ædilitatis, quod appellabant prænſare. Cum vero ſenſiſſet manum eius eſſe calloſam, vt erat homo perfacetus, dicebat: puto te manibus ambulare. Quod cum ille ægre tuliſſet ſuis contribulibus indicauit: qui ſe ab homine nobili contemni exiſtimantes, ſuffragia ſua illi non dederunt.

Et L. Caſaris.) Conglobatio exemplorum. hactenus enim ſingula poſuit nunc multa coniungit.

Sed quid ego.) Tranſitio ad alteram exemplorum partem: & alteram diſtinctionem, quę fit ipſis rebus. Repulſa enim ædilitatis non differt à repulſa tribunitiæ dignitatis, niſi re & qualitate. Congregantur autem hic omnia exempla in vnum locum. Eſtq́; hic pulcherrima tractandorum exemplorum idæa. A

Qua.) Ædilitates. Loquitur autem iam de ædilitate curuli.

Eiuſmodi habita.) Propter ſumptus & impenſas Theatrales.

Benigna factum.) Id eſt, conſultum priuatis & domeſticis rationibus.

L. Philippus.) Huius mentio fit apud Cic. lib. 3. de Orat. vbi eum vocat oratorem acrem, & vehementem. B

Facti non ſunt.) ἀπόζδυγμα eſt.

Quæ tibi vltro.) Concluſio exemplorum recitatorum, in qua laudat Laterenſis virtutem ſcilicet conſtantiam & integritatem, & excitat eum ad reliquum honorum curſum.

Liberent aliqua culpa.) Liberare aliquem culpa, eſt alicui ignoſcere. & crimen omne abolere, & abſoluere cum ſignificatione & indicatione innocentiæ.

Suſcepta.) Suſcipere culpam hic dicit, vt in oratione pro Quint. ſuſcipere maculam. Dicimus. 1. vereri culpam. 2. ſuſcipere culpam. 3. liberari à culpa. 4. præſtare culpam, quod eſt διδόναι δίκην τῦ ἀδικήματος. C

Ad curſum.) Virtutis & honorum.

Nihil eſt enim.) Sequitur iam ἔπαινος. laude enim magis eum excitat.

Detractum.) De honore tuo iminutum.

Significatum.) Id eſt, occultum datum teſtimonium: eſt autem hoc in loco ἐπανόρθωσις διὰ τῦ ἐναντίου: neq; enim fit ſolum in verbis grauioribus, ſed etiam in contrariis. Nihil eſt de te detractum, imo potius de virtute tua ſignificatum aliquid eſt. D

Motum.) Id eſt, famam populi.

De qua.) Petitione.

Aliquid) In alicuius legem, id eſt, conſulis. Cogebatur enim ædilis factus in nouas & veteres iurare leges.

Denunciaſti.) Significaſti.

Fortius tu quidem.) Extra magiſtratum.

Sed apertius.) αὔξησις ἀγωγή.

Ambitionis.) Petitionis tuæ.

Ætatis tua) Scilicet propter deſtitutionem authoritatis. E

Quamobrem.) Extremus terminus totius huius tractationis. Concludit enim excitando eum ad reliquum honorum curſum.

Incautum.) Id eſt, non ſupplicantem, non prehenſantem.

Loco tuo.) Id eſt, à petitione.

Tractauentem.) Id eſt, rogantem, ſupplicantem, & prehenſantem. Tu aſſequeris magiſtratum quemcunque vis, ſi modo idem facere non grauaris, quod reliqui faciunt; rogare, ſupplicare. & prehenſare.

Ante illa argumenta.) Redit ad ſtatum coniecturæ, & refutat ſuſpiciones ac τεκμήρια aduerſarij, quæ tamen non ſunt neceſſaria, ſed

A ἀνασκευάσαι, id eſt, refutari poſſunt. Tractatio horum ſimilis eſt tractationi ſuperiori exemplorum.

Duxerunt.) Scilicet ad accuſandum Plancium.

Argumenta.) τὰ εἰκότα σημεῖα ſigna probabilia.

Dubitatu) μετάβασις προσφωνήσεως, id eſt, mutatio appellationis. à ſecunda enim perſona tranſit ad tertiam.

Inquit.) Pro iniquis.

Dubitatu) Scilicet vos iudices.

Coitio) Conſenſio & conſpiratio ſodalitatis inter Plotium & Plan-
B cium. Dicuntur autem competitores coire, qui ſe mutuo iuuant in ambiendo.

Tuerit) Eorundem ſuffragia obtinuerit cum Plocio.

Vna.) Id eſt, eadem renunciatione.

Nonnullas) Scilicet tribus. Sunt autem duo hic σημεῖα quæ accumulata videntur rem facere probabiliorem.

Quippe.) μόριον αὐξητικόν.

Superioribus) Primis: bis enim habebantur comitia in petitione ædilitatis. De primis dicitur clarare: de ſecundis renunciare.

Quanquam ne id.) λύσις: dicit enim notam eſſe alienam, cum fieri
C poſſit vt aliquando pares ſuffragiis ſint competitores duo.

Suſpicionem.) Certam notam.

Conſtituiſſent ſortitionem.) Id eſt, vt ſortibus & punctis magiſtratus crearentur.

Pares ſuffragiis) Id eſt, totidem punctis.

Et ais.) Puto legendum: *Sed ais.* Eſt enim hic αὔξησις τῆς τάξεως κατὰ μείωσιν. à ſigno enim infirmo ad infirmius venit.

Et ais) Scilicet ineptiori ſigno, & nota minus probabili.

Anienſem) Scilicet tribum.

D *Tibi.*) Laterenſi.

Conceſſam) Ad ſuffragandum.

Nunc.) Id eſt, proximis comitiis: poſterioribus.

Ab vtroq.) Scilicet Plotio & Plancio.

Venirent) Plotius & Plancius.

In anguſtum.) Scilicet ſuffragium: ne minores & inferiores ſuffragiis ferrent. id enim eſt in anguſtum venire, inferiorem eſſe ſuffragiis.

Etenim) Refutatio à minori ad maius. Signum enim tractat per comparationem. Si prioribus comitiis non metuerunt tribus, cum populi voluntas eſt incerta: minus metuere debuerunt in poſteriori-
E bus cum populi voluntas eſt certior.

Conuenit.) Conſentaneum eſt.

Nondum cognita) Id eſt, prioribus comitiis quibus populi voluntas non eſt cognita Rationem pro re poſuit.

Hos) Scilicet Plotium & Plancium.

Coniunctos.) Tribus inter ſe communicaſſe.

Iacturam feciſſe) Vobis conceſſiſſe.

Vos.) Tu Laterenſis cum tuo competitore.

Eoſdem.) Plotium & Plancium.

Experti.) Scilicet prioribus comitiis.

Valerent.) Gratia apud populum.

Reſtri-

Reſtrictos & tenales) Scilicet in concedendo, reſtrictum & tenacem A
eſſe aliquando nihil aliud eſt, quam auarum eſſe,ſumpta metaphora à loculis & manibus auarorum.

Etenim verebantur.) Refutauit crimen : iam refutat rationem criminis.

Credo.) Id eſt,ſcilicet: eſt enim ironiæ particula hoc in loco.

Venire.) Propter multitudinem ſuffragiorum.

Sed tamen.) Sequitur iam διαβολὴ calumnia: dum enim vult accuſare Plancium,accuſat etiam Plotium.

An iudicas.) Id eſt,an rectum eſſe putas. B

In idem crimen) Scilicet ambitus,id eſt,ad defendendum vel diluendum crimen.

Eum.) Plotium.

A quo non ſit.) Scilicet vt eius mentionem facias. Oſtendit accuſatorem calumniarum eſſe cupidum.

Nam quod quæſtus) Aliud ſignum falſi ſcilicet teſtimonij quod refutat per dilemma.

Quæſtus es.) Cum quærela promiſeris.

Voltinia) Scilicet tribu Plancij.

Acceperunt.) A Plancio. Aut voluerunt Plancio dare ſuffragia propter acceptos numos: aut tibi ſine numis. Si Plancio dare voluerunt C
propter numos : teſtimonium non potuerunt dicere. Si te vltro voluerunt eligere,cur non factus es ædilis?

Gratuita) Abſq; pecunia: gratis facta.

Illud vero.) Quurtum ſignum. Redit autem hic ad ipſam altercationem contra argumenta aduerſatij, & negat pecuniam eſſe inuentam. Quia vero negatio probatione opus non habet, ſed ab aduerſario adferenda eſt, ideo ſubiungit ἀπαίτησιν τῶν ἐλέγχων. Duobus enim modis oratores refutant τεκμήρια & inficiando & imminuendo. Eſt autem τεκμήριον propria rei nota, qua allata nullum amplius eſt dubium. Sed aliquando videtur quiddm eſſe τεκμήριον, D
ſed non eſt : quod cum ſit, imminuimus. Hoc vero ſignum ἀρνήσει refutat Cicero.

Crimen.) Proprie eſt peccatum ab aduerſario indicatum.

Refrixit.) Siletur de illo crimine,quia falſum eſſe apparuit.

Neq; enim.) ἀπαίτησις τῶν ἐλέγχων poſt ipſam rem κατ' ἄρνησιν.

Qui numi.) Cuius monetæ.

Tribus.) Scilicet quæ accepetit.

Qui diuiſor) Qui dederit. E

Atq; is quidem.) ἀφαίρεσις occupatio. Iactauerant enim aduerſarij ſe habere diuiſorem,quiſq; ille eſſet ſcire.Cicero falſum id eſſe dicit, quia ille negauerit, & ſibi iniuriam fieri quæſtus ſit. deinde ſi aliquis eſſet inuentus,illum fuiſſe ab ipſis accuſatum.

Atq;.) Particula aduerſatiua hic eſt: pro verum enimuero.

Is.) Diuiſor.

Adductus ad) Scilicet in comitiis.

Qui.) Diuiſor. prima ratio,falſo accuſatum dicit.

Iactatum.) Falſis criminibus accuſatum.

Qui ſi erat.) Altera ratio non fuit diuiſor,qui non accuſaſti eum.

A *Praiudicij*) Contra nos.

Sed neq; tu.) Nunc Cicero commemorat veras cauſas accuſationis, cur Laterenſis ad accuſandum venerit: & demonſtrat eum non veritate niti ſed inuidia & iniquitate teſtium. Agitur igitur contra teſtes, & monet iudices quomodo fidem debeant habere teſtibus.

Habes.) Demonſtrare potes.

Confidu.) Niti potes.

Ratio.) Eſt mentis agitatio & conſultatio: mens autem errare non poteſt, ideo nec ratio errabit, quæ mentis eſt actio. Ideoq; in bonam B partem principio accipiebatur Poſtea tamen in malam etiam partem vſurpati, & tam mala quam bona ratio dici cepit.

Cogitatio.) Ratio vera eſt, cogitatio falſa eſſe poteſt.

Ad ſpem huius.) Scilicet Plancij.

Magna ſunt in te.) ἀπαρίθμησις enumeratio cauſarum καὶ σύγκρισιν per comparationem, quibus aduerſarius ad accuſandum eſt adductus.

Multi amici.) ἐπιμονή.

Multi huic inuident.) Pars altera comparationis.

C *Retinens.*) Obſeruans, id eſt, nimius defenſor, & recuperator.

Communes.) Publici.

Omnium.) Non ſolum Plancij.

Moueant animos.) Authoritatem cauſæ adferant, id eſt, offendant, & lędant reum.

Volunt.) Ambiunt, cupiunt ſcilicet in repub. Pars prima comparationis quinque membra habuit, altera ſolum tria habet Et quoniam hæc pars numero eſt inferior, explicata eſt & dilatata tractatione cauſatum finalium. Oſtendit enim quæ cauſæ ſint quibus homines adducantur ad falſa teſtimonia dicenda. Primo vt lædant reos: deinde D vt gratificentur populo & magiſtratui: tertio & ipſi exiſtimationem conſequantur.

Quibus cum me iudices.) Agit iam contra ipſos teſtes primo per διάωξιν: deinde per ἀξίωσιν poſtulat enim à iudicibus vt ipſi mente conſiderent quod ipſe voce non vult perſequi. Recuſat pugnare cum illis, & poſtulat ne illis habeatur fides: Pulchrum hic eſt exemplum agendi contra magnos viros, qui eos quos non debebant defendere, tamen defendunt.

Effugere) Detrectare.

Quod ſalus.) Cauſa Plancij & defenſio, ex qua ſalus eius pendet.

E *Sed quia.*) Occulta & tacita ἀξίωσις.

Veſtra prudentia.) Veſtræ cogitationi.

Modeſtia.) Pudori & verecundiæ.

Illud vnum.) Sequitur iam aperta poſtulatio quæ habet teſtium vituperationem generalem. Oſtendit enim generalia vitia teſtium falſorum, & hæc indicando petit ne illis habeatur fides.

Fictis auditionibus.) Dicuntur teſtes. qui dicunt ſe aliquid audiſſe quod non audiuerunt. Diuus Hieronymus vocat teſtes auritos.

Diſſeminatis ſermo.) Hi publici ſunt: illæ priuatæ. Vocantur autem ſermones diſſeminati σπερμολογίαι.

Multi

Multi amici.) Confirmatio ἀξιώσεως quæ habet ἐπανάληψιν συγκρίσεως, id eſt, reſumptionem factæ comparationis. A

Communes obtrectatores.) Id eſt, communes inimici omnium reorum, vt prius vocauit quæ ante duodecim membris tractata fuerunt; hic tribus tractantur. Eſt enim hoc in loco συνθομία, in illo fuit ὄγκος.

Nihil eſt autem.) Altera probatio quæ tanquam appendicula eſt: & eſt ſumpta ex loco communi.

Neq; ego.) Repetitio poſtulationis, κατ' ἀντίθεσιν, καὶ ἀφαίρεσιν, καὶ πρόσληψιν. B

Fontem.) Verum autorem.

Sine capite.) Sine fonte, ſine certo authore.

Aut ſi quid.) Quia omnis metaphora eſt obſcura, propterea ſubiungit ἑρμηνείαν. Tametſi enim lumen habent metaphoræ: tamen illud, niſi explicentur, oculos perſtringit.

Sed venio iam ad L. Caſſium.) Hactenus refutauit argumenta Lateꝛenſis: nunc refellit Caſſij. Tranſit enim iam ad orationem L. Caſſij, qui fuit vnus ex accuſatoribus Plancij. Solebat enim eadem cauſa plures habere accuſatores. Agit autem hic potiſſimum contra exempla Caſſij, quorum aliqua fuerunt vera: aliqua ficta καθ' ὑπόθεσιν & C primo τῷ βιαίῳ vtitur refutatione violenta κατὰ ἀντικατάληψιν. Ego potuiſſem tibi idem reſpondere quod ille cuius es exemplo vſus in oratione tua, qui eſt ex familia tua: Si Iuuentio homini Plebeio licuit ædilem fieri, cur non liceret etiam Plancio Equiti? Sed nolo tibi ad hunc modum reſpondere. Eſt autem hoc etiam in huiuſmodi exempl s obſeruandum, vt nobis illa ad imitandum proponamus. Breuius tractatur refutatio, quia ſatis eſt vt refutaſſe videamur. At in confirmando rationes noſtræ debent videri veræ, ideo in eo ſumus prolixiores.

Cuius.) Caſſij. D

Iuuentium.) Vnum ex tuis maioribus.

Tecum expoſtulaui) Id eſt, pro exemplo contra te produxi.

Ille.) L. Caſſius.

Humanitate.) Doctrina, eruditione.

Primum.) Scilicet in ſua familia & ſtirpe.

De plebe) Plebei ordinis hominem.

In quo.) Tranſitio ab argumento firmiore ad debilius per remotionem. Remouet enim cauſam in errorem populi & ignorationem. Ita à ſtatu comparatiuo venit ad remotionem.

Neſciſſe.) Scilicet Iuuentium primum ædilem curulem eſſe factum. E

Longino.) Hiſtorico. Nuſquam de hoc aliquid legimus: ſed conijcimus eum hiſtoricum fuiſſe.

A ſtudiq antiquitatis.) Id eſt, cognitione hiſtoriarum.

Et quoniam.) Præparatio ad inſequentem refutationem. antequam tamen ad argumenta venit, laudat Caſſium, & oſtendit ſe non offenſum eius oratione. Habet ergo hæc κατασκευὴ duo: primum κατάστασιν: eſt enim ad docilitatem accommodata; deinde ἦθος: quia ingenium oratoris & mores oſtendit ſuaues.

Et.) *Et*, eſt hic particula connectendi.

[illegible]

A *Perelegans*) Propter ornamenta verborum, & ſententiarum.

Perſubtilis) Propter acumen, & prudentiam ſententiarum.

Studio) Doctrina.

Pudore) Hæ duæ virtutes propriæ ſunt adoleſcentum, ſtudium & verecundia.

Ingenio) Naturæ.

Humanitati) Doctrinæ.

De ipſo fine) Quidam legunt de filio. Locutus enim fuerat in ſua oratione Caſſius de filio Ciceronis, nec diſplicet ea lectio. Alij de fine legunt & de conſulatu interpretantur. Sunt qui de fine oratio-
B nis Caſſij intelligunt: in fine enim aculei ſolent relinqui animis audientium.

Quæſiſti vtrum) Primum agit contra exemplum fictum. Dixerat Caſſius: Nonne tu Cicero velles filium tuum in ambiendo præferri equitis filio? Reſpondet Cicero ſe malle vt filius ſuus ſibi ſimilis fiat induſtria & laboribus, & non ignauia ac deſidia ad honores perueniat.

Familia) Patre conſule natus.

Ego vero) ἀνασκευὴ plane ἠθικὴ contra obiectionem. Oſtenditur enim in ea ingenium vere paternum, & cum ratione liberorum a-
C mans.

Malo) Cupio

Honores) Dignitatem.

Hæc præcipere) Id eſt, hæc præcepta recitare.

Gnati) Filij. quia enim verba poetæ adducturus eſt, ideo hic etiam verbo poetico vtitur.

Non eſt) Scilicet idonea ad præcepta intelligenda.

Ille) Scilicet poetæ perſona: introductus in fabula: forte Atreus fuit, vt quidam volunt.

Inſidiæ ſunt) Boni multis inſidijs petuntur.

D *Cætera*) Scilicet eius poetæ.

Grauis poeta) Scilicet propter pondus ſententiarum.

Ingenioſus) Propter acumen ſententiarum.

Regios pueros) Forte Menelaum & Agamemnonem filios Atrei intelligit.

Id quod multi) Licet multi inuideant.

Quæris quid) Tranſit iam ad tertium argumentum, quod etiam habuit exemplum fictum πλαστόν. Oſtendit hoc ſolitum eſſe fieri, & exemplis contrarijs declarat.

Magis) λύσις & obſcura διαβολή: oſtendit enim Lateren-
E ſem inuidia adductum, vt accuſaret Plancium, cui non inuidiſſet ſi Scipionis fuiſſet filius Multis argumentis breuiter reſpondet. Habetis igitur hic exemplum refutationis breuis & exempli καθ' ὑπόθεσιν, quæ eſt rei alicuius fictio, quæ quidem non eſt, ſed fuiſſe, aut fieri aliquando poteſt.

Præſtare) Scilicet Scipionis filio: pro præſtaret vel præſtat Eſt autem hæc differentia ex loco effectorum ſumpta: Noui honores inuidiam pariunt: antiqui vero non.

Summis) Dignitate excellentibus: ſummus enim aliquis dicitur vel propter ordinem vel propter dignitatem.

Qui

Quis noſtrum) κατασκευὴν confirmationem ſubiungit per exempla poſt rerum differentium diſtinctionem. A

Gradus honorum) Quæſturam, conſulatum, ædilitatem.

In virtute) Hominibus virtute præditis ὑπαλλαγή.

Honorum) Perpetuorum. Duo ſunt enim genera magiſtratuum. vnum perpetuum, vt conſulatus: alterum temporarium, vt dictatura, munus imperatorium.

Horum) Conſulum.

Sed nemo vnquam ſic egit) ἀνακαίνωσις repetitio obiectionis aduerſarij, mutata tamen perſona. B

Eſſet) Si viueret.

Potuit) Poſſet.

Libere) Scilicet eiecto Tarquinio.

Honore) Ipſo magiſtratu. Relatiua magis non ſuſcipiunt. Frugi enim filius non magis eſt filius, quàm prodigus.

Sic igitur) Hac de cauſa.

Nihil minus) Quàm Scipionis filius, aut L. Brutus.

Sed hac) Scilicet quæſturam, tribunatum, ædilitatem.

Pari loco) Cum Plancio.

Profers triumphos) Altera refutatio, in qua oſtendit aduerſarius Plãcium non dignum eſſe honorib. Vt T. Grachus & C. Marius. Locus eſt cauſarum, breuiter enim refutat τὸ μὴ αἴτιον, id eſt, non cauſam loco cauſæ poſitam. Non Triumphauit vt Grachus & Marius: Ergo non debet conſequi magiſtratum. Cicero dicit triumphum magiſtratus & honorum non eſſe cauſam, ſed virtutis. Eſt enim virtus cauſa efficiens, triumphare effectum. C

In quibus) Scilicet magiſtratibus. Quatuor, hîc habemus laudem & triumphum, quæ ſunt effecta. triumphus enim eſt teſtimoniũ laudis, ideoq; extremum effectum. Deinde cauſas efficientes duas, magiſtratum, & res bene geſtas. Res bene geſtæ ſunt inditia virtutis: ergo virtus & magiſtratus ſunt cauſæ honorum. D

Quæ caſtra viderit) Scilicet Plancius. id eſt, in quibus fuerit expeditionibus.

Metello imperatore) Barbarum eſt dicere ſub imperatore.

Quæſtor) Imperatoris.

Num diſertus) Scilicet ſit. communis ignoratio multorum eſt; non eſſe autem, & ſibi videri maius eſt vitium. Eſt autem alia διαβολή, & aliud aduerſarii ἔγκλημα: Plancium non eſſe facundum aut iuriſperitum. Defendit hoc Cicero ὁμολογίᾳ δι' ἀντισαγωγῆς: quam tractat διακρίσει & loco communi de artibus: Artes ad magiſtratum non eſſe neceſſarias, ſed tamen magiſtratum ornare. Probat hoc ſimilitudine. E

Qui ſibi hunc) Scilicet Plancium.

Profeſſi fuerint) Iuriſprudentiam.

Abfuiſſe) Nullam operam dediſſe. æſtimabantur olim iuriſperiti non titulo, ſed actione: quia nulli erant gradus.

Virtus) Iam oſtendit proprias cauſas & principia magiſtratus boni: quæ ſint veræ & neceſſariæ cauſæ, quæ non neceſſariæ. eſt autem virtus in habitu poſita, probitas in actione, integritas in innocentia.

Nec in

A *Nos in municipiis*) Confirmatio propoſitæ διακείσεως διὰ ὁμοιότητος.

Frugi) Dicitur frugi latine qui apud græcos χρήστος.

Villicum) Villicus dicitur, qui villæ noſtræ præeſt. ruſticus qui agrum colit & inhabitat: vt ſunt aratores qui fruges ciuibus ſuppeditant. ruſticanus dicitur, qui ex agro viuit & ruſticorum operis. Equites Romanorum erant ruſticani: equitum aratores ruſtici: villici ruſticanorum miniſtri: villarum præfecti.

Quotus quiſque) μαρτυρία κοινή. Probat communi teſtimonio &
B exemplo.

Præterea) Propter iuriſperitum & diſertum.

Iubes Plancium) Inter vitioſa genera argumentationum ſine conclusionum numeratur, & illud quod non pertinet ad propoſitum: vnde eſt genus argumentationis vitioſe apud Ariſt. lib. 8. Topicorum τὸ μὴ πρὸς τὸ τεθὲν. Tale etiam hoc in loco eſt Repræhendit Cicero aduerſarium, quod argumento vſus ſit vero quidem, ſed nihil ad rē pertinente. Habetis hic exemplum refutatæ conclusionis bonæ & veræ, non tamen ad rem pertinentis. Qui præditus ſummis virtutibus eſt, dignus eſt magiſtratu: verum eſt: Laterenſis ſummis virtuti-
C bus eſt præditus: verum eſt: ergo Laterenſis dignus eſt magiſtratu: verum eſt: ſed nihil ad rem. Ergo Plancius indignus eſt magiſtratu: hoc negat Cicero.

Niſi eum nimis) Omnes virtutes concedit aduerſario, præterquam quod iniquus fuerit in Plancium.

Eum) Laterenſem.

In ſe) Plancium.

Facile patior) Conceſſio minoris propoſitionis.

Ad iudicium) Ad propoſitum, ad ipſam quæſtionem, ad cauſam.

Et) Scilicet patior.

D *Tamdiu*) Id eſt, tam multis verbis.

Atq; non modo) Alia διαβολή, in qua repræhendit aduerſarij oratoris artem & ingenium, quod leuiora argumenta aſſumpſerit, neglexerit autem meliora quàm deligenda erant. Ita enim rhetores præcipiunt.

Inania) Inane eſt, quod nihil habet momenti: leue quod parum: quod cum alijs commune eſt.

Præneſte) Sequitur iam λύσις poſt διαβολήν: hæc eſt vituperatio abſq; ratione: illa vero defenſio cum ratione.

E *Et*) At: ſaltem.

Ludos) Scenicos.

Sed ita multa) Concedit laudem, ſed defendit populum per ignorantiam.

Audiantur) A populo.

In prouincijs) Scilicet à candidatis.

Non vereor) Omnis λύσις oratoria in qua breuib. reſpondemus argumētis aduerſariorū, propter breuitatem ſolet eſſe obſcura, ideoq; faſtidioſa. Habent ergo remedium oratores, vt poſt refutationē ſubijciant aliquid iocoſum, & facetijs vtuntur: id hic facit Cicero cū de ſua quæſtura loquitur. Debent enim oratores etiam εὐτραπελίας eſſe ſtudioſi.

In ma-

In maximis rebus) In maioribus magiſtratibus, in conſulatu. A

Gratiorem) Populo.

Clariorem) Rebus geſtis.

Vere mehercules) Exemplum ſuauis narrationis. Ea enim narratio ſuauis eſt quæ habet περιπέτειαν Omnis autem περιπέτεια habet προσδόκησιν, & ἔκβασιν excitationem exſpectationis rei magnæ. Hæc autem προσδόκησις amplificata eſt μειωσμῷ qui eſt accommodatus ad magiſtratum.

Comis) Lenis & facilis.

Honores inauditi) Scilicet quibus me affecerunt. B

Itaq.) Repetitio expectationis προσδοκήσεως.

At ego) Iam ſequitur περιπέτεια.

E prouincia) Sicilia.

Lautiſſimi) Propter Thermas.

Concidi) Conſternatus etam.

In ea) Romæ.

Omnia ſciret) Id eſt, melius quàm is qui interrogabat.

Syracuſis) Hoc erat etiam falſum. Fuerat enim quæſtor Lylibetanus, non Syracuſanus.

Ad aquas) Ad balnea, ad lauandum. C

Sed ea res) Appendicula ioci quæ ad Laterenſem pertinet μεταβολὴ τῆς βυλῆς. Cum hæc viderem nolui amplius egredi Roma: ſic tum Laterenſis, ſi vis magnifieri, Romæ maneas, & ibi res magnas effice non in prouincijs.

Oculos acres) Id eſt, tantum videre quæ agantur Romæ.

Abſterruit) Scilicet adeuntes.

Et quid ego) ἀπογραπόδωσις. oſtendit quid ipſe poſtea fecerit: quod & ocium & negocium ſuum omne confecerit Romæ, & ad vtilitatem reipub. accommodauerit. D

Ocium) Vacatio publicorum munerum.

Orationes) Scilicet meas.

Ludis & ferijs) Id eſt, in ocio. Ratiocinatio eſt. Si tu legendo laboras in ocio, ego magis laboro ſcribendo: quia hoc plus eſt quàm illud.

Etenim M. Catonis) Exemplo probat ſuum factum, quod ſe ſequi oſtendit. Exemplo concluſionem ſubiungit, & iocum ad ipſam cauſam accommodat, & cauſam oſtendit cur hæc commemorarit.

Extare) Plinius *conſtare rationem*.

Romæ) Non in prouincijs. E

Publici caſus) Actiones publicæ.

Summa reſp ub.) Id eſt, reipub. ſalus.

In vrbe) Contra Catilinam & ſuos coniuratos, non quidem virtute bellica, ſed conſilijs togatis.

Eadem igitur) Redit iam ad rem, & quæ iam dixit applicat per ſimilitudinem.

Eadem via) Scilicet ſi Romæ malit cognoſci, quàm in exteris regionibus.

Hoc facilior) Emendatio & pars altera comparationis. Eſt autem mixta comparatio, quoniam à pari incipit & in diſpari deſinit: & ſeparat quæ paria ſunt.

A me

A *A me ortus*) Primus meæ nobilitatis.

Nixus per me) Rarum eſt hoc: dicimus enim vſitatius: re aliqua niti Nitor in præterito niſus ſum cum elaborare ſignificat: nixus autem cum ſignificat confidere.

Commendatione) Gloria. virtute.

Sed vt redeam) Conglobatio cauſarum: conglobat cauſas in vnum locum quibus oſtendit Plancium aſſecutum ædilitatem.

Abfuit) Quemadmodum Laterenſis. dicimus ex vrbe abeſſe, & ab vrbe abeſſe.

Lege) Id eſt, in publico negocio.

B *Neceſsitate*) Priuatis occupationibus.

Rebus) Ornamentis, gratia ſuorum maiornm.

Ratione) Interceſſione tribulium, vicinorum, & amicorum.

Nam quod ais) Tranſit ab actione propria ad ſe, & cauſam oſtendit cur Plancio in petitione ædilitatis adfuerit tanto ſtudio, ac diligẽtia.

Nam) Porro: iam: at.

Æque) Abſolute hic poſitum eſt, abſq; particula redditiua.

Ego me) Refutatio occupationis, quæ tractatur per ἀντισταγωγὴν: id eſt, contrariam inductionem. hoc eſt confeſſionem & defenſionem iuſtam.

C *Ædilitijs comitijs*) Id eſt, in petitione ædilitatis Plancij.

Vtrum igitur) Conceſſio, non tamen abſoluta: habet enim ſubiunctam defenſionem.

Conturbare) Scilicet ipſa debita. nomina confundere. expectare donec vniuerſa debita perſoluam. dicuntur autem conturbare creditores cum nulli creditori ſatisfaciunt, ſed tempus vnicum expectant, vt omnibus ſatisfaciant ſimul.

Hoc nomen) Scilicet Plancij. nomen pro debito poſuit. *Eſt ergo* hic defenſio per iuſtam rationem.

D *Quanquam diſsimilis*) Incrementum defenſionis: Satius eſt certis temporibus perſoluere, quando ipſa nomina vrgent quàm vnũ tempus expectare, quo omnibus ſatisfacias. Vtitur iam maiore defenſione, Si illud in debitis fieri poteſt multo magis in gratia. Eſt igitur αὔξησις defenſionis quæ tractatur per diſtinctionem pecuniæ debitæ & gratiæ.

Debitio) ὀνοματοποιία: facit enim vocabulum nouum.

Diſſoluit) Numerauit.

Qui debet) Qui pergit debere pecuniam.

Is retinet) Alij legunt æs retinet.

E *Refert*) Scilicet faciendo.

Habet) Voluntate & ſtudio: Cicero hoc tanquam generale facit.

Quod debet) Scilicet animo.

Refert) Propter memoriam accepti beneficij.

Debere) Habere gratiam.

Hoc moleſtia) Id eſt, ſi non vocatus fuiſſet abs te in iudicium, & defenſione opus non haberet.

Quaeris à me Caſsi) Refutatio alterius obiectionis quæ etiam pertinet ad Ciceronem: magis tum ad laudem eius facit quàm vituperationem. Defendit ſe Cicero contra vituperationem officij & oſtendit ſe non plus pro Plãcio facere quam faceret pro fratre aut liberis.

Amplius)

Amplius.) Maiore diligentia. A

Nec vides.) Cauſa diligentiæ.

Stimulari.) Stimulamur inuiri: excitamur vltro.

Meriti.) Quod mihi præſtirit in exilio.

Opimium damnatum.) Conatus erat Caſſius Ciceronem trahere in odium & inuidiam iudicum qui volebat Plancium abſolui, & vſus erat comparatione oratoria à maiore ad minus. Eam hic Cicero refellit, & ſe defendit, ac oſtendit Opimium quidem damnatum, ſed ab iniquis iudicibus: in Calidio autem non defuiſſe voluntatem.

Damnatum.) Qui credebatur pecuniam accepiſſe à rege Iugurrha. B

Seruatorem.) Propter cædem Gracchorum.

Cuius lege.) Quemadmodum ego opera Plancij.

Preces.) Interceſſores.

Suo nomine.) Suis meritis, id eſt, propter conſeruationem reipub.

Q. Metellum pium.) Scilicet filium. Q. Metellus Numidicus pater fuit huius.

Prætorijs comitijs.) Id eſt, in comitijs quibus prætores creantur. C

Quo loco.) Diſſimilitudinem comparationis iam oſtendit.

Putes.) Eſſe factum.

Nam Opimij.) Sequitur iudicium Opimianum quod vitioſum oſtendit fuiſſe.

Calamitas.) Condemnatio:

Illud.) Scilicet iudicium: eſt hic διάχεσις verborum.

Quod ſecurim infligere.) Id eſt, quòd maius malum dare.

Qui prætor.) Id eſt, dum gerebat præturam.

Finitimo.) Bello Frigellano.

Domeſtico bello.) Occ ſo Graccho. D

An enim nimis ego magnum.) Adfert ſuam perſonam Cicero tanquam ſubſidium. Pertinent adhuc omnia magis ad Ciceronem quam ad reum. Ideo autem ad finem reſeruauit; quia magis ſunt pathetica, & ad impetrandam reo veniam plurimum valent.

Beneficium.) Scilicet eſſe dico ἔλλειψις eſt.

Quaſi vero.) λύσις.

Gratum eſſe.) Æſtimate beneficium vel officium grati hominis.

Quod iſtius.) Plancii: eſt hic ἐπαναφορὰ obiectionis aduerſarij. E

Meritum.) Ante dixit beneficium. Eſt autem beneficium officium, quo bene de aliquo meremur: Græci εὐεργέτημα vocant.

An quia.) Adhuc aduerſarij verba ſunt.

Iugulari.) Scilicet ab inimicis meis Clodianis.

Quo quidem.) Argumenta hæc omnia ſunt ἐξαστικά. Intenſio aduerſarij eſt: Non magnum extitit erga te Plancij beneficium: depulſio, quæ intenſioni contraria eſt: Magnum extitit eius erga me beneſi-

A beneficium. Cum autem infirma ſit depulſio, niſi argumentis nitatur rationes adfert Cicero contra eas rationes Caſſius firmamentum ſuæ intenſioni adfert, quod Cicero negat & refutat.

Liberaſti.) Scilicet à ſuſpicione inſidiarum vitæ.

Fuiſſe.) Scilicet factas, intentatas.

De iſto) Laterenſi.

Poſuit.) Propoſuit: commemorauit. Dixit autem ita more poetico.

Quamobrem de iſto.) σχῆμα καταστικὸν: diſtributio quá oſtendit quid quoque loco velit dicere. Vocatur autem hæc diſtributio pro-
B prie digeſtio.

Vtrum putes) Affirmatio.

Mediocre.) Non ſatis magnum.

Requiro.) Interrogo.

Illorum.) Hominum.

Verum putes.) Idem repetitum per comparationem: venit à comparatione infinita ad minus infinitam.

In hoſtem.) Scilicet quam meorum inimicorum in me.

An fuiſſe.) Confirmatio cauſæ finalis.

C *Metum.*) Scilicet quamobrem mihi inſidiati non ſint. Cauſa finalis aliter ab aduerſario, aliter à Cicerone tractatur, qui oſtendit non fuiſſe motum aut famæ aut pœnæ in inimicis ſuis:

Quorum.) Sequitur ratio: τεκμήρια contra cauſam finalem, allatam ab aduerſario.

Quod de reditu meo.) Id eſt, quod exiſtimarent me nunquam rediturum. Eſt hic cauſæ falſæ refutatio.

Quemque.) Inicorum meorum.

Hu.) Iudicibus: δεικτικῶς.

Curia.) Dicta eſt à cura, quia ibi maxime cura geritur rei-
D pub.

Quamobrem.) Concluſio totius refutationis, quæ facta eſt contra argumenta aduerſarij.

Is homo.) Cum tu ſis talis homo & ciuis.

Predicare.) Laudare.

Qua fidelitate.) Id eſt, quæ quia fidelitate.

Modeſtia.) Id eſt, inſidiis inimicorum. Concluſio vehemens: concludit enim addita ratione, ex loco pugnantium & relatiuorum.

E *Reſpondebo.*) Altera pars digeſtionis. Venit enim iam ad Laterenſem, & oſtendit cur tanto ſtudio adſit Plancio.

Vehementer.) Acerbe.

Nam primum illud.) In hoc loco reſpondet διαβολῇ Laterenſis, qui dixerat Ciceronem mentitum eſſe in commemoratione beneficiorum ſibi à Plancio præſtitorum: & oſtendit ſe ſatis magnas & multas habere cauſas ad defendendum Plancium, etiam ſi beneficium eius non commemoraſſet. Tractat autem locum ἠθικὸν de gratia & ingratitudine: non temere agnoſcendum eſſe beneficium: vbi autem ſemel agnouerimus, elaborandũ ſemper eſſe vt referamus gratiam. Prius illud ſimilitudine à militibus ſumpta probat. Cum quis in acie

alterum

Digitized by Google

alterum qui petebatur ab hoſtibus, defendiſſet olim, ab eo qui defenſus erat, donabatur corona ciuica. A

Temporis.) Periculi.

Scilicet.) Ironia.

Quid enim mihi.) Commemoratio cauſarum quamobrem potuerit iure defendere Plancium.

Neceſsitudines.) Id eſt, cauſæ neceſſariæ.

Familiaritatu) Familiaritas eſt vitæ domus, atq; hoſpitij: Amicitia vero animorum eſt coniunctio.

Quæ) Scilicet quatuor cauſæ.

Credo.) Ironicôs. B

Si hoc ſplendore.) Alia cauſa cur eum defendat. Tertia cauſa eſt meritum. eſt autem αὔξησις πάξεως. Primo enim cauſas minores ponit.

Ad id.) Comparatio poſt enumerationem cauſarum.

Gregarij.) Gregarij milites ſunt, qui nullum gerunt munus in exercitu: faciebant autem hoc non ſolum gregarij milites ſed etiam duces. Quia autem comparationem facit maiorum & minorum, ideo tantum de gregariis loquitur. Erat autem corona ciuica præmium conſeruati comilitonis vt eſt ante dictum.

Quo.) Id eſt, quod. C

Protectum.) Clypeo proximi aſtantis.

Beneficij.) Referendæ gratiæ.

Idem.) Vitam.

Alieno.) Militi.

An hoc tu Laterenſis.) Probauit contra obiectionem aduerſarij ſe nihil mentiri, vel temporis cauſa fingere eorum, quæ de meritis Plancij erga ſe dixerit: ſed iuſtas ſibi cauſas eſſe defendendi Plancij, nec opus eſſe alios fingere oſtendit. Poſt enumerationem cauſarum duplicem comparationem poſuit. Hoc in loco conuincit aduerſarium ſuo ipſius teſtimonio: oſtenditq; ſe non ſuapte ſponte hanc cauſam ſuſcipere, ſed permiſſu Laterenſis. Tractatur autem hic locus per ἐπιμονὴν πνευματικῶς non μεθοδικῶς. D

Ignoras.) Me parem gratiam non poſſe referre Plancio.

Quum vel periculum.) ἐπιμονὴ facta per 4. membra. Eſt autem hoc genus immorationis firmiſſimum, cum inſequentia probant priora.

Sociare.) Id eſt, cum velles in ſocietatem meorum periculorum venire: ὕστερον πρότερον eſt: ſicut apud Poetas: claſſes aquilonibus arcent. Oratores ſub hipallage comprehendunt. E

Cum me.) Tertium magis confirmat primum quam ſecundum. eſt ergo αὔξησις.

Triſtis.) Triſtis luctus dicitur, qui mentem concernit: acerbus, qui tantus eſt, vt ſimul cum animo etiam corpus contabeſcat.

Diſceſſu.) Scilicet ex vrbe in exilium: meliori vocabulo vtitur, ne contra ſe dicat, & ne populum offendat.

Animo.) Non fictis, ſed veris lachrymis.

Copiis.) Tuis familiaribus & domeſticis.

Sic mecum ſemper.) ἀπόδωσις τοῦ πνεύματος.

A *Remittere.*) Remittimus ex parte: concedimus totum: remittimus ſtudia cum à ſtudijs feriamur, aut non tam diligenter ſtudemus vt ante. Intermittimus cum incipimus deſinere. Omittimus cum nunquam repetimus.

In honorem Plancij.) Id eſt, ad defendendum honorem Plancij. notanda loquendi forma.

Quod eius meritum.) ἐπισύναψις adiunctio cauſæ poſt ipſum κρινόμενον. Atq; hactenus oſtendit aduerſarij teſtimonio ſe iuſtis de cauſis adeſſe Plancio.

Nihil autem.) Probat idem oratione ſua, quæ extat habita ad ſe-
B natum.

Prima.) Scilicet poſt abitum meum in exilium.

Perpaucis.) Cn Pompeio L. Lentulo, &c.

Praterire.) Scilicet beneuolentia & amore & commemoratione.

Duces.) Autores metaphora à militibus ſumpta.

Qua.) Scilicet oratio.

Homo aſtutus) Ironia.

Magnopere.) Magna de cauſa.

Officij) Accepti.

C *Seruitutem.*) Meritum tantum propter quod aliquis alterius debet eſſe ſeruus, vocat ſeruitutem.

Aſtringam.) Confirmem.

Literis) Epiſtolis & alijs operibus.

Illa.) Quæ à me mandata ſunt literis.

Proferre.) Scripta mea edere.

Ad tempus.) Vt teſtimonia ſint vitæ meæ priuatæ.

Literarum.) Scriptorum.

Atque etiam clamitas) In hoc loco eſt refutatio alterius criminis
D Laterenſis. Obiecit Ciceroni quod plures inimicos ſuos defenderit: Cicero oſtendit hanc eius repræhenſionem eſſe iniquam.

Quouſque iſta) In quot reis contra me agis Cicero.

Abſoluta.) Id eſt, iam deſinere debent.

De eodem autore.) Id eſt, tuo permiſſu. defenſio eſt per remotionem: defendi inimicum tuum, ſed tuo permiſſu.

Et dices, quouſque,) διαβολὴ vocabuli emphatice à Laterenſe poſiti Oſtendit enim Cicero illam emphaſim aliquid iniquitatis in ſe habere.

Iſtius verbi.) Scilicet in oratione tua poſiti.

E *Datus eſt*) Proſopopeia fingit aduerſarium loquentem.

Non facis finem.) Defendendi quem velis.

Ferre non poſſumus.) Scilicet vt finem non facias.

Niſi forte.) Conuertit inuidiam verbi à te in ipſum aduerſarium: Obijcis mihi me forenſe regnum occupare velle: at ego dico te id facere.

A te conſtituar.) Id eſt, vt à te mihi mandetur.

Et mihi lachrymulam.) ἠθικὸν eſt, quod hic agit Cicero, & ad mores Ciceronis defendendos pertinet. Obijcit ei aduerſarius fletum quaſi muliebre: defendit ſe Cicero confeſſione, quæ fit κατ' αὔξησιν:

poſtea ἀντίληψιν addit, iure ſe fleuiſſe: poſtremo aduerſarium in A
ſtantiæ inſimulat.

Obiectas) Sæpe obieciſti: iterationem ſignificat.

Criſpiani) Quæ apparuit in vultu meo, in defenſione Criſpij.

Vide.) Confeſſio per incrementum: plus fatetur quam obiectum ſit: & eſt παρήχησις in vidi & vide.

Fletum) Fletus eſt copioſa effuſio lachrymarum: ſingultus eſt fletus vehementior.

Tu qui meorum.) ἀντίληψις: recte feci in defenſione amici maximi. B

Oppugnator.) Quod eſt inimicorum.

Significarem.) Scilicet in fletu.

Tu autem (διαβολὴ aduerſarij: cui inconſtantiam obijcit.

Tu.) In iudicio Criſpiniano.

Gratas.) Scilicet tibi.

Inuidioſas.) Plenas inuidia.

Negas tribunatum.) Contra aliam calumniam agit. Oſtendit aduerſarius Ciceronem fuiſſe oppugnatum, aut ſaltem deſertum à Plancio in cauſa Raciliana, quæ qualis fuerit, non extat: & Racilium C
damnatum. Quare boni conſulere debeat Cicero ſi condemnetur Plancius: Plancium vero indignari non debere ſi deſeratur. Cicero contra oſtendit Racilium iniuſte fuiſſe damnatum, & cauſam eſſe cur adſit Plancio.

Attuliſſe.) Scilicet quod me deſeruerit in quibuſdam cauſis: ἔγκλησις eſt: Tribunus Plancius non fuit tibi adiumento, ſed damnatus eſt Racilius.

Cui quidem ego.) Vnica refutatio duplicis calumniæ. Eſt autem generalis meritorum Racilij ſignificatio.

Contentiones.) Contentiones fiunt verbis: inimicitiæ animo: dimicationes pugnis. eſt incrementum. D

Nec pro me.) Sua pericula facit communia reipub.

Atque vtinam.) εὐχή: oſtendit cauſam cur fuerit condemnatus: & incipit à voto. Fuit autem ea cauſa non in foro acta, ſed apud Quirites.

Iniuriam.) Iniquum iudicium populi Rom.

Contendit.) Elaborauit.

Eadem.) Scilicet quæ ego.

Huic.) Plancio. E

Fuiſſe.) Id eſt, non petij vt adeſſet, cum non oppugnaret, & voluntate adeſſet. Putaui enim Racilij beneficia ſatis eſſe ad eum defendendum, apud populum.

Contentum.) Confiſum fuiſſe.

An vero putas.) Tranſitio ad primam calumniam de gratitudine. Oſtendit populum Romanum non ad odium ſed amorem moueri gratitudine, cum ingratum videri ſit inuidioſum.

Quo.) Scilicet ſenatuſconſulto.

A *Atqui.*) Significatio ſui ingenij per ὑπόσχεσιν. Oſtendit animum ſuum gratum & cupidum defendendorum amicorum ; & promittit idem officium Laterenſi laboranti, quod iam præſtat Plancio. Poſtea ὀδυρμὸν ſubiungit , quod amicum defendere non poſſit in periculo propter alios amicos qui offenduntur.

Eum.) Plancium.

Salute.) Salus plus eſt quam dignitas.

Virtute.) Significatione.

Miſer.) Is dicitur miſer, qui omnibus virtutibus deſtitutus eſt.

Exercitus.) Iactatus laboribus.

B *Onus beneficij*) Id eſt, beneficij compenſatio.

Contentiones) Priuatas ſimultates.

Sed ego.) προκατασκευὴ συγκρίσεως : transit enim ad comparationem.

Cuiuſq; interſit.) Id eſt, quid quiſq; requirat.

Agitur ſtudium.) σύγκρισις. Comparat cauſa Plancij , & oſtendit honeſtius eſſe adeſſe Plancio quam in gratiam Laterenſis eum deſerere.

Agitur.) In periculo verſatur.

C *Studium*) Honorum, vel erga rempub.

Eſſe ſaluum) In exilio.

Diſtineor.) Id eſt, diſtrahor in partes diuerſas.

Obiecero.) Contempſero.

Tradidero.) Prodidero.

Etenim iudices) Poſt comparationem ſubiungit locum communem de gratitudine ; & oſtendit quanta illa ſit virtus per amplificationem.

Etenim.) Cauſa doloris per locum communem.

Affectum eſſe.) Præditum eſſe.

D *Hæc eſt enim.*) Incipit tractationem loci communis ab enumeratione per interrogationem, cuius ſingula fere membra ſuas habent concluſiones ſiue definitiones.

Mater.) Origo.

Quid eſt pietas.) ἀπαρίθμησις. Commutat autem interrogationes per coniugata.

Quis eſt noſtrum.) Hoc ad cauſam efficientem pertinet. Duabus autem rebus opus habet liberalis educatio : victu , & inſtitutione ingenij: duæ etiam ſunt perſonæ educator & qui educatur.

Quæ certe) Amicorum officia.

E *Equidem nil tam proprium*) Concludit hunc locum per contraria.

Quæ cum ita ſint.) Concluſio defenſionis per confeſſionem, ſed ironicam, quæ poſtulationem habet & refutationē eius quod obiectum erat: Ciceronem nocentium eſſe amicum, & litigioſorum hominum. Concludit igitur 1. ſuperiora. 2. Poſtulat opem à iudicibus. 3. Refutat quod ſibi erat obiectum.

Succumbam.) Confeſſio ironica.

Iam) In hac cauſa.

Iſto tuo.) Scilicet quo me vocas nimium gratum.

In eo.) In memoria acceptorum beneficiorum.

Petam.

Digitized by Google

A

Petamq.) ἀξίωσις.
Eum) Me.
Reprehenderit.) Scilicet Laterenſis.
Preter) Supra.
Neq. enim.) ἀφαίρεσις rei obiectæ.
Meam gratiam.) Id eſt, amicitiam.
Litigioſos) De proprio & alieno. duo enim erant iudiciorum genera: vnum de ſceleribus, alterum de meo & tuo. Laterenſis dixit Ciceronem habere πολυφιλίαν nocentium & litigioſorum hominum: tales non eſſe iudices: dicit Cicero amicitiam ſibi etiam cum bonis eſſe. B
Parata.) Si fortaſſis opus ſit, patere ipſis, id eſt, vltro oblata.
Neceſſaria.) Aliqua neceſſitate impetrata.
Præſidio.) Vtilitati.
Sed hoc neſcio.) Sequitur calumnia de Thenſis: fuere autem Thenſæ vehicula in quibus vehebantur ſacra: item tota hoſtiarum ſiue ſacrificiorum pompa. Ædiles faciebant populo ludos & ſpectacula in quibus ſimulachra, tabulas & thenſas exhibebant. Et per μίωσιν hic pro omnibus ſpectaculis poni poteſt.
Conijcere.) Trahere per locos amplos, communes, ſpecioſos. C
Miſericordia.) Id eſt, ad mouendam miſericordiam iudici.
De thenſis.) De ſacris vehiculis.
Feciſſem.) Scilicet commemoratione thenſarum.
Nam mihi.) Defenſio per confeſſionem.
Ornamentum) Id eſt, locum communem rei quæ poteſt ornate & copioſe dici. Quid potero dicere? Ironia: hactenus enim ſatis grauia dixit.
Hic etiam audiſti.) Noua calumnia quod relicta ambitus cauſa multa de ſe dixerit, & de ſua vita. Defendit ſe Cicero per ἀντέγκλημα, id eſt, mutuam calumniam, quod declamatoris ſit talia obiicere. puto autem legendum eſſe hæc, id eſt, quæ hactenus dixi. D
Idcirco) Miſericordiæ cauſa.
Mea lege.) Meo more.
Ex illo.) Ex ambitus cauſa.
Declamatore.) Id eſt, rhetorculo: vocat eum declamatorem, quod prænunciet & præiudicet artem oratoris.
Laboris) Periculi.
Rhodi inquit.) Alia refutatio ſuperiori ſimilis per ἀντέγκλημα. Obiecit Laterenſis quod fuerit inter homines molles: reſpondet Cicero quod & ipſe fuerit in molli ciuitate: & calumniam opponit calumniæ κατὰ σύγκρισιν. E
In Niceis.) Niceæ.
Bis.) Scilicet fui.
Si locus) σύγκρισις.
Locus.) Rhodus.
Niceam.) Vrbem Bithyniæ.
Seueriorem) Moribus & legibus.
Cauſa.) Scilicet legationis, & peregrinationis.

A *Nam quod in eo*) In accuſando condenſanda ſunt argumenta: in reſutando condenſata diducenda, & ſeparanda, & ſingula ſeorſim refutanda. Id hic facit Cicero. Obiicitur ei quod nimis multos defendat: remouet in aduerſarium. κατάστασις eſt & σχῆμα habet. Oſtendit enim ignauiam aduerſarij: Ego nimium laborioſus ſum, quoniam tu nimis es ignauus.

Diligentia) Id eſt, negligentia: eſt enim ironia.

Ponderandis.) Eligendis.

Plaroq;) Cauſæ.

Confluant) Id eſt, deferantur.

B *Admonuiſti etiam me.*) Alia obiectio. Quemadmodum Cicero in Sicilia magiſtratum geſſit, fuit enim quæſtor ibidem, ſic etiam Laterenſis in Creta. Laterenſis autem res male geſtas fuiſſe à Cicerone, probare voluit: quia id declararent literæ à Cicerone miſſæ. Non tamen aperte hoc agit Laterenſis, ſed σκωπτικῶς: volui literas mittere, ne mihi obeſſent, ſic tibi tuæ obfuerunt. Hoc Cicero negat.

Dictum.) Sententiam facetam & ridiculam.

Dicti.) Scommatis.

Te.) Id eſt, de te.

C *Dixeris in te.*) Id eſt, te læſeris.

Te aiebas) Iam ſequitur dictum.

Aiebas) In petitione.

Obfuiſſent.) Scilicet in quibus apparuiſſet meum delictum.

Quos ego) Defenſio κατ' ἄρνησιν.

Sed ſunt hæc leuiora) μετάβασις ab altercatione ad orationem magis perpetuam, & maius crimen: Ipſum abiiſſe in exilium *voluntarium* cum manere potuiſſet, nec auxilium vi, ſed ipſum auxilio defuiſſe. Cicero ὁμολογίᾳ ſe defendit, & fatetur ſe non vſum auxilio

D ſenatus, equitum &c. & ἀντισταγωγῇ vtitur. Non volui vti auxilio ciuium, quia legibus vti non poteram: nolui ciues armis perdere. Primo calumniam ponit: deinde deſcriptionem temporum turbulentorum: tertio defenſionem ſui facti ab exemplo.

Hæc) Quæ hactenus tractata ſunt.

Illa) Quæ ſequentur.

Grauiora.) Sunt multa magna quæ grauia non ſunt.

Quod meum diſceſſum) Calumnia generalis.

Diſceſſum) In exilium.

Reprehendere) Reprehendimus apud nos, accuſamus apud alios.

E *Dixiſti enim.*) Calumnia ſpecialis & ſingularis, quam tractat per verborum tractationem.

Subaccuſare.) Id eſt, obſcure accuſare.

Auxilium.) Senatus, equeſtris ordinis, & bonorum.

Ego vero fateor.) Incipit defenſionem à confeſſione.

Peperciſſe) Noluiſſe vti illo auxilio: defenſio etiam habet μετάβολην. vt calumnia habuit.

Quis enim ſtatus) Ratio τῆς ὁμολογίας, cur noluerit vti auxilio reip. Tractat autem hanc rationem per ἐνδιασκευήν: id eſt, copioſam & ornatam cauſarum commemorationem.

Quis

Quis enim) Propoſitio τῆς ἐν διασκευῆς: Status reip. turbulentus fuit, me in exilium abeunte. Eſt autem hęc propoſitio figurata per interrogationem αὐξητικὴν Duplex reipub. ſtatus eſt: bonus & malus. Cum autem genera minus ſignificent quam ſpecies, incepit à genere, deinde ſpeciem poſuit: Diſcrimen eſt periculi certa expectatio: tempeſtas præſens periculum. A

Tribunitius me terror.) Cauſa efficiens, id eſt, terror Clodij Tribuni plebis.

Me mouit.) Ciceronem accuſauit.

Furor.) Id eſt, furioſi conſules: & L Piſo: & A. Gabinius.

Decertare.) Cauſa finalis, exiui quia nolui perdere ciues, & pugnare cum periculo reip. B

Magnum.) Arduum & difficile.

Eorum.) Catilinariorum.

Integros) In integra coniuratione.

Sine ferro.) Conſilio & autoritate conſulari.

Conſules poſt.) Cauſam efficientem amplificat à qualitate perſonarum.

Poſt hominum memoriam.) Id eſt, inde à principio humani generis.

Principia.) Scilicet ſui magiſtratus ante exilium meum. C

Quorum alter) τὰ πεπραχθέντα: probat qualitatem perſonarum commemoratione factorum.

Alter.) L Piſo.

Perdidit.) In Macedonia contra Thraces.

Alter vendidit.) Gabinius in Syria vendidit.

Prouincias.) Syria & Macedonia.

Emptis.) Largitione occupatis.

Defecerant.) Ad ſeditioſos ciues.

Exercitibus.) Vt C Cæſar. Eſt occupatio: erant quidem illi tres potentiſſimi, ſed perſonabat vox Clodij etiam illos ſecum ſentire. D

Armis.) Vt Pompeius.

Qui opibus.) Vt Craſſus.

Illa vox) P Clodij.

Stupris nefariis.) Scilicet ſororum.

Religioſis.) Id eſt, inceſtu facto in ſacris Bonæ deæ.

Illos.) Scilicet Craſſum, Pompeium & Cæſarem.

Acerbiſſimum) Id eſt, cum nimis iactabat.

Egentes) Ciues

Aderat meorum.) Pars altera narrationis. Oſtendit hactenus quales aduerſarij fuerint: nunc quales ſuæ partes fuerint, indicat. E

Veſte) Lugens ac dolens: ſignum eſt pro ſignato: eſt enim ὑπαλλαγή.

Sed recordare qui tum fuerunt) Redit ad partem priorem, quam magis vult intelligi. Incipit de tribunis plebis dicere, pauca de ſe dixit, iam ad inimicos redit.

Nomine.) Id eſt, propter conſules.

Qui.) Scilicet conſules.

Soli.) Hoc ponit, ne Pompeium, Craſſum & Cæſarem defendat.

A *Senatui.*) Id eſt, ſenatuſconſulto. Nam ſenatuſconſultum factum erat, vt Cicero iuuaretur publico præſidio.

Aderat mecum.) Redit ad ſe.

Saltator ille) L. Piſo, qui delectabatur ſaltationibus. Erat autem vitioſum apud veteres, ſicuti obiiceretur quod ſaltaſſet, de hac re etiam fit mentio in oratione pro Murena.

Denunciatione.) Comminatione proſcriptionis; conuenerat ad me defendendum, eſt hic etiam occupatio.

Cui.) Italiæ.

Metus.) Periculum.

B *Hiſce ego auxilijs.*) Reditus ad principium huius defenſionis.

Diſceptando.) Contentione forenſi.

Armis) Repetitio cauſæ finalis.

Quibus.) Armis.

Exitioſum fuiſſet.) Exitioſum dicitur id quod affert exitium, id eſt, finem alicuius ſtatus.

Vinci autem.) Iam venit ad exempla: quæ primum tractat per occupationem, & ὑπόθεσιν. Præclarum fuiſſet vincere iſtos improbos, ſicut viciſti Catilinam. Reſpondet Cicero: Si reſpub. tales habuiſſet viros, quales olim habuit, viciſſem: at iam finem vincendi non videbam.

C

L. Flaccus) Qui reſtitit Syllæ.

Improbos.) Populares tribunos plebis.

Priuatus.) Id eſt, non in magiſtratu.

Eſſet igitur pugnandum.) Concludit occupationem, & ad aliam exemplorum tractationem tranſit: tuetur factum ſuum exemplo Q. Metelli. Fuit hic Metellus tempore Saturnini, qui popularis erat. Ne igitur in leges eius iuraret, Metellus in voluntarium diſceſſit exilium.

D *Hiſce ego.*) Concludit dilemmate.

Tu id in me) Iam ab exemplo hypothetico πλάγιῳ venit ad exemplum Cathegoricum, per comparationem à contrario.

Reprehendis.) Quod abij in exilium.

Laudo datum.) Scilicet viuo.

Hodieq́.) Scilicet mortuo.

Gloria.) Laus poteſt eſſe rei malæ & falſæ: gloria autem veræ.

Qua vt potes) Breuis narratio.

Ceſſiſſe.) Abiiſſe in voluntarium exilium, ne in leges Saturnini iurare cogeretur. de hoc habetis in oratione pro Rabirio.

E

Nec fuiſſe) Oſtendit æqualitatem.

Ergo ille.) Concluſio propoſitionis, in qua laus Metelli oſtenditur.

Ille.) Scilicet Metellus.

Senatus.) Qui in verba Saturnini iurauit.

Non retinuiſſet.) Scilicet propter Senatus comprobationem.

Vulnus.) Exilium.

Illos ipſos.) Qui ſtabant à Satrnino.

In eadem cade) Scilicet inteſtina.

Ego tantis.) Pars altera comparationis, quæ tractatur dilemmate, & per contraria, vt dixi.

Interi-

Digitized by Google

Interitus reipub.) Scilicet pateretur. A
Dimicatio.) Contra malos.
Perditor.) Scilicet dimicatione ciuili.
Seruator.) In opprimendo Catilina.

Mortem me timuiſſe.) Refutatio obiectionis aduerſarij. Hactenus veram cauſam ſuæ abitionis oſtendit: iam agit contra falſam cauſam ab aduerſario allatam. Refutat autem eam κατὰ τὸ πλάσιον ὑποθετικόν.

Timuiſſe.) Exeuntem in exilium.
Immortalitatem.) A maiori argumentatur; maius eſt enim malum immortalitatis amiſſio, quam mors. B
Immortalitatem.) Scilicet in qua plus eſt boni quam in mortalitate.
Nam qui) Confirmat ſententia philoſophica.
Reddiderunt.) Id eſt, ſe ſe pro patria morti obiecerunt.
Ego vero.) Sequitur fictio.
Illorum.) Tribunorum plebis & conſulum.
Quin etiam.) Scilicet quod minus eſt metuendum. Eſt imminutio ordinis: à re enim grauiore ad rem minus grauem venit.

Natura.) Naturali morte obiiſſem. C
Peremptum) Sublatum.
An ſi vnquam.) τεκμήριον virtutis & fortitudinis ſuæ.
Conſulatus.) Qui finis fuit mei conſulatus.
Commouiſſem.) Sturmius legit commoſſem pro commouiſſem: quia enim res eſt grauis, ideo graui quoq; compoſitione vtitur.
Recidiſſent.) Propter menſem Ianuarium, quo noui creabantur conſules.

Quamobrem.) Concluſio refutationis.
Pernicia.) Id eſt, ſi coniuncta fuiſſet cum pernicie. D
Nam quod.) Refutatio alterius calumniæ: reprehendit enim aduerſarius Ciceronem, quod non amplius audeat libere loqui in repub. vt alij viri fortes. Cicero negat, ſed dicit ſe propter vtilitatem reipub. mutaſſe ſententiam.

Num.) Digreſſionis particula: pro nunc autem.
Liberum.) Id eſt, libere ſententias de repub. dicere.
Nam ſi quis.) Refutatio cauſæ aduerſarij.
Si quis putat.) Id eſt, ſi tu putas.
Ab iiſdem.) Scilicet Pompeio & Cæſare.
Primum.) Refutatio rationis aduerſarij per dilemma. E
Non deſino.) Id eſt, facio id quod tu mihi ante obieciſti.
Res vero ipſa) Refutatio per proſopopœiam.
Permixtos.) Coniunctos.
Quod ſi) Quinta pars refutationis per ſimilitudinem.
Orbe.) Globo.

Ego autem Cn. Pompeium.) Oſtendit, in quibus requiſiuerit Laterenſis ſuam libertatem. Probauit enim hactenus licere homini mutare ſententiam, nunc ad perſonam venit, & vtriuſq; qualitatem indicat, cur Pompeium, & cur Cæſarem velit defendere.

Digitized by Google

A *Ego autem*) Duas cauſas ponit cur Pompeium defendat, à quo alias diſſenſerit: Vnam, quod ipſe priuatim Ciceronem defenderit: Alteram quod princeps reipub fuerit. Primam tractat præteritione, quæ habet ἀυξησιν.

Authorem) Author eſt conſilio: dux reipſa: defenſor in fine. Multi enim ſunt duces, qui rem tamen non perficiunt.

Nam hac) Cauſa præteritionis.

Officiorum) Id eſt, Gratitudinem, ex verbo dilatauit orationem.

Sed hoc di. o) Tranſitio ad cauſam meliorem.

B *Ego enim*) Repetit verba prius poſita quia magnam ἐπεμβολὴν fecerat.

Principem) Princeps dicitur qui prius rogat, vel rogatur ſententiam, cuius poſt ſenatum maxima eſt autoritas.

Deſum) Deeſſe debeam.

Quas) Scilicet laudes.

Hominibus) Id eſt, ſolum propter ipſos homines nulla alia cauſa.

An cum videam) ἐπεξεργασία δι' ὁμοιότητος.

Pugnem) Pugnare debeam.

Illi) Tempeſtati.

C *Neq; enim*) Explicatio ſimilitudinis.

Moderari) Mutare.

Ex reipub.) Id eſt, ſecundum tempeſtatem reipub. puto prudentis eſſe ampleсti ſententiam qua prodeſt reipubl. non quam domi quis meditatus eſt.

Ego vero) Aſſeueratio poſitę ſententiæ κατ' ἐπίκρισιν, id eſt, authoritatem generalem.

Didici) A præceptoribus.

Vidi) In repub.

Legi) In libris.

D *Defendendas*) Dicendas.

Status) Præſens

Inclinatio) Status mutatio.

Ratio concordiæ) Scilicet poſt aut ante diſcordiam ciuilem. Tria ponit tempora quibus mutari poſſit ſententia. 1. Si reipubl. præſens poſtulet vtilitas 2 Ne moueatur ſtatus reipub. 3. In diſcordia reipub.

Quod ego) Aſſeueratio loco concluſionis.

Libertatem) Orationis.

Dimittam) Id eſt, amittam: dimittimus volentes: amittimus inuiti.

Nunc venio) Hic eſt aditus ad perorationem: collocat autem in fiE ne orationis commemorationem rei miſerabilis, quæ maxime ſibi ad conciliandam beneuolentiam, & reo miſericordiam mouendam facit. Obiecit aduerſarius Ciceroni, eum nimis rem amplificare: Inde occaſione ſumpta narrationem ponit probationis cauſa. *Vult enim* oſtendere iuſtiſſimas eſſe cauſas, quare Plancium defendat, qui ei adfuerit cum cæteri omnes dereliquiſſent.

Quod dixiſti) In petitione tua.

Ex cloaca) Id eſt, ex re humili magnam facere, & rem contemnendam, nimium commendare.

Neq; enim) Ratio διαβολῆς.

Cuius ego temporis) κατάστασις aditus narrationis cum excitatione iudicum:

iudicum: habet enim attentionem, quoniam rei magnæ atque miſe- A
rabilis eſt explicatio.

Ex meis) Id eſt, ex meis fortunis.

Commemoratione) Oratione.

Ego enim) διήγησις, quæ ὄγκον habet, id eſt, ornatum & magnitudinem.

Incendio) Interitu.

Legum) Poſuit totam rempub. nunc partes ponit.

Quæ) Scilicet Sicilia, ὑπέρβατον κατὰ πρόθεσιν verbi.

A C. Virgilio) Scilicet prætore: illi enim obtinere prouincias di- B
cuntur.

Quo cum uno) Qualitas perſonæ, qua oſtendit cauſam, quare in Siciliam profectus ſit.

Collega) Id eſt, collegium: fuit eius collegia in quæſtura.

Vide nunc) περιπέτεια. id eſt, exitus rei inſperatus, quo fit oratio ſuauior.

Caliginem) Eſt metaph. à nauigantibus.

Tenè) Correctio ipſius ὑπερβολῆς.

Prætor ille) Scilicet C. Virgilius.

Eiuſdem) Clodij. C

C. Virgilio) Defenſio prætoris quem accuſare videbatur.

Sed quàm) Comparatione defendit Virgilium: Si ego Cicero, qui maior ſum, non potui reſiſtere tribuno: ille qui minor eſt, & abſens quomodo reſiſteret?

Suſtinere) Reſiſtere, repellere.

Tum conſilio) Sequitur iam poſt exitus inopinatos conſiliorum mutatio.

Nam maritimos) Cauſa profectionis.

Multa) Scilicet inimicis meis.

Iter præſtiterunt) Præſtare tutum iter, eſt deducere & mittere ſal- D
uum conductum, quod latine non dicitur.

Brunduſium veni) Alia περιπέτεια ἠθική.

In hortos me.) Pergit in narrando itinere ſuo è Roma in Græciam propter vnicum Plancij beneficium; oſtendit autem quomodo à ſingulis amicis ſit exceptus.

Contuli) Scilicet non ingreſſus Brunduſium.

In hortos) In villam quæ habet hortos, συνεκδοχή.

Cui cum) Commemorat Flaccij meritum ratiocinatione Rheto-
rica. Eſt autem ratiocinatio, quando plus intelligitur, quàm verbis E
exprimi poteſt.

Publicatio bo.) Publicatio bonorum & præſcriptio differunt vt prius & poſterius. Primum eſt proſcriptio, alterum bonorum publicatio, tertium aquæ & ignis interdictio.

Dimittere) Id eſt, negligere.

Huius ego) Cauſæ quare perrexerit Dyrrhachium.

Tuta) Propter ipſam nauem, quæ cariosa non erat.

Fideli) Propter cuſtodes.

Exaudiens) Poſtquam cognouiſſem.

Reditum) Scilicet Brunduſium.

Quod

Digitized by Google

A *Quod erat*) Id eſt, quod aliquando adminiſtraui.
Sceleratiſſimum) Sceleratus in homines, nefarius in deos.
Conſolatus) Id eſt, ego contra extorſeram.
Qui) Scilicet ſcelerati.
De aduentu meo) Scilicet in Græciam.
Perrexi) Perueni.
Hic vero ſimulatq;) Nunc in ipſam perorationem ingreditur: eſt enim narratiuncula propria huius loci, cuius cauſa cætera ſunt poſita. Vtitur autem ἐπεμβολῇ & ὑπερβάτῳ propter rei magnitudinem, quaſi oblitus ſui.
B *Hic*) Plancius.
Andi) ἐπεμβολή: eſtq; geminatio, id eſt, eiuſdem verbi continens repetitio.
Nam ſimul ac) Abſoluitur iam ſententia, ita tamen vt orator priorum verborum videatur eſſe oblitus.
Lictoribus) Prætorijs.
O acerbam mihi) Exclamatio loco expoſitionis.
Incidit) Incidere hic non ſignificat caſum inuenire, ſed irruere propter magnitudinem amoris.
C *In quæſtorium*) In ſuam domum.
Hic ego nunc) Repetitio primæ partis narrationis: oſtendit quomodo à C. Virgilio non ſit admiſſus, & quantum ſit Plancij beneficium, qui ipſum ſic vocat, per comparationem: Quem prætor ipſe & quæſtor defendit.
Cn. Plancium) Pars altera comparationis. Quod prætor non auſus fuit: id quæſtor fecit.
Ea quæ) Proſcriptio, exilium, mors.
Qui cum ad me) Pergit commemorare beneficium. Eſt perturbata conſtructio: ſtatim enim poſt primum verbum qui, à conſtructione
D diſcedit.
Qui) Id eſt, propterea quod.
Neceſſarius) Neceſſitudo etiam inter collegas eſt.
Ab exulibus) A ſocijs Catilinæ relictis.
Detuliſſet) Declaraſſet.
Non eſt paſſus) Scil. Plancius iam abſoluitur ſententia, hactenus enim facta eſt, ἐπεμβολή.
Inſidiarum) Propter inſidias.
Cum meo) Mihi & fratri meo.
Vi me) ἐπιμονὴ in eadem ſententia.
E *Quæſtoria*) Nam quæſtor erat in Macedonia.
Perſona) Dignitate.
Comitu) Socij.
O excubias tuas) Iam ponit æſtus, & motusq; vehementiores. eſt enim exclamatio παθητικὴ poſt rem narratam, qua oſtendit eam falſam, exitum rei inopinatum nouum, quod παθητικὸν eſt. Facta eſt autem hæc exclamatio κατ' ἰσοδυναμίαν.
O cuſtodiam) Hæc poſtrema exclamatio occaſionem præbet narrationi inſequenti, Omnis enim prope exclamatio ἀποστατικὴ eſt.
Memini enim) Ratio κατ' ἀνάληψιν verbi, & ἐπιμονὴν, propter magnitudinem rei. *Infeli-*

Infælicem) Id eſt, quæ ſecus accidit quàm ſperaui. A

Vigilanti) αὔξησις in verbis. Vana ſunt cum mendatio coniuncta: inania quæ nihil habent momenti.

Peremiſſet) Suſtuliſſet κατάχρησις eſt: rei enim inanimatæ tribuitur quod eſt animatæ.

Hos) Scilicet iudices δεικτικῶς repetit.

Præmia) Præmium officiorum eſt, merces rerum venditarum.

Quid me aſpectas) πάθος figuratum interrogatione & ἐπιμονῇ magis enim indicat quomodo & ipſemet Plancius falſus ſit.

Tecum ſimul) Id eſt, tu idem promittebas, iſtos iudices te nunquam B deſerturos.

Nunc vero) Iam ſpes falſa ſequitur.

Huc) Ad me.

Exurge) Reus enim in minori ſubſellio erat apud oratorem.

Fortunarum) Acerbitatum.

Non ego) ἀξίωμα deprecatio.

Deprecor) Id eſt, præcando abſolui cupio.

Non ego) Comparatio, quæ repetitionem verbi & incrementum habet.

Mecum) Nunc patrem etiam ſibi coniungit Plancij ad commouen- C dum iudices.

Miſerrimus) Propter filij infortunium.

Optimus) Propter virtutē. eſt autem laus ſumma virum eſſe bonū.

Parens) Scilicet Plancius.

Duo patres) Id eſt, Plancius pater & ego Cicero.

Nolite) Aliud ἀξίωμα.

Teq;) Iam ad quæſitorem & præſidem iudicij deflectit orationem: cuius erga ſe beneuolentiam atque merita commemorat, vt eum ad miſericordiam permoueat. Hactenus enim omnes ſenatores al- D locutus eſt.

Plura) Concluſio perorationis, qua tantum oſtendit, quod abſolutus fuerit.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google